This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

3 3433 06819786 6

Digitized by Google

Digitized by Google

PHAEDRUS
1-2
ZBMA
1822

8 7/27/78 #14071 Astor library

Phaedrus
Schmidt
ZBMA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PHÆDRI

AUGUSTI LIBERTI

FABULÆ ÆSOPIÆ.

VOL. I.

Digitized by Google

Digitized by Google

PHÆDRI

AUGUSTI LIBERTI

FABULÆ ÆSOPIÆ

EX EDITIONE J. G. S. SCHWABII

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU CODICUM ET EDITIONUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITÆ.

VOLUMEN PRIMUM.

LONDINI:
CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.
1822.

Digitized by Google

ASTOR LIBRARY
MAR
21
1895
NEW YORK
14071.

Digitized by Google

CONSPECTUS

EORUM QUÆ HAC EDITIONE

CONTINENTUR.

		Pag.
Petri Danet Epistola Serenissimo Delphino		1
Præfatio J. G. S. Schwabii		5
Vita Phædri ex Phædro, auctore J. G. S. Schwabio		11
Judicia et Testimonia de Phædro		30
Phædri Fabularum Æsopiarum Lib. I.—Prologus		39
Fab. I.	Lupus et Agnus	41
II.	Ranæ Regem petentes	43
III.	Graculus superbus et Pavo	47
IV.	Canis per fluvium carnem ferens	50
V.	Vacca et Capella, Ovis et Leo	51
VI.	Ranæ ad Solem	54
VII.	Vulpis ad personam tragicam	55
VIII.	Lupus et Gruis	56
IX.	Passer et Lepus	59
X.	Lupus et Vulpis, judice Simio	61
XI.	Asinus et Leo venantes	62
XII.	Cervus ad fontem	66
XIII.	Vulpis et Corvus	68
XIV.	Ex Sutore Medicus	72
XV.	Asinus ad senem Pastorem	75
XVI.	Cervus et Ovis	77
XVII.	Ovis, Canis, et Lupus	79

Digitized by Google

		Pag.
Fab. XVIII.	Mulier parturiens . . .	81
XIX.	Canis parturiens . . .	82
XX.	Canes famelici . . .	83
XXI.	Leo senex, Aper, Taurus, et Asinus	84
XXII.	Mustela et Homo . . .	86
XXIII.	Canis fidelis . . .	88
XXIV.	Rana rupta et Bos . .	90
XXV.	Canis et Corcodilus . .	91
XXVI.	Vulpis et Ciconia . .	94
XXVII.	Canis, et Thesaurus, et Vulturius .	96
XXVIII.	Vulpis et Aquila . . .	97
XXIX.	Asinus irridens Aprum . . .	99
XXX.	Ranæ metuentes Taurorum prælia	101
XXXI.	Milvus et Columba . . .	103
Phædri Fabularum Æsopiarum Lib. II.—Auctor		105
Fab. I.	Juvencus, Leo, et Prædator	108
II.	Anus diligens. Virum mediæ ætatis, item Puella . . .	109
III.	Homo et Canis . . .	112
IV.	Aquila, Feles, Aper . .	113
V.	Cæsar ad Atriensem . .	116
VI.	Aquila, Cornix, et Testudo . .	120
VII.	Muli et Latrones . . .	123
VIII.	Cervus et Boves . . .	125
Epilogus		128
Phædri Fabularum Æsopiarum Lib. III.—Prologus ad Eutychum		133
Fab. I.	Anus ad Amphoram . .	142
II.	Panthera et Pastores . .	144
III.	Æsopus et Rusticus . .	146
IV.	Simii caput . . .	148
V.	Æsopus et Petulans . .	149
VI.	Musca et Mula . . .	150
VII.	Canis et Lupus . . .	153
VIII.	Frater et Soror . . .	156
IX.	Socrates ad Amicos . . .	158

Digitized by Google

Pag.

Fab. x. Poëta de Credere et Non credere . 159
xi. Eunuchus ad Improbum . . 166
xii. Pullus ad Margaritam . . 167
xiii. Apes et Fuci, Vespa judice . . 169
xiv. Æsopus ludens . . . 171
xv. Canis ad Agnum . . . 172
xvi. Cicada et Noctua . . . 176
xvii. Arbores in Deorum tutela . . 179
xviii. Pavo ad Junonem . . . 182
xix. Æsopus ad Garrulum . . 184
Epilogus 186
Phædri Fabularum Æsopiarum Lib. iv.—Prologus ad Particulonem . . . 191
Fab. i. Asinus et Galli—Fab. ii. adjecta, De Mustela et Muribus . . 197
iii. Vulpis et Uva . . . 201
iv. Equus et Aper . . . 202
v. Poëta 203
vi. Pugna Murium et Mustelarum . 207
vii. Poëta 209
viii. Vipera et Lima . . . 212
ix. Vulpis et Hircus . . 213
x. De vitiis Hominum . . 215
xi. Fur æram compilans . . ibid.
xii. Malas esse divitias.—Hercules et Plutus . . . 217
xiii. Leo regnans . . . 219
xiv. Prometheus . . . 220
xv. Capellæ et Hirci . . 221
xvi. Gubernator et Nautæ . . 222
xvii. Canum Legati ad Jovem . . 223
xviii. Homo et Colubra . . 229
xix. Vulpis et Draco . . 230
xx. Phædrus . . . 233
xxi. Naufragium Simonidis . . 234
xxii. Mons parturiens . . 237

Digitized by Google

Pag.

Fab. XXIII. Formica et Musca . . 238
XXIV. Simonides a Diis servatus . 241
Epilogus 247
Phædri Fabularum Æsopiarum Lib. V.—Prologus 248
Fab. I. Demetrius et Menander . . 250
II. Viatores et Latro . . 253
III. Calvus et Musca . . 255
IV. Homo et Asinus . . 257
V. Scurra et Rusticus . . 259
VI. Duo Calvi . . . 263
VII. Princeps tibicen . . . 264
VIII. Occasio depicta . . . 270
IX. Taurus et Vitulus . . 271
X. Venator et Canis . . 272
Appendix Fabularum Æsopiarum XXXIV. e Mss. Divionensi, Anonymo et Romulo Nilantii, et aliis 277
Repertorium ad Fabulas Romuli Divionensis, Phædri, Romuli Nilanti, et Anonymi Nilanti. Auctore Gotth. Ephraim Lessing . 309
NOTÆ VARIORUM in Lib. I. . . 313
Lib. II. . . 426
Lib. III. . . 468
Lib. IV. . . 557
Lib. V. . . 659
NOTITIA LITERARIA de Phædro . . 703
Recensus Editionum . . . 708
Notitiæ Literariæ et Recensui Editionum Bipontino Additamentum . . 750
INDEX i

Digitized by Google

SERENISSIMO

DELPHINO.

Si quis hoc opus solo ex nomine, vel auctorem operis ex una fortuna æstimabit, Serenissime Princeps, putabit fortasse me vel sapientiæ tuæ non meminisse, vel dignitatis, qui Fabulas offeram Tibi, et velim Te in summa altitudine gloriæ collocatum cum liberto fabulari. Si tamen vel de his Fabellis, vel de Scriptore Fabellarum judicabis, non ex illorum sensu, parum sano et integro, sed ex illo gustu acutissimo, qui Tibi est innatus ac ingenitus, sic opus ipsum suscipies, sic auctorem ipsum complecteris, ut putes nec operis tenuitatem tuæ sapientiæ, nec auctoris humilitatem dignitati tuæ posse quicquam officere.

Non dubitabis profecto, Serenissime Princeps, cum eo liberto confabulari, cui ad Augustum Imperatorem erat aditus perfacilis, cuique sua virtus, non libertatem modo, sed opes, honores, et summorum Principum amicitiam conciliavit; qui non minus habuit fiduciæ ut mores dissolutos carperet Optimatum, quam artis, ne exulceraret animos; qui ita fuit accommodatus ad erudiendam plebem propter simplicem et quasi nudam Apologorum venustatem, ut dignissimus fuerit Imperatorum amicitia et consuetudine propter excelsam quandam et politiorem, tum vitæ, tum sententiarum elegantiam.

Digitized by Google

Sic age cum Phædro, ut Athenienses et Romani terrarum domini solebant agere cum servis, quibus inter Saturnalia dabant aliquam ludendi secum, epulandi, colloquendi, imperandi potestatem. Neque vero, quanquam ille est Fabularum artifex, habebis comitem indignum Tui. Quot enim edidit Fabulas, tot satyræ sunt, in quibus vel abstrusioris Philosophiæ utilissima capita jucundissime tractavit, vel callide adumbravit ætatis suæ corruptissima tempora, et conatus est, sermone belluis attributo, homines emendare. Provocavit eos ad ipsum naturæ tribunal, ut quod in se mali aut boni nolebant agnoscere, id in feris contemplati fugerent aut optarent. Nam quis in cane, fidem; in agno, lenitatem; in formica, laboris assiduitatem commendari audiat; nec in homine damnet continuo perfidiam, crudelitatem, ignaviam? Aut quis accuset in lupo, rapacitatem; dolos, in vulpe; in leone, sævitiam; nec ista omnia in unum sæpe hominem confluxisse indignetur?

Quod si referre volueris animum, SERENISSIME PRINCEPS, ad illas rerum imagines, cognosces totam de moribus disciplinam, totam civilem scientiam iis contineri, quarum altera vitam debet omnium informare, utraque tuam. Cogita enim, et ipse tecum reputa, quot et quantis virtutibus instructum esse Te oporteat, ut teneas Regni Christianissimi clavum, et Parentis tui sedem tanta æquitate stabilitam, tot victoriis conspicuam, tot auctam Provinciis. Debes Te Gallis, quorum ut summus est in suos Reges amor, summa veneratio, ita summam necesse est esse Regum in regendis illis pietatem, integritatem, æquitatem. Sedebis in luce Europæ, in oculis clarissimi Imperii, atque in auribus universarum late gentium ac nationum positus. Intuebitur in Te incredibilis civium et populorum, cum sociorum, tum etiam hostium multitudo. Convertent se tuos ad nutus infinitæ urbes, innumerabiles Provinciæ, ac virtutes omnes tuas tanquam ex edito quodam Theatro suspicient.

Accedit ad hanc difficultatem, SERENISSIME DELPHINE, sustinenda Tibi Ludovici, bello et pace Maximi, fama,

Digitized by Google

tantarum et tot virtutum splendore collecta. Vides quam sit ejus longe lateque diffusum nomen; vides quo vultu, quo supercilio Gentes omnes, Civitates, Principes, Imperatores, Europam denique totam solus convertit et commovet; quanta armorum suorum felicitate modo suos tegit, modo lacessit improbos, modo se et Regnum lacessitus ulciscitur; quam facile inconstantiam fortunæ consiliorum prudentia moderatur, et victoriæ jura per sua castra, quorum numero terras et maria occupat, sic dividit et partitur, ut uni Ludovico victoria videatur ubique laborare. Aspicis qua fortitudine contra exteros, qua fide pro sociis, qua humanitate cum suis omnia gerere consuevit.

Hanc Tibi viam, SERENISSIME PRINCEPS, Ludovicus aperuit. Te ad has laudes, quasi quadrigis volantem admiramur. Tuum est illud curriculum, in quo insistere, ut summopere gloriosum est, ita arduum atque difficile. In hac autem dignitate quos alios auctores agendi et regnandi sapientius consulas, quos sequare tutius, quam qui, licet mortui, Principes tamen etiamnum admonent, neque possunt adulando decipere. Sunt enimvero in aula Regum versuti innumeri homines, diurna consuetudine ad servilem assentationem exercitati, qui Principi, non ex animo, sed sui commodi gratia, famulantur. Norunt illi solas fortunæ vias, nihilque ejus causa prætermittunt; et quoniam eorum cupiditati veritas adversatur, solent illam ab accessu Principum procul amandare.

Ne committe, SERENISSIME PRINCEPS, huic hominum generi partem ullam existimationis tuæ. Monitores adhibe potius, quos olim Socrates Regibus offerebat. Antiquos intelligo scriptores, qui Principibus præferunt facem; qui dubitantes confirmant, errantes revocant; et adeo non adulantur, ut egregia fidelitate et acerbitate salutari impune plerumque sæviant. Jam vero cum multi sunt ejusmodi scriptores, tum nullus fere est utilior Tibi quam Phædrus. Fabellas habet cum philosophiæ præceptis miro quodam artificio conjunctas, in quibus nativus rerum depictarum lepos ad excellentem morum disciplinam sic

Digitized by Google

accessit, ut nec præceptorum severitas elegantiæ fabularum, nec fabularum exilitas præceptorum majestati detrahat quicquam.

Has ergo fabulas, SERENISSIME PRINCEPS, diurna manu, has nocturna versabis; eoque diliges vehementius, quod non tam mea, quam Illustrissimi Ducis MONTAUSERII manus offerat. Ille vires mihi, ille suppeditavit animos, ille impulit ut auderem hac in parte studiorum tuorum Tibi prodesse quodammodo. Tu fave novo huic labori, quem et eo jubente suscepi, et te annuente confeci. Erit hæc meorum votorum summa, si videbor obsequio te non inani coluisse, sed contulisse aliquid ad excolendum tanti Principis ingenium, in quo fortunam Imperii Christianissimi, spem maximi Regis, Gallorum vota, totius Orbis expectationem Deus Optimus Maximus felicissime deposuit.

Tibi Devotissimus
PETRUS DANET.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

Cum ante hos viginti et quatuor annos Editionem Phædri, cum selectis Variorum Notis, quibus meas adjeceram Observationes, in lucem emisissem; ego quidem vehementer gaudebam, animadvertens, opellam meam qualemcumque Viris doctis non displicuisse, immo vero a plurimis magnos huic impertitos esse plausus. Neque etiam subsequenti tempore defuerunt elegantiæ et doctrinæ laude conspicui viri, qui meam Phædri Editionem reliquas utilitate superare censerent.[a] Ego vero, ut ingenue fatear, et usu edoctus, et Virorum doctorum suffragiis monitus, mox intelligere cœpi, non pauca in hocce opusculo esse vel manca, vel non satis accurate exposita, quo maxime referendi Codicum Mss. nec non Editionum et Versionum Indices; quædam quæ, etsi utilia, interpretando tamen Phædro parum inservire viderentur; nonnulla etiam, quæ essent aut male digesta, aut non satis lucide explicata; nonnulla denique textus loca, parum emendate edita. Maxime erat optandum, ut Notæ criticæ a reliquis separatæ comparuissent. Nunc demum enim intelligebam, tali Notarum permixtione usum libri redditum esse difficiliorem et molestiorem. Hoc igitur erat in votis, ut, si quando nova

NOTÆ

[a] Vid. Eschenburgii V. Cl. Handbuch der klassischen Literatur p. 248. Edit. 2. Censor doctus in Allg. Litt. Zeit. ann. 1785. t. II. p. 195. Lange in præf. ad Phædrum p. XV.

Digitized by Google

Phædri Editio, me curante, in vulgus ederetur, ea quidem hisce occurreret omnibus, et, si fieri posset, novis aucta incrementis prodiret. Quibus votis an nova Editio, quam linguæ Latinæ et Literaturæ antiquæ, nec non historiæ literariæ cupidis, maxime Scholarum magistris offero, respondeat, de eo quidem doctrina præstantes et æqui rerum æstimatores nunc judicent.

Maximam curam in eo posui, ut textum darem, quantum fieri poterat, castigatum et purum. Etsi enim recensio Burmanniana, adhuc a multis recepta, laudis palmam præripere videbatur reliquis; tamen mihi erat persuasum, Burmannum, qui toties vulgatam lectionem contra novas Richardi Bentleii et Francisci Harii conjecturas recte tuitus erat, non raro sine necessitate eandem neglexisse,[b] aliasque Lectiones, passim etiam elegantiores,[c] substituisse. At vero cum existimem, a vulgata librorum scriptorum Lectione non, nisi urgente necessitate, esse recedendum; et Criticorum esse, textum auctoris, non ipsum auctorem emendare; vulgatam Lectionem, ubicumque a Burmanno sine causa videretur esse neglecta, reposui: quo in genere passim recentiores Editores præiverant. Accedebant Lectiones Codicis Perotti, qui, a Dorvillio in Italia repertus, in manus demum veniebat Burmanni, Editione hujus majori cum novo Commentario jamjam impressa,[d] ita quidem, ut viro docto non liceret, meliores dicti Codicis Lectiones in suos vertere usus. Istas igitur Lectiones, quas jam olim me recepisse constat, quasque ex parte alii post me erant amplexi, istas et in hac Phædri Editione recepi. Atque etiam Anonymum Nilantii, quem dicunt, denuo diligenter excutiendum esse putabam. Non paucæ enim bonæ notæ Lectiones fabulis illius confirmantur,[e] et passim habet Lectiones, a multis

NOTÆ

[b] Vid. e. c. lib. I. fab. 4. 6. fab. 6. 3. fab. 13. 10. fab. 23. 2. &c.

[c] Vid. lib. I. fab. 18. 5. lib. II. fab. 6. 13. lib. IV. fab. 5. 41. et alibi.

[d] Leidæ 1727. 4.

[e] Sic etiam in fab. 3. Anonymi

Digitized by Google

neglectas, sed paulo penitius inspiciendas et ponderandas, quo referendus, ne desit exemplum, locus lib. 1. fab. 2. 16. ut taceam de aliis. Neque silentio prætermittendus est Romulus Divionensis, cujus fabulas cum textu Phædri diligenter contuli; nec sine fructu. Hunc enim et firmandis melioribus Phædri lectionibus, et passim emendando poëtæ inservire posse intellexi. Porro inspexi, pro eo ac debui, Editiones Phædri criticas, post meam Editionem juris factas publici, Brotierii, Desbillonii, Bipontinam, quos Phædrum e sua ipsorum recensione edidisse constat. Hasce Editiones maxime, quibus adjungenda est Tzschuckiana, in textu denuo recognoscendo magno mihi usui fuisse, fateor; etsi non unam earum lectionem rejiciendam duxerim. Legi præterea non paucos Criticorum illustriorum libros, quorum videndorum ante hos XXIV. annos in adornanda Phædri Editione mihi non data fuerat potestas; legi etiam Virorum doctorum Observationes, post hæc tempora scriptas, et quicquid textui Phædri vel emendando, vel illustrando inservire posset, excerpsi. Jam vero Lectiones Varias cum Codicum Mss. veterumque Editionum, tum conjecturas Virorum doctissimorum enumeravi, non paucis tamen omissis, quas memorare et refellere non erat tanti. Singularem autem in eo collocavi operam, ut, si fieri posset, rei criticæ amantes notitiam Lectionum Codd. Mss. haberent certam: qua in causa præter Notas Heinsii, Gudii, Schefferi, Rigaltii, Burmanni, non parum mihi profuerunt Editiones Brotierii et Desbillonii, quorum alter Codicem Pithœi nuper denuo contulit; alter non una Collectione Variarum e Codd. Mss. Lectionum usus est....Non raro addidi rationes, ex quibus Lectiones vel defendendas vel rejiciendas putarem, optimorum Criticorum opera usus, quorum unicuique τὸ suum reddere studui, non paucis adjectis de meo. Nulli autem temere obsecutus sum; nec

NOTÆ

legitur *fauce improba*, coll. Phædri lib. 1. fab. 1. 8. præteream alia. ubi vide V. L. ut silentio

quicquam in textu Burmanni mutavi sine rationibus idoneis; nil sine auctoritate librorum scriptorum; nil denique e conjectura, nisi ubi Codd. Mss. plane essent corrupti atque interpolati. Innumerabilem ac pæne incredibilem conjecturarum multitudinem novis augere non ausus sum, etsi vel hoc in genere qualecumque periculum facere poteram, si quorundam Criticorum audaciam imitari libuisset. Nam puto, post tot virorum doctorum ausus, in tanta librorum scriptorum inopia, hodie innovationem omnem in textu Phædri e conjectura, periculi et dubitationis habere plurimum, nisi lux afferatur conjecturis e Codicibus Mss. a viris doctis nondum collatis, sed aliquando in lucem proferendis; id quod nunc sperare vix ausim. Quod reliquum est, fabulam alias 25. Libri IV. cum Brotierio et Bipontinis Epilogum fieri jussi Libri III. cujus Prologo ad Eutychum optime respondet; pariterque, ne Libri V. Prologus esset duplex, Libri IV. nullus, illius prologum priorem huic reddidi suumque Epilogum, qui Libri V. Fab. 5. et 6. vulgo interpositus legitur. Sic quidem L. IV. totum Particuloni, Librum V. Phileto sacrum esse volui.[f] Sed fabula alias 20. Libri III. non sine ratione facta est Libri IV. prima.

* * * * * *

Huic Editioni præfixi *Vitam Phædri ex Phædro*. Cum enim omnia, quæ pertinent ad vitam et fata Phædri, lateant crassis occultata et circumfusa tenebris; ipsæ fabulæ unicus fons putandæ sunt, ex quo vitam ejus hauriamus. In ea autem conscribenda ea potissimum utilitati mihi fuerant, quæ Schefferus, Funccius, Fabricius, Crusius, *Anglus*, Desbillonius de poëta nostro memoriæ prodiderunt, ita ut placita eorum sub examen vocarem, novasque passim conjecturas proponerem, fultus argumentis, ut ego quidem arbitror, non ineptis.

* * * * * *

NOTÆ

[f] Cf. Bipontinorum Not. liter. de Phædro p. XXXVI. sq.

Digitized by Google

Restat, ut Viris Illustribus, Excellentissimis, Clarissimis, Eruditissimis, Fautoribus atque amicis æternum colendis, qui pro suo in bonas literas amore, et pro sua in me voluntate et humanitate, non pauca, quæ ad rem meam facere viderentur, suppeditaverunt, publicum gratum significem animum. Laudibus ornandi hoc nomine sunt: Bœttigerus, Sacri Supremi Senatus a Consiliis, et Gymnasii illustris Wimariensis Director, multis variisque modis de Phædro promeritus; Brüggemannus, Sacri Senatus a Consiliis et Concionator Aulicus apud Stettinenses, qui, blando hortatu cel. Schützii excitatus, Schedulas suas, ad rem literariam Phædri spectantes, humanissime mihi transmisit, e quibus Notitia literaria de Phædro, maxime si rationem habeas Literaturæ Anglorum et Italorum, ampla cepit incrementa; Dassdorfius, Bibliothecæ Electoralis Dresdensis Præfectus; Henr. Carol. Abr. Eichstädt, Ser. Ducis Saxo-Meiningensis a Consiliis Aulæ, Professor Jenensis et Societatis Latinæ Director; Geisslerus, Ser. Ducis Gothani a Consiliis Aulæ et Bibliothecæ Præfectus, cui terra levis sit; Heynius, Magnæ Britanniæ Regis a Consiliis intimis justitiæ et Professor Göttingensis; Fridericus Jacobs, Gymn. ill. Gothani Professor; Langerus, Ser. Ducis Brunsvicensis a Consiliis Aulæ et Bibliothecæ Guelferbytanæ Præfectus, a quo e Bibliothecæ Guelferbytanæ cimeliis mutuum accepi Codicem Fabularum Romuli Divionensem, nunc primum editum, nec non Editionem fabularum ejusdem Romuli Ulmensem, quam cum dicto Codice contuli, Variis Lectionibus textui subjunctis; Schützius, Ser. Ducis Saxo-Wimariensis a Consiliis Aulæ et Professor Jenensis; E. A. Schmidius, Bibliothecæ Ducalis Wimariensis ab Epistolis; Vulpius, Bibliothecæ Wimariensis ab Epistolis alter; Wagnerus, Gymnasii Merseburgensis Corrector. Qui omnes summi amicissimique Viri sive ex publicis, quibus præfecti essent, biliothecis, sive e lauta sua supellectile præstantissimorum et rarissimorum librorum benignissime mihi copiam fecerunt, pro quo viris præstantissimis hoc loco

Digitized by Google

gratias ago quas debeo maximas, habebo autem immortales.

Tu vero, benevole Lector, vale et conatui nostro fave! Scripsi Wimariæ, ipsis Kalendis Maii CIↃIↃCCCII.

J. G. S. SCHWABE,
Gymnasii illustris Wimariensis Corrector,
Soc. Lat. Duc. quæ Jenæ floret Sodalis.

Digitized by Google

VITA PHÆDRI

EX PHÆDRO,[1]

AUCTORE

J. G. S. SCHWABE.

PHÆDRUM fuisse Thracem, non pauci virorum doctissimorum sunt, qui, duce Pithœo, statuant.[a] Provocant enim ad ipsa Phædri verba:[b]

Ego, quem Pierio mater enixa est jugo,
In quo tonanti sancta Mnemosyne Jovi,
Fœcunda novies, artium peperit chorum, &c.

et ad locum alium:[c]

Ego, literatæ qui sum propior Græciæ,
Cur somno inerti deseram patriæ decus?
Threissa cum gens numeret auctores suos,
Linoque Apollo sit parens, Musa Orpheo.

Quibus addunt locum Strabonis:[d] Ἀπὸ δὲ τοῦ μέλους, καὶ τοῦ

NOTÆ

[1] In enarranda vita Phædri ea potissimum in usus meos verti, quæ viri docti, Funccius, Joannes Schefferus, Jo. Alb. Fabricius, F. Jos. Desbillonius, Crusius, Anglus, de hocce poëta memoriæ prodiderunt; ita quidem, ut placita eorum disquisitioni subjicerem, novasque passim auderem conjecturas, sustentatus argumentis ad probandum idoneis.

[a] Schefferus in Vita Phædri: Fabricius in B. L. t. II. p. 25. Ed. Ernest. Funccius de Senect. L. L. c. 3. §. 8. alii.

[b] Prol. lib. III. 17-19.

[c] Prol. lib. III. 54-57.

[d] Geograph. lib. X. p. 722. Edit Amstel. 1707. f.

Digitized by Google

ῥυθμοῦ, καὶ τῶν ὀργάνων, καὶ ἡ μουσικὴ πᾶσα Θρᾳκία καὶ Ἀσιᾶτις νενόμισται· δῆλον δ' ἔκ τε τῶν τόπων, ἐν οἷς αἱ Μοῦσαι τετίμηνται. Πιερία γὰρ, καὶ Ὄλυμπος, καὶ Πίμπλα, καὶ Λείβηθρον τὸ παλαιὸν ἦν Θρᾴκια χωρία καὶ ὄρη, &c. ex quo probare student, Pieriam montemque Pierium olim fuisse regionem montemque Thraciæ. At rectius Phædrus Macedonia ortus fuisse creditur. Etsi enim priscis temporibus (τὸ παλαιὸν) mons Pierius Thraciæ fuit ascriptus; subsequenti tamen tempore incolebatur a Macedonibus, teste eodem illo Strabone, qui verbis paulo ante citatis hæc subjungit, νῦν δὲ ἔχουσι Μακεδόνες, quæ quidem verba Schefferus reticuit. Atque etiam cum Pausanias[e] commemoret, fuisse olim Pieri, Macedonis, nomen uni e Macedoniæ montibus inditum; Plinius autem[f] et Mela[g] Pieriam appellent Macedoniæ[h] regionem; cum denique omnes antiqui Geographiæ scriptores Macedoniam a Thracia distinguant: dubitari nequit, jugum Pierium, de quo Phædrus verba facit, situm fuisse in Macedonia, et Phædrum Macedonem, non Thracem, esse appellandum.[i] At enim Phædrus loco, supra memorato,[j] se ipse 'Thracem' vocat. Et ego hæc verba minime id significare contendo,

NOTÆ

[e] Descript. Græc. lib. IX. cap. 29. t. III. p. 88. ex Edit. Cl. Facii. Χρόνῳ δὲ ὕστερόν φασι Πίερον Μακεδόνα, ἀφ' οὗ καὶ Μακεδόσιν ὀνόμασται τὸ ὄρος, τοῦτον ἐλθόντα ἐς Θεσπιὰς, ἐννέα τε Μούσας κατασήσασθαι, καὶ τὰ ὀνόματα τὰ νῦν μεταθέσθαι σφίσι.

[f] Hist. Nat. lib. IV. 10.

[g] De Situ Orb. lib. II. 3. 'Hic' (in Macedonia) 'Musarum parens domusque Pieria.'

[h] Plinius H. N. lib. IV. 8. coll. not. f. refert montem Pierum ad Thessaliam. Dicit enim: 'Pheræ, quarum a tergo Pierus ad Macedoniam protenditur.' Auctoribus Mela l. c. et Cellario Orb. Ant. t. I. p. 836. coll. Mapp. Geogr. p. 828. Pieria fuit provincia Macedoniæ; mons autem Pierus situs erat in confiniis Macedoniæ et Thessaliæ. Facile igitur fieri potuit, ut iste mons ab aliis Thessaliæ, ab aliis Macedoniæ ascriberetur. Sed jugum Pierium, de quo loquitur Phædrus, accipiendum pro ea montis illius parte, quæ ad Macedoniam pertinebat. Scribit enim, se literatæ propiorem esse Græciæ. Per consequens fuisset Græcus, si in altera, quæ Thessaliæ erat, natus esset: cf. Desbillon. Præf. p. V.

[i] Lege de hac re erudite disputantem Desbillonium, in Disp. I. de Vita Phædri p. IV. sq. præfix. Ej. Editioni Phædri. Thracem fuisse Phædrum, jam ante Desbillonium negavit Deniseus, qui Gallicis versibus Phædri fabulas reddidit. V. infra Vers. Gall. ann. 1706. et 'Memoir de Trevoux' d. a. p. 790.

[j] Prol. lib. III. 34-37.

Digitized by Google

quod volunt, qui secus sentiunt. Nam recte vidit Desbillonius,[k] ea ita esse interpretanda: Ego decus patriæ meæ, quæ literatæ Græciæ propior est, nolo per inertiam deserere, cum Threissa gens, quamvis a Græcia sit multo remotior, suos tamen auctores, Linum et Orphea, numeret. Neque etiam, judicante eodem viro docto, temporibus Lini et Orphei Macedoniam Thraciæ partem fuisse credidit Diodorus Siculus. Is enim,[l] Macedonem, a patre suo Osiride huic regioni præpositum, Macedoniæ, ante Lini et Orphei tempora, nomen dedisse, memoriæ prodidit, scribens: καὶ Μακεδόνα μὲν τὸν υἱὸν ἀπολιπεῖν βασιλέα τῆς ἀπ' ἐκείνου προσαγορευθείσης Μακεδονίας. Quæ cum ita sint, Phædrus fuit Macedo, neque magis, quam Pindarus, Thebis natus, propterea Thrax dici potest, quod Strabo[m] scriptis suis tradidit, Thraces olim tenuisse Bœotiam.

Fuerunt, qui verba: 'Ego, quem Pierio mater enixa est jugo,' improprie et poëtice a Phædro dici putarent.[n] Sed jam olim animadvertit Funccius,[o] hæc ita intellecta non apte cohærere cum sequentibus. Cum enim Phædrus, se 'in ipsa schola natum' esse, dicat;[p] Musæ autem, artium omnium et literarum Deæ, in monte Piero crederentur esse genitæ; facile vides, Pagenstecherum et viros doctos, qui eum sequuntur, non esse audiendos. Istam Pagenstecheri sententiam cl. Jacobs in dissertatione peculiari de fabulatoribus Latinis (Vide Nachträge zu Sulzers Theorie, T. VI. P. I. p. 34.) sic confutat: 'Diejenigen, welche diesen Worten (Prol. III. 17.) einen metaphorischen Sinn unterlegen, haben den Zusammenhang nicht gehörig erwogen. Phædrus führt die Gründe, die seine Ansprüche auf den Namen eines Dichters begünstigen, der Reihe nach an. Seinen

NOTÆ

[k] Vid. l. c. p. v.

[l] T. I. 20. p. 23. Edit. Wesseling.

[m] Loc. cit. Τόν τε Ἑλικῶνα καθιέρωσαν ταῖς Μούσαις Θρᾷκες οἱ τὴν Βοιωτίαν ἐκτισάμενοι.

[n] Pagenstecherus in Vit. Phædri, laudans Persii Sat. Prol. v. 1. Ursinus in Indice ad Edit. Phædri, voc. Pierius C. H. Schmid. in Not. l. ad Crusii Vitt. Poët. Rom. t. I. p. 342. vers. Germ.

[o] De imminenti L. L. Senect. c. 3. §. 8.

[p] Prol. lib. III. 20

Digitized by Google

Geburtsort, ein poetisches, durch die Gegenwart der Musen begünstigtes Land, stellt er an die Spitze. Zunächst kömmt er auf seine Erziehung, ‘ in ipsa natus pæne schola ;’ auf seinen Charakter, der keinen von den Flecken hat, die mit den Musenkünsten unverträglich sind. Man gebe dem ersten Satze eine metaphorische Bedeutung, und die ganze Anordnung der Gedanken ist zerstört.’

Quo anno, quibus parentibus natus sit Phædrus; utrum casu, an sorte nascendi factus sit servus, definire non audeo: verumtamen conjecturam virorum doctissimorum silentio prætermittere non licet. Cum enim Suetonius[q] narret, C. Octavium, Augusti patrem, Macedoniæ Prætorem, Bessos ac Thraces magno fudisse prælio: conjiciunt hinc, potuisse evenire, ut Phædrus cum aliis captivis Romam duceretur.[r] Hisce autem positis, Phædrum putant paucis ante annis natum esse, quam Jul. Cæsar summa potiretur imperii.[s] Eodem enim anno, quo Thraces fusi sunt, Q. Cicero fuit Proconsul Asiæ, Cæsar autem Romæ gessit consulatum.[t] Quæ quidem conjectura veri non est similis, recte observante Fabricio ;[u] quoniam inter Caligulæ imperium et illud tempus, quo C. Octavius Thraces fudit, intercedunt plus, quam LXX. anni. Quid? quod Phædrus regnante Claudio adhuc vixisse, et aliquot fabularum libros composuisse videtur, ut e sequentibus constabit. Neque dissentit a nobis Desbillonius, cujus placita non alienum videtur hoc loco commemorare :[x] ‘ Etenim hoc pacto,’

NOTÆ

[q] Aug. cap. 3.

[r] V. Schefferus in Vit. Phædri: Schumannus in Diss. de Vit. et Script. Phædri, edit. in Nov. Acerr. Philolog. Hal. 1715. 8. p. 170. sq. Müllerus in Einleit. zur Kenntniss der alten Lat. Schriftstell. t. v. p. 8. Crusius l. c. p. 343. Jo. Fabricius in Hist. Bibl. Fabric. P. VI. p. 319.

[s] Crusius in Vit. Phædri, quæ extat. l. c. p. 342. Müllerus l. c. t. v. p. 6.

[t] Crusius l. c. p. 343. Sueton. Oct. cap. 3.

[u] Bibl. Lat. t. II. p. 25. Edit. Ernest.

[x] Disp. I. de Vit. Phædri cit. p. VI. Mea quidem sententia locus, quem mox affert Desbillonius, non tempore Sejani sed Caligulæ scriptus est. Nam Fab. alias 25. lib. IV. cum Brotierio et Bipontinis Editor. epilogum fieri jussi lib. III. cujus prologo ad Eutychum bene respondet.

Digitized by Google

inquit, ' Phædrum tempore Sejani, quo se scripsisse testatur, septuagenario majorem fuisse oportuerit; quod veri simile non videtur. Ipse enim Lib. IV. Epil. 16. (Epil. L. III. 16. 17. nostræ Edit.) de se loquens, sic unum e suis patronis admonet:

Olim senio debilem
Frustra adjuvare bonitas nitetur tua.

Tunc ergo non erat neque senex, neque senio proximus. Præterea si abductus eo tempore in servitutem fuisset, captum esse cum victis vel Thracibus vel Bessis dicendum foret, qui barbari longe ab Auctoris nostri patria (Macedonia) erant ad septemtrionem remoti.'

Phædrus, ætate puerili captus, nescio quo casu, Romam deportatus Augusto imperatori mancipatus est, qui eum, ob morum probitatem atque ingenii elegantiam, bonis literis curavit instituendum, et manumissum libertate donavit.† Literis autem Latinis Romæ imbutum fuisse Phædrum, vel ex Epil. L. III. 33. sq. (alias Lib. IV. 25. 33. 34.) potest intelligi, quo loco ex Ennii Telepho versum memorat, quem se puerum quondam legisse testatur, hujus sententiæ:

Palam mutire plebeio piaculum est.

Jam vero si perpendamus, scripsisse poëtam fabulas Latine, i. e. sermone terso atque polito, eundemque usum esse genere dicendi simplici et faceto, veterem urbanitatem redolente; vix credibile est, aliquem ad talem sermonis Latini peritiam alicubi pervenire potuisse, nisi Romæ, et longo quidem ab ineunte pueritia usu.ʏ Quomodo servus factus sit Augusti, fateor me nescire. Sed dubium potest esse nullum, Octavium Augustum nostrum, cum perpolivisset literis ingenium, asseruisse libertati, atque adeo Phædrum Octavii Augusti fuisse libertum. In libris enim fabularum Mss. expressis verbis Augusti vocatur libertus.‡

NOTÆ

† Harlesii Notit. Literat. Rom. p. 435. Crusius l. c. p. 850.

ʏ Desbillonii Disp. cit. p. VI. sq.

‡ In Cod. Pithœi scriptum est: ' Phædri Aug. Lib. secundus incipit.' V. Gud. In Ms. Rem. post. l. v. fab. 10. ' Phædri Aug. liberti liber quintus explicit feliciter.' Vid. Brot.

Digitized by Google

Sed Octavium Augustum intelligendum esse, testis est ipse Phædrus, memorans litem, a Divo Augusto dijudicatam, addens:

Narrabo, memoria quod factum est mea.[a]

Non pauci tamen sunt, qui Phædrum libertatem Tiberio Augusto debere existiment;[a] a quibus recte dissentit Desbillonius,[b] qui præter argumenta, et a me paulo ante notata, hoc in medium protulit: 'Mihi,' inquit, 'conjectura de Octavio longe probabilior videtur. Etenim manumitti Phædrum oportuit ob elegantiam ingenii, sermonisque Latini peritiam: quas artes et profuisse nemini apud Tiberium, horum temporum historia satis ostendit, et aliquo vix in honore fuisse illo regnante, versibus, Sejano adhuc superstite compositis, ipse indicat:[c] ubi fatetur, quamvis insigniter in arte sua se exercuerit, fastidiose tamen in Musarum coetum recipi.'

Phædrus igitur tempore Cæsaris Octavii Augusti, cujus memoria et recordatio ei erat jucundissima, vixit rebusque secundis usus est. Post Augusti obitum, Tiberio imperium administrante, in magnam incidit calamitatem, odio maxime Sejani, qui pro arbitrio cuncta gerebat sub Tiberio, et nostrum, fictis accusatum criminibus, damnaverat. Conqueritur enim Prol. Lib. III. 40—43.

Quodsi accusator alius Sejano foret,
Si testis alius, judex alius denique;
Dignum faterer esse me tantis malis.

Qui factum sit, ut in odium Sejani incurreret, pro certo affirmari non potest. Conjicit Schefferus, Phædrum, ab Augusto libertate donatum, primo Augustum, et mox eo defuncto posteros illius amasse et coluisse: quos inter cum extiterit primum Agrippa, deinde Germanicus, non potuisse

NOTÆ

[a] Lib. III. fab. 10. 8. 39.

[a] Schefferus in Vit. Phædri. Ol. Borrichius de Poët. p. 55. Lipsius ad Senec. Consol. Polyb. cap. 27. Buchnerus Orat. t. II. Or. 2. coll. Fabri Thes. v. *Phædrus*; et A. Schotti observ. l. II. c. 19. ut omittam alios. Morhof. de Patavin. Livii p. 157. hæret ambiguus, Phædrum Libertum Augusti vel Tiberii appellans.

[b] Disp. cit. p. VII.

[c] Prol. lib. III. 41. 23.

Digitized by Google

deesse rationem Sejano, criminandi Phædrum apud invidentem atque suspicacem principem Tiberium. Sed hæc non magnam veri speciem habere et longe petita mihi videntur. Immo vero Phædrus auctorem calamitatis suæ se ipse fatetur,[d] scribens:

Servitus obnoxia
Quia, quæ volebat, non audebat dicere,
Affectus propries in fabellas transtulit,
Calumniamque fictis elusit jocis.
Ego illius pro semita feci viam,
Et cogitavi plura, quam reliquerat,
In calamitatem deligens quædam meam.

Quibus e verbis colligi potest, scripsisse Phædrum fabulas, quibus Sejani aliorumque iras concitaret; etsi simularet, sibi non mentem esse notare singulos; Prol. III. 40-50. Verba enim,

In calamitatem deligens quædam meam,

non interpretanda sunt: Nonnulla applicans ad mala, quæ passus sum, quod, præter alios, vult Crusius, Anglus;[e] sed ita: Unde mihi per calumniam inimicorum postea calamitas fuit conflata. Idem hoc Phædrus fabula de Cane et Venatore[f] ad Philetum significare videtur. Canis enim ille venaticus, fortis olim adversus omnes feras, nunc annis ingravantibus languens, quem adumbrat alium, quam ipsum fabulæ auctorem?[g] Quanquam hæc fabula etiam alio modo explicari potest, uti suo loco monstrabitur. Ac mea quidem sententia Phædrus post Tiberii secessum in Capreas insulam, vivo Sejano et florente, duos priores fabularum libros in lucem emisit. Non enim unam alteramve fabulam sibi amicisque tantum composuisse mihi videtur, traditam deinde in manus multitudinis, quæ est Desbillonii sententia.[h] Namque non una ratione inducor ad credendum, Phædrum

NOTÆ

[d] Prol. lib. III. 34-40.
[e] Vit. Phædri, quæ extat. l. c. T. I. p. 344. vers. Germ. cf. Jacobs l. c. p. 35. not. o.
[f] Lib. V. fab. 10.
[g] Hanc sententiam tuetur Desbillonius Disp. cit. p. XI. ubi vide.
[h] Disp. cit. p. X.

Digitized by Google

scripsisse omnibus, non singulis, ut luculenter docebunt sequentia. Contra facile admitto conjecturam Brotierii, maxime Desbillonii, qui non sine causa statuunt, Libri primi fabulam 6. de Sole et Ranis ad invidiam Sejano faciendam pertinuisse; quod Liviam, sive Livillam, Drusi Neronis Germanici filiam, Caio, Augusti nepoti, mox Druso, Tiberii filio, nuptam, ausus esset uxorem sibi postulare,[i] et ista ambitione tam insolenti vulgi rumorem, odium procerum, Tiberii ipsius suspiciones excitasset. Quam sententiam hac video niti interpretatione:[k] ' Liviam adulterio corruperat Sejanus, perpuleratque, ut Drusum maritum, Tiberii filium,[l] veneno tolli sineret: atque ambo speraverant, moram omnem fuisse hoc scelere sublatam, quo minus celebres fierent nuptiæ: at ranæ, id est, universæ familiæ Romanæ, quarum Sol, Sejanus, omnes lacus, id est, omnes domos exhauriebat, Jovem, i. e. Tiberium efficaci tandem querela commoverunt, ut nefarium inceptum disturbaret.' Qua fabula lecta, excanduit Sejanus in ultionem; cumque intellexisset, Phædrum fabula Lib. I. 2. de Ranis regem petentibus, ipsum carpere Tiberium, forte cupide arripuerit istam occasionem ulciscendi injuriam, ex altera fabella nuper acceptam; et accusator, testis, ac judex læsæ majestatis reum[m] Phædrum damnare tentavit. Atque hic observat Desbillonius,[n] potuisse Tiberium parvo illo tigillo, quod Ranæ inquinant omni contumelia, non inepte designari: Romanos enim ac præ ceteris duces exercituum militesque, et multo etiam magis socias gentes his potissimum temporibus aspernari eum cœpisse; quod imperii clavum deserere videretur, et ignavus ' Caprearum angusta in rupe sederet,'[o] atque otiaretur, tutore Sejano. Tunc etiam, auc-

NOTÆ

[i] Tacit. Annal. IV. 39. 40.

[k] Desbillonius l. c. p. X.

[l] Tac. l. c. cap. 3. 8. coll. cap. 9-11.

[m] Tac. Annal. I. 72. de Tiberio loquens: ' Legem,' inquit, ' majestatis reduxerat.' Coll. Desbillon. Disp. de vita Phædri, p. X. sq.

[n] Disp. de vita Phædri, p. XI.

[o] Juvenalis Sat. X. 93.

Digitized by Google

tore Tacito,[p] 'contumeliæ in eum dictæ; et fluxa senio mens et continuo abscessu velut exilium aliquanto post a Fulcinio Trione objecta.' Non tamen crediderim, Phædrum, omissa crudelitate, solum ignaviam atque inutilitatem Tiberii fabula memorata deridere voluisse, quod volunt Desbillonius et Tristanus (Histoir. des Empereurs, loco mox citando). Crudelis enim esse non destitit: non igitur alium per hydrum notavisse videtur poëta, quam huncce Imperatorem,[†] nisi quis malit intelligere Sejanum, instrumentum crudelitatis suæ. Neque objici potest a cl. Jacobs in erudita dissertatione de Fabulatoribus Latinis, (v. Nachträge zu Sulzers Theorie T. VI. P. I. p. 34.) hydrum istum de Caligula non posse intelligi, quia fabula de ranis Græcæ sit originis. Quæ enim si vera essent, vix liceret contendere, Tiberium a Phædro per hydrum notatum fuisse. Sed quis possit dubitare, poëtam fabulas, ab Æsopo inventas, et a se versibus senariis politas, genio sæculi accommodavisse, eundemque sub antiquis illis fabulis res sua memoria gestas voluisse adumbrare? cum ei mens esset, ut ipse testatur Prol. III. 50. 'vitam et mores hominum ostendere.'

Præter Sejanum subsequenti tempore non pauci erant potentes, qui Phædri fabulis se læsos putarent, iramque evomerent in auctorem,[q] quos hic tamen nominare non audet; id quod luculenter apparet ex Epil. Lib. III. 29. sqq.[r]

Sed difficulter continetur spiritus,
Integritatis qui sinceræ conscius
A noxiorum premitur insolentiis.
Qui sint requires: apparebunt tempore.
Ego quondam legi quam puer sententiam,

NOTÆ

[p] Annal. IV. 42. et VI. 38.

[†] Jam olim Heusingerus vidit, Tiberium, non Caligulam, significari per hydrum. Vide Addenda ad Edit. Heusinger. ann. 1772. Not. K. et ad lib. I. fab. 2. 24.

[q] Desbillon. l. c. p. IX. Prol. IN. 45-47. coll. Epil. III. 29. sqq.

[r] Alias lib. IV. fab. 25. 29. sqq.

Digitized by Google

Palam mutire plebeio piaculum est,
Dum sanitas constabit, pulchre meminero.

Qui locus probat, Phædrum, invidiæ calumniæque machinationibus oppressum, fictarum causarum reum esse factum. Ac primum quidem Sejanum accusatorem, simulque testem ac judicem habuit.[s] Hoc deinde extincto, alii, sive a Sejano incepta persecuturi Phædrumque ultioni mactaturi, sive propria simultate inflammati, omnem moverunt lapidem, ut affligerent nostrum et perderent. Ii sunt, contra quos supplex et reus, etsi integritatis conscius, implorat misericordiam Eutychi, patroni sui,[t] hocce tempore forte judicum numero habendi,[u] scribens:

Stultum admovere tibi preces existimo,
Proclivis ultro cum sit misericordia.
Sæpe impetravit veniam confessus reus,
Quanto innocenti justius debet dari?
Tuæ sunt partes; fuerunt aliorum prius:
Dein simili gyro venient aliorum vices.
Decerne quod religio, quod patitur fides, &c.

Sed tota res jacet in tenebris, et vix sperare licet, hæc unquam in lucem evocatum iri.

Non Ælium Sejanum, eundem, qui sub Tiberio suam latissime potentiam exercebat, Phædrum perstringere, censet Cannegieterus,[v] sed potius hominem, moribus ejus non dissimilem. 'Nam si,' inquit, 'ipsum Sejanum intelligas, qui, quæso, ausus est homo libertinus eum, sub sævissimo principe crudeliter dominantem, tam acerbe perstringere in carmine publico? aut si hoc est Phædrus ausus, vitæ suæ

NOTÆ

[s] Prol. lib. III. 41. 42.

[t] Epil. lib. III. 20-26. coll. Desbillonii Disp. de Vita Phædri, p. IX.

[u] Versus enim, 'decerne quod religio, quod patitur fides,' intelligendus, observante Desbillonio, de religione judiciorum et fide jurisjurandi, quo se Romanorum judices astringebant, lites sese et controversias ex æquo et bono præscriptisque legum esse dijudicaturos. Cf. Desbillonii Disp. cit. p. VIII. Non tamen vero simile videtur Burmanno ad loc. Phædri cit. Eutychum, liberti nomen gerentem, judiciis præfuisse.

[v] In Diss. de Æt. et Stylo Aviani p. 270. sq. inserta Ej. Edit. Aviani.

Digitized by Google

prodigus, qui, quæso, factum, ut tantam linguæ licentiam impunitam tulerit? tulisse autem videtur, quod interposito tempore reliqui fabularum libri prodierunt. Nam non omnes simul esse editos, facile largior Hario, auctori Epistolæ criticæ. At vero nequaquam in eo assentior, quod eodem in loco ad Prol. Lib. III. monet, Sejano jam damnato eum librum esse scriptum.[x] Nam si post damnationem, etiam post mortem scriptus est; eodem enim die damnatus in Senatu et ad supplicium raptus est Sejanus, Dion. LVIII. p. 628. At vero vixisse illum Phædri Sejanum, ac magna auctoritate et potentia præditum fuisse, cum illa scriberet poëta, hæc verba vincunt:

Quodsi accusator alius Sejano foret,
Si testis alius, judex alius denique.

Quomodo 'foret' Sejano mortuo conveniet?'

Cujus quidem argumenti, speciosi profecto, vis facile infringi potest, si fingas, Prologum Libri III. vivo quidem Sejano literis consignatum, sed demum post Phædri mortem juris factum esse publici. Quam sententiam sustentari posse censeo loco Phædri, Prol. Lib. III. vs. 29-32.

Librum exarabo tertium Æsopi stylo,
Honori et meritis dedicans illum tuis.
Quem si leges, lætabor: sin autem minus,
Habebunt certe, quo se oblectent posteri.

Cum enim Phædrus verba tantum faciat de Eutycho et posteris, quorum ad manus fabulæ Libri III. transmittendæ sint; suspicari possis, poëtam noluisse, ut ab aliis, tunc viventibus, legerentur, cum e fabulis Libri I. et II. antehac editis, magna cepisset incommoda. Itaque, suo ipsius damno edoctus, providisse putandus est, ne scripta sua in posterum se vivo in publicum emitterentur.[y] Quæ si admittantur, facile intelligitur, Phædrum, vivo adhuc Sejano, scribere potuisse ad Eutychum, 'Quodsi accusator alius

NOTÆ

[x] Librum III. post Sejani statim ruinam exaratum esse, statuebat Harius, probante Burmanno, quem vide ad Phædri lib. I. fab. 2. 24.

[y] Conf. Desbillonius ad Prol. lib. III. 32.

Digitized by Google

Sejano foret;' ita quidem, ut non esset, quod metueret hominem crudelitate barbarum.

Contra Librum fabularum I. et II. quibus poëta Sejanum et alios ad iram provocavit maximam, ut ego quidem arbitror, vivo Sejano et florente in vulgus edidit; etsi Desbillonius, ut supra dictum est, aliter sentiat. Namque, recte notante Cannegietero,[a] ' Prologus Libri I. et multa alia arguunt, non paucis scripsisse fabulas suas Phædrum, sed omnibus; neque tantum ad privatum dolorem leniendum, sed et ad famam publice aucupandam. Quorsum enim solicitæ illæ προφάσεις ad lectorem, non initio solum et fine, sed et in mediis libris, quibus nil opus ad amicos? Quid? cum in Prologo Libri III. 23. fastidiose se in cœtum recipi queratur; et in Epilogo Lib. IV. 5. 6. Particulonis nomen dicat chartis victurum suis,

Latinis dum manebit pretium literis:[b]

ex tacitis amicorum laudibus hanc gloriæ immortalitatem eum sperasse vix putandus est, immo vero ex publicis virorum doctissimorum suffragiis. Porro qui illa conveniant ex Prologo Libri III. 45-50.

Suspicione si quis errabit sua,
Et rapiet ad se, quod erit commune omnium,
Stulte nudabit animi conscientiam.
Huic excusatum me velim nihilominus:
Neque enim notare singulos mens est mihi,
Verum ipsam vitam et mores hominum ostendere,

nisi omnium manibus versatos hos Phædri libellos existimamus?' Quæ Cannegieteri conjectura confirmatur judiciis variis, quæ de fabulis suis facta esse ipse Phædrus fatetur, et quæ comprobant, non singulis, sed omnibus compositas et publicatas esse fabulas. Scribit enim Prol. IV. 17. 18.

Mihi parta laus est, quod tu, quod similes tui
Vestras in chartas verba tranfertis mea.

NOTÆ

[a] Diss. de Ætat. et stylo Aviani, p. 270.

[b] Alias lib. V. fab. 5. 43. 44.

Digitized by Google

Nec defuere hisce temporibus, qui Phædri fabulas bona quædam habere non diffiterentur, sed ea ex Æsopo mutua accepta; cetera ut excogitata sint a Phædro, ita mala et inepta esse.[b] Alii, cum nil possent aliud, brevitatem et obscuritatem fabularum accusabant.[c] Fuerunt denique, qui fabulas componere non auderent, sed vindicarent sibi, quod inventum erat a Phædro. Hoc enim voluit Lib. III. fab. 13.[d] fortasse etiam Libri I. fab. 3.

Cujuscumque generis calamitas fuerit, in quam odio et persecutione Sejani Phædrus fuit præcipitatus,[e] certum est, divitias neutiquam eum reddidisse calamitosum. Cum enim videret, pecunias hisce temporibus multis esse perniciei, opum parandarum studium omne ex animo delevit, seu, ut ait Prol. III. 21. curam habendi penitus corde erasit. Id quod innuit Lib. V. fab. 4. 7. 8. ubi scribit post enarratam fabulam de Asino, detrectante hordei comedere reliquias, quo saginatus porcus Herculi deinde immolatus fuit:

Hujus respectu fabulæ deterritus
Periculosum semper reputavi lucrum.

Et profecto tunc opulentissimum quemque a Tiberio variis criminationibus circumveniri solitum, præter alios, Suetonius[f] et Tacitus[g] docent, teste Scheffero.[h] Neque etiam dubium est, Phædrum, calamitatem magno ferentem animo, remedium adversus eam petiisse e literis, et ad molliendum dolorem scripsisse reliquos fabularum libros.[i]

Scripsit Phædrus versibus senariis fabularum Æsopiarum Libros V. Sed de ætate qua vixit, et de tempore quo exaravit fabulas, non una est virorum doctissimorum sententia. Gudius ætatem ejus ad Tiberii principatum refe-

NOTÆ

[b] Lib. IV. fab. 20. 1-5. coll. Scheffero in Vit. Phædri.
[c] Lib. III. fab. 10. 59. 60.
[d] Vid. Schefferus in Vita Phædri.
[e] Capitis periculum vitæque discrimen subiisse, conjicit Desbillonius Disp. cit. p. VIII. ex Epil. III. 20-26. (Alias lib. IV. fab. 25. 20-26.) In vincula publica Phædrum conjectum fuisse, forte colligi potest e lib. III. fab. 9. 34. coll. Epil. III. 15. sqq.
[f] Tiber. cap. 49.
[g] Annal. lib. VI. c. 19.
[h] Vid. Ej. Vita Phædri.
[i] Prol. lib. III. 41-44.

Digitized by Google

rendam, ipsumque Valerio Maximo aliisque ejus ævi scriptoribus æqualem fuisse censebat.[k] Existimabat autem, has fabellas demum post Tiberii mortem publici juris factas;[l] cum non vero simile videatur, illum ausum fuisse, fabulis suis viventem imperatorem immiscere, quod quam periculosæ aleæ opus esset, alia ejus temporis monumenta ei probare videbantur; deinde quod fabulam de Ranis regem petentibus, et a Jove hydrum consecutis, Caligulæ tempora respicere putabat: nam Tiberium de Caligula, successore suo, dicere solitum, 'exitio suo omniumque Caium vivere: et se natricem populo Romano, Phaëtontem orbi terrarum, educare, teste Suetonio.'[m] Speciem habent argumenta Gudii; sed tamen certum est, quid respondeam. Namque, ut supra ostendi, Phædrus diserte dicit, fabulas suas esse fontem, ex quo tot mala, quæ fuerit perpessus, fluxerint. Conqueritur de Sejano, accusatore, teste, et judice suo. Alium igitur atque alium fabularum librum, Tiberio et Sejano viventibus, ediderit necesse est. Deinde habeo persuasissimum, Libri I. fab. 2. Tiberium notari, non Caligulam. Etenim ad Tiberium, post secessum in Capreas insulam vitam degentem inertem atque desidiosam, et per Sejanum insatiabilem explentem crudelitatem, cum parvum tigillum, tum hydrum non inepte accommodaveris; ad Caligulam non item. (Vide supra notata.) At enim periculosum erat, viventem imperatorem immiscere fabulis.—Imprudenter id fecit Phædrus, fateor; at non fecit impune; etsi nesciamus, quis Deus ex machina eum, si vitæ adiit discrimen, liberaverit.—Burmanno Phædrus Tiberii ætate vixisse videbatur, quamvis, cum provectæ admodum ætatis has fabulas composuisse putaret, ut e

NOTÆ

[k] Burmannus in Præf. ad Edit. Phædri ann. 1698. et 1718.

[l] Sic quoque visum Rigaltio et Fabricio.

[m] Calig. cap. 11. Per hydrum a Phædro C. Caligulam notari, contendit etiam Tristan. Hist. des Empereurs, t. II. p. 308. v. Fabricius l. cit. t. II. p. 26. Nec desunt, qui Phædrum 'parvi tigilli' nomine Tiberium, nomine 'hydri' Caligulam intellexisse censeant. v. Desbillons. Præf. Disp. I. p. VII. coll. Tristan. l. c.

Digitized by Google

Libri III. Epil. et Lib. V. fab. 10. appareat, quo tempore potissimum scripserit, definiri vix posse contenderet. Etsi vero poëta Epil. Lib. III. 10. (alias Lib. IV. fab. 25. 10.) scribit: 'vita morti propior est quotidie;' et mox: 'languentis ævi dum sunt aliquæ reliquiæ;' idem tamen addit vs. 16. 17. 'olim senio debilem frustra adjuvare bonitas nitetur tua.' Ex quo recte potest colligi, Phædrum tum, cum Epilogum Lib. III. literis mandaret, neque senem fuisse, neque senio proximum. Itaque τὸ 'languens ævum' vs. 15. dicti Epilog. non de senectute, sed vita Phædri, a noxiorum insolentiis pressa (vs. 31.) et mœrore confecta, intelligi posse videtur: de quo suo loco plura dicentur. Fac etiam, Lib. V. fab. 10. de fabulis Phædri, summa senectute compositis, esse capiendam; etsi alio quoque modo explicari possit: vix tamen poëta fabulas ad unam omnes ætate decrepita literis consignasse existimandus est. Neque etiam e Lib. III. fab. 1. hoc tuto effici posse censet cl. Jacobs in disputatione de Fabulatoribus Latinis, supra citata, ubi laudat Funccii Apologiam pro Phædro, etsi Phædrum, ætate provectum, si non omnes fabulas, certe partem, scripsisse putet.

Sub Claudio scripsisse, et sub Sejani nomine Narcissum perstringere, conjectura est Cannegieteri.[o] Non enim opportuniorem licentiæ, quam sibi sumsit Phædrus, locum fuisse, quam sub imperatore Claudio, cujus stoliditate et patientia plures, in locis etiam publicis atque in foro, sint abusi re pariter ac verbis injurii:[p] fabulam de tigillo rege, contumeliis inquinato, huic imperatori esse aptissimam; convenire etiam tempori huic libertinorum potentiam. Nam Eutychum, Particulonem, Philetum, quos amicos suos non inhonoratos laudet Phædrus, libertinos arbitratur fuisse, id quod servilia nomina ei indicare videntur. At vero si Claudio imperante licentiæ locus fuit; si in locis publicis

NOTÆ

[o] Diss. cit. de Ætate et Stylo Aviani, p. 270. sq.

[p] Exempla dabit Suetonius in Claud. cap. 15.

Digitized by Google

atque in foro licuit injurium esse; qui, quæso, fieri potuit, ut licentia, quam sibi sumserat Phædrus, vitio ei verteretur, isque magnum inde caperet detrimentum? Sed tamen, Particulonem atque Philetum Claudii fuisse libertos, non magis negaverim, quam Librum IV. et V. fabularum hoc regnante a Phædro conscriptos fuisse.

Cel. Saxius, ut argumento tituli Prolog. III. ad Eutychum, eundem fortassis qui potentissimus Caligulæ libertus fuit, teste Josepho,[q] simul ut loco Senecæ[r] quodammodo satisfaceret, medio Phædrum Claudii principatus tempore posuit A. C. 48.[s] Sejano, jam extincto, nostrum fabulas suas opposuisse, conjectura est Jo. Fabricii.[t] Sunt denique qui poëtam imperante Augusto vixisse, sed fabulas, in quibus nomen Sejani legitur, demum sub Claudio juris publici fecisse affirment.[u]

Si quis iis assentiri velit, quæ supra disputavi, nixus argumentis non penitus contemnendis, nulla potest esse dubitatio, Phædrum jamjam vixisse regnante Octavio Augusto. Is enim eum vindicaverat in libertatem, et facit Phædrus honorificam nominis ejus mentionem. Aureæ tamen ætatis scriptoribus poëta propterea non annumerandus est; cum demum sub Tiberio artis poëticæ laude florere et fabulas scribere cœperit. Mortuo enim Augusto, cum Tiberius anno imperii XII. Roma excessisset, nunquam eam revisurus; et petiisset Capreas insulam, ubi in otio turpique inertia vivebat, de imperio parum solicitus; edidit Phædrus post annum Christi XXVI. duos priores fabularum libros, in quibus conjectura probabili Tiberium, Sejanum, aliosque Romanorum potentes notaverat. Quo cum in acerbissimum venisset odium, et conflictaretur cum fortuna adversa, cautior deinde factus, fabulas, scriptas ad

NOTÆ

[q] Ant. Jud. lib. XIX. c. 4. p. 942. Edit. Havercamp.

[r] Consol. ad Polyb. cap. 27.

[s] Vid. Saxii Onomast. tom. I. p. 241.

[t] In Hist. Biblioth. Fabrician. P. VI. p. 819.

[u] Jo. Pet. Millerus in Præf. ad Edit. Phædri. Berol. 1753. in lucem emissam.

Digitized by Google

leniendum dolorem, juris publici non fecit. Sic composuit, ut videtur, Librum III. dedicavitque, ut ipse ait, honori et meritis Eutychi. Qui si idem est cum Eutycho, opibus et gratia florente in aula Caligulæ,[x] tertius fabularum liber ad hujus imperatoris tempora referendus est; etsi, Prologum et aliam atque aliam hujus libri fabulam e. g. Lib. III. fab. 2. Phædrum, vivis adhuc Tiberio et Sejano, scripsisse, non negaverim. Verumtamen poëta voluisse videtur, ut præter Eutychum a nullo alio legerentur Fabulæ, et demum post ipsius mortem in vulgus ederentur; quemadmodum supra vidimus e Prol. Lib. III. 29-32. præeunte Desbillonio. Duos posteriores fabularum libros, quos dedicavit Phædrus Particuloni et Phileto, fuisse sub Claudio scriptos, facile crediderim. Convenit enim huic tempori, ut ait Cannegieterus, libertorum potentia. Videntur autem cum Particulo, tum Philetus, cujus meminit Lib. v. fab. 10. 10. Claudii fuisse liberti. Namque apud Gruterum[y] occurrit 'Tib. Claud. Philetus,' et alio loco[z] 'Philetus libertus' in lapide Brixiensi; Veletris autem in pavimento Ecclesiæ Cathedralis legitur 'Tib. Cl. Philetus Lib.'[a] Sed vix dubitandum, libros memoratos non nisi post Phædri exitum lucem aspexisse. Accepta enim tanta e fabulis calamitate, an credibile est, Phædrum, tot ærumnas perpessum, de fabulis denuo edendis cogitavisse? Immo vero, omni liberatus periculo, nihil prius habuerit, nihil antiquius, quam ut in dulci consenesceret otio.[b]

Quando vita excesserit Phædrus, non liquet. Qui vero etsi ad summam senectutem vixisse videtur, ut e nonnullis fabularum locis, in quibus senectutis suæ mentionem facit,[c] non obscure colligi potest; ad Vespasiani, tamen, aut Do-

NOTÆ

[x] Josephus l. c. Christian. Wase lib. de Senario, p. 32. Fabricii B. L. tom. II. p. 24. et 26.

[y] Corp. Inscriptt. p. DCLXXVII. 2.

[z] Lib. cit. p. CCCLII. 4.

[a] Vid. Not. Gudii ad Phædri lib. v. fab. 10. 10.

[b] Desbillonii Disp. de Vita Phædri, p. XII.

[c] Huc maxime referunt viri docti lib. v. fab. 10.

Digitized by Google

mitiani tempora in vivis fuisse, quod Pagenstecherus contendit, vix est credibile.

Naturam habuisse Phædrum probitatis atque honestatis amantem, tot egregiæ ostendunt sententiæ, quæ in ejus fabularum opusculo leguntur. Id ipsum probitatis animosque hominum a vitiis ad virtutem traducendi studium, non malus animus, eum ad scribendas fabulas excitasse videtur; quemadmodum e multis opusculi sui locis luculenter apparet. Sic scribit Prol. Lib. II. 2. 3.

Nec aliud quicquam per fabellas quæritur,
Quam corrigatur error ut mortalium.

Sed Prol. Lib. I. 3. 4.

Duplex libelli dos est: quod risum movet,
Et quod prudenti vitam consilio monet.

Quibus adjungo locum Prol. III. 49. 50.

Neque enim notare singulos mens est mihi,
Verum ipsam vitam et mores hominum ostendere.

Huc quoque referendum, quod habet Lib. II. fab. 5. 5. de ardelionum natione, multa agendo nihil agente:

Hanc emendare, si tamen possum, volo.

In quo tamen studio, mores hominum corrigendi, justo audacior et parum cautus providusque fuisse, et urbem principesque nimio sale defricuisse putandus est.[d] Quæ cum ita sint, equidem nolim contendere cum Scheffero, primam scribendarum fabularum causam fuisse calamitatem, in quam odio et persecutione Sejani inciderit Phædrus; qui, cum ei non licuerit aperte, ob adversarium potentem, occulte saltem et sub involucris fabularum fortunam exponere, depingendoque mores ejus et flagitia, velut ultionem sumere de ipso, seque consolari sic susceperit. Ita enim intelligit locum Prol. Lib. III. 34-40. Sed antecedentia docent, vero esse simillimum, Phædrum demum, duobus prioribus fabularum libris in vulgus emissis, in odium venisse Sejani, auctoris calamitatis suæ; adeoque

NOTÆ

[d] Desbillonius l. c. p. XIII.

Digitized by Google

primam fabularum conscribendarum causam non fuisse calamitatem, immo vero homines emendandi desiderium. Ad quod accedebat laudis et gloriæ cupiditas, illius maxime, quæ est ex literis, et immortalitatis desiderium, quo inflammatum fuisse poëtam, haud unus testatur fabularum locus. Namque Prol. Lib. III. 60. 61.

Ergo, (inquit,) hinc abesto, livor, ne frustra gemas:
Quoniam mihi solennis debetur gloria.

Sic Epil. IV. 5. 6.

Particulo, chartis nomen victurum meis,
Latinis dum manebit pretium literis.

Quæ docent, tam præclare de se sensisse Phædrum, ut et aliis famam nominis et immortalitatem dare posse scriptis suis crederet:[e] ut omittam loca, quæ nostrum prædicari de se, et nominari a posteritate voluisse, manifesto probant.[f]

NOTÆ

[e] Hoc nomine perstringitur noster ab Adriano Baillet, in Jugemens des Savans, tom. IV. p. 148. Sed vide ad Epil. IV. 5. 6. Desbillonium in Disp. I. de Vita Phædri p. XIV. qui non ita benigne spurcam æque ac indoctam narrationem de Canum legatis ad Jovem, vel impudicam obscœnitatem, cujus vestigia in fabellis ejus supersunt, excusari posse credit. Sed indulgendum genio sæculi, ut mihi quidem videtur.

[f] Vide e. c. Prol. III. 32.

Digitized by Google

JUDICIA ET TESTIMONIA

DE PHÆDRO.

Joannes Cardinal. Bona in Notitia Auctorum.

PHÆDRUS Thrax, Augusti Cæsaris libertus, fabularum, quas, ut ipse ait lib. v. auctoritatis gratia Æsopias nuncupavit, libros quinque conscripsit Iambicis versibus cultissimis et elegantissimis.

Thomas Reinesius Eponymol. inedit.

Phædrus Thrax, Augusti Lib. fabulas Æsopi pulcherrimis versibus Latinis reddidit.

Jacobus Bidermannus e Soc. Jesu Utopiæ lib. I. pag. 3.

Phædrum horis subsecivis per proximos priores dies legi, Tiberii principis libertum, doctum cetera scriptorem et fabulatorem sane non inficetum; quique probioris aliquantum indolis, quam hodie pleraque fabularum commenta; aut verius ævi nostri dedecora: in quibus legendis præter bonas horas, morum quoque animorumque dispendium est.

Jo. Pricæus notis in Apuleii Apologiam pag. 18.

Phædrus lepidissimus Fabularum Scriptor.

Caspar Barthius Adversar. lib. XXX. cap. 22.

Ingenuas Phædri fabulas a prima pueritia in deliciis

Digitized by Google

habui. Et immortali amore prudentiam, in tam suavibus verbis et fabulis abditam, dignam esse quis neget?

Idem Adversar. l. XXXV. c. 21.

De Phædri fabulis ita judicant doctorum plerique, esse ingenuæ Latinitatis, neque mentiri ævum Tiberii. In quorum ego prorsus opinione sum, licet unam et alteram subditiam et insititiam esse jam olim notarim.

Augustus Buchnerus in libris de commutata ratione dicendi.

Phædrus elegantissimus Fabularum Æsopicarum poëta.

Idem Oration. Tom. II. Orat. 2.

Phædrus elegantissimus Fabularum Æsopicarum poëta, libertus Tiberii Cæsaris doctissimus.

Idem Epist. Tom. II. Ep. 71. ad Janum Gruterum.

Phædri elegantes et purissimæ Latinitatis, sic Barthius censet, Fabulas tenere semper amavi. Et quidni? cum illas nemini non eruditorum hactenus in deliciis esse viderem.

F. Vavassor de ludicra dictione pag. 205.

Phædrum igitur habemus, Augusti libertum, sive Octaviani sive Tiberii, qui et nomine ipso hilaritatem præ se fert, et profitetur libelli sui dotem alteram e duabus esse, ut risum moveat, et fictis fabulis jocetur. Idem quam proprie de communibus et quotidianis rebus, quas alii tractarunt scriptores nulli, loquitur! quam sincere et ab omni peregrinitate atque insolentia remote! quam presse, nec moleste tamen! quam solute, nec licenter! quam emendate literateque, ac bene, ut verbo dicam, Latine! In quo genere quid posset, et agnovit ipse, et æquales, qui ætate vivebant eadem, cum ejus verba in suas chartas transferrent, satis declararunt. Memini equidem Jacobum Sirmondum narrare mihi solitum, cum Petrus Pithœus hos Phædri Æso-

Digitized by Google

piarum fabularum quinque libros Lutetiæ edidisset primum, et ad se Romam pro veteri amicitia muneri misisset; percussos illico Romanos novitate voluminis, atque, ut gens est 'emunctæ naris,'

Natura nunquam verba cui potuit dare,

suspicari cœpisse num quidnam partus iste recens ac suppositivus esset, qui tanto intervallo appareret, tamque delituisset diu: verumtamen libro perlecto toto, neminem dubitasse, quin ætatem redoleret Augusti, ac summam illam facilitatem styli et scripturæ, et beatam copiam repræsentaret; tuncque vixisset auctor, cum laus bene loquendi temporum potius, quam hominum fuit; ibique etiam apud Cæsarem servisset, ubi sedem ac domicilium eruditio collocasse videretur; qua in domo filiæ et neptes, intimi et familiares, servi et liberti literas egregie didicissent. Etenim memoria sua Phædrus rem memorabilem ait delatam ad centumviros, de qua divus Augustus ab iis ascitus judex, quod ipsi satis verum non dispicerent, judicarit. Alio quodam loco Sejanum male nescio quid de se meritum significat. Unde colligitur hunc Octavii temporibus extitisse et Tiberii. Cujus etiam, quantum subodorari licet, improbos mores passim expressit, libidinem, sumtus, avaritiam, rapinas, vulpinam vafritiem, cum leonina feritate et violentia conjunctam. Quare miror vehementer, cur affirmarit Seneca, Æsopios logos esse intentatum Romanis ingeniis opus: cum Phædrum hunc haberet, quem opponere posset toti Græciæ. Nam quod clarissima lumina superioris sæculi duo, Petrus Pithœus et Justus Lipsius, prodiderunt, vere id a Seneca dictum; quia Phædrus non genere aut ortu Romanus, sed Thrax, sicut ipse testatum reliquit, esset: minus ea probabilis videtur expositio Senecæ. Quasi vero Romanis ingeniis opus intentatum, sit quicquam aliud, quam literis nondum illustratum nec elaboratum opus: aut comœdia fuerit carmen intactum Romanis, quamvis id solus natione Afer Terentius tractasset: aut si percenseret Seneca, qui philosophiam scriptores Latine explicassent; de eo se numero eximeret ipse; prop-

Digitized by Google

terea quod natione foret Hispanus, patria Cordubensis. At non exemit Quintilianus, qui, quo loco de philosophis egit Latinis, his illum potissimum annumeravit; cum inter oratores, et poëtas, et alios diversi generis scriptores potuisset referre. Citius dixerim Senecam vel parum hic attendisse, quid scriberet: vel istud, ut alia, oblitum prorsus, memoriæ vitio peccasse. Nam maligne ab eo et invide præteritum Phædrum, quasi pro nihilo putaret, aut in honore ac pretio nollet esse, a cujus munditia et nitore abesset tam procul; etsi non alienum videtur crimine, quod ei Quintilianus, et Suetonius, ac Tacitus etiam inferunt; nolim tamen facile, ac nulla ratione manifesta, de tanto viro credi. Illud verisimilius, iniquissimis Tiberii, Caligulæ, Claudii, Neronis temporibus, cum scripta edictis abolerentur et senatusconsultis, si cui Poëtæ aut historico verbum excidisset opportunum delationi et calumniæ; cum ne liberæ quidem relictæ cogitationes; et opinio tacita de principe, sicunde vel ex vultu argui posset, majestatis rea fieret; libellum fabularem, cujus in apologis plerisque mera illius sæculi tyrannis notaretur, suppressum fuisse continuo, ac evanuisse tandem, et ignoratum a Seneca, et reliquæ posteritatis oculo subductum. Ita fuit tanto thesauro fatale, ut usque ad ætatem nostram defossus lateret: aut, quemadmodum de se auctor futurum præsensit, ut in sterquilinio, sic tanquam margarita pretiosissima, jaceret; non quia non intelligeretur, sed quod ne compareret quidem.

Olaus Borrichius in Dissertationibus de Poëtis.

Phædrus Thrax ævo Tiberii inclaruit, notissimus ob exquisitos illos iambos, quibus fabulas Æsopicas illigavit, libere in mores sæculi sui, sed tecte invectus. Hunc qui Oct. Augusti Libertum credunt, non advertunt satis, artes Sejani ab eo attactas, quas utique Tiberii imperium aperuit, non Octaviani. Dictio ejus pura est, et emendata, nec indigna quam imitentur Linguæ Latinæ candidati.

Digitized by Google

Idem de variis Linguæ Latinæ ætatibus.

Subrogati Atlantes alii, et ipsi fortes fidique, qui antiquam gloriam ita sustinuere, ut in illis vel nihil, vel parum aut peregrinitatis aut invisi senii internoscas: Paterculum designo, Curtium, Celsum, Phædrum, &c.

Daniel Georgius Morhofius in libro de Patav. Livian. pag. 158.

Phædrus Augusti vel Tiberii libertus, gente Thrax, Æsopi Fabulas Latinis versiculis descripsit adeo nitidis et limatis, ut nil Romanius dici scribique possit.

Idem Polyhistor. part. II. pag. 61.

Ne fabulas quidem ipsas hic excipimus, estque eo in genere nihil Phædri fabulis elegantius.

Joann. Petr. Titius Manuduction. ad excerpendum.

Esse sane Phædri Fabulas maximi pretii, vel ex eo intelligi potest, quod tam multi tanti nominis viri illustrare eas superiori et nostra ætate dignati sunt.

Christ. Wagenselius in Pera librorum Juvenilium.

Hæsi nonnihil ambiguus, quo maxime antiquo et ingenuo libro Filium puerum Latinitati initiarem. Cumque nec severitas Epistolarum Ciceronis, nec alius Auctor prolixus, ac in rerum verborumque amplitudinem diffusus, videretur tantillo captui convenire, Quintiliani consilio locum dandum esse mecum statui, qui ætati nondum Rhetorem capienti, Æsopi fabellas, sermone puro, et nihil se supra modum extollente, narrare, ac nutricularum fabulis substituere suadet. Quamobrem Phædrum, quo nemo Æsopi Apologos magis scite magisque diserte elocutus est, Præceptorem filio exponere, et elegantiores expressiones ediscendas committere jussi. Simul occasionem semper captabam, monendi puerum, quid Æsopus per fabellas quæsiverit, et quantum ad errores mortalium corrigendos eæ

Digitized by Google

faciant; ut sic mature virtutis et probitatis præceptis teneram mentem imbuerem.

Christoph. Cellarius in Curis posterioribus de Barbarismis, &c.

Phædrus, Augusti Libertus, Tiberio remp. administrante, Sejani odio, fortuna adversa conflictatus, scripsit politissimas Fabulas tum ultioni sui, tum etiam solatio, quod utrumque ex procemio Lib. III. apparet. Scioppii judicium, qui Infam. pag. 69. in Phædro nescio quid barbari subodoratur, non magis se doctis probavit, quam illius, qui in Livio deprehendit Patavinitatem. Principem ergo locum in hoc sæculo et proximum Poëtis Augusteis, non tantum temporis ratione, quo vixit, sed etiam styli ornatu, quem Fabulis expressit, jure ipsi meritoque assignamus.

Jo. Albertus Fabricius in Bibliotheca Latina.

Phædrus Thrax, Augusti Imperatoris Libertus, sub Tiberio Imperatore versibus senariis suavissimis expressit libros quinque Fabularum Æsopiarum.

Paulus Colomesius in Animadversionibus ad Gyraldi Dial. VII. de poëtis, p. 402.

Tersissimus ille Fabularum Æsopiarum imitator Phædrus.

Phædrus ipse de se lib. v. fab. 6. 42.

—— chartis nomen victurum meis,
Latinis dum manebit pretium literis.

Particulo, aliique, de quibus Phædrus Prol. lib. v.

Vestras in chartas verba transfertis mea.

Martialis III. Epig. 20. de Canio.

An æmulatur improbi jocos Phædri?

Digitized by Google

Avienus in præfat. fabularum suarum.

Phædrus etiam partem aliquam quinque in libellos resolvit.

Septi. Florens Christianus in Carm. ad Pithœum de Phædro loquens.

—— de stylo atque tempore,
Par proximusve Laberio vel Publio.

Rittershusius in epist. dedicatoria Phædri.

Fabellas continet opusculum expositas sermone Latino et puro atque genuino, in quo multas antiquæ elegantiæ notas impressas cernere est, multas legere sententias, ad quaslibet vitæ partes utilissimas.

Idem in Epist. ad Camerarium, ubi et de Camerarii Bongarsiique judicio, hoc modo.

De hoc libello idem ego tecum, et cum politissimo viro, Jacobo Bongarsio, sentio, elegantem esse cumprimis, et florente etiam, ac pura lingua Latina scriptum, ac supparem esse judico hunc Phædrum Laberio ac Publio Syro Mimographo.

Lipsius ad Senec. Consol. Polyb. c. 27.

Phædrus, Tiberii Libertus, jam condiderat (logos Æsopi) et pulcherrimis versibus Latinos fecerat, qui extant.

Rigaltius in dedic. ad Thuanum.

Hæc ratio fabulares liberti jocos, vernula urbanitate amabiles argutias, placere tibi posse persuasit.

Idem paulo post.

Habe igitur imperatorium libertum, quem inter rusticandum suaviter fabulantem, imo graviter, et quidem paucis philosophantem admireris.

Digitized by Google

Laur. Pignorius epist. 13.

Etiam ego venire possim in literarum plausum, velut loquitur elegantissimus fabulator Phædrus.

Schottus Observ. Humanar. II. c. 19.

Adjicio, pereruditos extitisse libertos Tiberii, Phædrum, Æsopiarum lepidum scriptorem, &c.

Scheppius in Paradox. liter.

Similiter apud Phædrum, cultissimum fabularum scriptorem, legimus.

Idem in Infamia Famiani, p. 86.

Eum tamen scriptorem (Phædrum) velut domo barbarum, et sermone non parum sæpe plebeium, non nisi cum discrimine ac delectu imitandum intelligo.

Idem in Consultatione II.

Phædrum tamen et Hyginum velut elegantiæ minus studiosos plebeia plusculum usurpasse apparet.

Demsterus ad Rosinum.

Phædrus Thrax, Tiberii libertus, fabularum luculentus scriptor.

Tanaquillus Faber in Præf. ad Notas Phædr.

De dicendi genere si roges quid sentiam, dicam equidem, et quasi me censor rogaret, ex animi sententia. Neminem arbitror a felici illa Terentii simplicitate propius abesse. Et mox: Nemo e veteribus ingenio fuisse videtur ad illam Terentii semper lenitatem magis facto, quam Phædrus: quod et necesse fuerat; ea enim est apologorum, atque adeo fabellarum omnium natura, ut sermone non debeant, nisi facili placidoque, tractari.

Digitized by Google

Multorum aliorum judicia collegit eruditissimus Axenius, quæ videre apud ipsum potes. Addo unicum, nimis discrepans a ceteris, sed tamen dignum legi, ut liqueat, nil tam bene dici, ut non inveniat adversarium.

Scriverius ad III. Ep. Martial. 20. ubi poëta: An æmulatur improbi jocos Phædri.

Possuntne magis decoquere de judicio, ac magis ludere de otio suo viri docti, qui existimant, fabulatorem Phædrum a Cl. Pithœo editum, et cujus Avienus quidam in præfatione fabularum suarum Æsopiarum ad Theodosium meminit, hunc eundem esse, de quo loquitur Martialis? Volunt nos credere scilicet, Libertum illum Augusti Cæsaris fuisse, stylo atque tempore parem proximumve Laberio vel Publio Mimo, et quidem, quantum conjiciunt, sub Tiberio vixisse, atque adeo post Sejanum damnatum. Nugæ. Certe, nisi vehementer fallor, ævo illo dignus censeri minime potest scriptor iste, cuicui tandem ille alapas et libertatem debeat. Parco argumenta sigillatim apponere, quæ me movent, et cogunt seorsum sentire, fœtumque alienissimum pronuntiare impellunt a jocis Phædri, cujus hic Martialis meminit. Ostendam fortasse alias plene, ubi otium erit, et animus istæc frivola pertractandi. Interim considera mihi, quæ olim Perottus, Pontifex Sepontinus in Commentariis suis ad librum I. Martialis consignavit ad hunc locum: ‘Quid possunt hederæ Bacchi dare,’ &c. Allusit, inquit, ad fabulam, quam nos ex Avieno in Fabellas nostras adolescentes iambico carmine transtulimus,

Olim quas vellent esse in tutela sua:

et quæ sequuntur ibi totis duodecim versibus, et finiunt,

Nisi utile est, quod facimus, stulta est gloria:

quæ ipsissima Phædri illius sunt a Pithœo primum, et post a Rittershusio, Rigaltio, atque aliis editi, notisque et scholiis illustrati. Extant lib. III. fab. 18.

Digitized by Google

PHÆDRI

AUGUSTI LIBERTI

FABULARUM ÆSOPIARUM†

LIBER I.

PROLOGUS.

Æsopus auctor quam materiam reperit,
Hanc ego polivi versibus senariis.

Ego reddidi versibus iambis *sex pedum illam materiem quam auctor Æsopus ex-*

****

*** Omnes VV. LL. præter quas uncinis inclusimus, ex Schwabii Editione desumsimus.

† *Æsopiarum.* Omisit Brotierius *Æsopiarum*, quod redundet, nec reperiatur in Mss. Pith. et Rem. sed retineo vulgatum, ob Prol. lib. IV. 10. 11.—1 *Reperit.* Mss. Pith. et Rem. *repperit.* Sed vide Desbillon. Hoc enim et alia ejusmodi vocabula primam syllabam ancipitem habent: quæ si producatur, proxima litera consonans neutiquam geminanda est; id quod optimi Codd.

NOTÆ

1 *Æsopus auctor*] Multi ante Æsopum finxere fabulas, ut Homerus, Hesiodus, et Archilochus, sed alias longe a fabulis Æsopicis. Æsopus enim e Phrygia fabulator ceteris materiam præbuit, vel quod inprimis id tractavit, vel quod creditur ἄριστα πάντων συγγράψαι τοὺς μύθους: *optime omnium scripsisse fabulas.* Unde ait Quintil. 'Illæ quoque fabulæ, quæ etiamsi originem non ab Æsopo acceperunt (nam videtur earum primus auctor Hesiodus), nomine tamen Æsopi maxime celebrantur.'

2 *Polivi*] Dedi novam faciem his fabulis, quas Græce conscriptas verti in Latinas. Revera enim versus ornat quod incultum est per se in oratione pedestri; et quod scabrum et hiulcum in sermone, lævigat.

Versibus senariis] Iambicis senariis. Sunt enim iambici dimetri, id est,

Digitized by Google

Duplex libelli dos est: quod risum movet,
Et quod prudenti vitam consilio monet.
Calumniari si quis autem voluerit,
Quod arbores loquantur, non tantum ferae;
Fictis jocari nos meminerit fabulis.

cogitavit. Est gemina utilitas hujusce libri: quia concitat risum; et quia instruit vitam sapientibus monitis. Si quis vero reprehendat maligne quoniam arbores loquantur, non solum belluae, recordetur nos ludere fictionibus poëticis.

Mss. et Inscriptiones antiquae satis ostendunt.—3 *Dos.* In prima Rigaltii Editione legitur: *Duplex libellis os est.* Ita et Neveletus; qua lectione nihil est durius. Ms. Pith. *Duplex libelli mos est.* Sic priores Editt. Pith. Rittersh. aliorum, ut *mos* sit indoles, qualitas. Hanc lectionem tuetur Gebhard. Crepund. II. et Praschio placebat; ita tamen, ut vocem *moris* acciperet pro *lege.* Gronov. *Duplex fabellis os est*, i. e. duplicem habent faciem, sive personam; alteram, quae ridicula apparet; alteram, quae sapere docet. Vid. Not. Scheff. Sed veram lectionem, quae est elegantior reliquis, *Duplex libelli dos est*, habet Cod. Rem. cui obsequuntur Rigaltius in Ed. 2. Faber, Freinsh. c. Scheffero, et optimi interpretes. Lectionem *dos*, utpote Latinissimam et Ms. auctoritate firmatam, probat etiam Claud. Civilis, i. e. Withofius, (Vid. Schraderum in Emendatt. libro p. 85.) in Obs. Misc. Nov. Vol. I. T. I. p. 114.—4 *Prudenti.* Sic reperit Heinsius in V. C. Pithoei, ut videtur. Teste Brotierio in Mss. Pith. et Rem. et Vett. Editt. est *prudentis.* Alterutra lectio est a manu secunda. Placuit recentioribus *prudenti*, quod tuentur Gebh. Crep. II. 6. et Burm. Quae enim, inquiunt, superbia Phædri foret, si prudentem monere sibi sumeret? At recte Brotier. 'hac ratione minime moveor. Verum cum et *prudenti* dici possit, et sit receptum, nihil mutavi.' Grunero in Spicileg. Observatt. ad Ph. *prudens* est perspicax, qui sententiam fabularum assequi valet. Et hoc sensu defendit *prudentis*, quam lectionem quoque praeferunt Gail. et Lang. *monet.* Heinsius *fovet*, quod insolens videtur Burm. Heumannus in Censur. Phædri Walch. (N. B. P. XXVII. p. 605.) mallet *regit*, quod, cum *vita* pro hominibus dicatur, non est necesse; deinde, si *regit* scripsisset Phædrus, qui *monet* potuisset irrepere?—6 Bentleius: *Quod et arbores l. n. t. f.* Sed Harius ostendit, hoc minime necessarium esse. Omittunt enim poëtae particulas *et*, *etiam*, ut apud Ovid. A. A. lib. I. 384. 'Corpore, non tantum sedulitate, placet.' Vid. Burmann.

NOTÆ

quatuor pedum; et iambici tetrametri, id est, octo pedum; et iambici trimetri, id est, sex pedum, quales sunt versus fabularum Phædri, iique maxime usitati. Nam tetrametri sunt comicorum.

2 *Libelli dos*] Metaphora: nam *dos* proprie dicitur quod marito cum uxore datur. Sumitur praeterea *dos* pro eo quod alicui datum est, vel a natura, vel ab hominibus; unde dotes animi dicuntur, et etiam librorum, et aliarum rerum quae utilitatem afferunt.

7 *Fictis fabulis*] Nec inepte vox illa *fictis* additur. Maluit proprie loqui Phædr. ut Cic. in Miloniana. Fabula enim ex earum vocum numero est, quae verum et falsum significat. Unde infra legitur 'vera Fabella.' Lib. II. fab. 5. Et apud Graecos μῦθος pro Fabula falsa, et vera, usurpatur. Et apud Hom. pro sermone vero sumitur.

Digitized by Google

FABULA I.

LUPUS ET AGNUS.

Ad rivum eundem Lupus et Agnus venerant,
Siti compulsi: superior stabat Lupus,
Longeque inferior Agnus. Tunc fauce improba
Latro incitatus, jurgii causam intulit.

Lupus et Agnus pressi siti accesserant ad eundem rivulum. Lupus erat superius, et Agnus multo inferius. Tunc Lupus *prædo, compulsus gula crudeli, movit materi-*

3 *Fauce improba.* In Cod. Pith. est *face improba.* Hinc Pithœus, Nevelet. Ursin. Prasch. et olim etiam Rigaltius, alii, cum quibus facit Barth. Adv. lib. XLVII. c. 10. ediderunt *face improba*, per *facem* iram intelligentes; sed quod Burmannus capi posse putat pro rabie ventris. Hanc lectionem, qua, judicantibus Barthio et Gudio, nihil est venustius et Latinius, recte rejiciunt Heinsius et Faber. In vetustissimis enim membranis non raro u omittitur, et pro *faucibus* legitur *facibus.* Vid. Gebhard. Crepund. lib. II. cap. 6. p. 76. Rittershusius, quem sequitur Bentlei. legit, *fame improba*, quod non ideo improbat Burmannus, quia de siti præcessit; sine dubio enim, agni quoque carne famem sedare, arsisse lupum; sed quia contra Codices omnes scriptos et editos non libenter admittit novas conjecturas. Deinde si *fame* scripsisset Phædrus, nullus librarius mutasset obvium et facile verbum; cum contra συμπνιγερον et durius visum τὸ *fauce* facile ad mutandum sciolos inducere potuisset. Neque etiam Æsopus F. 230. Ed. Hauptm. Ignatius, vulgo Gabrias, F. 35. et Anon. Nil. F. 3. famis mentionem faciunt. Veram lectionem, *fauce improba*, habet Cod. Rem. Sic ediderunt Rigaltius et Faber. Cui lectioni, quæ ad poëticam rationem propius accedit reliquis, favet præter Cod. Rem. Romulus, (quem vid. infra lib. I. fab. 2.) et locus Virg. Æn. II. 355. sq. qui ' improbam ventris rabiem' et ' fauces siccas' in lupis commemorat. *fauce improba* defendit etiam Claud. Civilis in Obs. Misc. N. V. I. T. I. p. 114. it. Caperus lib. II. Obs. cap. 20. et loca, a Gudio, Burmanno, ceteris adducta, firmant certissime eam lectionem. Scioppius legebat e conjectura *voce improba*, et jungebat cum iis, quæ sequuntur, *jurgii c. i.* quam lectionem deinde Jac. Tollius invenit apud Vincentium Bellovac. in Spec. Doctrin. cap. 114. Vid. supra Notit. Litt. de Vincent. Bellovacens. coll. Excurs. II. ad vs. 3. 4. —4 Editio Didoti stereotypa h. v. ita exhibet: *Latro incitatus jurgî causam huic* intulit. *Latro.* Scioppius reponit *Lucro*, inepte; judicante Burmanno, cum et ' Latrones' lupos vocet antiquus Scholiastes Statii lib. v. 167. et eadem

NOTÆ

1 *Lupus et Agnus*] Unde Hor. Ep. tito obtigit, Tecum mihi discordia od. IV. ' Lupis et agnis quanta ser- est,'

Digitized by Google

Cur, inquit, turbulentam fecisti mihi
Istam bibenti? Laniger contra timens:
Qui possum, quæso, facere, quod quereris, Lupe?
A te decurrit ad meos haustus liquor.
Repulsus ille veritatis viribus,
Ante hos sex menses male, ait, dixisti mihi.
Respondit Agnus: Equidem natus non eram.
Pater hercule tuus, inquit, maledixit mihi.

am rixæ. Quare, ait, reddidisti aquam turbidam mihi potanti? Agnus metuens ex adverso respondit: *Quomodo, obsecro, Lupe, valeo efficere quod expostulas? Aqua defluit a te ad meos potus. Ille, confutatus vi veritatis, dixit:* Sed *conviciatus es mihi sex abhinc mensibus. Agnus reponit: Certe ego non eram procreatus. Per herculem tuus parens, ait, me incessit maledictis. Et sic invasit et discerpsit morte*

ratione venatorem dicat 'latronem' Virg. Æn. XII. 7.—5, 6 Libri scripti et Editt. principes: *Cur, inquit, turbulentam mihi fecisti aquam Istam bibenti?* quod mutarunt varie. Bentlei. *Cur, inquit, turbulentam mihi fecisti aquam Obstans bibenti?* Sic Bipontini, nisi quod vs. 6. *instans* legant, quod ad veterem scripturam propius accedit. [Observat Anton. *instans* legi posse et neglecto et addito commate ante *bibenti*. Dicit etiam: 'Possit forte legi *instans bibendo*, qui bibere, non desinis: vel, *istic bibenti*.'] Sed jam olim Harius et Burm. rejecerunt Bentleii *Obstans*. Longe enim a lupo distabat agnus, nec impedire lupum poterat, quo minus biberet. Neque, observante Burmanno, verba Græci, *πίνειν αὐτὸν μὴ ἐῶντα*, capi possunt de agno obstante, (aut instante;) sed quod turbulentam faciens aquam, non sineret illum bibere, ut prætexebat, aquam puram. Scheffer. Lallemant. Brotier. Desbillon. alii, *c. i. t. f. m. Aquam bibenti*. Sed malunt critici retinere *Istam*, et subintelligere *aquam*. Cuningham. legit: *Cur, inquit, t. mihi fecisti aquam Isthic bibenti?*—7 *Possum*. Heins. *possim*.—8 *Quereris*. Al. *querere*, quod etiam satisfacit metro. In scriptis libris est *queris*.—10 Antea legebatur: *Ante hos sex menses, ait, maledixisti mihi*. Sic Nevelet. Sed quia *ait*, ut est in vulgata lectione, non potest esse monosyllabon, excogitavit Gudius Tmesin, qua utitur Phædrus l. I. fab. 27. 8. et quæ apud alios frequens est. Exempla congesserunt Hoogstratan. et Gud. Nonnulli ediderunt: *Ante hos sex menses at maledixisti mihi;* mutato *ait*, quod est in Mss. Rem. et Pith. in *at*, cum versus *ait* respueret. Sic Lallemant. Brotier. Desbillon. alii. Meursius hunc versum sic restitui posse putabat: *Ante hos sex menses maledixisti, ait, mihi*, quod recepit Ursinus. Non male. Sed Marcilius ad Hor. Ep. I. 3. p. 119. Edit. Par. 1604. f. Phædrum *τὸ ait* non exprimi, sed intelligi voluisse existimat.—11 [Hic *tum* necessario requiritur, quod, quum in arsi sit ponendum, *tm* videtur pronunciandum, ut in Andria Ter. I. 1. 82. *Anton.* Vult Bentleius *Respondet*. In textum accipit Anton. sed tacite.]—12 *Hercule*. Codices *hercle;* versus gratia *hercule* reposuit Rigaltius. Neveletus edidit: *Pater hercle t. i. m. m.* Meursius sic restituere conabatur: *Pater tuus, inquit, hercle maledixit mihi*. Sic dedit Ursinus. At Bentleius: *Pater hercle tum tuus i. m. m.* Harius: *At pater hercle tuus*. Sine causa uterque, ut docet Burm. Cf. V. L.

NOTÆ

12 *Hercule*] Adverbium est juran- tis per Herculem. Cum autem per Herculem jurare hominibus minime esset consuetum, primus id instituit

Atque ita correptum lacerat, injusta nece.
Hæc propter illos scripta est homines fabula,
Qui fictis causis innocentes opprimunt. 15

immerita. Hæc fabula excogitata est propter illos qui obruunt insontes falsis rationibus.

ad lib. III. fab. 17. 8.—13 Bentl. existimabat, male Latine dici *lacerat injusta nece;* legebat igitur, *mactat i. n.* Sed Harius notat, id æque insolenter dici. Hic vero corrigit, *lacerans injuste necat*, quod superfluum videtur Burmanno. Nam quis dubitet, lupum lacerasse agnum, nec insecutam fuisse necem, nisi hoc adderetur?

NOTÆ

Nestor, iisque, qui ad Trojam erant, tradidit; ut Vinitor apud Philostratum in Heroicis ait.

15 *Fictis causis*] Subauditur *de*, et est ellipsis.

FABULA II.

RANÆ REGEM PETENTES.

Athenæ cum florerent æquis legibus,
Procax libertas civitatem miscuit,
Frænumque solvit pristinum licentia.
Hinc conspiratis factionum partibus,

Cum Athenæ clarescerent justis institutis, libertas petulans divisit civium multitudinem, et licentia abrupit vinculum antiquum. Inde partibus inter se divisis per

3 *Licentia.* Heinsius et Ouvering. mallent *licentiæ.*—4 *Hinc.* Heins. *Hic.*

NOTÆ

Describit ibi ferum Caligulæ ingenium, de quo olim affirmavit Nero, ut refert Suet. 'Exitio suo, omniumque, Caium Caligulam vivere; et se Natricem (serpentis genus) populo Romano, Phaëtontem orbi terrarum educare.'

1 *Athenæ*] Urbs erat Græciæ spectatissima et magni nominis, utpote quæ erat sedes potentissimæ Reipublicæ, ac præstantissimarum quarumque artium parens.

Æquis legibus] A Solone sapiente latis, quibus cives erant æquales, et

Digitized by Google

Arcem tyrannus occupat Pisistratus.
Cum tristem servitutem flerent Attici,
Non quia crudelis ille, sed quoniam gravo
Omne insuëtis onus, et cœpissent queri;
Æsopus talem tum fabellam retulit.
Ranæ, vagantes liberis paludibus,
Clamore magno regem petiere a Jove,

factiones, Tyrannus Pisistratus invasit arcem urbis. *Cum Athenienses deplorarent molestum servitium, et cœpissent expostulare, non quod Pisistratus* esset *sævus, verum quod* servitus est *omnino pondus durum iis qui non consueverunt ferre; Æsopus proposuit hunc apologum. Ranæ, subsultantes* in *paludibus apertis, postu-*

Sic enim invenerat in margine Cod. Pith. Hunc sequitur Bentlei. nec Gudio hæc lectio displicet. Eleganter autem *Hic* ponitur pro, tunc. *conspiratis factionum p.* Gronov. mallet: *Hinc conspiratæ factionis partibus.* Cf. Not. Scheff.—7, 8 Codd. Mss. *gravis Omnino insueti sonus est.* Vid. Gud. Hinc vulgo legitur *Omnino;* quod vel ad *grave,* ved ad *insuetis* trahit Gronov. Retinuit etiam cum Lallemanto Brotier. et arridet lectio Langio, quem vide ad h. l. Sed recte emendavit Heinsius *Omne,* quod Burmannus tuetur; quia non erat *omnino* et sine exceptione grave onus tyrannis Pisistrati, sed re ipsa leve per ejus clementiam et humanitatem; sed libertati assuetis *omne* onus, etiam leve, videbatur grave.—11 Scioppius legi jubet, *petierunt Jovem;* quod viris doctis non videtur Latinum; sed tuetur Burmann. Latinitatem hujus formulæ ad Ovid. Met. VII. 290. Neque tamen admittendam putat Scioppii lectionem, quia dubiam sententiam faceret, quasi ipsum Jovem voluissent sibi habere ranæ. Ursinus transposite, *petierunt regem a Jove.* Marcil. ad Hor. Ep. I. 3. p. 119. Ed. Par. 1604. F. *Clamore magno regem a Jove petiverunt.* Edit. Rigaltii II. *Clamore magno regem petiere a Jove,* quod placuit plurimis.

NOTÆ

æquali jure continebantur, ut in Democratia solet.

5 *Arcem occupat Pisistratus*] Hujus historiam ita paucis refert Justin. 'Pisistratus, quasi sibi, non patriæ vicisset, tyrannidem per dolum occupat: quippe voluntariis verberibus domi affectus, laceratoque corpore, in publicum progreditur. Advocata concione, vulnera populo ostendit: de crudelitate principum, a quibus hæc se passum simulabat, queritur: adduntur vocibus lacrymæ. Obtinet ad custodiam corporis sui satellitum auxilium, per quos occupata tyrannide, per annos triginta tres regnavit.'

Tyrannus] In bonam partem quandoque vox illa usurpata est, pro Rege qui figebat leges, et populis juste præerat. Nunc vero ad illos principes refertur, qui libidine dominandi duro imperio subditos tenent; ut in hoc loco Phædri.

7 *Non quia crudelis ille*] Licet Pisistratum tyrannum vocet, tamen non sæviebat in illos, nec crudeliter imperabat. Ita enim Solon de Pisistrato loquitur: καὶ σὲ φημὶ πάντων τυράννων εἶναι βέλτιστον: *Illum esse omnium tyrannorum optimum.* Legas præterea testimonium Val. Max. lib. v. c. 1. et etiam Senecæ, lib. III. De ira.

10 *Liberis paludibus*] Ellipsis præpositionis in.

Digitized by Google

Qui dissolutos mores vi compesceret.
Pater Deorum risit, atque illis dedit
Parvum tigillum, missum quod subito vadi
Motu sonoque terruit pavidum genus. 15

larunt magna voce Regem a Jove, qui coërceret sua auctoritate mores depravatos. Pater Deorum risit, et eis præfecit parvum tigillum, quod delapsum repente in aquam territavit motu et strepitu animalia timida. Cum hoc mersum cano hæreret

ab Jove dederunt Lallemant. Brotier. Cuningh. Desbillon. Sic etiam volebat Heinsius.—12 *Vi.* In Mss. Pith. et Rem. legitur *ut compesceret*, teste Gudio Not. ad lib. I. fab. 11. Sic edidit Nevelet. qui tamen Cod. Pith. *vi* habuisse contendit in Not. ad h. l. Sic Rigaltius in Edit. I. Sed recte reposuerunt viri docti *vi*. Sæpius enim *vi* cum *ut* permutasse librarios, nota res. Cf. Burm. ad h. l. et Gudius l. c. At Ulit. ad Grat. Cyneget. vs. 240. p. 196. e Cod. Pith. *legi* jubet: *Qui dissolutos mores ut compesceret*. Marcil. vero ad Hor. Epp. I. 3. conjicit, *mores iis compesceret*. Ceterum Rigaltius in Edit. I. hunc versum loco suo movit, et post vs. 22. inseruit, improbante Meursio et aliis, laudante vero Barthio lib. XLVII. Adv. cap. 10. et in ipsa Editione sua collocante Hoogstratano. Sed ostendunt Nevel. et Burmannus, summo jure locum suum tueri posse. Quæ confirmantur verbis Anonymi Nilant. fab. XXI. et Romuli lib. II. fab. 1. Apud illum enim legitur: *Ranæ vagantes in liberis paludibus, clamore regem petierunt a Jove, qui dissolutos mores earum compesceret;* apud hunc: *petierunt sibi rectorem, qui errantes corrigeret.* Sed ipse Rigaltius in Edit. II. versum inseruit post vs. 11. Heinsius more suo conjicit: *Sibi dissolutos mores ut* (vel *qui*) *compesceret.* Frustra.—14 *Missum.* Rittershus. *immissum.* Male. cf. Rutg. Ouwens Noct. Hagan. p. 77. *vadi.* Nevel. Rigalt. Ed. II. Cuningh. Ursin. Lallem. Brot. Desbil. ediderunt *vadis.* Sic quoque Bentlei. nescio ex quo Codice, forsan Pith. laudans Hor. Od. lib. I. 2. 1. 2. Sed non opus est, ut *vadis* addatur τῷ *missum*, quia *missum* hic ponitur, ut lib. v. fab. 7. 23. et quia sæpius fulmina et similia missa dicuntur, licet non addatur *terris*, ut recte monet Burm. In Cod. Rem. est *vadi*, quam scripturam res ipsa vindicat. Non enim *tigilli* motus significatur, quod immotum jacuit, (ἀκίνητον ἦν τὸ ξύλον,) sed *vadi*. Cf. Heusinger.—15 *Motu sonoque.* Meursius: *Totum sonore;* Gebhard. Crep. l. III. c. 10. *Motus sonore;* Heinsius: *vadi Moti sonore;* Idem in Adversar. p. 726. legebat: *missum quod subito vadis Motu sonoro t. p. g.* Richterus in Animadvers. crit. p. 63. *missum quod subito levi Motu sonoque.* Valde mihi arridet hæc lectio, nec displicebat Hario. Anonymus enim Nilantii, qui fere verbo tenus, paucis tantum mutatis, hanc fabulam expressit, habet: *tigillum quod subito missum* levi *motu sonoque t. p. g.* Deinde *levis* motus sonusque respondet τῷ *parvum tigillum.* Parvum enim tigillum levem reddit sonum, etiamsi Jupiter sit, qui mittat. Commodum denique sensum habet hæc lectio: etiamsi motus et sonus, inde ortus, levis esset; pavidum tamen ranarum genus terrebat. Objicit quidem Burmannus: si *levis* motus fuisset, non addi opus erat *sonoque*, quod idem sit ac motu sonoro, sc. maximo, qui levis esse non possit. Ego vero non video, quare τῷ *levi motu* non potuerit addi, *sonoque;* cum negari non possit, sonum, etsi levis esset, ortum esse motu. Neque opus est, motum sonorum explicare *maximum;* etsi probe sciam, de grave sonantibus sæpe usurpari. Nihilo vero secius in lectione

NOTÆ

14 *Parvum tigillum*] Ut rem minimam minorem faceret, addidit *parvum.* Ita Terentius 'minutos' dicit 'pisciculos.'

Digitized by Google

Hoc mersum limo cum lateret diutius,
Forte una tacite profert e stagno caput,
Et, explorato rege, cunctas evocat.
Illæ, timore posito, certatim annatant,
Lignumque supra turba petulans insilit:
Quod cum inquinassent omni contumelia,
Alium rogantes regem misere ad Jovem;
Inutilis quoniam esset, qui fuerat datus.
Tum misit illis hydrum, qui dente aspero
Corripere cœpit singulas: frustra necem
Fugitant inertes: vocem præcludit metus.

per longius tempus, una forsitan effert caput tacite e stagno, et observato rege excivit socias, quæ abjecto metu enatant certatim, et insiliunt petulanter supra lignum. Cum hoc conspurcassent sordibus omnibus, delegarunt ad Jovem postulantes alium regem, quia ille *erat* prorsus *inutilis qui fuerat præpositus. Tunc* Jupiter *dedit illis hydrum, qui carpit discerpere quasque dente immiti. Nequicquam imbelles fugiunt mortem, timor impedit vocem. Ergo submittunt clanculum*

Cod. Rem. acquiesco.—16 Vulgo legitur: *Hoc mersum limo cum jaceret diutius.* Heinsius putans, lignum mergi non potuisse, legebat: *Consparsum limo*, vel *Obsparsum*, vel *Obsessum limo.* Bentleius: *Immersæ limo cum laterent diutius.* Comprehendere enim non poterat, quomodo lignum, aqua levius, mergi potuerit, aut cur non semel mersum infra permanserit, aut cur e stagno caput protulerit tum rana. Quæ Bentleii conjectura, quam sibi valde blandiri diffiteri nolebat Burmannus, firmatur Anonymo Nilantii, qui habet: *mersæ limo cum laterent diutius, forte una tacite profert anne caput.* Recte vidit Bentleius; quem, si a paucis discesseris, sequuntur Bipontini, qui receperunt: *Mersæ laterent cum limo diutius*, addicente Cl. Jakob. Cuninghamus: *Hæ mersæ l. c. laterent diutius.* Sed cum a vulgata lectione, quæ Latina est et egregium habet sensum, non nisi urgente necessitate putem esse recedendum; nihil enim in veteribus integrum maneret, si invalesceret illa emendandi licentia, recte observante Brotierio: vulgatum retineo, ita tamen, ut levi mutatione *lateret*, verbum utique aptius, reponam, pro *jaceret*, præeunte Anonymo. Sic et olim conjecerat Heusinger. Qui vero *Hoc mersum* de tigillo intelligere vellet, *mergere* capere debet pro *eintauchen*, ita ut inferior tigilli pars leviter limo immersa esset, superior emineret. Non enim ita immersum limo latuisse putandum est tigillum, ut non extra aquam conspici posset, quia exploratum mox insiliebant ranæ. v. Burm. Sic cepit Langius. Ita Sattler. *Lang lag er eingetaucht im Schlamm.* Paulo aliter ad difficultates, a Bentleio motas, respondet Cl. de Schirach. in Clav. P. I. p. 223.—17 *Stagno.* Praschius mallet hic *limo* et 16. *stagno.* Perperam, ut jam olim Scheffer. notavit.—18 Male Romulus et Anonymus Nilant. *advocat.*—20 *Lignum.* Gudius et Heinsius e conjectura *Tignum*, quia paulo ante ' tigillum' dixerat poëta. Sed Cod. Pith. et Rem. it. Romulus *Lignum* habent; Græcus ξύλον. Nil igitur mutandum. *supra* Ms *super* Gud.—22 Bentlei. *Alium* rogatum *r. m. a. J....misere.* Cuningham. *venere ad J.*—23 *Quoniam.* Heinsius more suo *quianam*, *quando*, vel *quod.*—26 *Fugitant.* Ms. *Fugiant.* Gud. *inertes.* Mallet Gudius *inermes*, ut lib. I. fab. 31. 6. sed rectius hic *inertes*, quia ignaviam ranarum tangit. Vid. Burmann. *præcludit.* Heinsius *voce præclusa metu*,

Digitized by Google

Furtim igitur dant Mercurio mandata ad Jovem,
Afflictis ut succurrat. Tunc contra Deus:
Quia noluistis vestrum ferre, inquit, bonum;
Malum perferte. Vos quoque, o cives, ait,
Hoc sustinete, majus ne veniat, malum.

Mercurium ad Jovem, ut subveniat miseris: Tum contra Jupiter edixit: Sustinete hoc *malum, quia recusastis frui vestro bono.* Sic *quoque, o Cives, perferte istud malum, ne* vobis *accidat pejus.*

Cuningham. *percludit;* conjectura uterque.—30 *O cives.* Sic legit cum Rittersh. et V. C. Heinsius. Alii omittunt τὸ *o.* Marcil. l. c. melius legi censet: *vos etiam, cives, ait.*—31 *Veniat.* Hoogstrat. *eveniat.* Sic emendaverat Heinsius; sed idem ad Ovid. Ep. IV. 113. docuit, *venire* etiam mala, pœnas et similia eleganter dici, teste Burm. Nulla ergo mutandi ratio.

NOTÆ

27 *Mercurio*] Is Jovis et Maiæ filius fuit, Deorum legatus. Recte ergo Ranæ Mercurio dant mandata ad Jovem.

30 *Malum perferte*] Rigaltius non existimavit dici posse Latine ferre bonum suum et ferre malum; idcirco per malum intelligit δύσκολον, principem truculentum. Sed locus Plauti non venit ipsi in mentem: 'Hem, ista virtus est, quando usu' est qui malum fert fortiter.'

31 *Majus ne veniat, malum*] Hanc mentem habuit et Horatius; 'Ætas parentum, pejor avis, tulit Nos nequiores, mox daturos Progeniem vitiosiorem.'

FABULA III.

GRACULUS SUPERBUS ET PAVO.

Ne gloriari libeat alienis bonis,
Suoque potius habitu vitam degere,

Ne quis velit superbire bonis aliorum, et agere potius vitam in *sua veste, Æsopus*

2 *Suoque.* Meursius, emendabat: *Suo quis,* quem sequuntur Bentleius et

NOTÆ

2 *Suo habitu*] In ea nempe conditione in qua nati sumus. Est autem habitus quicquid vel a natura, vel a fortuna, cultus ornamentique possi-

Digitized by Google

Æsopus nobis hoc exemplum prodidit.
Tumens inani Graculus superbia,
Pennas, Pavoni quæ deciderant, sustulit,
Seque exornavit: deinde contemnens suos
Formoso se Pavonum immiscuit gregi.
Illi impudenti pennas eripiunt avi,
Fugantque rostris. Male mulcatus Graculus

reliquit nobis illud exemplum. Graculus, inflatus vano tumore, collegit plumas, quæ exciderant Pavoni, iisque *se vestivit. Dein spernens suos, aggregavit se formosæ turbæ Pavonum.* Qui *eximunt plumas huic volucri inverecundo, et abigunt rostris.*

Cuninghamus; nec sine ratione. Habet enim Anonymus Nilantii fab. XXVI. *ne libeat gloriari quenquam bonis alienis, suis* quin potius *vivere malle.* Sed hac emendatione non erat opus, quia post negativam particulam *ne*, *nec*, vel *non* passim sequitur *et*, s. *que*; id quod probavit Burm. ad Ovid. Met. III. 492.—5. 6 *Pavoni.* Anonymus Nilantii *pavonum quæ deciderant*; Vincent. *Pennas pavonum quæ ceciderant*; sed quia hoc sequitur, et Romulus habet *sumens pavonis pennas, quæ ceciderant*, rectius retinetur *pavoni.*—6 Anonymus: *seque exinde ornavit*, unde Burm. conjici posse putat, Phædrum scripsisse, *seque inde ornavit*; cui lectioni favet Vincentius, qui habet, *et inde se ornavit*, ut *inde* ponatur pro pronomine. Mallet tamen Burm. hic legere *Seque exornavit: inde contemnens suos*, ut *inde* sit *deinde*; vel *ideo*, quia jam ornatus melior et major sibi videbatur et suos contemnebat. Grunerus in Spicil. Observatt. ad Phædrum p. 9. *Seque exornavit: exin* (ex illo tempore) *c. s.* Bipontini: *Seque exornavit: dein c. s.*—7 Scripti libri: *Immiscuit se formoso pavonum gregi.* Tum vero *immiscuit* debet esse trisyllabon. Hanc lectionem tuentur Rigalt. in Edit. 2. Nevel. Faber, Wasius de Senar. p. 125. Barth. Adv. lib. XLVII. c. 10. Heinsius, Harius, Desbillon. al. *Se immiscuit pavonum f. g.* Marcil. ad Hor. Ep. I. 3. p. 119. *Immiscet se f. p. g.* Sic Bentlei. et Cuninghamus. Brotier. et Lallemant. *Immiscet se p. f. g.* Buchnerus et Rittershus. *Immiscuit* retinent, sed τὸ *se* censent delendum, e vs. 6. repetendum, quod recte durum videtur Tzschuckio. Wakefield. ad Lucret. III. 501. pronomen *se* vult elidi et locum sic legi: *Immiscuit pavonum formoso gregi*, ut *immiscuit* ponatur pro *immiscuit se*, cujusmodi intransitivis Lucretius sæpe usus sit, et Virg. Æn. IX. 372. Scioppius et Schefferus metri causa *pavûm* substituunt, pro, *pavonum.* Frustra. Burmanno placet: *Se miscuit pavonum f. g.* Non male. Romulus enim et ex hoc Vincent. *miscuit se gregi pavonum*, et Hor. Od. I. 1. 'Me hederæ Dis miscent superis;' Anonymus autem Nil. *miscuit se Pavonum formoso gregi.* Quam dedimus lectionem Gudius fecit, addicente Burmanno. Sic enim non tantum numerus constat, sed auribus etiam rotunda suavitate gratior est.—9 *Fugantque.* Heins. *Figuntque* curis secundis ad Ovid. Amor. II. 5. 24. atque ita Marcil. ad Hor. d. l. jam correxerat; sed non probat Burm.

NOTÆ

demus.

4 *Tumens inani Graculus superbia*] Descripsit hoc Corniculæ infortunium his versibus Horat. 'Moveat Cornicula risum Furtivis nudata coloribus.'

7 *Formoso se Pavonum immiscuit gregi*] [*I. se P. f. g.*] Vox illa *immiscuit* hoc loco est τρισύλλαβος. Ita Virgil. 'Miscueruntque herbas et non innoxia verba.'

Digitized by Google

Redire mœrens cœpit ad proprium genus:
A quo repulsus tristem sustinuit notam.
Tum quidam ex illis, quos prius despexerat:
Contentus nostris si fuisses sedibus,
Et, quod natura dederat, voluisses pati,
Nec illam expertus esses contumeliam,
Nec hanc repulsam tua sentiret calamitas.

Graculus exceptus pessime cœpit reverti mœstus ad suum genus: a quo rejectus pertulit molestum convicium. Quidam ex iis, quos ante contemserat, dixit: *Si fuisses contentus nostro loco, et voluisses ferre quod natura largita fuerat, neque passus esses illud probrum, neque tuum infortunium subiret hanc repulsam.*

Agitur enim de sedibus novis, in quas graculus, suis desertis, irrepere volebat; primo igitur eripiunt pennas, et tunc nudum fugant. Vid. etiam Burm. Syll. Epp. T. v. p. 83. *mulcatus.* Sic optime Cod. Rem. Alii, ut Ursin. Scheff. Nevel. Lallemant. Anon. Nilant. Didot. in Edit. stereotypa, Brotier. *multatus,* quod frustra defendit Tollius.—11 *Repulsus.* Tollius: *repulsæ tristem s. n.* i. e. ignominiam repulsæ; quod receperunt Hoogstratan. et Lallemant. probante Schulzio. Cuninghamus: *repulsæ tristis s. n.* Sed his non accedendum. Nam Codd. Mss. Rem. et Pith. Vett. Editt. nec non Anonymus Nilant. habent *repulsus,* atque etiam *nota* absolute potest poni, quod ex Prop. lib. I. 18. 8. Ovid. Trist. II. 466. aliisque locis probat Burmannus.—13 *Sedibus.* Heinsio *cætibus,* vel *dotibus*; Neveleto *vestibus* placet. Romulus enim Ulm. *si has vestes, quas natura dedit, amasses*; etiam Romulus Divion. et Vincent. *vestes tuas amasses.* Sed nil mutandum. Codd. enim Mss. Rem. et Pith. item Anon. Nil. habent *sedibus,* quæ lectio est sana et elegans. Natura enim unicuique animalium generi sedes, stationes et receptacula dedit. Laudat Burm. Hor. Od. I. 2. 10. 'Nota quæ sedes fuerat columbis.' Seneca Herc. Œt. 1632. 'sedibus pulsæ suis volucres.' Sic Phædrus lib. IV. fab. 23. 20. formicæ receptaculum vocat 'copiosam domum,' et lib. II. fab. 6. 5. testudinis 'corneam domum.' Ita lib. I. fab. 30. 7. 'statio.' Plura de hac re dabunt Notæ Burmanni. Cf. etiam Gud.—14 *Voluisses.* Heinsius *potuisses,* quod non probat Burmann. Superbiæ enim voluntariæ dat pœnas graculus. Habet etiam Anonymus Nilant. *voluisses pati.*

Digitized by Google

FABULA IV.

CANIS PER FLUVIUM CARNEM FERENS.

Amittit merito proprium, qui alienum appetit.
Canis per flumen, carnem dum ferret, natans,
Lympharum in speculo vidit simulacrum suum:
Aliamque prædam ab alio ferri putans,
Eripere voluit: verum decepta aviditas,
Et, quem tenebat ore, dimisit cibum,

Qui concupiscit alienum, deperdit jure suum. Intereadum Canis nando per amnem gestaret carnem, vidit in speculo aquarum suam imaginem, et ratus ferri aliam prædam ab alio cane, *voluit* ipsi *auferre: sed voracitas* fuit *frustrata.*

2 *Dum.* Scheffer. recte conjicit, *cum*, quod habet Anonymus, et placet Burmanno; præfert etiam in hoc nexu Cl. Tzschuckius. Vid. V. L. ad lib. I. fab. 15. 10. et ad l. III. fab. 10. 13.—3 *Lympharum.* Anon. Nil. *Nympharum speculo*, omisso *in*; permutatione solenni.—4 Quia in hoc versu syllaba deficit, versioni laboranti conjectura alius alia subvenit. Marcil. ad Hor. Ep. I. 3. p. 119. *deferri putans*; ita edidit Philippus. Danetus, secutus Editionem Meursii, *perferri putans.* Sic et Ursin. et Laurentius, nec non Didot. in Edit. stereotypa. Bentleius, *Aliamque prædam ab alio cane ferri putans*, probante Hario. Cuninghamus: *Aliamque prædam ab altero ferri putans*; cui lectioni, quæ recipi posset, et quæ placet Philippo, in Del. Var. Lectt. p. 37. favet Anonymus, apud quem legitur: *Alteramque prædam ab altero ferri putans*; nec displicet Tzschuckio. Heinsius: *A. p. a. alio se f. p.* id est, ab alio ac ipse erat; vel ab alio ac se; Gudius *offerri*; Bipontini cum Marcilio, *deferri putans.* Cl. Schulze *ferrier putans.* Plurimi confugiunt ad *m* non elidendum, ut Wasius in Senar. p. 68. Barth. Adv. lib. XLVII. c. 10. Burmann. Desbillonius, al. Quæ litera quia sæpius a Phædro aliisque poëtis non eliditur, recte retinetur vulgatum. Cf. Burmann. Bothius malit: *Aliamque prædam ab alio quo ferri putans.*—6 *Dimisit.* Sic Mss. Pith. Rem. Anon. Nilantii et Romulus Ulm. Sic Editt. Vett. Merito igitur reposui. Habent etiam Editt. Bentl. Brotier. Bipontinor. Desbillonii. Burmannus post Ursin. et Scheffer. *demisit*,

NOTÆ

4 *Aliamque prædam ab alio*] Litera *m* non eliditur hoc loco, more veterum. Ita Lucret. 'Semina seque simul cum eo commiscuit ignis.'

Digitized by Google

Nec, quem petebat, adeo potuit attingere.

Nam sivit cadere escam quam portabat gula, neque potuit adeo assequi cibum *cui inhiabat.*

quod est, deorsum mittere.—7 Varia tentant viri docti, quia versui metri ratio non constat, nisi vel *adeo*, vel *potuit* dissyllabum sit. Barthius Adv. XLVII. 10. *potuit;* Hoogstratan. *adeo* in duas syllabas contrahunt. Rigalt. in Edit. 2. et Ursinus, quos sequuntur Bentlei. Cuningham. Brotier. Desbillon. transponunt *potuit adeo:* alii legunt *tangere*, quod legitur apud Anonymum Nilantii: recte igitur placet Cl. Tzschuckio. Freinsbem. *Nec quem petebat eo potuit attingere*, ut *eo* referatur ad *ore*. Gruner. l. c. p. 10. conjicit: *Nec quem petebat potuit ideo attingere.* Cf. lib. II. fab. 8. 11. Sed judicante Burmanno, cui obsecuti sunt Bipontini, locus relinquendus, ut in scriptis et editis adhuc lectus est. Præstat enim exhiberi corruptum, quam incertis conjecturis interpolatum. Censor doctus tamen in Ephem. liter. Gothan. ann. 1799. Partic. 62. p. 535. legi jubet, vel, *potuit adeo a.* vel, *adeo a. p.*

NOTÆ

7 *Nec adeo*] Freinshemius commiseratione nescio qua ductus emendat *adeo*, et reponit *eo*, referendo ad vocem supra, 'ore.' Tanaquillus Faber vult retineri voculam *adeo*, ut concinne et eleganter usurpatam a Phædro genuinæ Latinitatis scientissimo. Quam lectionem secutus sum quoque, utpote meliorem. *Nec adeo potuit* verteres Gallice, *avec tout cela il ne put.*

FABULA V.

VACCA ET CAPELLA, OVIS ET LEO.

NUNQUAM est fidelis cum potente societas:
Testatur hæc fabella propositum meum.

Consociatio cum potente nunquam est fida: hæc fabula confirmat meam sen

1 *Nunquam.* Heins. *Nusquam....potente.* Fr. Harius, *potenti*, ne tot syllabæ breves concurrant. Sed vide Burmann. cui *potente* blandius ad aures accidit, quam *potenti*. [Possit legi *cum potente est societas*, ut evitetur concursus tot syllabarum brevium. *Anton.*]—2 *Testatur.* Heins. *Testetur*, e conjectura.

Digitized by Google

Vacca et Capella, et patiens Ovis injuriæ,
Socii fuere cum Leone in saltibus.
Hi cum cepissent cervum vasti corporis, 5
Sic est locutus, partibus factis, Leo:
Ego primam tollo, nominor quia Leo;

ientiam. Vacca et Capella, et Ovis tolerans injuriarum, extitere socii Leonis in sylvis. Cum hi cepissent cervum immani corpore, Leo sic dixit, factis partibus: Ego sumo mihi *primam* partem, *quia vocor Leo: concedetis mihi* et *alteram, quia*

—4 *Socii.* Heinsius legit: *Sociati iere,* vel, *ivere;* citra necessitatem. Bipontini interpungunt: *Socii fuere cum leone. In saltibus Hi cum cepissent c. v. c.* Vincent. Bellov. *fuerunt* sociæ *simul cum leone.* At in Romulo, quem exscripsit, est *socii.*—5 *Hi.* Meursius: *Qui cum cepissent,* vel, *Ibi c. c.* Conjiciebat quoque *Hic cum,* ut *Hic* referatur ad 'saltibus;' quod propter asperiorem illam literæ *c* geminationem non admittit Burmannus, nisi legatur *Hic quum. Qui cum* non displicet, et est elegantius. Sed in Mss. Rem. Pith. nec non Anon. Nil. et Ed. vet. est *Hi cum.* Nil igitur muta.—7 *Nominor quia Leo.* In hac, quæ vulgatior est, lectione, ultima vocis *quia* producenda est: quo offensi editores pro suo quisque ingenio conjecturis indulgent. Gudius, invitis Codd. Mss. *nominor quia Creon;* vel, *quia rex leo.* Sane docta et speciosa sunt, quæ profert Gudius ad adstruendam emendationem, *nominor quia Creon,* quæ placuit Broukhousio et Hoogstratano, qui recepit in Edit. Amstel. 1711. 12. excusa. Sed Burmannus observat hæc: 'Creon si idem notare possit, ut vult Gudius, quod *Rex,* pariter frigida et languida esset ratio, sive dicas, *nominor quia Leo,* sive *Creon.* Si vero proprii nominis vicem fungatur, insolens certe, nomen hominis tribuere animali, ideoque, ut *Creon* sic dictus fuerit absolute post regnum acceptum, licet antea habuerit aliud nomen, ita quoque Leones (non hunc, vel illum, sed omne genus Leonum) *Creontes* vocare. Cujus rei an exemplum alibi extet, vehementer dubito. Nam eodem jure tunc vulpem liceret *Ulixem* (aquilam vero *Creusam* v. Desbillon. Præf. p. XXIX.) vocare.' Docte et egregie rationes singulas Gudii excussit Wolfius ad h. l. p. 96. sqq. Heumannus transpositione versui subvenit: *Ego primam tollo, quia nominor Leo.* Vid. N. B. P. XXVII. p. 605. quod rejicit Burm. quia, si ultima in *Ego* producatur, tres primæ voces absolvent pedes singulos et sine ulla cæsura versum inficetum. Deinde meliores poëtæ, ut et Phædrus, ultimam in *Ego* corripuerunt. Richterus et Harius: *quoniam nominor leo,* quod præ ceteris arridet Heusingero et Cl. Ouwens, cum nihil notius sit, quam tum facillime errare librarios, si quando similes in propinquo sint voces. Bentleius, cujus Notæ in Phædrum criticæ mirum in modum displicent eidem Viro docto, edidit: *nomine hoc, quia sum leo,* scabra elisione et sono, judicante Burmanno, et intrusis duabus voculis. Ipse Burmannus mallet: *Ego primam tollo partem, quia dominor leo;* quam conjecturam illustrat doctissime; nihilo vero secius vulgatæ acquiescit. At vero displicet Santoroco lectio Burmanni, quia sic in quarta et quinta regione Dactylus et Anapæstus invicem se exciperent; quod repugnaret metro Senariorum. Hinc mallet in quarta regione spondeum ponere loco dactyli, ita ut *quia* sit monosyllabum, hoc modo: *Ego tol | lo pri | mam par | tem, quîa | dominor |*

NOTÆ

Ad hanc fabulam pertinet et alia de olla ænea et fictili, ex qua sic conclusit Faërnus: 'Potentiorum semper est vicinitas Vitanda tenuioribus.'

Digitized by Google

Secundam, quia sum fortis, tribuetis mihi;
Tum, quia plus valeo, me sequetur tertia;
Malo afficietur, si quis quartam tetigerit.
Sic totam prædam sola improbitas abstulit.

sum animosus: quin mihi et *tertia obtinget, quia præsto robore: si quis* vestrum *abstulerit quartam, mactabitur infortunio. Ita sola iniquitate potitus est omni præda.*

Leo. Contrahi posse *quia* in unam syllabam, e Terentiano Mauro probant Wasius in Senar. cap. 16. et Barth. lib. xv. Adv. 2. Mea quidem sententia vulgatum ferri potest. Habet enim Anonymus Nil. qui non raro Phædri fabulas verbo tenus expressit. Deinde ostendunt Desbillon. et Grunerus l. c. p. 10. Plautum Bacchid. iv. 4. 29. et Ausonium Profess. viii. 7. ultimam vocis *quia* produxisse. Vid. Wasius in Senar. p. 228. coll. Not. Praschii. Cuninghamus tamen, Brotier. et Bipontini legi jubent: *nominor quoniam leo.* Rutger. Onwens V. Cl. l. c. voce *partem* cum Burmanno ex Anonymo inserta, putat legi posse: *Ego primam tollo partem, nomen quia leo,* vel *leo est.* Qua emendatione vix opus est, cum *partem* facile ex 'partibus factis' repeti possit. Neque etiam insistit Vir doctus. Tuendam enim censet vulgatam lectionem cum vitiosa quantitate, donec afferatur conjectura, quæ probare se doctis merito queat.—8 *Fortis.* Withofius, ταυτολογίαν ferri posse negans, conjicit: *Secundam, quia sum socius, tribuetis mihi;* id quod me docuit per literas Cl. Herbell. Cui conjecturæ, ex mente Withofii, favet Ignatii, s. Gabriæ fab. 9. in Nevelet. Mythol. Æsop. p. 368. Sed ταυτολογία non potest esse ratio emendandi.—10 *Malo afficietur.* Bentl. *Male accipietur s. q. q. t.* putabat enim frustra apud bonos scriptores quæri. Gudius, itidem dubitans, an *malo affici* Latine dicatur, legit, *affligetur.* Gudium sequitur Hoogstratanus. Sed locutionem vulgatam vindicarunt Gronov. ad Senec. de Ira i. cap. 16. et Burmann. Laudat etiam Desbillonius Senec. Benef. lib. vi. c. 37. 'Satius erat, duos iniquo malo affici, quam omnes publico.' Si denique Phædrus lib. ii. fab. 11. 10. dixit: 'Leonis affliguntur horrendo impetu,' num ideo hic *affligetur* scripsisse putandus est? Ita vero millies emendare solent critici.

Digitized by Google

FABULA VI.

RANÆ AD SOLEM.

VICINI furis celebres vidit nuptias
Æsopus, et continuo narrare incipit:
  Uxorem quondam Sol cum vellet ducere,
Clamorem Ranæ sustulere ad sidera.
Convicio permotus quærit Jupiter
Causam querelæ. Quædam tum stagni incola,
Nunc, inquit, omnes unus exurit lacus,

Æsopus, conspiciens nuptias famosas latronis finitimi, cæpit statim referre: Cum Sol vellet olim accipere conjugem, Ranæ emiserunt suas *querimonias ad cælum. Jupiter, commotus* hac *vociferatione, rogat causam quæsitus. Tum quædam inquilina lacus dixit: Unus* cum sit, *exsiccat nunc* nostra *stagna, et adigit ad*

1. 2 Bentl. *Vicini* ut *furis c. v. n. Æsopus* sic *c. n. i.* qua emendatione non erat opus. Phædrus enim, bene observante Burmanno, non semper amat eodem modo loqui: modo particulam addit, ut lib. I. fab. 21. 8. lib. III. fab. 16. 8. modo omittit, ut lib. I. fab. 7. 2. et fab. 13. 5. Sic alii, ut idem vir doctus fuse monstrat. Etiam Hario displicet ista Bentleii conjectura; Cuninghamus edidit: *V. f. c. nuptias videns Æsopus sic c. n. i.* Heinsius legit *en!* pro *et.* [*Æsopus, ita* legit Anton.]—3 *Sol cum.* Sic Mss. Rem. et prima manus in Pith. Sed secunda et imperita manu emendatum est in Ms. Pith. *solem;* cujus rei testem habeo Brotierium. Itaque *sol cum* reponendum putavi, quod præter Meurs. Heins. Rigalt. Ursin. recte retinent Bentlei. Brot. Bipontini, Desbillonius, Cuningham. ut omittam alios. Burmannus, obsecutus Rittershusio, legit: *solem velle,* quod pendet a *clamorem sustulere.* At *sol cum vellet* emendavit quoque sua manu Taubmannus in notis, margini Editionis Rittershusii ascriptis, quam possidet Bibliotheca Electoral. Dresdensis splendida. Et jure placere potest hæc lectio; videtur enim elegantior.—

NOTÆ

5 *Convicio*] Convicium, quasi convocium dictum, ideo secundam habet longam. Hæc vox non a vitiis dicitur, sed a collatione vocum. Neque significat hoc loco maledictum aut contumeliam.

Digitized by Google

Cogitque miseras arida sede emori:
Quidnam futurum est, si crearit liberos?

mortem inopes, arefactis paludibus. Quid vero tum *eveniet, si susceperit filios?*

8 *Cogitque.* Heinsius: *Cogetque miseras aridæ sedi immori. Cogat* habet Cod. Pith. ut notavit Neveletus ad marginem p. 398. Mythol. Æsop. Et defendi potest e Virg. Ecl. II. 7. et Theocr. III. 9. Sed quia *Cogit* ab omnibus receptum est, non ausus sum quicquam mutare. *emori.* Ita Mss. Alii *mori.* —9 *Crearit;* Cod. Pith. *crearet,* teste Neveleto; Anonymus Nil. et Romul. Divion. *creaverit;* at Ulmens. *procreaverit.*

FABULA VII.

VULPIS AD PERSONAM TRAGICAM.

PERSONAM tragicam forte vulpis viderat:
O quanta species, inquit, cerebrum non habet!

Vulpes, videns fortuito larvam scenicam, exclamat: O quanta forma, non habet

1 *Vulpis.* Ita legendum esse, non *vulpes,* quod sæpe mutatum fuerit a librariis imperitis, erudite monstrat Burm. quem vide; sed utroque modo veteres locuti sunt, et per *es* vel per *is* istius modi vocabula extulerunt. Vide Notas Tollii P. III. p. 145. Phædri. Sic *vulpes* facit, vulpecula. *vulpes et vulpis* in nominativo inveniri, ait quoque Gesner. in Thes. L. L. h. v. Adde Bongars. in Lection. Var. ad Justin. lib. XII. quem præter alios laudat Santorocus. Barth. ad Stat. Theb. p. 441. et Adv. lib. XXVII. c. 4. Rigaltius in Edit. 2. et Neveletus habent *vulpes.* Bentleius: *forte ut vulpis viderat.* Sed v. V. L. ad fab. præc. vs. 1, 2.—2 *Habet.* Jan. Broukhus. teste Hoogstratano ad lib. III. 12. legebat, *O q. s. i. c. n. habes.* v. Burm. *habes* etiam placebat Scheffero, quod arripuit Bentlei. Sed *habet* retinendum. Nam et Romulus Divion. eodem, quo Phædrus, modo hæc expressit: *O quanta species, ait, et*

NOTÆ

1 *Personam tragicam*] Erat larva, qua personæ in scena vultum et capud obtegebant, ut sic melius personam quamlibet sustinerent.

Digitized by Google

Hoc illis dictum est, quibus honorem et gloriam
Fortuna tribuit, sensum communem abstulit.

cerebrum! Hæc verba spectant illos quibus fortuna dedit decus et claritatem, negavit autem sensum communem.

cerebrum non habet! Vid. Fabb. Romuli lib. II. fab. 15. Legitur etiam in Græca fabula: ἐγκέφαλον οὐκ ἔχει. Heinsius: *O quanta species! at cerebrum non habet.*

NOTÆ

4 *Sensum communem*] Ita Horat. Sat. I. 'Communi sensu plane caret.' Et Juven. Sat. VIII. 'Rarus enim ferme sensus communis in illa Fortuna.' Fortasse ex Phædro, quem scimus illa tempestate lectitari solitum Martialis testimonio.

FABULA VIII.

LUPUS ET GRUIS.

Qui pretium meriti ab improbis desiderat,
Bis peccat: primum, quoniam indignos adjuvat;
Impune abire deinde quia jam non potest.

Qui expetit mercedem beneficii a malis, incidit in duplicem culpam: primo quia auxiliatur improbis, deinde quia non potest se expedire ab illis *citra periculum.*

2 *Indignos.* Cod. Pith. *dignos.* v. Nevel. Absorptum enim τὸ in a præcedenti *quoniam.*—3 *Quia jam non potest.* Barth. in Adv. lib. XLVII. 10. monet legendum, *jam nunc potest*, vel concinnius *jam tunc*, quod tamen, teste Bur-

NOTÆ

Hanc fabulam integram finxit etiam Æsopus, 'Lupus, gutturi osse infixo, mercedem Grui se præbiturum dixit, si, capite injecto, os e gutture sibi extraheret,' &c.

Digitized by Google

Os devoratum fauce cum hæreret Lupi,
Magno dolore victus, cœpit singulos
Illicere pretio, ut illud extraherent malum.
Tandem persuasa est jurejurando Gruis,
Gulæque credens colli longitudinem,
Periculosam fecit medicinam Lupo.
Pro quo cum pactum flagitaret præmium;

Cum os devoratum adhæreret gutturi Lupi, superatus summo dolore cœpit inducere præmio cuncta animalia, *ut auferrent hoc incommodum. Tandem Grus, adducta juramento, aggressa est curationem Lupi plenam aleæ, committens longam cervicem*

manno, nemini adhuc persuadere potuit. Putabat autem peccati vocem hic ambiguæ significationis esse, et priore loco culpam, posteriore errorem designare; errorem vero in eo consistere, quod deinde in societatem mali veniens et liber dimissus, non videt, se satis magnum beneficium accepisse, quod a perfidi hominis consortio integer et inviolatus redire potuit. Hoc ex Lupi ad Gruem verbis in fine hujus fabulæ recte effici censet; v. Burmann. Heinsius margini ascripserat, *quianam non potest;* Gebh. Crepund. lib. III. c. 10. conjicit, *Impune abire deinde inanis non potest*, ut *inanis* sit, qui in opera fuit gratuita. Brotier. *quia jam vix potest;* quæ omnia vix placebunt. —4 Bentleius mallet legi: *Os devoratum fauce cui hærebat, Lupus.* Censebat enim, in lectione vulgata deesse ad constructionem *is*, vel *ille*. Sed Harius ostendit, hoc omitti posse, quia τὸ *victus* de alio, quam de Lupo, accipi nequeat, aptissimum ex lib. v. fab. 3. subjiciens exemplum. Quot etiam locis, observante Burmanno, medicina temeraria esset facienda, si particulas illas, *is, ille, qui*, quæ deficientes ἀνακόλουθον videntur efficere, ubique intrudere vellemus? ut omittam, in emendatione Bentleii metrum vix constare, de quo fuse disputantem lege Burmannum. Ceterum ipse Bentleius non multum huic conjecturæ tribuisse videtur, cum et alteram lectionem proferat, quam recepit, *Os devoratum fauce cum hæreret Lupo;* citra necessitatem, cum et *lupi* et *lupo* Latine dici possit; ut lib. III. fab. 7. 16. ubi nonnulli legunt *cani*. Cuninghamus: *O. devoranti f. c. h. Lupo.*—5 Hunc v. Anonymus Nil. expressit integrum. Cuninghamus: *Magno is dolore v.* sed vid. V. L. ad vs. 4.— 6 Post hunc versum aliquot versus excidisse, suspicatur Meursius in Animadv. ad Phædri Fabb. Sed quæ supplere conatus est, a brevitatis studioso poëta rectius omittuntur.—8 *Gulæque*. Faber in Edit. III. *Gulæ quæ credens.*—9 *Periculosam*. Cuningham. *Periculose.*—10 *Pro quo cum pactum.*

NOTÆ

7 *Gruis*] Antique pro *Grus;* sic apud Ennium *mentis* pro *mens.*

8 *Colli longitudinem*] Longum collum, Hellenismus, cujus apud Poëtas Latinos sunt exempla non pauca. Ut inf. 'Corvi stupor' pro Corvo stupido, Fab. XIII. 'Doctorum corda virorum,' pro doctis viris. 'Olli respondit suavis sonus Egeriai,' apud Ennium: i. e. Suave loquens Egeria respondit.

9 *Periculosam fecit medicinam Lupo*] Ambiguitas in hac voce *periculosam;* nec enim periculosa erat Lupo talis medicina, sed potius ipsi Grui, cui erat periculum ne devoraretur a Lupo. Addit enim Lupus, 'Ingrata es, ore quæ nostro caput Incolume abstuleris.'

Digitized by Google

Ingrata es, inquit, ore quæ nostro caput
Incolume abstuleris, et mercedem postules.

ipsius *faucibus. Exposcenti* vero *pretium pro tali merito*, Lupus *respondit: Immemor es quæ eduxeris* tuum *collum salvum* e *mea gula, et petis præmium.*

In Ms. Rem. corrupte legitur: *Pro quo cum factum.* v. Gud. In Cod. Pithœano, *facto.* Antea legebatur *Pro quo cum facto.* Sic Edit. Pith. Nevel. Ursin. Sed quia *pactum* vitio librariorum sæpe transiit in *factum*, ut probant Heins. ad Ovid. Ep. III. 112. et Græv. ad Flor. I. 15. recte emendavit Gudius: *Pro quo cum pactum flagitaret p.* Lupus enim singulos illexerat pretio, et tandem convenerat cum grue; præmium ergo erat pactum. Quam Gudii emendationem deinde confirmavit Anonymus Nilantii, qui Phædrum exscripsisse recte creditur, apud quem extat *a quo cum pactum flagitaret præmium.* Illud Anonymi *a quo* recepit Bentlei. quia *Pro quo* præcedenti non satis respondere putabat; improbante tamen Burmanno, qui recepit certissimam, ut ait, Gudii emendationem. Contra Bentleii lectio placet Heusingero; nec mihi displicet, cum auctoritate nitatur Anonymi. *Pro qua* ediderunt Brotier. et Desbillon. ut referatur ad 'medicinam' vs. 9. Sed ista emendatione non est opus, cum Latinis scriptoribus hæcce generis mutatio familiaris sit, teste Gifan. in Indic. Lucret. in *sanguis* et *generis mutatio.* Vide quos laudat Burmannus.—11 *Ore quæ nostro.* Bentlei. *ore quæ e nostro*, sed v. Burm. et Epist. crit. Harii p. 15. Anon. Nil. *ori nostro quod caput incolume extuleris*, cui lectioni favet locus Virg. Æn. IV. 698. qui Burmanno debetur, quem vide. Cuninghamus perperam duas intrudit particulas, legens, *quæ cum ore e nostro caput.*—12 *Postules.* Sic recte reposuerunt Rittersh. Faber. Ursin. Hoogstrat. Bentlei. Heusinger. quos et ego in priori editione secutus sum. Ita et Desbillonius, Didotus in Editione stereotypa, Bipontini. Postulat enim orationis contextus, ut legatur *postules.* Non enim dicit lupus *ingrata es et postulas*, quod volunt Scheffer. et Burm. sed *ingrata es, quæ* (i. e. *cum*) *caput incolume abstuleris, et postules.* Causam reddit cur ingratam dicat. Vid. Heusinger. et Harlesii Progr. Brotier. tamen retinuit *postulas.*

Digitized by Google

FABULA IX.

PASSER ET LEPUS.

SIBI non cavere, et aliis consilium dare,
Stultum esse, paucis ostendamus versibus.
Oppressum ab Aquila, fletus edentem graves,
Leporem objurgabat Passer: Ubi pernicitas
Nota, inquit, illa est? quid ita cessarunt pedes?
Dum loquitur, ipsum Accipiter nec opinum rapit,
Questuque vano clamitantem interficit.
Lepus semianimus mortis in solatio:

Demonstremus paucis versiculis esse ineptum consulere aliis, et sibi non providere. Passerculus increpabat Leporem captum ab Aquila dentem acerbos gemitus. Ubi, inquit, est ista velocitas cognita? Quid pedes sic pigri fuere? Dum diceret hæc, Accipiter ipsum arripit incautum et occidit edentem querimonias inutiles. Lepus

2 *Paucis ostendamus.* Cuningh. *paucis his ostendam.* Tollius: *ostendemus.*— 3 Bentlei. et Cuningh. *Oppressum ab aquila* ac *f. e. g.* sed monet Burm. ista emendatione fieri ex versu bene incedente duplicata elisione horridiorem; deinde non raro adjectiva cumulari omissa copula. Anon. Nil. habet *et fletus dentem;* sed *edere* recte.—8 *Semianimus.* Bentl. *semianimis,* quod est usitatius. *in solatio.* Varie tentatus locus. Codd. Pith. Rem. et vet. Edit. *in solatio,* quod præter Gronov. Perizon. et Barth. recte probant Rigalt. Bentl. Hoogstrat. Burmann. Heusinger. Brot. Desbillonius. Hanc lectionem etiam tuetur, etsi paulo alio sensu, Cannegieter. ad Avian. p. 301. qui multa profert exempla, quibus hæc Phædri scriptura confirmetur, et quæ probare contendit, solennem esse in usu præpositionis *in* casuum accusativi et ablativi permutationem. Ita Justinus lib. XVIII. 1. 3. 'duobus parvulis filiis, Alexandro et Heleno, *in solatio* longinquæ secum expeditionis adductis,' et lib. XVII. 2. 'cujus sororem Lysimachus *in matrimonium* habuerat.' In his tamen locis et aliis lectio nondum satis certa esse videtur. Legunt enim alii, ut Bipontini, in locis memoratis *in solatia, in matrimonio.* Alii alia tentarunt. Jam olim *solatio* suspectum habebat Scioppius. Etiam

NOTÆ

5 *Quid ita*] Locutio elliptica, pro, ob quid ita? vel, quam ob causam?

8 *Mortis in solatio*] *Mortis in solatium* reponunt Meursius et Faber, *in solatio* mendum arbitrantes; nec injuria: vult præterea Faber Phæ-

Digitized by Google

Qui modo securus nostra irridebas mala,
Simili querela fata deploras tua. 10

semivivus in consolationem mortis ait: Tu passercule, *qui jamjam sine cura deridebas meum infortunium, defles pari questu tuam sortem.*

Meursius reponit *in solatium*, cui deinde obsecutus est Cuper. Obs. lib. II. 20. ut sit dictum, sicuti *in spem*, *in contumeliam*. Frustra autem putabat, hic aliquid deesse. Vid. Barthii Adv. XLVII. 10. Nam solent crebro omittere verbum *inquit*. Meursii emendationem vel probant, vel retinent Faber, Prasch. Danet. Salmas. ad marginem libri, Jördens. nisi quod Faber censeat, pro *solatium*, Phædrum antique scripsisse *solatiom*, pro quo negligens exscriptor scripserit *solatio*. Heinsius satis ingeniose: *Lepus semianimus: mortis en solatia!* ut sint verba leporis. Quæ conjectura placet Hario. Simili modo Sanadon. et Philipp., quos sequitur Lallem. *en solatium*; quod magis, quam Heinsii conjectura, recedit a scriptura Codd. Mss. v. Brotier. Freinsh. vulgatam putat posse ferri, nec hiulcam esse orationem. Gebhard. Crepund. III. 17. legit *mortis cit*, vel *ixit*, *solatium*, quod non ferendum esse recte existimat Burmann. Wopkensius in Misc. Obs. Nov. tom. X. p. 169. conjicit, ut fere Faber, *mortis in solatia*; sic enim propius accedit ad veterem scripturam, ut sensus sit: tum lepus semianimus hoc dicto se in morte sua solatur. Non tamen plane repudiat *in solatio*. Cl. Jakob. edidit *in solatia*. (Accedant sequentia e Schwabii Supplendis: '*mortis in solatio* vulgo, cujus lectionis germanitatem Burmannus (Epist. crit. de his Bentleii notis) cum plerisque doctis addubitans, correxit, Heinsio præeunte: *mortis en solatia*, vel *solatium*. Bothe. Quod Vir cl. scribit de Burmanno, intelligendum de Hario. Harius enim auctor est Epistolæ criticæ de Notis Bentleii in Phædrum, non Burmannus. Vid. Epist. cit. ad calcem Editionis Burmannianæ p. 15. Etenim Burmannus edidit *in solatio*, quam lectionem tuetur loco Ovidii. M. V. 191. et Lucani VIII. 314. addens, Heinsii conjecturam *en solatia*, quæ placeat viro doctissimo (Hario), tolerabiliorem esse, quam Gebhardi lectionem, non ferendam, *mortis cit solatium*. Edidit Bothius *mortis en solatium*, etsi *en solatia* scriptioni propius accedat. V. Not. Burmanni in novo commentario.')— 10 *Deploras*. Harius mallet, *nunc ploras*, quia præcessit *modo*, et certe lib. V. fab. 2. 8. 10. post 'adjuvisses modo' sequitur, 'nunc conde ferrum.' Sed cum Phædrus vix cogi possit eodem semper modo loqui; cum etiam Anonymus Nil. *deploras* habeat, retineo vulgatum. Aliter contra Anglum disputat Burmann. Cannegieter. ad Avian. p. 27. *deplora*. Barthio Adv. XLVII. 10. versui 10. signum interrogandi videbatur subdendum, ut sarcasmo quodam lepus passerem roget, ecquid simili querela uti didicisset.

NOTÆ

drum scripsisse, *mortis in solatium*, more veterum, cujus hodieque apud Plaut. Terent. Lucret. et Catull. vestigia supersunt, sed sciolum aliquem exscriptorem *solatio* scripsisse, omittendo *m*.

Digitized by Google

FABULA X.

LUPUS ET VULPIS JUDICE SIMIO.

QUICUNQUE turpi fraude semel innotuit,
Etiamsi verum dicit, amittit fidem.
Hoc attestatur brevis Æsopi fabula.
Lupus arguebat Vulpem furti crimine:
Negabat illa, se esse culpæ proximam:
Tunc judex inter illos sedit Simius.
Uterque causam cum perorassent suam,
Dixisse fertur Simius sententiam:
Tu non videris perdidisse, quod petis;
Te credo surripuisse, quod pulchre negas.

Quisquis manifestus fuit semel mendacii inhonesti, ei *denegatur fides, etiam dicenti vera. Brevis fabula Æsopi probat illud. Lupus insimulabat furti Vulpem: hæc contendebat se non esse affinem* hujus *criminis. Tunc Simius consedit arbiter inter hos.* Et *cum uterque dixisset pro se, ferunt Simium protulisse* tale *judicium: Tu non videris,* o Lupe, *amisisse quod postulas;* et *arbitror,* o Vulpes, *te furatam esse, quod bene pernegas.*

2 *Etiamsi verum dicit.* Anonym. Nil. *etiamsi verum dicat.* Romulus Div. *etsi verum dicat.*—3 *Hoc attestatur.* Scheff. mallet, *Hoc et testatur.* Cuningham. emendandi prurigine captus: *Id hæc testatur.*—4 *Furti.* Ms. Pith. *forti.*—5 *Culpæ proximam.* Heins. et Gudius rescribi jubent, *culpæ obnoxiam.* Sed defendi potest vulgatum. Bentleius: *Negabat illa, se esse culpæ huic proximam.* Perperam. Certum enim est lectori, de qua culpa agatur. v. Burmann.—8 *Sententiam.* Cod. Pith. *sentiam,* e compendio. Heinsius *sententiam hanc,* quod recte displicet Burmanno, cum non dubium sit, de qua sententia sermo sit. Bentlei. *Dixisse hanc fertur S. s.* Cuninghamus: *Hanc dixe fertur S. s.*—10 *Surripuisse.* Ita quoque Anon. Nil. et Romulus. Heinsius tamen, ut sit mitior numerus, mallet *surpuisse,* exemplo Catulli et Horatii. Vid. Heins. ad Ovid. Met. IV. 556.

NOTÆ.

2 *Etiamsi verum dicit, amittit fidem*] Id enim jure cautum est, ne quis possit probare aliquid per juramentum, ubi turpi fraude semel innotuit.

Digitized by Google

FABULA XI.

ASINUS ET LEO VENANTES.

VIRTUTIS expers, verbis jactans gloriam,
Ignotos fallit, notis est derisui.
Venari Asello comite cum vellet Leo,
Contexit illum frutice, et admonuit simul,
Ut insueta voce terreret feras, 5

Expers fortitudinis, se extollens verbis, decipit ignotos, et *se præbet deridendum notis. Cum Leo vellet venari socio Asino, illum occultavit* in *vepribus, et præterea monuit, ut territaret animalia cantu insolito,* dum *ipse* illa *caperet in fuga. Asinus*

1. 2 Bentleius edidit: *Virtutis expers verbis jactans gloria;* laudans lib. I. fab. 4. 5. et fab. 12. 12. Idem igitur esset, ac si Phædrus scripsisset: gloriosus, virtutis expers, verbis jactans. Sed nunc quæritur, quid jactet gloria? An forte res gestas? quæ esset Ellipsis inaudita. Lege Burmannum, qui fuse contra Anglum vulgatum tuetur. Brotier. *verbis captans gloriam.* Etsi vere 'nulla mihi captatur gloria' Ovid. Trist. v. 1. 75. dixit; tamen, quia vulgata lectio satis defendi potest, recte retinetur. *Ignotos.* Barth. Adv. lib. XLVII. 10. *Ignotus fallit, notus est derisui,* quod displicet, quia *notis* et *ignotis* est in omnibus Codd. Confer tamen Ejusdem Barthii Adv. lib. XXXIX. 7. In nonnullis Fabri Editionibus est, *Ignaros.* Male. v. Gud.—5 Cl. Jakob. ut occurreret objectioni Lessingianæ, edidit: *Ut in specu voce terreret feras.* Quæ emendatio est admodum dura, et facit versum claudicantem et una syllaba breviorem. Vid. Ephem. Gotting. ann. 1785. Partic. 164. Allg. Litt. Zeit. ann. 1785. II. 281. Quodsi poëta exprimere voluisset, quæ sunt in fabula Græca, alio modo et luculentius expressurus fuisset. Recte igitur Censor eruditus in Ephem. Lit. Gothan. ann. 1785. p. 411. *so Ungewerfen und unvorbereitet schreibt kein guter Schriftsteller.* Displicet etiam ista emendatio

NOTÆ

Æsopus et hanc fabulam attigit, licet non eodem modo, ubi dicit Asinum pelle Leonis indutum perterruisse feras omnes præter Vulpem, quæ, audita voce Asini, ait ad ipsum: 'Ego te pariter timuissem, nisi rudentem audivissem.'

1 *Virtutis expers*] Vox æquivoca, quæ ad virtutem animi, et ad fortitudinem significandam assumitur. Ibi vero usurpatur pro robore et fortitudine.

2 *Ignotos*] Hic active vox ista accipitur de iis, qui non noscunt aliquid.

Digitized by Google

Fugientes ipse exciperet. Hic Auritulus

Langio Prolegg. ad Phædr. p. 19. sq. qui præter alia objicit, *τὸ specu*, si admittatur conjectura, capiendum esse in plurali, cum non probabile sit, omnes bestias in una fuisse specu. Frustra. Nam et in fabula Græca una tantum memoratur specus, in qua erant capræ sylvestres.—6 *Fugientes ipse exciperet*. Locus varie tentatus! Ms. Rem. *ut ipse exciperet;* Cod. Pith. *ipse ut exciperet. Hic auriculas;* quam Ms. Pith. lectionem dederunt Nevel. Rigalt. in Edit. 2. Ursinus; sed quæ viris doctis metro iambico resultare videtur. Redundat enim *ut*, et longiorem una syllaba versum efficit. cf. Brotier. Hinc Wasius de Senar. p. 151. *Fugientes ipse ut exciperet: hic auricias.* Gudius, *Fugientes vi ipse exciperet*, qui in defendenda hac lectione longus est; sed notat Burm. *vi* non intrudendum esse, propter locum Cic. Cat. III. 4. 'præsto esset ille, qui et fugientes exciperet.' Heinsius cum V. C. Daniel. *ut* putat delendum. Grunerus l. c. p. 13. conjicit, *Fugientes ipse ut excipere*, ut subintelligatur *posset*. Heusingerus recte opinatur hoc dici: *Admonuit asinum, ut insueta voce* et in venatu nunquam audita, *terreret feras*, quas *fugientes ipse*, leo, *exciperet*. An vero verbis, quæ adsunt, id quod auctor voluit, significetur, dubitat, miraturque, cur plana hæc facere nemo voluerit. Nam leo asinum *admonuit*, ut *terreret* feras: se vero ipsum fugientes *excepturum* dixit. Ergo *exciperet ipse* probum esse negat. Putat vero, particulas *simul ut*, non divellendas, sed hoc modo copulandas: *Contexit illum frutice, et admonuit, simul Ut insueta voce terreret feras.* Hoc est: Admonuit asinum, simul ac insueta ille vooe terreret feras, fugientes sese excipere, vel excepturum esse. Itaque vs. 6. legendus ei videtur: *Fugientes ipsum excipere se;* vel *ipsum excepturum*. Non *ipse*, sed *ipsum* scriptum fuisse, illud etiam indicio esse, quod Neveletus et alii *ipse ut legant*. *Simul ut* pro, simul ac, Ciceroni usitatum esse, notante Hor. Tursellino, cui addit locum Val. Flacci lib. v. 549. *excipere* pro, excepturum esse, aliorum exempla vindicare, quæ ipse attulerit ad Vechneri Hellenolex. p. 246. Si tamen hoc minus placeat, nihil obstare, quo minus legatur *excepturum*, quod breviatum mutari potuerit in *exciperet*. Quæ emendatio, etsi sensui accommodata, et erudite illustrata, paulo durior et a veteri scriptura nimis longe recedere mihi videtur. Hoc enim modo multa in priscis scriptoribus loca facili negotio sanare possimus. Mea quidem sententia *τὸ simul* rectius jungitur cum *admonuit*. Leo enim contexit asinum frutice, et *simul* admonuit, ut insueta voce terreret feras. Quare si nihil novandum est, statuendum cum Funccio et Auctore Epistolæ ad Amic. p. 5., et *terreret* et *exciperet* ab una eademque particula *ut* regi; *exciperet* vero explicandum, *excipere posset*, quæ conjunctivi notio centies occurrit; etsi nec sic locus mihi satisfaciat. Quodsi vero mutatio sit necessaria, Auctor Ep. ad Amic. putat legendum, *fugientes ipse ut exciperet. Auritulus* cet. ita ut ad Lectionem Cod. Pith. *ut* inseratur, *hic* vero omittatur. Sed nollem invitis libris deleri *hic*, quod eleganter jungit narrata, maxime cum *ut* absit in Cod. Dan.—*Auritulus*. Teste Brotierio, in Ms. Pith. est: *Hic auriculas Clamorem et subito tollit totis viribus*. Excerpta Rigalt. et Cod. Dan. habent *auriculus*. Hinc locum vario modo solicitatum constat. Meursius edidit *auriculans*, quasi qui motaret aures, ut luna *corniculans* apud Ammian. Marcellin. XX. 3. quæ lectio metro adversatur. Neveletus, Rittersh. et Rigalt. in Ed. 2. cum Walch. et Gebhard. Crep. III. 10. nec non Schirach. V. D. in Clav. P. I. p. 30. legunt *auriculas* et vs. sq. *Clamore subito*, nisi quod Schirachius, strenue de-

NOTÆ

6 *Hic Auritulus Clamorem subito totis tollit viribus*] *Hic auriculas clamore subito tollit* retinuimus; non displiceibit tamen si quis ope veterum exemplarium scribere malit, *Hic auritulus Clamorem subitum tollit totis viribus.*

Digitized by Google

Clamorem subito totis tollit viribus,
Novoque turbat bestias miraculo.
Quæ dum paventes exitus notos petunt,
Leonis affliguntur horrendo impetu.
Qui postquam cæde fessus est, Asinum evocat,

erectis statim auriculis cœpit *rudere quam maxime, et terrere feras* hac *arte insolita. Quæ exterritæ dum quærunt effugia* sibi *nota, opprimuntur impressione horrenda Leonis. Qui postquam defatigatus est* tanta *strage, vocat* ad se *Asinum et*

fendens *auriculas*, malit, *Clamorem subitum*, omissa copula *et*. Quæ lectio non potest admitti. Docent enim Faber et Burmann. dubium esse, an *tollere auriculas*, pro erigere, vel arrigere, Latine dicere liceat. Deinde duplex ablativus illepide videtur dictus, nec venustatem, sed obscuritatem affert sensui. Denique hæc lectio vim facit versui. Secundam enim syllabam *auricula* habet brevem. Itaque cum in Cod. Dan. sit *auriculus;* Rigalt. Edit. 3. Faber, Heins. Hoogstratan. alii reposuerunt *auritulus;* etsi hæc vox apud Phædrum solum inveniatur. Sed habet Ovid. Fast. vi. 469. et Amor. ii. El. 7. 15. 'auritus,' pro asino, adeo ut eadem forma dici possit *auritulus*, qua centies Cicero, Catullus, alii dixerunt *barbatulus, nasutulus, eruditulus, politulus;* et *auritulus* unice verum esse videatur. Nihilo vero secius Brotier. tuetur *auriculas*, et vs. sq. *clamorem et subito*. Putat enim, vel Phædrum produxisse secundam syllabam in *auriculas*, ut et produxerit in 'quotidie' lib. ii. fab. 4. 8. quod etiam Scheffero non displicet; vel geminasse literam *c*, ut lib. iii. fab. 18. 15. id *reccidat;* vel demum maluisse trochæum pro spondæo ponere. Sed fac, produci posse syllabam secundam in *auriculas;* Phædrus tamen peritus Latini sermonis non fuisset, si scripsisset, *tollit auriculas* pro, erigit, arrigit. Ex quo intelligitur, quid statuendum sit de emendatione Desbillonii, qui omnes voces Cod. Pith. retineri, et salvo metro, salva et Latinitate, sic legi posse judicat: *Fugientes ipse exciperet. Auriculas hic et Clamorem subito tollit totis viribus.* Nam voculam *hic* ante vocalem recte corripi statuit, ut Virg. Æn. vi. 792. Ne dicam, lectionem *hic auritulus* esse elegantiorem, et ad poëticam rationem accedere propius.—7 *Clamorem subito.* Cod. Ms. Rem. quem Meursius sequitur, *Clamorem subito:* Ms. Pith. *Clamorem et subito*, quia præcesserat *auriculas;* Cod. Dan. *Clamorem subitum t. t. v.* Hinc ediderunt varie. Nevelet. Rigalt. 2. Walch. Ursin. *Clamore subito;* Faber, Hoogstrat. *Clamorem subitum*, quod probant Scheffer. qui antea legi jubebat *Clamores subito*, et Cl. Schirach. in Clav. P. i. p. 30. recepit etiam Didot. Heins. *Clamores subitos.* Sed recte placuit lectio Cod. Rem. Sic lib. iv. fab. 5. 29. lib. i. fab. 12. 7. fab. 15. 5. lib. ii. fab. 7. 7.—10 *Affliguntur.* Olim legebatur *afficiuntur*, quod est in Mss. Pith. et Rem. Edit. Rigalt. 2. Nevelet. Ursin. Sic quoque Barth. Adv. iii. 19. qui frustra *afficere* explicat, vexare. Nam *affliguntur* habet Cod. Dan. quam lectionem genuinam omnes fere Critici secuti sunt.—11 *Qui.* Pithœus, cui et Brotier. obsequitur, *Hic.* Atque etiam Heinsius *Hic*, vel *Hinc*, vel *Ibi* conjicit. Sed melius in Mss. Pith. et Rem. legitur *Qui—est.* Deest in Mss. Pith. et Rem. Itaque Gudius *m* in *asinum* non putat esse elidendum, ut constet versus; vel legi posse *defessus*, absorpta syllaba *de* a *cæde*, quod

NOTÆ

10 *Leonis affliguntur* [*afficiuntur*] *horrendo impetu*] Sic legitur in quodam exemplari, *affliguntur;* quæ lectio verior videtur, quanquam primam retinuerim, quia hunc locum Phædri non obscurat.

Digitized by Google

Jubetque vocem premere. Tunc ille insolens:
Qualis videtur opera tibi vocis meæ?
Insignis, inquit, sic, ut nisi nossem tuum
Animum genusque, simili fugissem metu. 15

præcipit, contineat vocem. Tunc Asinus insolescens: Quale tibi videtur beneficium meæ vocis? Insigne, ait, et *ita ut ipse fugissem timore pari, nisi mihi fuisset perspectus tuus animus et* tua *progenies.*

præcedit. Hoogstratan. Gudium secutus, delet *est*.—12 Gudius: *Jubetque vocem premere: ea re ille insolens.* Contendit enim, in Cod. quo usus sit, i. e. Pith. deesse *tunc*, a Pithœo nimis audacter excogitatum. Multis autem disputat de usu vocularum *ea re*, pro ideo, ea de causa. Plurimi tamen *tunc* retinent; sed Cuninghamus edidit *contra ille insolens*; Brotier. *tunc iste insolens*. —13 *opera*. Nevelet. Ursin. ediderunt: *Qualis tibi videtur opera hæc v. m.* Desbillon. *Qualis videtur tibi opera hæc v. m.* Sed in Mss. *hæc* abest. V. Gud. In Cod. Dan. est, *Qualis tibi vocis meæ videtur opera*, teste Rigaltio. Recte reponunt Gud. et Salmas. ad oram libri lectionem, quam dedimus. [Anton. legit: *Qualis videtur vocis opera tibi meæ.*]—15 *simili fugissem metu*. In Mss. Pith. Rem. et Vett. Editt. ut Rittershus. Nevel. Rigalt. 2. *simili fuissem in metu*. Sed recte placuit viris doctis lectio Codicis Danielis *simili fugissem metu*. Præcedit enim 'fugientes ipse exciperet;' item 'exitus notos petunt.' *Fuit* et *fugit* in Mss. sæpe confusa fuisse, apparet ex Not. Heinsii ad Ovid. Ep. XVII. 192. 1. Amor. XI. 15. Faber, ut succurreret metro in vulgato *fuissem*, scribebat *fuissem*, sicut Plautus *fuerim*, et Lucilius *adfuvissemus*, ab antiquo *fuo*, extulere. Cf. Fabri Notas.

NOTÆ

15 *Simili fugissem* [*Simili fuissem in*] *metu*] Quod exemplar Danielis habet, et sensui Phædri meo judicio accommodatius. Videtur Fabro ratio carminis postulare *fuissem similiter*, cum legatur apud Plaut. in Pœn. 'Quo genere guata, qui parentes fuverint,' pro *fuerint*. Idque a verbo *fuo*, quod nec Virgil. ipse in Æn. refugit: 'Tros Rutulusve fuat.' Format autem ex sese, *fui*, ad eundem ferme modum quo dicebatur *pluo*, *pluvi*.

Digitized by Google

FABULA XII.

CERVUS AD FONTEM.

LAUDATIS utiliora, quæ contemseris,
Sæpe inveniri, hæc exerit narratio.
Ad fontem Cervus, cum bibisset, restitit,
Et in liquore vidit effigiem suam.
Ibi dum ramosa mirans laudat cornua,
Crurumque nimiam tenuitatem vituperat;
Venantum subito vocibus conterritus,
Per campum fugere cœpit, et cursu levi

Hæc fabula ostendit illa *quæ sprevimus esse utiliora quam quæ laudavimus. Cum Cervus potasset ad rivum, substitit, et intuitus est suum simulacrum in aquis. Ibi stupens dum laudat cornua arborea, et damnat nimiam gracilitatem tibiarum, turbatus repente clamoribus venantum cœpit aufugere per agros, et fefellit canes*

1. 2 In Cod. Dan. hi versus ita exhibentur: *Sæpe esse utiliora, quæ contemseris, Ejusce rei testis hæc narratio est;* pro quo Heinsius legi jubet: *Sæpe esse factu utilia, quæ contemseris, Ejusce reji testis hæc narratio est;* vel ad vestigia libri scripti melius: *Sæpe esse utilia, more quæ contemseris, Ejusce reji t. h. n. e.* ut *more* sit aut de more, quo sensu passim occurrit, aut positum pro stulte, ut lib. III. Prol. 47. quæ posterior explicatio, judice Burmanno, omni veri specie caret. Itaque hic rejicit emendationem, utpote minime necessariam. Ferri tamen posse putat ex Codice quod profertur, *Sæpe inveniri, testis est narratio.* Bentlei. edidit, *Sæpe inveniri, testis hæc narratio est;* Cuninghamus, *testis hæc narratio;* Neveletus, *Laudatis utiliora quæ temseris Sæpe inveniri, hæc erit narratio.* Nam Cod. Rem. vs. 2. habet *hæc erit narratio.* Scaliger ad oram Editionis Rigalt. qua utebatur, ascripserat, sibi hos priores versus non videri esse a Phædro profectos, quos etiam Philipp. omisit. Sed Burmannus nondum potest induci, ut hæc a librariis profecta credat. Pithœus edidit, *exerit*, ut vero est simile, ex Codice. ['*exerit* non convenit h. l. *asserit*, quod Heins. proponit, facilius possit ferri.' *Anton.*]—3 *Ad fontem.* Romulus *de fonte.*—4 *Effigiem.* Cod. Dan. *fagiem.* Hinc conjicit Heins. *Et in liquore vidit ut faciem suam.*—7 *Subito.* Gudius, *subitis.*—8 *Levi.* Schefferus mallet *levis*, quod non damnat Burman-

NOTÆ

2 *Exerit*] Prodit et notum facit.

7 *Venantum*] Ut Virgil. sæpe 'natantum' pro 'natantium.'

Digitized by Google

Canes elusit. Sylva tum excepit ferum,
In qua retentis impeditus cornibus,
Lacerari cœpit morsibus sævis canum.
Tunc moriens vocem hanc edidisse dicitur:
O me infelicem! qui nunc demum intelligo,
Utilia mihi quam fuerint, quæ despexeram,
Et, quæ laudaram, quantum luctus habuerint.

celeri cursu. Tum subiit saltus, in quibus retentus cornibus ramosis cœpit discerpi diris dentibus canum. Tunc fertur moriens misisse hanc vocem: O me miserum, qui nunc tandem video quam ea me juverint quæ contemserum; et quam ea, quæ laudaveram, mihi fuerint perniciosa!

nus, sed tamen vulgatam lectionem retinet, quia *cursu levi* magis poëticum est, ut lib. III. fab. 2. 10. 'veloci saltu,' et in vulgata lectione magis mos Phædri et aliorum poëtarum servatur. Cuninghamus, *gyro levi*.—9 *Excepit*. Anon. Nil. et Romulus Divion. *suscepit*.—10 Schefferus dubitat, an rectius sit *retentus impeditis*, ut impedita cornua sint ramis implicatis devincta. Ego, cum similes locutiones utroque modo enuntiatæ defendi possint, vulgatam retinendam esse censeo: nam cornua feri inter densos arborum ramos hæserunt, et his quasi vinculis ipse impeditus fuit cervus. Sic Sallust. Jug. 53. 'elephanti impediti ramis arborum.' *Burmannus*. Gud. pro *retentis* conjicit *retensis*, i. e. repandis.—12 *Edidisse*. Cod. Dan. *dedisse vocem hanc*, pro quo Heinsius legit: *edidisse vocem hanc*. Sed nil mutandum.—13 *Intelligo*. Heins. *intelligam*.—14 Mss. Pith. et Rem. *Ut illa mihi quam profuerint*. Itaque multæ editiones: *Ut illa mihi profuerint, q. d.* Sic Pithœus, Rigalt. 2. Nevel. Ursin. prima Burm. Funcc. Lallem. Scheff. Brot. Didot. omisso τῷ *quam*, quod videtur esse e glossa. *Ut* autem hic est, quantum, et habet vim intendendi. Sed in Cod. Dan. est, *Utilia mihi quam fuerint*, quod respondet principio fabulæ. Habet etiam Romulus: *quæ mihi utilia erant, vituperavi*. Recte igitur viris doctis placuit altera Cod. Dan. lectio.—15 Hic versus Heinsio immerito videtur delendus.

NOTÆ

9 *Elusit*] Elegantissime dictum de illis flexibus, circuitibusque implicitis, et in se redeuntibus, quibus feræ insequentes canes eludunt. Vulgo, *les mettent en defaut*.

Ferum] Ferus pro fera usurpatur, ut Virgil. 'In latus inque feri curvam compagibus alvum.' Atque etiam Phædr. 'Tum gaudens ferus Bobus quietis cœpit agere gratias.'

Digitized by Google

FABULA XIII.

VULPIS ET CORVUS.

Qui se laudari gaudent verbis subdolis,
Sera dant pœnas turpes pœnitentia.

Qui lætatur se laudari sermonibus fraudulentis, solvit ferme semper *pœnas pœni-*

1. 2 Mss. Pith. et Rem. *Qui se laudari gaudet verbis subdolis, Fere dat pœnas turpi pœnitentia.* Vid. Brotier. Contra in Cod. Dan. quem etiam vocant *schedas regias*, s. *Vossianum*, reperit Rigaltius, *Qui se laudari gaudent verbis subdolis, Sera dant pœnas turpeis pœnitentia*, quod Scheffero longe videbatur rectius. Vid. Gud. et Guyeti Notas. Ita factum est, ut locus vario modo solicitaretur. Pithœus, Rittershus. Nevel. Meurs. Freinshem. Rigalt. Ed. 2. Ursin. Schirach. (Clav. P. 1. p. 88.) Brotier. Bipont. Desbillon. Müchler. alii, lectionem Codd. Mss. Rem. et Pith. secuti, ediderunt: *Q. s. l. gaudet v. s. Fere dat pœnas turpi pœnitentia;* ut *fere* sit plerumque, quo sensu occurrit apud Ter. Phorm. II. 3. 16. 'ruri fere se continebat.' Cf. Desb. ad h. l. Neque tamen lectio *turpi pœnitentia* potest admitti, quia non est turpe commissorum pœnitentiam agere. Gudius quidem pœnitentiam dici *turpem* putat, quia decipiatur, qui verbis subdolis laudetur, sed male. Nam qui decipitur, pœnas dat turpes, non pœnitentiam agit turpem. In Cod. Voss. scriptum erat, teste Heinsio, *Seræ dant pœnas turpes pœnitentiæ.* Sed Cod. Voss. non alius est, quam Cod. Danielis, (Vid. supra de Codd. Mss. N. 3.) in quo paulo ante dixi legi, *Sera dant pœnas turpeis pœnitentia.* Videtur igitur lectio, *Seræ dant pœnas t. pœnitentiæ*, esse a manu secunda, cum sine dubio a manu prima sit lectio, quam paulo ante protuli. Diversæ enim unius ejusdemque Codicis lectiones probant, Codicem Danielis s. Voss. pluribus in locis a scriptore fuisse correctum. Cf. Schirachii Clav. P. 1. p. 88. *Seræ d. p. t. pœnitentiæ* receperunt Hoogstratan. Santoroc. Funcc. Burmann. Buchner. et tuetur hanc lectionem cl. Lang. in Prolegg. ad Edit. Phædri p. 20. quæ tamen displicet Bentleio et Heusingero. Fortasse tamen lectio *seræ pœnitentiæ* ferri potest, si ita explicetur, ut non sit pœna ob pœnitentiam, sed pœna, quæ consistit in sera pœnitentia, quem ad modum dicunt *pœna capitis.* Bentleius legit, *Fere dant pœnas turpi pœnitentia;* Salmasius; *Sero dant pœnas turpi pœnitentia*, vel *Sere*, pro *sero;* Cuninghamus; *verbis gaudet subdolis, Sera d. p. torpens pœnitentia;* Lallemant. *gaudet v. s. Sera dat pœnas turpes pœnitentia.* Lectio a me recepta, quæ præter Heusingerum etiam placet Tzschuckio, firmatur auctoritate Cod. Danielis. Versum autem 1. in plurali esse efferendum, docent cum Romulus Divionensis (lib. 1. fab. 14.) tum

NOTÆ

Ad hanc fab. Horatius: 'Plerumque recoctus Scriba ex quinqueviro corvum deludet hiantem.'

2 *Sera dant pœnas turpes* [...*gaudet*... *Fere dat p. turpi*] *pœnitentia*] Non abs re quibusdam rectius videtur,

Digitized by Google

Cum de fenestra Corvus raptum caseum
Comesse vellet, celsa residens arbore;
Hunc vidit Vulpis, deinde sic cœpit loqui:
O qui tuarum, Corve, pennarum est nitor!
Quantum decoris corpore et vultu geris!
Si vocem haberes, nulla prior ales foret.
At ille stultus, dum vult vocem ostendere,

tudine indecora. Cum Corvus sedens in *arbore alta vellet comedere caseum raptum de fenestra; Vulpes hunc videns incipit loqui ita: O Corve, quanta est elegantia tuarum pennarum! Quantus te ore et corpore refers! Si tibi vox esset, fores prima ex alitibus! Verum hic malesanus, volens ostendere vocem, demisit rostro caseum,*

Ulmensis, tum Anonymus Nil. in quibus omnibus iste versus sic exhibetur: *qui se laudari gaudent verbis subdolis*, vel, *qui se laudari verbis subdolis gaudent.* De hoc loco v. quoque J. F. Gruneri Observ. in Phædrum. Jen. 1745.—3 *Fenestra.* Heins. conjicit *canistro*, quam emendationem satis probabilem existimat Burm. In canistris enim panis, edulia, et cœnarum reliquiæ reponebantur. Vide, quæ citat, loca Hor. Sat. II. 6. 105. Virg. Æn. I. 701. &c. Sed non satis constat, hic agi de reliquiis cœnæ; sed de caseo, qui forte venalis expositus erat in tabernæ cujusdam fenestra.—5 Ms. Rem. *Vulpis hunc vidit, dehinc s. c. l.* Ms. Wissenb. *Vulpis hunc vidit, deinde s. c. l.* Illud *deinde*, præterquam quod metrum id postulet, vera est atque huic loco conveniens lectio. V. Gudius. Cod. Dan. teste Rigaltio, *Vulpes ut vidit, dehinc s. c. l.* Ms. Voss. i. e. Cod. Dan. *Vulpes ut vidit, deinde s. c. l.* alterutrum esse videtur a manu secunda. Heinsius mallet: *Vulpes adivit, deinde s. c. l.* Sed recte hanc emendationem rejicit Burmann. *vidit* enim, non movendum. Æsop. fab. 208. ἀλώπηξ δὲ τοῦτον θεασαμένη; et ita Aphthonius. Salmasius. *Vulpes ut vidit, sic dehinc c. l.* Burmannus probat *deinde sic cœpit*, quod etiam placet Bentleio et Hario. At non paucæ Editiones habent, *dehinc sic occæpit*, ut Rittersh. Rigalt. 2. Ursin. Santoroc. Hoogstrat. prima Burm. al. Sed Nevelet. edidit, *Hunc vidit vulpes, dehinc sic cœpit loqui.*—6 Cod. Dan. *O quis pinnarum.* Anon. Nil. *O quis t. c. p. vigor est.*—7 *Decoris.* Cod. Dan. *decorem*, quod præfert Salmas. ad marginem libri, teste Gudio.—9 Heinsius notat ad h. v. 'Mss. habent *latiorem dum, et dum etiam.* Lege igitur: *Ad illa, latum, dum vult vocem intendere, Emisit ore caseum. latum caseum*, i. e. qui fertur.' At Bentleius: 'Codex alter sic locum exhibet: *At ille, dum etiam vult vocem ostendere latiorem, Emisit ore caseum.*' Sed nescio, in quibus libris viri docti istas lectiones invenerint. Namque in Mss. Pith. Rem. et vet. Edit. est: *At ille stultus dum vult vocem, &c.* teste Brotierio. Neque etiam Gud. et Rigaltius eas inter lectiones Cod. Danielis memorant. Contra Anonymus Nilantii habet: *ille dum vult ostendere vocem latiorem* (quod Burmannus ex *altiorem*, Bentlei. ex *elatiorem* depravatum credunt) *emisit caseum.* Unde *dum etiam* sit, nescio, quod tamen receperunt Bentlei. Cuningh. Sanadon, Philipp. Lallem. hoc modo: *At ille dum vult etiam vocem ostendere;*

NOTÆ

quod exemplar Danielis suggerit: *Sera dant panas turpeis panitentia.*

3 *Cum de fenestra Corvus*] Huc pertinet Horatianum illud Epist. I. II. 'Sed tacitus pasci si posset corvus, haberet Plus dapis, et rixæ multo minus invidiæque.'

8 *Nulla ales*] Usitatior est ales apud Poëtas masculino genere; aliquando tamen et fœminino legitur, ut in hoc loco.

Digitized by Google

Emisit ore caseum; quem celeriter
Dolosa Vulpis avidis rapuit dentibus.
Tum demum ingemuit Corvi deceptus stupor.
* * * *
Hac re probatur, ingenium quantum valet,

quem Vulpes versipellis statim arripuit dente avido. Tunc stupidus Corvus delusus dedit gemitum. Hæc fabula probat quid possit ingenium, et *sapientiam semper præstare virtuti.*

nisi quod Bentlei. ediderit: *At ille dum etiam v. vult ostendere.* Frustra. Tueri enim potest *stultus* locum suum, probante Burmanno. Mox enim respondet *τῷ corvi stupor;* et Phædrus similiter loquitur lib. I. fab. 15. 7. 'at ille stultus.' Cum etiam in libris scriptis inveniatur hæc vox, mihi quidem non temere ejicienda videtur. Neque opus est emendatione Heinsii, *vocem intendere;* nam, ex mente Bentleii atque Burmanni, non corvus voluisse tollere totis viribus vocem putandus est. Sufficiebat, si modo aperiret os; etsi dicat Græcus: *μεγάλα ἔκραγεν.* Multo minus Gebhardi *voce os tendere* placere potest. Vid. Ej. Crepund. lib. III. 10.—10 *Emisit.* Sic legitur in Codd. Mss. Pith. Rem. Anon. Nil. Editt. Vett. multisque aliis. Alii, ut Lallem. *Dimisit;* Salmas. *Demisit.* At Burmannus, quem sequitur Cl. Schulze, legi jubet *Amisit;* nam *emittere* usurpari dicit, ubi volentes et conscii facti nostri, aliquid aut e manu, aut ex ore, ut vocem, aut oculis, ut lacrymas mittimus, sed *amittere,* ubi quasi imprudentibus et insciis, et invitis aut negligentibus aliquid elabitur; *emittere* vero hic esse removendum, quia non sponte credendum sit corvum emisisse caseum, qui decepto et imprudenti elapsus sit. Sed cum in altera fabula Græca sit *βαλὼν τὸ κρέας, μεγάλα ἔκραγεν;* in altera *βίψας τὸ κρέας μεγάλως ἐκεκράγει;* apud Aphthonium vero *τὸν τυρὸν ἐκβαλὼν, ἀνέκραγε;* atque etiam Romulus habeat, *ore patefacto oblitus caseum dejecit;* corvus dedita opera caseum abjecisse putandus est, quo melius vocem posset ostendere. Dixit autem Phædrus *emittere ore caseum,* ut Cæs. de B. G. I. 25. 'scutum manu emittere, et nudo corpore pugnare,' quo loco *emittere* est abjicere. Itaque recentiores Editores recte retinent vulgatum *Emisit,* ut Brotier. Bip. Desbillonius, Langius. Aptius etiam putat Cl. Tzschuck. propter sequens *ore,* et impetum motæ vocis. At vero recte etiam dicitur *amisisti ore caseum,* ut Plaut. Mil. Gl. II. 5. 47. 'amisisti manibus prædam.'—12 *Tum demum.* Mss. *Tunc.* v. Heinsius: Anon. Nil. *tunc demum;* sed Romulus, *nunc corvus ingemuit.*—13. 14 In Codd. Pith. et Rem. scriptum est: *Hac re probatur, quantum ingenium valet;* in Cod. vero Pith. *τὸ et* vs. 14. abest, ita ut legatur *Virtute semper prævalet sapientia.* Hos duos versus delendos et spurios notavit ad marginem Heinsius, quia Phædrus, quo fabulæ pertineant, sæpe ante ipsam narrationem, raro post narratam prodit fabulam, non vero utroque simul loco. Heinsii sententiam jam olim probabant Bentleius et Harius, quos deinde alii secuti sunt, ut Sanadon, et Philippus, qui illos versus expunxerunt; Kohlius in Comment. crit. Pentadec. I. Loc. 49. p. 116. ejiciens non solum vs. 13. 14. sed etiam antepenultimum, nullo profecto jure; Heusingerus, qui vs. 13. 14. uncis

NOTÆ

12 *Tum Corvi deceptus stupor*] Tunc Corvus stupidus deceptus ingemuit. Sic Catull. 'Talis iste meus stupor, nihil videt, nihil audit.' Hic loquendi modus usitatissimus est apud antiquos, ut diximus ad fab. 2.

13 *Ingenium quantum valet*] [Q. i. v.] Hic non *m* necat more antiquo.

14 *Virtute*] Id est, vi et fortitudine.

Digitized by Google

Virtute et semper prævalet sapientia.

inclusit; Lessingius, Tzschuckius, ut omittam alios. Burmannus, etsi ei non multum placeant hi versus, tantum sibi tamen non permittit; sed cum Neveleto transpositione mederi aliquantum versui primo credebat (*ingenium quantum valet*), secundum versum facile abire patiebatur. Gudius, cui olim accedebam, versum 13. utpote a glossatore additam, ejiciens, vs. 14. corvo tribuit. Legit autem, cum *et* in Cod. Pith. desit: *Virtuti semper prævalet sapientia.* Nam vs. 13. putabat esse irrepticium, formatum ex Ausonii disticho in Severum Pertinacem (vid. not. Gud. ad h. l.); in Cod. fabularum Æsopiarum Wissenburgensi ne volam quidem hujus versus extare; suave et elegans esse in Phædro, si quid amplius præter προμύθιον et ἐπιμύθιον lectorem e fabula monere velit, id plerumque uno γνωμικῷ versiculo ad finem fabulæ aliis disserendum committere, ut lib. I. fab. 26. 12. III. 7. 27. III. 17. 12. III. 11. 7. 'ingemuit' autem idem valere, ac cum gemitu dicere; id quod exemplis firmare studet. Cl. Schirachio Clav. Poët. P. I. p. 291. Gudius optime judicasse videtur. Ista enim emendatione elegantiam fabulæ natam esse contendit; elumbem reddi sententiam, si inter vs. 12. et 14. interponatur vs. 13. secundum hanc Gudii lectionem sensum fabulæ etiam bene sibi constare, ob ipsam sententiam, quam ei præposuerit Phædrus; neque enim corvum sibi virtutem, sapientiam vulpi tribuere, quemadmodum Bentleius interpretatus sit; sed queri, sibi, quamvis præstanti et voce et ceteris fere rebus omnibus, ut putat, tamen hic defuisse sapientiam. Duce Gudio Hoogstratanus vs. 13. e sua editione ejecit, atque etiam Richterus suspectum habet. Ursinus, præeunte Rittershusio, edidit, *virtuti prævalet*, probante Salmasio ad Æl. Spart. p. 97. et ad oram libri: it. in Exercit. Plin. p. 6. At Barthius ex Cod. Pith. legi jubet; *Virtute semper prævalet sapientia.* Adv. lib. XV. cap. 2. et ad Gratii Cyneg. p. 36. et ad Theb. IV. 662. Explicat autem *Virtute* per robur, vires; quemadmodum et alii interpretati sunt, ut Salmasius locis paulo ante citatis. Alii alia tentarunt. Buchnerus *Virtutem et semper p. s.* suspicatur; Grunerus, Obss. in. Phædr. p. 14. legit et interpungit: *Hac re probatur, ingenium quantum valet. Virtute at semper p. s.* ut Phædri mens sit: quamvis hæc fabula doceat, multum sæpius valere ingenium, i. e. calliditatem, qua vulpes caseum acceperat: tamen sapientia plus semper virtute, quam calliditas dolis efficere potest. Bipontini vs. 13. et 14. a reliquis separatos ediderunt; sic tamen interpungunt: *Hac re probatur ingenium: quantum valet Virtute, ita semper prævalet sapientia.* Desbillonius, retinens vs. 13. tantummodo vs. 14. spurium habere videtur. Sed etiam sunt, qui istos versus genuinos judicent, ut Brotier. Jakob. Lallemant. Legit autem et interpungit Brotier. *H. r. p. i. q. valet. Virtute s. p. s.* Ita et Lallem. nisi quod hic ediderit *quantum ingenium*, ut m non elidatur, quemadmodum volunt Faber, Prasch. Rittershus. Funccius. Si quid ego judico, versus 13. et 14. recte a viris doctis Phædro indigni et insititii habentur. Ut enim taceam, neque in Romulo Div. neque Ulm. neque apud Romulum et Anonymum Nilantii istorum versuum ullum extare vestigium, (quibus quoad vs. 13. adjungere possis Codicem Wissenburgensem,) in quo ultima pars fabulæ sic redditur: 'Tunc vero corvus ingemuit, stupore deceptus: multi quod viribus non possunt, sapientia explicant;' omisso v. 13. non pauca sane impediunt, quo minus statuamus, versus memoratos a Phædro esse profectos. *Virtuti* enim quis aptus hic locus sit, vix potest intelligi; nam eam frustra in corvo quæras. Deinde τὸ *valet* vs. 13. et *prævalet* vs. 14. sine efficacitate repetitum, offendit aures. Porro nunquam in una eademque fabula reperitur et Promythium et Epimythium. Sed jam in prologo fabulæ vim vere exposuerat Phædrus. Neque etiam *quantum valet* hoc nexu Latine dici potest; dicendum erat *quantum valeat.* Denique cum *sapientia* sic ad calliditatem et astutiam pertineat, recte dubitat Cl. Tzschuck. an ita dicere liceat. Quodsi vero proprie intelligatur, et *sapientia* et *virtus* a fabula sunt aliena. Cf. Burm. et Tzschucke.

Digitized by Google

FABULA XIV.

EX SUTORE MEDICUS.

MALUS cum Sutor, inopia deperditus,
Medicinam ignoto facere cœpisset loco,
Et venditaret falso antidotum nomine;
Verbosis acquisivit sibi famam strophis.
Hic cum jaceret morbo confectus gravi

Cum Cerdo imperitus, oppressus paupertate, incepisset exercere medicinam in loco ubi non erat notus, atque venderet medicamentum pro vero antidoto, comparavit sibi nomen præstigiis verborum. Cum hic decumberet affectus morbo gravi, Rex

1 *Deperditus.* Bentlei. *proterritus.* Sed *proterrere* est, injecto terrore in fugam dare, quod hic nullum locum habet, notantibus Hario et Burmanno. Sutor enim, videns se, imperitia suæ artis nobilem, quæstus amplius facere non posse, sponte deserit patriam, sperans, se ignoto loco medicum posse agere, et rem facere. Cf. Burm. Schefferus mallet *inopiaque perditus*, citra necessitatem, cum *deperditus* probum sit. Bothius: 'Cum *perditus*, immo etiam *deperditus egestate, amore, luxu*, bene dicatur, *de* autem significationem simplicis verbis tantum augeat, Burmannus vulgatam retinet, cui astipulor.' —4. 5 Lessingius Zur Gesch. der Æsop. Fab. p. 245. hos versus suppositi-tiis annumerat. Sed jam olim Kohlius, Comment. crit. Pentadec. I. Loc. 49. vs. 5. spurium judicavit; etsi veniam det quarto. Cum enim iste, salvo et incolumi sensu contextus, non tantum abesse queat, sed etiam, si recipiatur, sensum alioqui bonum satis et commodum disturbet; cur, inquit, nobis religio sit, eum exturbare? Kohlio assentit Cl. Jakob. qui vs. 5. putat delendum, nec sine ratione; probantibus Censoribus eruditis. Vid. A. L. Z. ann. 1785. II. 281. Coll. Ephemer. Gothan. ann. 1785. p. 411. Etsi vero hic versus salvo sensu contextus et salva fabulæ vi abesse potest; ego tamen tantum mihi non permitto, ut duos Phædri versus ejiciendos censeam; etsi probe sciam, vs. 5. non carere difficultate. Quodsi enim omnes versus in priscis scriptoribus, maxime in Phædro, vel spurii et suppositi-tii, vel interpolati judicandi essent, qui aut rectius possunt exprimi, aut superflui ineptive videntur, quot quæso essent vel emendandi, vel ejiciendi! At vera artis cri-

NOTÆ

2 *Ignoto loco*] Peregrino in loco ubi eum nemo noverat.

4 *Verbosis strophis*] Id est, laqueis verborum. Metaph. Strophæ enim proprie laquei sunt decipiendis et captandis feris aptæ, a *στρέφω, verto.*

Digitized by Google

Rex urbis, ejus experiendi gratia
Scyphum poposcit: fusa dein simulans aqua
Antidoto miscere illius se toxicum,
Combibere jussit ipsum, posito præmio.
Timore mortis ille tum confessus est, 10
Non artis ulla medicæ se prudentia,
Verum stupore vulgi factum nobilem.
Rex advocata concione hæc edidit:

civitatis, exploraturus illius scientiam, *petit calicem, in quem infundens aquam finxit se miscere venenum,* cum *antidoto; deinde jussit exhaurire, proposita mercede. Tum* Sutor *fassus est metu mortis se non* evasisse *medicum ulla arte et exercitatione, sed sibi acquisivisse* hanc *famam insciția vulgi. Rex vocatis civibus*

---

ticæ ratio postulat, ut textum, non ipsum auctorem emendemus. Si vs. 5. exturbetur, narratio claudicat. Male enim ista cohærent: 'Verbosis acquisivit sibi famam strophis...Rex urbis ejus experiendi gratia Scyphum poposcit.' Itaque si quid ejiciendum est, non vs. 5. solus, etiam 4. debet ejici, quod volebat Lessingius. Sed retineo utrumque. Nec desunt, qui malint Phædrum oscitantiæ arguere, quam temere duos ejicere versus.—9 *Combibere.* In Codd. Mss. est: *Bibere jussit ipsum posito præmio,* quæ varie supplere conati sunt viri docti. Vulgatum est *Hoc bibere,* quod est in Editione Pithœi. Neveletus edidit *Bibere j. i. p. p.* mallet tamen *Hoc bibere.* Heinsius *Obbibere;* sed nondum satis tuta est hujus verbi Latinitas; neque etiam verosimile videbatur Gronovio, ex integra voce priorem syllabam evanuisse. Richterus in Spec. Obs. crit. et in sua Phædri editione ingeniose profecto conjicit *Ebibere.* Dicit enim, librarios plerumque literas versuum initiales omisisse, ut videlicet eas minio pingerent. Quæ conjectura ita placuit Bentleio, Brotierio, Lallem. Desbillon. ut reciperent in contextum. Sed recte observat Burmannus, Phædri fabulas olim non per versus dispositas, sed continuo sermone conscriptas fuisse a monachis, ut e Nilantii, Romuli, et aliorum fabulis appareat, quas varie etiam interpolarint. Atque etiam Brotierius, qui Cod. Ms. Pithœi in manibus habuit, testatur, Phædri fabulas, ut prosam, non ut versus, a librariis descriptos fuisse. Gronovius docet, ultimam syllabam in *toxicum* potuisse absorbere sequentis vocis primam, unde ille facit, *Tum bibere;* quod rejicit Burmannus. Quæ enim esset scabrities, *deinde simulans,* cet. *Tum bibere jussit,* et mox sq. iterum versu *ille tum confessus est?* Quare mollius judicat *toxicum Combibere jussit,* laudans Hor. Od. I. 37. 28. Ovid. Met. VII. 287. Nihilo vero secius vulgatum servari posse putat, quia *jubere bibere, dare bibere* fere solennes sunt locutiones. Equidem *Combibere jussit* recepi cum Bipontinis, nec immerito.—11 *Medicæ.* Mss. Pith. et Rem. *medicum; sed medicæ* est ex emendatione Heinsii et Gronov. Vulgatum tamen præter Nevelet. Rigalt. 2. Ursin. al. retinent Lallem. Brot. Desbill.—13 *Edidit.* Ita pro *addidit* primus Gronov. legi voluit, quæ conjectura etiam in mentem venit Heinsio, quibus deinde obsecuti sunt alii, maxime Burmann. Brotier. Bipontini, al. Gudius et Wolf. tuentur *addidit* sc. iis, quæ advocata in concione sutor ipse fatebatur: putat enim

NOTÆ

6 *Rex urbis*] Qui summam tenet, et regit in Urbe. Atque sic antiquitus vocabantur singularum urbium rectores.

Digitized by Google

Quantæ putatis esse vos dementiæ,
Qui capita vestra non dubitatis credere, 15
Cui calceandos nemo commisit pedes?
Hoc pertinere vere ad illos dixerim,
Quorum stultitia quæstus impudentiæ est.

sic arguebat: Quantæ existimatis vos esse stultitiæ qui non timetis committere illi *vitam vestram, cui nullus credidit pedes calceis induendos? Affirmaverim vere hoc spectare illos quorum audacia facit rem ex fatuitate* multitudinis.

Wolfius, procul dubio regem prius coegisse ipsum sutorem publice confiteri, quæ privatim regi fuerat confessus, vel ipsum ea concioni exposuisse: non extra veri speciem, judicante Burmanno; non enim Phædrum solere omnia exequi, et illa verba *edere* et *addere* solenniter librarios confudisse. Mihi tamen, si *addidit* retineatur, et paulo ante memorata supplenda sint, narratio paulisper claudicare videtur. Alia res esset, si Phædrus dixisset: Concione advocata combibere jussit ipsum cet. Rex hæc addidit. Desbillonius paruit lectioni vulgatæ, *addidit*.—15 *Dubitatis*. Heinsius *dubitetis* e conjectura, quod non est spernendum.—16 *Commisit*. Sic vulgo legitur ex Cod. Pith. recte; metro id postulante. Meursius et Faber mallent *commissit*, quod per archaismum est pro *commiserit*, ut *pugnassit*, pro *pugnaverit*. In Editione Pithœi et Rittersh. est *commiserit*: sed Freinshem. Scheff. alii recte probant vulgatum *commisit*, ut sensus sit: vos nunc ei committitis capita vestra, cui nemo antehac commisit pedes, seu, ut ait Gronov. voluit locare calceos faciendos. Heins. conjicit *committat*.—17 *Hoc pertinere vere*. Sic vulgo legitur. Burmannus, cui vocalis repetitio ingrata videbatur, edidit: *Hoc pertinere ad illos vere dixerim*, ut *vere* cum τῷ *dixerim* conjungatur. Cui nonnulli obsequuntur; sed retineo vulgatum cum Lallemant. Brotier. Bipontinus, Desbillonio; quod defendit Burmann. e Ter. Andr. V. 3. 14. 'eodem die istuc verbum vere in te accidit;' nisi quis velit *vere* in loco Phædri jungere cum *dixerim*.—18 In Mss. Pith. Rem. et vet. Edit. hic versus ita exhibetur: *Quorum stultitiæ quæstus impudentia est*. Hoc testatur Brotier. At Gudius in Ms. Cod. qui non alius est quam Pithœi, ait se reperisse *imprudentia*, quam lectionem tuetur e vs. 11. hujus fabulæ, it. e lib. II, fab. 3. 6. lib. IV. fab. 5. 48. An forte alterutra lectio est a manu secunda? Neveletus edidit: *Quorum stultitiæ quæstus imprudentia est*. Sic quoque prima Rigaltii; quæ lectio Fabro non displicet. Gronovius et Harlus *stultitia* nominativo casu positum credunt, hoc sensu, ut ipsa stultitia et imperitia sit quæstus, i. e. quæstum præbeat impudentibus. Sed ipsi diffidunt huic expositioni; hinc malunt *quæstui*. Sic Freinshemius, legi jubens, *Quorum stultitia quæstui impudentiæ est*. Quæstui autem dicuntur homines esse, ex quibus alii quæstum

NOTÆ

15 *Capita vestra*] Cum caput sit præcipua corporis pars, usitatissimum est apud Cic. ut vox illa usurpetur pro vita. Elegantissime autem hoc loco usurpatur propter sequentem vocem, *pedes*, augetque dicti acrimoniam, ex oppositione. Capiti enim opponit pedes.

18 *Quorum stultitia quæstus impudentiæ est*] Id est, qui ita fatui sunt, ut quæstus ad impudentes devolet; vel, ut iis sit quæstus, qui gnaviter impudentes sunt: ita Georg. Græv.

Digitized by Google

capiunt. Liv. lib. IV. 30. de sacrificulis ‘ quibus quæstui sunt capti superstitionibus animi.’ *Quæstui*, quod multis aliis placet, præfert Richterus et in contextum recepit, approbante Heumanno; hæc ita explicant: quorum stultitia impudentes homines utuntur ad quæstum suum. Vid. N. B. P. XXVII. p. 606. Bipontini ediderunt: *Quorum stultitia quæstui imprudentiæ est.* Sed durus videtur Burmanno duorum dativorum concursus, qui *stultitia* ablativum esse putat, i. e. per quorum stultitiam. Deinde vis fabulæ significat, præferendum esse *impudentiæ*. Fac enim, in libris scriptis legi *imprudentia*, pro *impudentia;* quid ad rem? Constat inter omnes, has voces sæpe confundi. Itaque Ursin. Burmann. Lallemant. Brotier. Desbillon. alii recte ediderunt: *Quorum stultitia quæstus impudentiæ est.* Hanc lectionem etiam probant Faber, Grævius, Scheffer. Cl. Tzschuck. Rittershus. legit: *Quorum stultitiæ quæstus impudentia est*, ut sensus sit, qui per impudentiam suam quæstum et lucrum faciunt apud homines stultos et imperitos. Sed recte non satis Latinum videtur Scheffero *quæstum stultitiæ* interpretari, quæstum apud stultos. Est enim quæstus stultitiæ, quem facit stultitia, quo sensu repugnat antecedentibus. Heinsius conjicit, *Quorum e stultitia quæstus impudentiæ est*, quæ conjectura firmatur a Liv. XXV. 1. Cf. Burmanni Notas ad h. v.

FABULA XV.

ASINUS AD SENEM PASTOREM.

In principatu commutando civium
Nil præter domini nomen mutant pauperes.

In mutatione imperii, inopes mutant sæpius nihil aliud *nisi nomen* sui *domini.*

1. 2 *Civium.* Rittersh. Nevelet. Rigaltii 3. Faber, Ursin. Brotier. al. habent *sæpius.* In Codice enim Pith. erat, *commutando civium sæpius;* alterum a glossatore ascriptum. *sæpius* autem spectat ad sequens *mutant*, ferrique potest; esse etiam in Cod. Rem. testatur Brotier. Sed placuit viris doctis *civium.*—2 *Præter domini nomen.* Neveletus edidit *præter domini mores*, quod est in Codd. Pith. et Rem. Ita quoque Ursin. et Brotier. qui tuetur *mores*, quia Romani Augustum et Tiberium experti fuerint diversis sane moribus; diversi quoque fuerint Caligula et Claudius, alter insanus, alter hebes.

NOTÆ

1 *In principatu commutando*] Elegans in hanc fabulam exemplum politicum legere est apud Tacitum, ubi dicit Augustum, licet mutato imperio, eadem magistratuum vocabula retinuisse, ‘ Ne dimissis,’ inquit,

Digitized by Google

Id esse verum, parva hæc fabella indicat.
Asellum in prato timidus pascebat Senex.
Is, hostium clamore subito territus,
Suadebat Asino fugere, ne possent capi.
At ille lentus: Quæso, num binas mihi
Clitellas impositurum victorem putas?
Senex negavit. Ergo quid refert mea,
Cui serviam, clitellas dum portem meas?

Hæc parva fabula exerit illud esse certum. Senex pavidus pascebat Asinum in prato. Ille conterritus adventu repentino hostium hortabatur Asinum ad fugam, ne caperentur. Verum hic gradiens ***lente: Dic, amabo, num credis victorem mihi daturum binas clitellas? Senex negavit*** id factnrum. ***Quid mea igitur interest cujus sim, cum*** debeam semper ***ferre meas clitellas?***

Sed hanc lectionem rejicit Censor eruditus in Ephem. Gotting. ann. 1784. Partic. 67. cum aberret longius a mente poëtæ. Rigaltii 2. Axen. Freinsh. Walch. *propter domini mores.* quæ lectio Scheffero placet, hoc sensu: nil mutant propter domini mores; cum sint iidem, et illius qui decedit, et illius qui subsequitur. At vero *propter* non est in libris scriptis. Heinsius *mores* mutat in *sortem*. *Nomen* primus edidit Bongarsius, testibus Scheffero et Ursino, cui recte viri docti obsecuti sunt, quia nullus sensus esset, si legeretur *Nil præter domini mores m. p.* cum pauperes possint suos mores, non domini mutare; sed dominorum novorum mores possunt facile mutatos deprehendere. Vid. Burmann. et Wolf. Vindic. Gud. p. 86. sq. Conjiciebat etiam Heins. *Nil præter dominum more mutant pauperes.*—4 *Timidus.* Meursius *tumidus*, i. e. impotenter dominans, ultra necessitatem et contra mentem Phædri. Recte enim *timidus*, propter ea, quæ sequuntur, de consilio fugæ asino dato. Cf. Fabri et Schefferi Not. Bentleius, emendandi prurigine captus, libris invitis, legit, pro *timidus, quidam*, quod recepit Brotier. '*timidus pascebat senex.* Cum nullum aptius sit seni epitheton, nescio quid in mentem venerit viris doctis, vel *tumidus*, vel *quidam* supponere, de quo Phædrus nunquam cogitavit. Non tamen ideo repudiari debet, quia *quidam* semper a Phædro adjectivo, non substantivo jungitur. Quid enim est, quæso, *senex*, nisi adjectivum? æque ac *maritus, garrulus, petulans*, quibus omnibus *vir*, aut *homo* subest.' *Burmann.*—6 *Asino.* Burmanno persuasum est, Phædrum scripsisse, *Suadebat asinum fugere*, de quo docte disputat; sed tamen a vulgatis mutandis abstinet. Mittamus hæc; legant Notas Burmanni, quorum interest, coll. Tzschuck. qui nescit, an Burm. vere velit *asinum....possent.* Bentl. *posset*, invito Burmanno, quem vide.—10 *Dum portem.* Cl. van Bergen. Obs. crit. C. XXVI. p. 56. putat legendum vel, *dum porto;* quia *dum* indicativum amat, si pro *quamdiu*, vel *donec* ponitur, vel *cum portem*, quod mallet, laudans Burmannum ad lib. III. fab. 10. 13. ubi hic docet, particulas *cum* et *dum* sæpe esse permutatas. Sic

NOTÆ

'quidem finem esse militiæ, sed apud vexillum retentos, alio vocabulo, eosdem labores perferre.'

8 *Clitellas*] Clitellæ sunt instrumenta lignea in quibus colligatæ sarcinæ imponuntur asinis.

Digitized by Google

lib. III. fab. 10. 13. olim legebatur *dum*; et lib. I. fab. 4. 2. nonnulli præferunt *cum*, ut suo loco indicavi. Pari modo hic legi posset *cum portem c. m.* quod habet sensum commodiorem maxime si quis ponderare velit, quæ observ. Drakenb. ad Liv. I. 40. fin.

FABULA XVI.

CERVUS ET OVIS.

FRAUDATOR hominem cum vocat sponsum improbum, Non rem expedire, sed malum dare expetit.

Cum fraudator se obstringit malo præde, cupit facere malum, non absolvere nego-

1. 2 Nullus vexatior variis conjecturis locus toto in Phædro. Codex Pithœi hos versus ita exhibet: *Fraudator homines cum avocat sponsore improbo, Non rem expedire, sed mala videre expedit.* Sic edidit Neveletus, nisi quod altero versu *expetit* legat. Contra in Cod. Dan. *Fraudator nomen cum locat sponsore improbo:* quæ varie emendare ausi sunt Critici. Vulgo legitur: *Fraudator nomen cum locat sponsu improbo, Non rem expedire, sed mala videre expetit. sponsu improbo* est e conjectura Rittershusii. Ex interpretatione Gronovii, Hartmanni, aliorum, τὸ *nomen locare* adhibetur de debitore, qui accepto mutuo vel merce alteri obligatur, qui suum tamquam debitoris nomen locat, et patitur apud alium esse in tabulis, in quas referimus, si cui mutuamur aut vendimus in diem; quod appellatur 'nomina facere' apud Cic. Off. III. 14. Sed et *nomen facere* dicitur creditor, qui credit alteri pecuniam vel mercem, ejusque nomen in libro suo notat, quod in tabulis suis expungit creditor, quando alter, quod debet, solvit. Unde 'nomen expungere' apud Plaut. in Cist. I. 3. 40. sq. 'nomen expedire' Suet. de ill. Gramm. C. 11. 'nomen explicare' Cic. ad Att. XIII. 29. est, debitum solvere. Sic Cicero dicit 'exigere nomina,' pro, ad dissolutionem cogere; 'habere in nominibus,' cet. Vid. Clav. Ernesti in *nomen* et *expedire*. *sponsus improbus* idem est, quod sponsor malæ fidei. Abstractum pro concreto. *rem expedire* Pithœus, Gronov. aliique viri docti explicant, pecuniam mutuo acceptam sòlvere et reddere. *mala videre* si retineatur, exponi debet per, procurare, de

NOTÆ

1 *Fraudator*] Qui in fraudem creditorum et eorum fraudandorum causa quid fecit gessitve, fraudator dicitur.

Sponsum improbum] Sponsorem non locupletem, qui non est solvendo.

2 *Non rem expedire, sed malum dare*

Digitized by Google

Ovem rogabat Cervus modium tritici,

tium. Cervus petebat ab Ove modium frumenti sponsu lupi: sed hæc, prætimens

qua verbi significatione, apud Ciceronem, Terentium, alios non raro obvia, Burmannus laudat Heins. ad Ovid. A. A. I. vs. 587. et Victor. ad Cic. Att. v. Ep. 1. Hunc in usum adduci quoque solet ex Tusc. Quæst. III. ' aliquid videamus cibi,' ubi in recentioribus Editionibus est *provideamus*. Sed de lectionis vulgatæ veritate merito viri docti dubitant. *nomen locare* hoc sensu insolitum. Sponsoris enim potius est, quam veri debitoris. Vix alias invenitur de debitore; est enim pro alio nomen suum profiteri; deinde *mala videre* recte suspectum, nec satis Latinum videri potest. Quare tutius videbatur Kohlio, locum ita explicare: *cum fraudator locat* (commodat) *nomen suum* (alteri, mutuum aliquid sumturo) *sponsu improbo* (sponsione fraudulenta,) *non rem expedire*, (debitum a debitore non solutum dependere fidemque suam liberare,) *sed mala videre expetit* (ex alterius, creditoris, incommodo suum comparare vel commodum, vel gaudium studet). Quam interpretationem illustrat verbis Cic. in Verr. IV. 42. ' nomen suum alicui commodare ad translationem criminis,' (eines andern Verbrechen auf sich nehmen). Etiam Cl. Tzschuck. vulgatam lectionem ferri posse putat, si ita explicetur, ut fraudator sit non debitor, cervus, sed sponsor, i. e. lupus, qui cervo locabat nomen suum improba sponsione. Tzschuckius conjicit: *Fraudator nomen cum vocat sponsum improbum*, ita, ut *improbum* conjungatur cum *vocat*, et *nomen* cum *sponsum*. Sed sic constructio nimis turbatur, recte observante Censore docto, (Vid. A. L. Z. ann. 1791. I. 87.) qui huic loco sic studet mederi, ut retineat vulgatam, nisi quod vs. 2. in fine legat *expedit*, quod est in Cod. Pith. pro *expetit*, hoc sensu: *Wenn ein Betrüger Geld aufnehmen will, und einen betrügerischen Bürgen stellt, dann wäre es sehr unklug, sein Geld hinzuzahlen; klug vielmehr ist es, den Betrug zu merken, sich vor Schaden und Gefahr zu hüten.* Jam olim Gudius vs. 2. ad creditorem trahebat, legens *expedit*, pro *expetit*, quasi creditori non utile esset, expedire pecuniam, i. e. dare mutuam fraudatori, sponsore improbo. Sed non sine causa accedo viris doctis, Burmanno et Beckio V. C. (De Interpret. Vet. p. 86.) quibus displicet ingrata illa verbi *expedit* repetitio. Ineleganter profecto dixisset Phædrus, *rem expedire* non *expedit*; etsi Gudio in nativa hujus verbi significatione lusisse videbatur. Placuit tamen hæc lectio Bipontinis, qui hunc locum ita constituunt: *Fraudator homines cum aditat sponsore improbo, Non rem expedire, sed mala videre expedit.* Cui lectioni etsi favent libri scripti, verba tamen, *homines cum aditat*, sensum duriuscule et subobscure exprimere mihi videntur. Mihi quidem conjectura Burmanni, quam recepi, inprimis placet; cum satis prope ad primæ scripturæ vestigia accedat, et ista lectione sensus Phædri constare videatur. Eandem adoptavit Bentleius, et Heusingerus eam reliquis Criticorum præfert conjecturis. Sic fere Desbillonius, qui recepit: *Fraudator homines cum advocat sponsum improbos, Non rem expedire, sed mala videre expetit.* Contra Broticrius edidit: *Fraudator homines cum advocat sponsu improbo* cet.—...*mala ridere*, pro, mala videre, mallet Schefferus; vide Burmanni Syll. Epp. T. V. p. 10. pro quo Censor doctus (Vid. A. L. Z. ann. 1785. II. 281. coll. Not. Burm.) legi jubet, *male ridere*. Quæ lectio ingeniosa non displicet. Grævius e Schedis Dan. legendum existimat: *mala dare expetit*.

NOTÆ

[*mala videre*] *expetit*] Sensus istius versus est subobscurus; aliud enim significat quam verba sonant. Talis enim est: Non sincere agere, sed aliquod architectari malum vult.

Digitized by Google

Lupo sponsore: at illa præmetuens dolum:
Rapere atque abire semper adsuevit Lupus;
Tu de conspectu fugere veloci impetu:
Ubi vos requiram, cum dies advenerit?

fraudem, dixit: *Lupus solet semper subripere et secedere; tu* vero, o Cerve, soles *abire ex oculis summa velocitate: ubi vos quæram cum dies aderit* præstituta solutioni?

(Vid. Burmanni Syllog. Epp. IV. 42.) At Cl. Jördens. legit *male videre, videre* explicans, providere. Alii alia tentarunt. Vid. e. c. Præf. Cl. Jakob. ad Phædr. p. XVI. sqq. coll. Ephem. Liter. Gothan. ann. 1785. p. 411. Cuninghamus conjicit: *Veterator nummos cum rogat s. i.* et vs. 2. *malum edere;* Ursinus: *Fraudator, nomen sponsore locat cum improbo, N. r. e. sed mala videre expetit.* Cannegieter. ad Avianum p. 24. *Non rem expedire, at se mala fide expetit.* Salmasius: *Acerus nomen dum locat sponso,* vel *sponsu improbo.* Legant, quorum interest, lectores Notas Burmanni, c. Notis reliquorum Interpretum in Ejusdem Edit. c. N. Varr. maxime Schefferi, Heinsii et Gudii. [Anton. legit *homines cum vocat sponsum improbos, Non rem expedire, sed mala addere expetit.*] —4 *Dolum.* Pro vulgato *dolum*, quod est in Mss. Pith. et Rem. et æque Latinum est, Burmannus ex Heinsii conjectura edidit *doli*. V. Heins. ad Ovid. I. Met. 828. ' metuens pericli' dixit Virg. Æn. lib. v. 710. Grunerus tamen l. c. hanc emendationem non putat esse necessariam. Cui recte suffragantur Brotier. Bipont. Desbillon. Langius, quem vide.

FABULA XVII.

OVIS, CANIS, ET LUPUS.

Solent mendaces luere pœnas maleficî.
Calumniator ab Ove cum peteret Canis,

Fraudulenti solent dare pœnas mendacii. Cum Canis sycophanta repeteret ab

1 *Maleficî.* Sic plurimæ Editiones, etiam Brot. Bipont. Didot. Desbillon. recte legunt, e conjectura Heinsii, pro, *maleficii.* At Bentleius *mendaces maleficos* intelligere videtur. Nonnullæ Editt. ut Nevelet. Ursin. *maleficii* retinent; sed illud metro accommodatius.—2. 3 Cuninghamus hunc locum ita constituit: *C. panem ab ove c. p. Canis q. c. se contenderet.—commendasse.* Sic

Digitized by Google

Quem commendasse panem se contenderet;
Lupus, citatus testis, non unum modo
Debere dixit, verum affirmavit decem.
Ovis, damnata falso testimonio,
Quod non debebat, solvit: post paucos dies
Bidens jacentem in fovea prospexit Lupum:
Hæc, inquit, merces fraudis a Superis datur.

Ove panem quem affirmabat se illi *dedisse servandum, Lupus vocatus in testem asseveravit non deberi solum unum* panem, *verum decem. Ovis, condemnata* hac *affirmatione mendaci, repræsentavit quod non debebat. Aliquot interjectis diebus, Ovis vidit Lupum prostratum in fovea. Dii, inquit, rependunt hoc præmium maleficii.*

habent Mss. Pith. et Rem. nec non vet. Edit. quæ lectio placet Neveleto, Rigalt. in Ed. 2. Gronov. Gud. Albino, Gallico interpreti, Schirachio Clav. P. I. p. 67. multisque aliis. Eam recepere Funcc. Brotier. Bipont. Desbill. Sed in Cod. Dan. est *commodasse*, quod cum Rigaltio in Ed. 3. Heinsio, Fabro, Ursino, aliis retinuit Burmann. Nam non servandos se dedisse panes calumniatum lupum, sed mutuos dedisse credebat. Sic olim conjecit Rittersh. Sic Salmasius ad marginem, Bentlei. Lallemant. Jördens. Didot. Cui lectioni favent præter Ms. Dan. Anonymus Nilantii fab. 5. apud quem leguntur hæc: *debes miki reddere panem, quem dederam mutuo*, et mox: *scio panem commodatum ovi*. Sic fere Romulus Nil. fab. 4. Nam apud Romulum Div. hæc fabula non legitur. Præterea sequentia *debere* et *solvit* postulare videntur *commodare*. Vid. Cl. Tzschuck. coll. Not. Guyet. Nihilo vero secius *commendare* præferendum putavi. Vero enim est similius, *commodare* esse a librario, qui verbum *commendare*, paulo difficilius hoc sensu, non intellexit. Atque etiam ovis, cui canis servandum tradiderat panem, utique dici potest *debere* cani? *contenderet*. Scheff. et Heins. mallent *contenderat—se*. In Ms. Pith. et Edit. Pith. est *sese*; sed corrigit Salmasius *se*. V. Gud.—5 *Debere*. Mss. Pith. Rem. et Vett. Editt. *Deberi*. Sed in Ms. Dan. s. Voss. (est enim unus idemque Codex) *Debere* legitur. Sic ediderunt Ursin. Bipontini, Jördens. Facile autem irrepere poterat *Deberi*, propter sequens *dixit*. Heinsius, quem sequuntur Sanadon et Philipp. conjicit: *non unum modo panem debere, verum* cet. v. Brotier. Etiam Burmannus, quem *dixit* et *affirmavit* in uno versu offendit, ex sententia Heinsii legi jubet: *Panem debere, verum affirmavit decem;* etsi receperit vulgatum *Deberi*, quod placet Cl. Gail. Desbillonio, aliis. Tum vero, si legatur *Debere*, subintelligendum *ovis*.—8 *Bidens*. In Ms. fragmento Petav. i. e. Cod. Dan. *Videns jacentem prospexit in fovea lupum*. Vid. Not. Schefferi. Unde Heinsius emendavit *bidens*, cui igitur egregia hujus loci restitutio debetur. Permutatio enim literarum *b* et *v* solennis. N. Scheff. et Burm. Mss. Pith. Rem. et priscæ Editt. etiam Ursin. habent *ovis*, inconcinna repetitione. Male Bentl. h. v. ita expressit: *Forte ut jacentem in fovea conspexit lupum*. Nam in Cod. Pith. est *conspexit;* at in Rem. et Ms. Daniel. *prospexit*, quod rectius retinetur. *conspexit* tamen ediderunt Rigalt. in Edit. 2. Nevelet. Ursin. Funcc. Desbillonius, Petsch. Didotus. At Cuninghamus: *ut fovea conspexit l.* Bothius: *Ovis ut jacentem in fov. consp. L.* [Anton. legit: *Bidens jacentem in fovea ut conspexit L.*]—9 Cuninghamus: *Hæc i. fraudi m. ab S. d.*

Digitized by Google

FABULA XVIII.

MULIER PARTURIENS.

NEMO libenter recolit, qui læsit, locum.
Instante partu, mulier, actis mensibus,
Humi jacebat, flebiles gemitus ciens.
Vir est hortatus, corpus lecto reciperet,
Onus naturæ melius quo deponeret.
Minime, inquit, illo posse confido loco
Malum finiri, quo conceptum est initio.

Nullus revisit lubens locum qui nocuit. Mulier parturiens exacto suo tempore recumbebat humi edens graves gemitus. Maritus ipsam *monuit* ut *reponeret corpus cubili, quo abjiceret commodius pondus naturæ. Nullatenus, inquit, existimo malum posse auferri ibi, ubi primo contractum est.*

2 *Actis.* Ms. Pith. *peractis*, sed illud *per* ex ultima syllaba τοῦ *mulier* Burmanno videtur provenisse. Hinc jam olim Meursius reposuit *actis*, cum *peractis* repugnet versui. V. Meursii Animadv. ad Phædrum p. 198. *peractis* ediderunt Rittersh. Wasius in Senar. p. 29. Nevelet. Neque *actis* facile mutandum in *exactis*, etsi et hoc in hac re proprie dicatur, quod multis probat Burmannus; e cujus sententia, si quis hoc verbum præferat, legere posset: *Instante partu, exactis mulier mensibus.*—3 *Humi.* Sic legi jubet Heinsius. Ms. Pith. *Humo*, ut Nevel. Rigalt. Ed. 2. Rittershus. Freinsh. Gronov. Ursin. alii ediderunt, quod accipi potest per ellipsin præpositionis pro, in humo. De qua locutione docte disputat Munkerus ad Hygin. fab. CCXLVII. melius tamen Burmanno videtur *Humi*. Ita enim frequenter poëtæ et alii.—5 *Onus naturæ.* Sic Mss. Pith. Rem. et vett. Editt. quam lectionem probant, præter alios, Gronov. Hoogstratan. Eandem etiam recte receperunt recentiores Editores, Petsch. Brotier. Bipont. Desbill. etsi de fœtu dici nondum observatum sit. Sed Heins. substituit *Onus maturum*, notum poëtis, quod placet Bentleio et Burmanno, cujus eruditam de ista Heinsii conjectura, minime necessaria, disputationem, si placet, lege. [Legit Anton. *melius ut dep.*]—6 *Illo.* Ita Mss. Pith. Rem. et Vett. Editt. Sed Cod. Dan. habet *illa*, ut jungatur cum *inquit*. Ita volunt legi Salmas. et Gud. Hanc lectionem quoque receperunt Bentlei. et Philipp. Utrumque recte dici potest. Nam si hoc ellgas, illud subintelligitur. *confido*. Bentlei. *confido hoc loco*, quod est in Cod. Dan. s. Voss. Sanadon et Philipp. legunt *confidam.*—7 *Initio.* Cod. Dan. i. e. Schedæ regiæ *initium*, unde Heins. colligebat *primulum*.

NOTÆ

2 *Actis mensibus*] Novem scilicet, ad solutionem partus requisitis in muliere.

3 *Humi*] [*Humo*] Pro *humi*. Ita Ovid. 'Sedit humo nuda.'

Digitized by Google

FABULA XIX.

CANIS PARTURIENS.

HABENT insidias hominis blanditiæ mali:
Quas ut vitemus, versus subjecti monent.
Canis parturiens cum rogasset alteram,
Ut fœtum in ejus tugurio deponeret,
Facile impetravit: dein reposcenti locum
Preces admovit, tempus exorans breve,
Dum firmiores catulos posset ducere.
Hoc quoque consumto, flagitare validius

Blanditiæ improbi hominis sunt plenæ insidiarum. Versus consequentes nos *docent illas fugere. Cum canis instante partu petiisset ab alia, ut ederet catulos in ipsius casa, exoravit facile: deinde cum* alia *reposceret sedem, adhibuit preces, rogans breve tempus dum posset abigere catulos robustiores. Hoc etiam finito, cœpit*

2 *Ut.* Heins. *qui.* Hunc versum integrum retinuit Romulus Divion. nisi quod *omnes* intrudat post *ut.*—3 *Rogasset alteram.* Anonymus Nilantii fab. LIV. *rogavit scrofam;* sed v. Lessingii l. c. pag. 246. Romulus Nil. fab. 9. *aliam Caniculam.* Romulus Div. lib. I. fab. 9. *rogabat alteram.* Pro alia quavis sumunt Scioppius et Schefferus. Sic Cic. de Off. III. 'detrahere alteri sui commodi causa:' et ita lib. I. fab. 4. 4. 'aliam prædam ab alio ferri putans.' Sed Burm. *alteram* proprie sumi jubet, quia agatur de duabus. Equidem mallem prius.—4 [Romulus et Anonymus Nil. *exponeret.*]—5 *Dein.* Ms. Pith. *deinde.*—7 *Catulos posset ducere.* Sic Mss. Pith. Rem. et Vett. Edit. ut Nevel. Rigaltii 2. Sed Uraiu. Burmann. Bentlei. *posset catulos ducere*, levi, sed non necessaria, mutatione. Quare cum recentioribus Brotier. Bipont. Desbillon. retineo vulgatum. *ducere.* Cod. Dan. s. schedæ regiæ *deducere.* Inde Heinsius aliquot conjecturas ascripserat margini: *Dum firmiores posset caula educere;* vel, *Dum firmiores catulos post educeret;* vel etiam, *Tum firmiores catulos posse educere;* vel, *Dum firmiores catulos inde abduceret.* Sed omnia frustra. V. Schefferi et Burm. Notas. *educere* tamen non displicet Cl. Schirach. Clav. P. I. p. 106.—8 Bentlei. ut clarius intelligatur, utra duarum canum flagitare cœperit, corrigit: *flagitari ut validius cubile carpit: Si* cet. Sed cum hoc non possit esse dubium, ut justo fusius monstrat Burmannus, is quidem hanc emendationem repudiat. Atque etiam melius et Latinius diceretur *flagitari cœptum.* Exemplis, a Burmanno adductis, addi posset Nep. Timoth. 3. *validius.* Male Ritterahus. et Heins. *valdius*, quod idem est, sed contractis syllabis. [Bothius

Digitized by Google

Cubile cœpit. Si mihi et turbæ meæ
Par, inquit, esse potueris, cedam loco.

postulare vehementius tugurium. Cedam, inquit, tibi illud, si potueris esse par resistendo mihi et meis catulis.

legit, *consumto, ut fl. val.*]—9 Mss. Pith. et Dan. *Cubile cœpit, illa si* cet. Sic Editt. Pith. et Neveleti. Salmasius delet *τὸ illa;* sed Heins. legi volebat: *Cubile cœpit: Illa, mihi et turbæ meæ, Par si, inquit, esse potueris, cedam loco.*

FABULA XX.

CANES FAMELICI.

STULTUM consilium non modo effectu caret,
Sed ad perniciem quoque mortales devocat.
Corium depressum in fluvio viderunt Canes:
Id ut comesse extractum possent facilius,
Aquam cœpere ebibere: sed rupti prius

Susceptum ridiculum non modo est irritum, verum etiam ducit homines in ruinam. Canes aspexerunt in imo *fluento corium demersum,* et *cœperunt haurire aquam, ut illud eductum possent comedere facilius: sed disrupti perierunt priusquam perficerent quod conati erant.*

5 *Ebibere.* Mss. Pith. Rem. et Vett. Editt. *Aquam cœpere bibere.* Sic Nevel. Rittersh. Rigalt. Ursin. Gronov. Richter. Maittar. Lallem. Brot. Desbillon. al. Sed Cod. Dan. *cœpere ebibere,* quod, ut ait Burmannus, conatum canum plenius exprimit. Nam certe ebibere sibi proposuerant, cujus nunc initium faciebant. Cum etiam in fabula Græca sit ἐκπιεῖσι, recte placuit viris doctis *ebibere,* ut Neveleto, Heinsio, Burmanno, Bipontinis. Sed Bentlei. mutavit in *cœperunt bibere.* Qua mutatione, cum *cœperunt* et *cœpere* rectum sit, non est opus. Æque enim tribrachys ac dactylus probatur Phædro, observante Burmanno. Sanadon et Philipp. ediderunt *Ebibere aquam cœpere.* Anonymus Nil. *cœperunt lambere,* quod non displicet Bentleio et Burmanno. Ita enim

Digitized by Google

Periere, quam, quod petierant, contingerent.

fab. 25. ' quamlibet lambe otio.'—6 *Periere.* Cod. Pith. et Ed. Nevel. Rittersh. *ibi periere ;* sed delet Salmasius *ibi*, quod et abest a Cod. Dan.

NOTÆ

6 *Contingerent*] Id est, attingerent. gere gaudent.'
Ut Virgil. ' Funemque manu contin-

FABULA XXI.

LEO SENEX, APER, TAURUS, ET ASINUS.

QUICUMQUE amisit dignitatem pristinam,
Ignavis etiam jocus est in casu gravi.
Defectus annis, et desertus viribus

Qui dejectus est de veteri honore, est derisui in tanta calamitate, etiam inertibus. Cum Leo confectus ætate, et destitutus robore, jaceret expirans, Aper sævis denti-

3 Neveletus edidit: *Ignavis est etiam j. i. c. g.*—3 *Defectus.* Romulus Ulm. *annis decrepitus*, pro quo in Rom. Divion. corrupte *Deceptus*, e compendio. Scioppius male τὸ *Defectus* explicabat, cui anni deessent; emendabat igitur *Defessus*, quam lectionem recte rejiciunt Faber et Scheffer. quos vide. Vulgatum *Defectus* firmat quoque Anonymus Nilantii fab. 16. apud quem legitur: *defectus annis et desolatus viribus.* Istud *desolatus viribus* recepit Cuninghamus. Bentleius legit, *Confectus annis*, ut lib. I. fab. 14. 5. et III. 7. 2. *annis.* Ms. Rem. *armis*, quod frustra tuetur Gudius. *desertus.* Bentl. invitis libris et sine necessitate, *defectus viribus*, laudans præter alia Romuli Nilantii fab. 14. *annosum leonem viribus defectum.* Heumannus conjicit; *Defectus annis et defectus viribus*, quam lectionem strenue defendit in N. B. P. XXVII. p. 607. Repetitionem τοῦ *defectus* ait facere elegantiam, et poëticæ rationi esse accommodatam; *defectus* et *desertus* facile potuisse confundi; *desertus viribus* non esse

NOTÆ

3 *Defectus annis*] Qui deficiebat propter annos.

Desertus viribus] Id est, a viribus. Ellipsis præpositionis *a*.

Digitized by Google

Leo cum jaceret, spiritum extremum trahens,
Aper fulmineis ad eum venit dentibus,
Et vindicavit ictu veterem injuriam:
Infestis Taurus mox confodit cornibus
Hostile corpus. Asinus, ut vidit, ferum
Impune lædi, calcibus frontem extudit.

bus occurrit ad illum, et ultus est antiquas injurias plagis: quin et *statim Taurus infensus transverberat illum suis cornibus. Ut Asinus conspexit vulnerari sine periculo Leonem, comminuit* ipsi *caput pedibus. At Leo trahens extremum spiritum:*

Latinum; *defectus viribus* solennem esse loquendi formulam. Quæ aliquam profecto speciem habent, nisi quod putem, *desertus viribus*, Latine dici posse; adeo ut τὸ *desertus* non temere ejiciendum sit. Heumanni tamen conjectura defenditur in A. E. ad ann. 1718. p. 344. ex Phædri lib. v. fab. 6. 2. aliisque locis. Heumanno accedit El. Major. de Varianda Oratione c. 4. sect. 4. p. 451. Contra *desertus* defendit Thom. Wopkens. in Misc. Obs. VII. tom. 3. p. 380. ex Auct. Dial. de causs. corr. eloq. c. 1. 1. 'nostra ætas deserta et laude orbata.'—6 *Ictu.* Heins. *ita*, vel *sic*, sed v. Burm. qui probat, in lectione vulgata metrum constare, neque emendatione opus esse.—7 *Infestis.* Rigaltii, Nevelet. Rittershus. Ursini, Meurs. al. Editiones habent *Infestus.* Perperam. *Infestis* est in Cod. Dan. quod, quia est magis poëticum, recte placuit viris doctis. Anonymus Nilantii *infestans.* Vid. Notas Nilant.—9 *Extudit.* Recepi lectionem Ms. Rem. et Cod. Dan. Sic quoque ediderunt Gronovius, qui tamen *exterit* tuetur ad Senec. Brev. Vit. c. 18. teste Burmanno; Funccius, Santoroc. Richter. prima Burmanni, Petsch. Brotier. Desbillon. Sic etiam legi jubet Gudius; statuit enim, a vetustissimorum librorum auctoritate non temere esse recedendum; atque etiam, si ita legatur, convenire tempora, quæ ceteroquin discrepent. Laudat autem Suet. Vesp. 2. 'ea demum extudit magis convicio, quam precibus, vel auctoritate;' in quo tamen loco τὸ *extudit* de violenta et sæpius repetita percussione vix capi potest. Lectionem *extudit* quodammodo confirmat Romulus Ulmensis, apud quem legitur *contudit.* Codex Pith. antiquitus habuisse videtur *extudit*, teste Brotierio; sed recenti manu emendatum *extorxit*, non *exterxit*, quod vult Heinsius. Inde Pithœus emendavit *exterit*, i. e. calcitrando confringit. Cui lectioni favet locus Statii Theb. lib. x. 473. 'gravis exterit artus Ungula,' ad quem locum, a Scheffero adductum, Burmannus laudat Barthium. Recepit eandem jam olim Neveletus, atque etiam post Ursinum præfert Burmannus, cui non verisimile videtur, librarium hoc verbum vulgari *extudit* supposuisse. Cui accederem, si *exterit* esset in libro scripto, in quo tamen legitur *extorxit*, quod est a manu secunda, non prima; unde Pithœus fecit *exterit*, quod falso Bentleius contendit esse in Cod. Ms. An forte rudis librarius, qui verbum primæ manus non intelligebat, emendandi prurigine abreptus, emendavit *extorxit*, cum scribere debuisset *extorsit?* Bipontini legunt *excutit*, quod in simili re passim occurrit in priscis scriptoribus; sic *excutere dentem, cerebrum, oculum.* Prope etiam accedit ad scripturam verbi *extudit.* Recepit hanc

NOTÆ

5 *Fulmineis dentibus*] Qui instar fulminis sternunt et proterunt obvia quæque. Unde Ovid. 'Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri.' Et: 'Fulmineo celeres dissipat ore canes.'

Digitized by Google

At ille expirans: Fortes indigne tuli
Mihi insultare: te, naturæ dedecus,
Quod ferre certe cogor, bis videor mori.

Indignatus sum, ait, feras generosas mihi intulisse contumeliam: quod autem cogor te sustinere, opprobrium naturæ, sane videor bis perire.

lectionem Cl. Jördens.—10 *Tuli.* Cod. Dan. i. e. Schedæ regiæ *fero.* V. Scheff.—12 *Quod ferre certe cogor.* Sic Mss. Pith. Rem. Alii ediderunt: *Quod ferre cogor, certe bis videor mori,* ut Meursius, Ursin. Freinshem. Funcc. Cuningham. Lallem. Didot. al. Burmannus legi posse putabat, *Quod ferre inertem cogor,* ut *iners* opponatur fortibus; sed ipse vult nil moveri. Cl. Jakob. conjicit, *Quod ferre morte cogor,* suffragante Langio; sed v. A. L. Z. 1785. II. 281.

NOTÆ

12 *Bis videor mori*] Semel apri dentibus, et iterum per infamiam. Cum bona fama sit veluti altera vita, infame quid est vinci ab ignavo, gloriosum vero a forti: unde Virgil. 'Æneæ magni dextra cadis.' Et Ovid. 'Quisquis es, o juvenis, dixit, solamen habeto Mortis, ab Æmonio quod sis jugulatus Achille'

FABULA XXII.

MUSTELA ET HOMO.

MUSTELA, ab Homine prensa, cum instantem necem Effugere vellet: Parce, quæso, inquit, mihi,

Cum Mustela capta ab homine vellet vitare mortem imminentem: Te *oro, ait,*

2 *Parce, quæso, inquit.* In Mss. Pith. et Rem. *quæso, inquit, parce mihi,* quod metro repugnat. Sic tamen Neveletus et Didotus in Edit. stereotypa; nec displicet Cl. Gail. Pithœus emendaverat: *quæso, inquit, parcas mihi.* Maluit enim sic mutare, quam transferre. Ita legunt non paucæ Editiones, ut Ursin. Rittershus. Rigaltii 2. Maittar. Funcc. Philipp. Lallemant. Richter. aliæ. Burmannus obsecutus est viris doctis, rescribentibus, *quæso parce, inquit, mihi.* Equidem recepi Bentleii lectionem: *parce, quæso, inquit, mihi.*

Digitized by Google

Quæ tibi molestis muribus purgo domum.
Respondit ille: Faceres si causa mea,
Gratum esset, et dedissem veniam supplici:
Nunc quia laboras, ut fruaris reliquiis,
Quas sunt rosuri, simul et ipsos devores,
Noli imputare vanum beneficium mihi.
Atque ita locutus improbam leto dedit.
Hoc in se dictum debent illi agnoscere,
Quorum privata servit utilitas sibi,

ignoscas mihi quæ libero tuas *ædes muribus tibi incommodis. Ille retulit: Si præstares* id *mea causa*, hoc *gratiæ apponerem* tibi, *et exorares quod* a me *petis suppliciter: verum quia insequeris mures quo rodas quæ sunt rosuri, et* quo *simul eos vores, noli mihi expensum ferre falsum officium. Et sic fatus dedit neci* hanc *malignam. Hi debent fateri illam fabulam sibi scriptam, qui, dum student propriæ*

Sic quoque ediderunt Brotier. Bipont. Desbillon. Jördens. Anon. Nil. *rogo parce mihi.* At Romulus Div. *rogo, inquit, ut parcas;* Rom. Ulmens. *rogo, inquit, parcas mihi.*—4 *Faceres si causa mea.* Antea legebatur, *facerem si.* Ita Cod. Pith. Rigalt. Nevelet. Rittersh. al. Sed *faceres* legendum esse, docet Romulus Div. *non causa mea facis;* necnon Anonymus Nil. *Non causa mea facis, nam si pro me fecisses, gratum haberem et darem tibi veniam.* Emendavit etiam Bongarsius *faceres,* probantibus Salmasio et Heinsio.—5 *Et dedissem.* Mss. Pith. Rem. *et* non agnoscunt. Sic igitur litera *m* non elidi debet. Sed Pithœus emendavit *et dedissem*, cui obsecuti sunt plurimi; Brotier. tamen recepit lectionem librorum scriptorum. Sed defendi potest *et* ex Anonymo Nil. *gratum haberem et darem tibi veniam supplici.* Rittershus. conjicit *supplicI*, pro *supplicii.* Perperam.—6, 7 *Reliquiis, Quas.* Sic Ms. Rem. et recentiores Editiones. In Cod. Pith. et Vett. Editt. ut Nevel. Rigalt. 2. est *Quæ.* Qui sic legunt, *reliquia* in neutro genere usurpari putant, referuntque ad peculiares Phædri dictiones. Provocant autem ad Plaut. Mil. I. 1. 54. 'at pedites tibi reliquia erant, si viverent.' Sed Gronov. et Bipontini legunt *reliquiæ.* Nondum igitur certum auctorem hæc forma habet, quicquid Scheffer. Rittersh. Faber de ea disputent. Cf. Gesner. Habent etiam Romulus Divion. *mures necas, ut comedas reliquias;* Anonymus Nil. *reliquias nostras totas devoras;* ipse Phædrus aliquoties hac voce usus est. Heinsius legit *relicuis Quas;* Gud. *reliquis,* ut vel scribatur *relliquis,* vel ut *reliquis* sit quadrisyllabum. *sunt rosuri.* Harius mallet *sint.*—9 *Atque ita.* Alii *ista;* perperam. *ita* enim

NOTÆ

3 *Molestis muribus purgo domum*] Ita Palladius de Mustela: 'Mordaces morsu solitus consumere mures, Invisum et domibus perdere dente genus.'

6 *Reliquiis Quas* [*Quæ*] *sunt rosuri*] *Reliquium*, et in plurali *reliquia*, etiam neutro genere a Latinis dicuntur; ut *alimonium, deliquium.* Plautus *reliquia* in neutro usurpavit in Milite Glorioso: 'At pedites tibi reliquia erant, si viverent.'

8 *Imputare beneficium*] Non est hoc loco, acceptum referre beneficium, sed collatum alicui. Phrasis Senecæ et Plinio, potius quam Ciceroni, usitata.

Digitized by Google

Et meritum inane jactant imprudentibus.

utilitati, imputant vanum beneficium incautis et minime advertentibus.

est in libris scriptis; deinde *Atque ita* Phædri genuinum est.—12 *Jactant.* Alii *jactat*, quod est a Rittershusio. Sic Bipontini, Hoogstratan. Gronov. prima Burmanni, Richter. nec displicet Scheffero. Sed *jactant* non pendet a *privata utilitas*, sed ab *illi qui*. Cf. Heusinger. et Burmann. *imprudentibus.* Græv. Ep. 306. ad Nic. Heins. t. IV. Syll. Epp. Burm. p. 481. legi vult: *Et meritum inane jactant impudentius.* 'Hinc,' inquit, 'et mustelam vocat improbam, i. e. impudentem. Nam fabula non ad illos pertinet, qui imprudentibus venditant se, et inania imputant beneficia, qui horum jactatorum artes non intelligunt et ab iis decipiuntur; nam mustelæ vanam ostentationem statim deprehendebat ille, qui eam ceperat, hinc et pœnas dabat morte; sed in homines illos effrontes, qui audent merita sua magnifice prædicare, quibus tamen non tam aliis commodant, quam suæ utilitati serviunt, deprehensi autem spe sua frustrantur et ludibrio sunt.' Quæ etsi placere possunt, tamen præstat, Phædrum oscitantiæ arguere, quam contra librorum scriptorum fidem quicquam mutare.

NOTÆ

12 *Et meritum inane jactant imprudentibus*] Istuc ipsum est quod dicit Terent. 'Ego, Charine, neutiquam officium liberi esse hominis puto, Cum is nil promereat, postulare id gratiæ apponi sibi.' Id supra rotundissime dixit Phæd. 'Vanum beneficium cuipiam imputare.'

FABULA XXIII.

CANIS FIDELIS.

Repente liberalis, stultis gratus est;
Verum peritis irritos tendit dolos.

Beneficus subito placet imprudentibus, sed struit inanes insidias prudentibus.

2 *Verum.* Sic Mss. Pith. Rem. et Vett. Editt. fide Brotierii. Ita etiam Nevel. Ursin. Scheff. Funcc. Sed Bentlei. et Burmannus suspicantur, Phædrum scripsisse *Rerum peritis*; quod sæpe occurrat, addito vel genitivo vel ablativo, ut lib. III. fab. 3. 'usu peritus.' Quod etsi verum est, et ejecta

Digitized by Google

Nocturnus cum fur panem misisset Cani,
Objecto tentans an cibo possit capi:
Heus, inquit, linguam vis meam præcludere,
Ne latrem pro re domini? multum falleris.
Namque ista subita me jubet benignitas
Vigilare, facias ne mea culpa lucrum.

Cum fur nocturnus porrexisset panem Cani, volens experiri num posset capi oblata offa: Heus, ait Canis, *vis mihi detinere linguam ne latrem pro bonis heri* mei? *Errас plurimum; namque tua liberalitas repentina me monet ut vigilem, ne facias tuam rem mea negligentia.*

particula *Verum* nihil nocetur sensui, et subintelligi potest, ut lib. I. fab. 26. 9. tamen invitis libris nolim quicquam mutari; maxime cum *peritus* absolute dici possit. Amat Phædrus etiam alibi istam particulam, ut lib. I. fab. 4. 5. Prol. III. 50. Itaque cum Hario, Brotier. Bipontin. Desbillon. al. retinui vulgatum. Tzschuckio tamen τὸ *Verum* languere videtur. *tendit*. In Cod. Pith. erat *ostendit*, factum ex præcedenti irritos.—[3 *Fur* mihi necessario in arsi ponendum videtur. *Anton.*]—4 *Possit*. Reposui cum Bipontin. et Cl. Jördens. lectionem Mss. Pith. et Rem. nec non priorum Editt. Pith. et Rigalt. Non enim video, quare *possit*, quod ferri potest, contra Codd. Mss. ejici debeat. Rittershus. primum emendavit *posset*, cui plurimi obsecuti sunt, etiam Bentl. Burm. Brotier. Desbillon. [Forte: *Cibo anne possit tentans objecto capi*. Anton.]—5 *Heus, inquit*. Ita Ms. Rem. Pith. et Editt. Vett. Ita Nevelet. Sed cum sententia postulare videretur, *Heus si, inquit;* Heinsius adjecit *si*. Mollis sane conjectura! quia *si* ab ultima litera τοῦ *Heus* et prima τοῦ *inquit* potuit absorberi, judicantibus Hoogstratano et Burmanno. Sicque edidit Burmannus, qui præter alia affert locum Prop. II. 18. 21. Bentleius id respuit et interrogationis notam ponit post vocem *domini*, laudans lib. II. fab. 5. 21. et lib. III. fab. 14. 6. quæ distinctio placere recte potest. Facile enim *an*, vel *num*, potest subintelligi, quod fieri aliquando, ipse Burmannus non negat. v. Curt. lib. V. c. 5. 13. Neque sic orationem obscuram reddi puto; immo vero clara sunt omnia. Accedit denique librorum scriptorum auctoritas. Neque etiam Anonymus Nilantii agnoscit τὸ *si*, et Romulus Nil. hæc expressit per interrogationem: *Sic gratiam mihi panem porrigis? an ut prodam dominum meum et domum et familiam ac pecuniam illius tibi?* Bentleio assentiuntur Heusingerus, Gruner. l. c. II. de Schirach. in Clav. P. I. p. 296. Lang. in Edit. Phædri. Alii sine τῷ *si* etiam negligunt illam Bentleii distinctionem, qui tunc supplent per particulam *sed*, et ita capiunt: Intelligo, quid velis; vis ut ne latrem, sed multum falleris. v. Burm. Nec sic male. Ita Bipontini, Brotier. Desbillon. al. post Nevelet. Rigaltii Ed. 2. Ursin. Lallem. [Both. et Anton. legunt *Heus, inquit ille, ling. vis pr.*—8 Forte leg. *Vigilare, culpa lucrum ne facias mea*. Anton.]

NOTÆ

6 *Pro re domini*] Rei appellatio generalis est, et extenditur ad omnia bona quæ quis possidet. Sic Terent. 'Ad rem nostram sumus attentiores.'

FABULA XXIV.

RANA RUPTA ET BOS.

Inops, potentem dum vult imitari, perit.
In prato quondam Rana conspexit Bovem,
Et, tacta invidia tantæ magnitudinis,
Rugosam inflavit pellem: tum natos suos
Interrogavit, an Bove esset latior.
Illi negarunt. Rursus intendit cutem
Majore nisu; et simili quæsivit modo,
Quis major esset. Illi dixerunt, Bovem.

Dum pauper studet imitari divitem, perit. Rana vidit aliquando *Bovem in aliquo prato, et, mota invidia ob tantam* ipsius *magnitudinem, distendit cutem rugosam. Tum petiit a natis suis, num esset major Bove. Hi negarunt. Inflavit iterum pellem conatu validiori, et similiter interrogavit quisnam esset amplior.*

2 *Quondam.* In libris scriptis Pith. et Rem. nec non Editt. Vett. *quodam.* Sic præter Ursin. Nev. Vincent. edidit Desbillon. pro quo Heins. reposuit *quondam*, ut lib. I. fab. 6. 8. lib I. fab. 28. 8. quod plurimis placuit. Idem Heinsius ascripserat libro suo: *In prato eodem*, ut lib. I. fab. 1. 1. lib. IV. fab. 8. 5. quod se probavit Broukhusio et Hoogstratano. v. Burm. Gudius mallet *quædam.* Sic Romulus Divion. Anonymus Nil. *In prato conspexit rana bovem pascere.* Nil. amplius.—4 *Inflavit.* Anonym. Nil. et Vincent. *implevit.*—5 *Latior.* Anonymus Nilantii, *si esset altior bove*, ut Schefferus conjiciebat. Idem Anonymus mox, *Bos te superior est.* 'Alta pectora' dixit Val. Flacc. v. 595. ubi alii *lata;* ubi v. Notas et ad Sil. Ital. IV. 294. *Burm.*—6 *Intendit.* Anon. Nil. *extendit* non male, judicante Burm. quem vid. ad Petron. c. 46. —8 Hunc versum tanquam spurium ejici jubet Bentlei. qui uncis inclusit, quod non recte *Quis major* dicatur pro, Uter major, et sententia ipsa sit sine nervis, sine venere. Sed et alibi Phædrus 'quis,' pro, uter dixit lib. III. fab. 13. 14. et lib. IV. fab. 28. 2. quæ loca cum aliis Harius notavit. Cf. Heusinger. Itaque hunc versum ejicere, Burmannus opus periculi plenum

NOTÆ

Hanc attigit fabulam Horat. Sat. II. 3. 'Illę rogare, Quantane? num tandem, se inflans, sic magna fuisset? Major dimidio. Num tanto? eum magis atque Se magis inflaret: Non, si te ruperis, inquit, Par eris.'

Digitized by Google

Novissime indignata, dum vult validius
Inflare sese, rupto jacuit corpore. 10

Responderunt, Bovem. Tandem succensens, dum conatur se magis ac magis intendere, disrupta periit.

recte judicat.—9 *Validius.* Heins. *valdius.* Vid. V. L. ad lib. I. fab. 19. 8.—10 *Rupto jacuit.* Anonymus Nil. *rupta interiit,* pro quo Bentlei. conjiciebat: *rupto interiit corpore.* Perperam.

FABULA XXV.

CANIS ET CORCODILUS.

CONSILIA qui dant prava cautis hominibus,
Et perdunt operam, et deridentur turpiter.
Canes currentes bibere in Nilo flumine,

Qui dant perversa consilia viris prudentibus, et abutuntur operam, et se præbent ridiculos. Ferunt Canes in fluvio Nilo bibere currendo, ne devorentur a Crocodilis.

3 *In Nilo.* Sic libri scripti. Sed Bentlei. cum Rittershus. *e Nilo:* quia Ælianus habeat, ἐκ τοῦ ποταμοῦ πίνουσι, et Anonymus Nil. *Canes currendo bibunt ex Nilo flumine;* et mox, *currens ex Nilo bibere cœpisset.* Lectionem *e Nilo* defendit etiam Harius, quia canes non sint, aut stent in Nilo, sed currentes ex Nilo bibant. Eandem præferunt Tollius, Ouvering. Cuninghamus. At vero Burmannus recte tuetur lectionem Codd. Mss. *in Nilo.* Etiam hoc loco prævaleat Mss. aucto-

NOTÆ

3 ***Canes currentes bibere in Nilo***] Sic Plin. lib. VIII. 'Certum est,' inquit, 'juxta Nilum amnem Canes currentes lambere, ne Crocodilorum aviditati occasionem præbeant.' Unde natum Proverb. 'Tanquam Canis e Nilo.'

Nilo] Nilus fluvius Africæ maximus et notissimus. Credidere antiqui Nilum fuisse unum e brachiis Gehonis, ut legere est apud varios auctores, præsertim apud Lucanum lib. decimo, in quo sacerdotes Ægyptii inducuntur idipsum referentes inter epulas, precibus ipsius Cæsaris. Verum hodie compertum est, ut pa-

Digitized by Google

A Corcodilis ne rapiantur, traditum est.
Igitur cum currens bibere cœpisset Canis,
Sic Corcodilus: Quam libet lambe otio,
Noli vereri. At ille: Facerem mehercule,

Cum ergo Canis quidam *cœpisset lambere currens, ita Crocodilus* ad eum: *Bibe quantumvis otiose, nihil time. At Canis: Facerem equidem, nisi nossem te esse avidum meæ carnis.*

ritas!—4 *Corcodilis.* In Ms. Pith. est *Corcodrillis* Brotierio, at *Corcodrillis* Neveleto testibus. In Ms. Rem. *Corcodillis;* at Gudius attestatur, in hoc legi *Corcodilis.* Multæ tamen editiones habent *crocodillis*, s. *Crocodilis.* Lectionem vero *Corcodilis* esse veram et rectam, erudite probat Gudius. Nam vulgatam *Crocodilis* versus ratio respuit, cum prima in *Crocodilus* natura sua brevis sit. Constanter enim Græci scribunt Κροκόδειλος, non Κρωκόδειλος et Κροκόδειλος promiscue, quod vult Faber, qui primam in *Crocodilus* producebat. 'Testari possum,' inquit Gudius, 'in optimis et septingentorum et amplius annorum membranis non tantum apud poëtas, iis in locis, ubi metri ratio id postulat, sed etiam in prosa apud oratores et philosophos reperiri *Corcodilus.* Neque his obstabit, quod belluæ istius Niliacæ nomen a Græcis Latini acceperint, qui Κροκόδειλος scripserint. Sic enim sæpe vocabula, quæ a Græcis habent Latini, immutarunt. Sic *tardus* a βραδὺς, &c. Eodem modo Κάρρεπος et Κράτερος. Non negandum vero est, poëtas, quoties prima foret corripienda, ad imitationem Græcorum scripsisse *Crocodilus.* Sic Hor. Epod. XII. 11. Postea unice tandem obtinuit, ut scriberetur *Crocodilus.*'—6. 7 In utroque Codice et Pith. et Rem. corrupte hæc ita leguntur, teste Desbillonio: *quamlibet lambe ocyus pota accede Noli timere sedulo ait at noli vereri inquit at ille facere mehercule.* Heinsius tamen docet, in Veteri Codice, i. e. Pith. inveniri pro *ocyus, otio;* cujus modi diversitatem scripturæ in eodem Codice supra aliquoties vidimus. Τὸ *otio* autem videtur esse a manu prima, *ocyus* a secunda. Phædrum hic esse interpolatum additionibus librariorum, qui explicatione *τοῦ lambe otio* sensui consulere vellent, vero est simillimum. Sic, teste Brotierio, lib. I. fab. 22. 7. post verba, 'et ipsos devores,' Ms. Pith. habet: 'Hic intellige soricem esse generis masculini.' Pithœus post vs. 6. unum versum addidit: *Accede, pota leniter, et noli dolos, Inquit, vereri. A. i. f.* m. qui deinde a multis, ut Nevelet. Rigalt. Ed. 2. Freinshem. Funccio, etiam Burmanno, receptus est. Sed non pauci sunt, qui versum: *Accede, pota leniter, et noli dolos,* penitus omittant; versu autem sq. pro *inquit* præferant *noli.* Sic Rigaltii Editio postrema, et Maittarii Danetique Editiones. Atque etiam

NOTÆ

tet ex historia Africæ de Marmol. et dissertatione Isaaci Vossii de Nili origine, hunc oriri ex duobus fontibus in Æthiopia superiori, et in regno Abassenorum, in terra Sachala, inter montes excelsos, qui siti sunt ultra Tropicum Cancri, duodecim circiter gradibus citra Æquatorem. Augetur vero Nilus solutis nivibus, et imbribus assiduis qui multi sunt in Æthiopia mense Maio: non exundat tamen nisi decimo quinto Junii, propter longum iter, quod excurrere debent illæ aquæ antequam ad Ægyptum usque perveniant, testimonio Abassenorum.

4 *Corcodilis*] Crocodilus Ægypti animal quadrupes. Nascitur ex ovo magnitudine ovi anserini. Cetera quæ de ipso narrantur, sunt passim obvia.

Digitized by Google

Nisi esse scirem carnis te cupidum meæ.

Bentleius h. v. uncis inclusit legens vs. 6. *qua lubet lambe otio*, i. e. ubicumque lubet. Bipontini vero cum Philippo, Lallemant. Schirach. V. D. Clav. P. 1. p. 258. Brotierio, penitus ejicinnt. Hisce ego obsecutus sum; etsi imprebet Gudius, nec desint, qui hunc versum, in libris scriptis parum expressum, ex ejus tamen vestigiis utcumque restitutum, retinere satius ducunt. In his Burmannus et Heusinger. Maxime moveor Anonymo Nilantii, qui h. l. sic expressit: *dixit ei Crocodillus: Quod libet labio tuo, noli vereri;* in quo loco τὸ *labio tuo* ex *lambe otio* natum esse, acutissimo Bentleio recte videtur. Vides igitur, apud Anonymum Nilantii hujus versus plane nullum extare vestigium. Quærit etiam Bentleius: quis ferre potest illud *inquit*, a capite sententiæ tam longe remotum? quod leve est. Sed majoris momenti est ratio adjecta, quod locutiones *lambe otio et pota, noli timere* et *noli vereri* parum differant. Vix igitur dubitari potest, locum additamentis librariorum esse corruptum. Contra si versus ejiciatur, meo quidem sensu, oratio redditur concinnior, et brevitati Phædri accommodatior. Gudius totum hunc locum, quem erudite, ut solet, illustrat, ita constituit: *Sic Corcodilus: quam libet lambe, otio* [i. e. sensim, leniter] *Pota, ac accede Nilo temere* [audacter, sine periculi metu] *de dolo Noli vereri.* Gudium sequuntur Gronov. et Hoogstratan. nisi quod hic lenius habeat, *atque accede.* Sed rejicit Burmannus hanc conjecturam, quia *accedo* cum dativo in ea significatione non satis Latinum sit; dicendum fuisse vel *ad Nilum*, vel *Nilum.* Quamvis enim exempla produci possent cum dativo, frequentius tamen tunc poni pro, addi, adjungi; sed pro, adire, aut prope venire, accusativum vel solum, vel cum præpositione amare, ut 'accedere ad lectum' l. III. fab. 10. 26. 'ad præsepe' l. II. fab. 8. 22. Si quid ego judico, emendatio Gudii dura, nec facile propter hiatus admittenda. Heumannus legit: *Sic Corcodilus: aquam bibere libet, o Canis, Accede, pota leniter, et noli dolos, Inquit, vereri.* Sed Richtero displicet illud *inquit*, postquam *sic* præcessit. Ipse vero legit: *Sic Corcodilus: quamlibet lambe et dolos Noli vereri*, ejecto versu; in editione sua tamen Burmannianam lectionem sequitur. Sed τὸ *inquit*, observante Burmanno, hic in fine poni, non magis nos ad emendandum deberet inducere, quam ubi in longiori periodo repetitur. Desbillonius h. l. ita emendat: *Sic Corcodilus: quam libet lambe: ocyus Potare noli: accede; quid times? dolos Noli vereri.* Ingeniose profecto! At vero offendit aures, fateor, verbum *noli*, bis in eadem sententia positum. Deinde languida oratio videri possit, *quid times?* et mox, *dolos noli vereri.* Notandum denique, in nonnullis Editionibus pro *otio* vs. 6. inveniri *ocyus*, quod alii, ut Schefferus, referunt ad *accede*, a quo commate divulsit Rittershusius; alii ad *lambe.* Praschius mallet, *otium est.* De hoc loco vexato v. Burmanni aliorumque Interpretum, etiam Freinshemii Notas. Bothius hunc locum ita constituit: *Sic Corcodilus: qua lubet, inquit, otio Accede, lambe, pota sedulo, ac dolum Noli vereri*, probantibus Censoribus doctis, in Leipz. A. L. Z. ann. 1803. Partic. 46. et in Hall. A. L. Z. ann. 1805. n. 258. p. 642. Quibus ut accedam, nondum ego possum induci. *potare sedulo* opponitur τῷ *lambere* in cursu, vel celeriter. *Both.* [Anton. legit: *Sic C.: qua libet, lambe otio, Potanque accede nobis temere, sed dolum Noli vereri.*]

Digitized by Google

FABULA XXVI.

VULPIS ET CICONIA.

NULLI nocendum; si quis vero læserit,
Mulctandum simili jure, fabella admonet.
Ad cœnam Vulpis dicitur Ciconiam
Prior invitasse, et illi in patena liquidam
Posuisse sorbitionem, quam nullo modo 5

Nemo lædendus: si quis vero nocuerit alicui, *fabula docet puniendum pari modo. Ferunt Vulpem prius vocasse Ciconiam ad prandium, et ipsi apposuisse sorbitiunculam fluidam in vase, quam Ciconia famelica nequiverit gustare ullatenus. Hæc*

2 *Multandum.* Heinsius legi jubet *Mulcandum.* Perperam; quia, observante Burmanno, pulsatio, ictus, et verbera hic longe absunt. Heinsio tamen obsequuntur Dispontin. Maittar. Hoogstratan. alii. Bentleius edidit, improbante tamen Hario, *Mactandum simili vice,* quod Latine dici vix potest. De utraque emendatione cf. Burm. *jure.* Cuninghamus: *more hæc fabella admonet.* [Mihi quidem totum promythium displicet, utpote superfluum. *Both.*] —3 *Ad cœnam Vulpis.* In Mss. Pith. et Rem. est, *Vulpis ad cœnam.* Ita vulgo legitur; sed cum Brotier. Bipontin. Desbillon. edidi, *Ad cœnam Vulpis,* metro postulante hunc verborum ordinem. Alii *Vulpes ad cœnam.* v. Brotier. —4 *Invitasse.* Nescio, cur hæc vox Burmanno suspecta videatur, qui mallet *vocasse,* propter *revocasse* vs. 7. At *invitavit* habent etiam Romulus et Anonymus Nil. et 'invitare ad cœnam' dixit Cic. ad Div. XII. 4. et de Off. III. 58. *et illi in patena liquidam.* Hæc est lectio Heinsii et Burmanni. Mss. Pith. et Rem. habent, *et ei liquidam in patena,* teste Desbillonio. Sed Brotier. et Bentlei. in utroque Codice inveniri scribunt, *et illi liquidam in patena;* pro quo male Pithœus emendaverit, *et ei.* Etiam Romulus, *et posuit* illi *in cutino sorbitionem liquidam;* Anonymus Nil. *et posuit* illi *in scutella.* Qui ediderunt, *et ei liquidam in patena,* ut Nevel. Rittersh. Ursin. vim fecerunt versui, quam remoturus Jac. Gronovius legit: *et ei in patena liquidam;* sed v. Burm. Desbillon. *et ei in patella liquidam;* quia *patella* poëtis longe usitatior fuerit, quam *patena,* aut *patina.* Lallemant. Funcc. Brot. ediderunt: *et illi in patina liquidam;* Bipontini: *et illi liquidam in patena. liquidam.* Bentl. conjicit parum probabili conjectura, *fictili,* quia *liquidam* produci non posse putabat. *patinam fictilem* habet ter quaterque Plinius, notante Bentleio. [Anton. legit *et liq.*

NOTÆ

2 *Mulctandum simili jure*] Id est, pœna talionis. Unde Cic. 'Quis aspernabitur idem jus dici sibi, quod ipse aliis dixit, vel dici effecit?'

Digitized by Google

Gustare esuriens potuerit Ciconia.
Quæ Vulpem cum revocasset, intrito cibo
Plenam lagonam posuit: huic rostrum inserens
Satiatur ipsa, et torquet convivam fame.
Quæ cum lagonæ collum frustra lamberet,
Peregrinam sic locutam volucrem accepimus:
Sua quisque exempla debet æquo animo pati.

cum invitasset vicissim Vulpem ad cœnam, *ipsi anteposuit lagenam refertam cibo comminuto, in quam immittens collum, repletur ipsa, et cruciat convivam fame. Quæ cum lingeret incassum oras amphoræ, cognovimus advenam avem sic locutam: Quilibet debet repræsentare libenter in se exemplum quod dedit.*

in patina fictili.]—8 *Lagonam.* Sic libri scripti et Edit. Vet. ita legitur et in aliis vetustis Codd. v. Gud. et Brotier. Al. *lagenam*, ut Romulus et Anonymus Nilantii.—9 *Satiatur ipsa et torquet.* Sic vulgo legitur. Cuninghamus, *Se satiat.* Scioppius, *at torquet*, quod recepit Funccius. Heinsius τὸ *et* jubet omitti, cui obsecutus est Burmann. qui de particula *sed* eleganter omissa agit ad Quintil. Declam. XIV. 6. Equidem cum Ursin. Brot. Bipont. Desbillon. reposui vulgatum.—10 *Collum frustra lamberet.* Retinui lectionem librorum scriptorum. Sic ediderunt quoque Ursin. Brotier. et Bipontini. Sed Nevelet. Burmann. Desbillonius, *frustra collum lamberet.*

NOTÆ

8 *Plenam lagonam posuit*] Lagena usitate dicitur. Tamen in veteri marmore legitur Laguna: 'M. Ulpio Aug. lib. Phædimo. Divi Trajani Aug. a potione et laguna.' Rigaltius vult legi in veteribus libris, *Lagona.* Sed id factum est, ut in aliis nominibus Græcis, in quibus υ vertitur in ο. Ita ex νὺξ, *nox.*

11 *Peregrinam volucrem*] Sic vocat Ciconiam, quæ, teste Petronio, est hospita avis, exul hyemis, titulus tepidi temporis.

Digitized by Google

FABULA XXVII.

CANIS, ET THESAURUS, ET VULTURIUS.

Hæc res avaris esse conveniens potest,
Et qui humiles nati, dici locupletes student.
Humana effodiens ossa, thesaurum Canis
Invenit, et violarat quia Manes Deos,
Injecta est illi divitiarum cupiditas,
Pœnas ut sanctæ religioni penderet.

Hoc argumentum potest esse congruens avaris, et illis *qui, editi* licet *humili fortuna, ambiunt* tamen *nominari divites. Canis, effodiendo cadaver humanum, reperit thesaurum. Et quia offendit Deos Manes, immissa est ipsi fames auri, ut*

1. 2 Duos hos priores versus ineptos et spurios judicat Bentleius. Namque inficete dici putat *hæc res*, pro, hæc fabula; eundem his versibus patrem esse, qui et illis lib. I. fab. 13. 13. Epimythii locum supplere Vulturii verba vs. 9-11. 'o Canis, merito jaces,' &c. Etiam Bipontini, dura certe sententia, uncis incluserunt hoc promythium, quod erudite tuetur Burmannus. Inter alia quærit, cur non potius promythium præcedentis fabulæ ejectum fuerit a Bentleio, quam illud 'mactandum simili vice' obtrusum, cum Ciconiæ vox, 'Sua quisque exempla debet æquo animo pati,' egregie ejus vices implere possit. *conveniens.* Gebhard. Crepund. III. 10. obtrudit *continens*, sine ullo exemplo. Vid. Burm.—3 *Thesaurum.* Cod. Pith. *thensaurum*, de qua lectione v. Gud.—4 *Violarat.* Ita Ms. Rem. Sic quoque antiquitus habuit Ms. Pith. Sed recentiore manu emendatum est *violat*, quod Burmannus conjicit scriptum fuisse, pro *violarat.* Pithœus edidit *violavit*, quod habent multæ Editiones. cf. Brotier. Schefferus conjicit, *at violavit;* Bipontini et

NOTÆ

4 *Violarat quia Manes Deos*] Dii Manes erant Dii inferorum, (ut quidam existimant,) quibus fiebant sacra ne nocerent. Alii putant hoc nomine appellatas fuisse animas separatas a corpore. Unde videmus vetusta sepulcrorum monumenta Diis Manibus esse inscripta. Sunt etiam qui dicant eosdem esse quos Vetustas genios appellavit, qui ne ipsa quidem mortua corpora deserant, sepulcrisque inhabitent. Piaculum erat antiquitus vim inferre Manibus mortuorum.

6 *Pœnas ut sanctæ religioni penderet*] Id est, violatæ religioni sepulcrorum. Antiquitus enim grande erat piaculum violare religionem sepulcrorum, et sævire in mortuos. Ita

Digitized by Google

Itaque aurum dum custodit, oblitus cibi,
Fame est consumtus; quem stans Vulturius super
Fertur locutus: O Canis, merito jaces,
Qui concupisti subito regales opes,
Trivio conceptus, et educatus stercore.

lucret parnas sanctæ religioni violatæ. *Dum ergo incubat auro, immemor ciborum, enectus est fame. Super quem Vultur sedens dicitur protulisse* hæc verba: *Juste perlisti, o Canis, qui natus* in *compitis, et nutritus sordibus, appetivisti derepente divitias regum.*

Jördens. ediderunt, *at violarat.*—9 *Locutus.* Heins. *jocatus.* Vid. lib. II. fab. 5. 22. lib. III. fab. 20. 9.—11 *Et educatus.* Bentlei. quem sequitur Cuninghamus, rejicit τὸ *et*, quod habent libri scripti et editi. Etiam Anonymus Nil. *et in stercoribus educatus*, ut apud Val. Max. IV. 4. 1. 'in hac pecunia nutritus.' v. Burm.

NOTÆ

Cic. de legibus, 'Deorum Manium jura sancta sunto.' Et Virgil. Æn. III. 'Quid miserum, Ænea, laceras? jam parce sepulto; Paree pias scelerare manus.'

FABULA XXVIII.

VULPIS ET AQUILA.

Quamvis sublimes debent humiles metuere,
Vindicta docili quia patet solertiæ.
Vulpinos catulos Aquila quondam sustulit,
Nidoque posuit pullis, escam ut carperent.

Quantumvis potentes debent extimescere abjectos, quia ultionis sit copia quibus est solertia docilis. Aquila rapuit quondam natos Vulpis, et abscondit cubili in

2 *Solertiæ.* Mss. Pith. et Rem. *solertia.* Sic Nevel. Ursin. Sed jam olim Prasch. conjecit, *solertiæ.*—4 In Editt. Philipp. Lallem. Brotier. Bipont. Müchler. hic versus ita exhibetur: *Nidoque imposuit, pulli escam ut carperent*, invitis libris scriptis. Quare cum Desbillonio vulgatum retineo. Bentlei.

Digitized by Google

Hanc persecuta mater orare incipit,
Ne tantum miseræ luctum importaret sibi.
Contemsit illa, tuta quippe ipso loco.
Ab ara Vulpis rapuit ardentem facem,
Totamque flammis arborem circumdedit,
Hosti dolorem damno miscens sanguinis.

escam suorum *catulorum.* Vulpes *genitrix hanc insecuta cæpit precari ne inferret sibi infelici tantum dolorem. Aquila sprevit, secura quippe* situ *loci. Vulpes abstulit ab altari torrem accensum, et circumcinxit totam arborem ignibus, addens*

Nidoque posuit, pullis escam ut conderet; sed v. Burm. Cuninghamus legi jubet: *Nidoque posuit escam, ut pulli carperent. posuit.* Heinsius malebat *apposuit,* et *in nidum apposuit* habet Anon. Nil. sed nil mutandum, judicante Burmanno. Nam dapes æque bene *positæ* et *appositæ* dicuntur. 'Displicet Bentlelii conjectura, propter ταυτολογίαν, quam infert sententiæ. Quid enim est *condere,* nisi *reponere?* Vid. Burmanni (Harii) Epist. crit. de his Bentleii annotationibus (p. 27.)' *Both.*—5 *Persecuta.* Romulus Divion. *prosecuta.*—6 Ita hic versus legitur in Mss. Pith. et Rem. et Ed. Vet. Philippus, quem sequitur Lallemant. frustra emendavit, *tantum miseræ luctuum importet s.* v. Brot. Cuninghamus, *Ne tantum luctus importet. s.*—8 *Ab ara Vulpis.* Sic edidi cum recentioribus Brotier. Bipont. Desbillon. Vulgo legitur, *Vulpes ab ara—ardentem.* Heinsius *ardenti;* sed *ardentem* probum. Etiam Rom. Div. habet, *faculam ardentem;* et Virg. Æn. v. 637. 'Ardentes dare visa faces.'—10 Bentleius legit: *Proprii dolorem damno ulciscens sanguinis,* laudans Ovid. Rem. 60. in quo loco tamen legitur *socii,* non *proprii.* Deinde τὸ *miscens,* quod est in libris scriptis et editis, loco suo vix movendum est; cum etiam apud Anonymum Nil. legatur, *damnis miscens sanguinem.* Heinsius conjicit: *Hosti dolore damnum sanguinis ciens;* vel, *Hosti dolorem damno ulciscens sanguinis,* ascripto loco Ovidii paulo ante citato, nisi quod vitio memoriæ ascripserat Codici *proprii,* pro *socii.* Posteriorem Heinsii conjecturam non temerariam judicat Burmannus, cum 'dolorem vindicare' dixerit Phædrus lib. III. fab. 10. et 'dolorem ulcisci' Val. Max. lib. II. c. 10. 2. et Ovid. Amor. II. 14. 32. Ipse vero Burmannus mallet transpositis vocibus legere, *Dolorem hostilis damno ulciscens sanguinis,* vel *Hostis* (i. e. hostilis) *dolorem d. u. s.* quam lectionem certe præferendam esse contendit lectioni Gronovii, *Dolorem damno injiciens sanguinis,* quæ longius accedit a scriptis et editis, propagata ex Heinsii *ciens.* Nec felicior eidem videtur conjectura *immittens.* Heusingero, cui erat persuasum, locum esse corruptum, placet: *Hostis dolore damnum ulciscens sanguinis,* ut *ulciscens* ponatur pro ultura; sed Cuninghamus, *Dolorem et proprii damno ulciscens sanguinis.* Praschius rescripsit *Hostis,* ut sit, miscens dolorem hostis damno sanguinis sui, probantibus Guyeto, Burmanno, Brotierio; cl. Tzschuck. *mittens,* pro *miscens,* etsi ei non penitus placeat; ut omittam conjecturam Gruneri l. c. p. 126. Sed præstat, lectionem vulgatam, etsi

NOTÆ

8 *Ardentem facem*] Non est otiosum epithetum. Fax enim nihil aliud est quam fustis incisus, et ita comparatus ut flammam, si ita usus postulet, concipere possit. Sic Virgil. 'Ferroque faces inspicat acuto.'

10 *Damno sanguinis*] Id est, natorum periculo. Ita Venus apud Virgil. vocat Æneam, 'Sanguis meus.'

Digitized by Google

Aquila ut periclo mortis eriperet suos,
Incolumes natos supplex Vulpi tradidit.

doleri inimicæ periculum prolis amittendæ. Aquila supplex reddidit Vulpi natos salvos, ut liberaret suos catulos a periculo mortis.

non careat difficultate, retinere, quam dubias istas atque incertas conjecturas admittere. Eandem præter Fabrum, Ursinum, alios, receperunt Bipontini. Si quid vero mutandum est, emendationem Praschii præferendam arbitror esse reliquis. Etiam Schirachius, V. D. nihil mutandum in veteri lectione censet, Clav. P. I. p. 226.—12 *Incolumes.* Cod. Pith. et Anon. Nil. *Incolomes.* Gudius conjicit *Involucres*, quia in Æsopi fabula ἀπτῆνες; sed ibi sermo est de pullis aquilæ, non vulpis. *Tradidit.* Hæc est lectio Mss. et Editt. fere omnium. Sed *reddidit* habent Anonymus Nil. qui vs. 11. et 12. fere expressit integros, et Romulus Divion. Hinc Philipp. Lallem. et Brot. dederunt *reddidit*, quibus obsecuti sunt Bipontini; præferre etiam videtur Tzschuck. At Desbillonius vulgatum retinet et laudat. Hi duo versus Censori erudito in All. Lit. Zeit. additamentum monachi cujusdam esse videntur.

FABULA XXIX.

ASINUS IRRIDENS APRUM.

PLERUMQUE stulti risum dum captant levem,
Gravi destringunt alios contumelia,
Et sibi nocivum concitant periculum.

Dum stolidi quærunt risum inanem, lædunt persæpe alios summa injuria, sibique

2 *Destringunt.* Guyet. Funcc. Cl. Tzschuckius mallent *distringunt.* Vid. ad lib. IV. fab. 7. 1.—3 *Nocivum.* Cuninghamus satis ingeniose: *Et s. inopinum c. p.* Burmannus conjicit *nociturum;* Bentleius *vicissim.* Putabat enim, *nocivum* esse Epitheton ineris et ineptum. Sed Phædrus more veterum passim adhibet Epitheta, quæ superflua videri possint. Ita lib. II. fab. 4. 'scelesta malitia' lib. I. fab. 30. 9. 'secreta latibula.' Cf. Jortini 'Tracts Philological,' &c. vol. II. p. 297. Deinde *vicissim* Burmanno otiosum videtur,

Digitized by Google

Asellus Apro cum fuisset obvius,
Salve, inquit, Frater. Ille indignans repudiat
Officium, et quærit, cur sic mentiri velit.
Asinus demisso pene: Similem si negas
Tibi me esse, certe simile est hoc rostro tuo.
Aper cum vellet facere generosum impetum,
Repressit iram; et: Facilis vindicta est mihi;
Sed inquinari nolo ignavo sanguine.

parant exitium nocivum. Cum Asellus occurrisset Apro, dixit: Ave, Frater. Hic succensens rejicit officium, petitque quare velit mentiri ita. * * *Cum Sus* memoria cultor *pararet* illum *afficere horrendo impetu, cohibuit iram, et* dixit: *Mihi facile est ulcisci, verum nolo contaminari sanguine vili* et abjecto.

cum *alios* et *sibi* id satis indicent.—4 Hunc versum integrum retinuit Anonymus Nilantii.—7. 8 *Demisso pene.* In Mss. Pith. et Rem. *dimisso pene.* Sic Rigalt. in Edit. 1. Nevel. Sed in Cod. Pith. recenti manu male emendatum erat *pede.* Hinc Pithœus emendavit *dimissis pedibus.* v. Brot. Anon. Nil. *extenso* pede *ostendit ungulam,* et mox, *hic rostro tuo similis.* Nonnullæ editiones habent *demissis pedibus,* ut Rittersh. Ursin. *similem si.* Ita Mss. Pith. et Rem. sed Pithœus edidit *si similem,* quod defendit Burmann. At recte retinetur lectio Codd. quam probat Gud. et quam sequuntur Nevel. Bentlei. Cuningham. Brot. Bipont. In locum vs. 7. et 8. Desbillonius substituit hos: *Garrire Asellus institit nihilominus, Rostrumque aprugnum derisit procaciter.* Omisit etiam istos versus pudentior Anonymus Nevel. v. fab. 11. [Bothius *emisso.*]—9 Anon. Nil. *aper cum vellet se facere generosum impetu.*—10 *Et Facilis.* Cuperus lib. II. Obs. c. 20. scribendum putat, *en facilis.* Etiam Heinsius libro suo ascripsit *en;* improbantibus Scheffero et Perizonio ad Sanctii Minerv. lib. IV. c. 5. p. m. 752. de Ellips. quos vide; coll. Burm. [*Et* delendum erat: quanquam *inquit* post *et* poterat omitti, ista ellipsis tamen est dura; minus dura, si *et* omittitur. *Anon.*]

Digitized by Google

FABULA XXX.

RANÆ METUENTES TAURORUM PRÆLIA.

HUMILES laborant, ubi potentes dissident.
Rana, in palude pugnam Taurorum intuens,
Heu, quanta nobis instat pernicies! ait.
Interrogata ab alia, cur hoc diceret,
De principatu cum decertarent gregis,
Longeque ab illis degerent vitam boves:
Est statio separata, ac diversum genus;

Parvi sunt in periculo ubi Magnates decertant. Rana videns e palude certamen Taurorum, Heu, inquit, quanta nobis ruina paratur! Altera percontante quare loqueretur illud, cum illi contenderent inter se *uter pecori imperaret, et boves viverent vitam longe* aliam *ab ipsis: Gens* est, *inquit, sejuncta* a nobis, *et genus sepa-*

2 *In palude.* Bentlei. cui obsequitur Cuninghamus, *e palude;* qua emendatione non erat opus. Nam si legatur *in palude,* inde non potest colligi, quod metuit Bentleius, ne quisquam suspicetur, pugnam taurorum *in palude* fuisse. Immo vero rana intueri poterat *in palude* pugnam, quæ pugnabatur in terra, haud procul a stagno, in quo erat rana. Neque tamen lectionem *e palude* puto esse ineptam. Nam *ex,* pro in, tunc inprimis poni solet, si in loco aliquo ita fiat aliquid, ut simul alius locus respiciatur. Nep. Paus. 4. 'locum fecerunt sub terra, ex quo posset audiri, si quis loqueretur cum Argilio.' —5. 6 In Mss. legitur: *De principatu cum illi certarent gregis, Longeque ab illis degerent vitam boves.* (Sic ediderunt Nevel. Scheff. Ursin.) Nicol. Heinsius removet a primo versu *illi,* et legi vult *decertarent.* Quam quidem emendationem omnes prope Editiones nunc exhibent. Sed per vocem *boves,* quæ subsequitur, cum vaccæ debeant intelligi; et vox *illi* tauros significet, qui de earum grege gubernando certabant, nihil in primo versu, ubi vox *illi* necessaria esse videtur, mutari debuit. At neque vox *illis* subsistere in altero versu potest, quia orationem prorsus invenustam efficiat, et sensum etiam perturbet. *ulvis* ergo reposuimus; quam vocem cum librarius parum intelligeret, mutare in *illis* facile potuerit. Ulvæ autem, quæ sunt herbæ palustres, ranarum stationem optime designant. *Desbillonius.* Hæc conjectura Censori erudito in A. L. Z. ann. 1786. v. 476. facilis videtur et apta, etsi contendat, per *boves* non vaccas, sed omnino armenta (*Rinder*) esse intelligendas. Equidem acquiesco in vulgato.—7 *Statio separata.* In Mss. Pith.

NOTÆ

1 *Humiles laborant ubi potentes dissident*] Ad id Horat. apposite: 'Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi.'

Digitized by Google

Sed pulsus regno nemoris qui profugerit,
Paludis in secreta veniet latibula,
Et proculcatas obteret duro pede:
Caput ita ad nostrum furor illorum pertinet.

ratum: sed qui aufugerit ejectus imperio sylvarum, in latebras properabit paludis, et proterens nos opprimet pedibus duris. Sic eorum rabies spectat ad nostram salutem.

et Rem. scriptum est: *Est ratio separata, inquit, ac diversum genus.* Itaque mirum videri potest nemini, istum quoque locum varie esse solicitatum. Gronovius tuetur lectionem Codicum, ut *ratio* sit, ratio vivendi; quod ab hoc loco est alienum. Sic ediderunt, præter Rittershusium, Nevelet. Ursin. Prasch. ita tamen, ut in Edit. Rittershusii sit: *Ratio est separata, ait, a. d. g.* Probat Rittershus. lectionem Cod. Pith. *Est ratio separata;* sed cum vel sic claudicet versus, *τὸ ait* removeri vult, ut ex glossa interpositum. Contra in Editione Neveleti legitur: *Est ratio separata, ait, a. d. g.*: Ursinus, *Est separata ratio a. d. g.* Alii legunt: *Natio, ait, separata ac diversum est genus.* Ita Rigalt. in Edit. 2. Scheff. Danet. Maittar. Walch. *Nationem* de animalibus dici, probant Scheff. Rigalt. Gud. quibus adde Gesner. in Thes. L. L. Festus: 'In pecoribus bonus proventus fœturæ bona natio dicitur. Virg. Æn. VII. 282. 'Illorum de gente,' de equis. Sic Græci; *μελισσῶν, μυῶν ἔθνεα* apud Homerum. Salmasius in ora libri: *Est natio separ, ait, a. d. g.* *Τὸ separ* excogitaverat Scioppius, legens: *Est ratio separ, ait a. d. g.* Sed recte viris doctis, Hoogstratano, Burmanno, multisque aliis, placuit emendatio Gudii: *Est statio separata.* Unicuique enim animalium speciei sedes est et statio. Sicque optime respondet versus 7. duplici objectioni, vs. 5. et 6. factæ. Bipontini, Scioppii et Salmasii prementes vestigia, ediderunt: *Est statio separ, ait, a. d. g.* Hisce obsequitur cl. Müchlerus. Lallemant. Desbillon. cum Brotierio; *Statio, ait, separata, ac diversum est genus.* Longius abit Bentlei. quem sequitur Cuninghamus: *Esto, inquit, dispar vita ac d. g.* cujus emendationis Burmannus ne meminit quidem. [Anton. legit, *Est separata statio.*]—11 Bentlei. et Harius legunt: *Ita caput ad nostrum furor illorum pertinet,* numeris melioribus, ut putant; sed v. Burm.

NOTÆ

11 *Ita*] Hoc modo, hac ratione.

Digitized by Google

FABULA XXXI.

MILVUS ET COLUMBA.

Qui se committit homini tutandum improbo,
Auxilia dum requirit, exitium invenit.
Columbæ sæpe cum fugissent Milüum,
Et celeritate pennæ vitassent necem,
Consilium raptor vertit ad fallaciam,
Et genus inerme tali decepit dolo:
Quare solicitum potius ævum ducitis,
Quam regem me creatis icto fœdere,

Qui se credit defendendum malo homini, dum inclamat opem, reperit perniciem. Cum Columbæ sæpe vitassent Milvium, et se eripuissent a morte pernicitate alarum, rapax ille *recurrit ad dolum, et circumvenit tali fallacia genus imbelle: Cur trahitis potius vitam anxiam, quam eligatis me in regem inito fœdere, ut vos reddam securas*

2 *Auxilia.* Ita vulgo legitur. Bentlei. *Auxilium*, fultus auctoritate Anonymi Nilantii, qui habet: *Auxilium cum quærit, exitium invenit*, ut respondeat τῷ *exitium*. Quam lectionem confirmat Romulus cum Divion. tum Ulmens. ubi hæc: *qui se tutandum dederit homini improbo, perdit male auxilium, dum quærit.* Neque etiam movet me Burmannus, statuens, *Auxilia* præstare, quia non ad unum milvum, sed ad omnes improbos referendum sit. Puto enim, æque bene dici posse *auxilium*, etiamsi ad omnes improbos, non ad unum, referatur. Sic Cic. pro Rabir. cap. 2. ' Ab Jove O. M. ceterisque Diis Deabusque immortalibus, quorum ope et auxilio multo magis hæc respublica, quam ratione nominum et consilio gubernatur, pacem ac veniam peto.' Ex quo loco luculenter apparet, *Auxilia* hic ad multos, non ad unum, referri; neque tamen Cicero dicit, quorum *auxiliis:* ut omittam alia. Itaque *auxilium* recte placere potest, quod præter Bentleium dederunt Cuninghamus et Brotier. Nihilo vero secius retineo vulgatum.—3. 4 *Fugissent....vitassent.* Bentlei. edidit, *effugissent....evitassent.* Dicit enim: ' non omnes qui fugiunt, etiam effugiunt:' et mox, ' sæpe vitat, qui evitare non potest.' Sed quæ columbæ vs. 3. milvum fugisse dicuntur, eædem vitabant, i. e. evitabant necem vs. 4. *vitare* etiam significat *evitare.* Compara longam Burmanni ad h. l. disputationem, qui fuse tuetur suam hujus loci interpretationem, et de usu verborum *fugere, effugere, vitare*, multis disputat. *evitassent* conjiciunt quoque Heinsius, Tollius, Cuninghamus, alii. Anonymus Nilantii hæc ita expressit: *cum semper fugerent et celeritate pennarum mutassent necem*, e permutatione verborum *vitare* et *mutare* solenni.—6 *Genus inerme.* Apud Anonymum Nil. legitur, *genus incertum*, unde nonnulli fecerunt *inermum.* Sed v. Burman. τὸ *incertum*, judicante eodem viro docto, posset explicari, *incertum salutis*, et quid ageret dubium, ut deinde tutum et securum, non solicitum ævum ducerent. Ovid. Tr. III. 3. 4. ' Incertusque meæ pæne salutis eram.' Nil tamen mutandum censet.—8 Sic edidi e Mss. Pith. Rem. et Edit. Vet.

Digitized by Google

Qui vos ab omni tutas præstem injuria?
Illæ credentes, tradunt sese Miluo:
Qui, regnum adeptus, cœpit vesci singulas,
Et exercere imperium sævis unguibus.
Tunc de reliquïs una: Merito plectimur.

ab omni contumelia? Hæ nimium *credulæ sese dedunt Milvio, qui potitus regno cœpit pasci singulis, et exercere principatum diris unguibus. Tunc una superstes* ait: *Punimur juste.*

quam lectionem, quæ sana est, plurimi recte secuti sunt. Ita Nevel. Ursin. Scheff. Funcc. e recentioribus Lallem. Brot. Bip. Desbillon. Didot. Burmannus, cui, ne litera *m* concurreret, transpositione opus esse videbatur, dedit: *Quam me creatis icto regem fædere.* Sed et sic litera *m* concurrit. Præterea criticorum est, emendare textum, non auctorem. In Cod. Pithœi recentiore manu frustra emendatum erat, *juncto fœdere.* v. Brot.—13 *Tunc de reliquïis una.* Sic Mss. Pith. et Rem. neque aliter Pith. Rittershus. Nevelet. alii tum temporis edidere, quibus et ego libenter obsecutus sum. Sed Rigaltius, falso putans vitium inesse metro, contra fidem Codd. Mss. primus transposuit, *De reliquis tunc una,* ut *reliquis* esset trisyllabon, prima syllaba producta. Perperam. Non enim videbat, *reliqüis* quatuor esse syllabarum. Sic enim apud veteres semper efferebatur hæc vox: id quod adeo observatum veteribus poëtis ut, observante Bentleio, aurea ætate nemo trisyllabo eo usus fuerit. Quam enim vocem si Heroicum aut Elegiacum carmen admisisset, aurei ævi poëtæ sine dubio ab obvia voce non abstinuissent. Postea τροσύλλαβον factum facile admittebatur. Vid. Martial. IV. 42. Juvenal. v. 153. quæ loca Bentleius memorat. Deinde Phædrus in aliis locis quadrisyllabum semper facit. Sic lib. III. fab. 4. 2. 'inter reliqüas merces.' Lib. IV. fab. 24. 12. 'cum reliqüum posceret.' Inspice quoque loca, quæ Bentlei. et Desbillon. producunt e Lucretio, Terentio, et Plauto. Quæ docent omnia, nil esse mutandum, et infeliciter Neveletum atque etiam Heinsium ad lib. III. fab. 4. 2. conjecisse, *de relictis,* improbantibus Gudio et Burmanno. Merito autem mirum videri possit, plurimos Criticos Rigaltium esse secutos, inter quos Desbillonius; etsi hic dicat in Addend. ad Not. p. XLVII. 'Rigaltium forte non satis prudenter cum aliis fere omnibus Criticis secuti sumus.' Præter jam nominatos, *Tunc de reliqüis* ediderunt Ursinus, Bentlei. Cuninghamus, Wasius in Senar. p. 136. Salmasius, qui scribi vult, *Tunc de relicuis,* Didot. Etiam Burmannus favet huic lectioni, etsi ediderit, *De reliquis tunc,* quod etiam Bipontini retinent. De hoc loco conf. Not. Gudii, Bentleii et Burmanni.

NOTÆ

11 *Vesci singulas*] Pro *singulis.* Ita Virgil. 'Quid puer Ascanius? Superatne et vescitur auras?' Saltem ut in antiquissimis libris legitur, *singulas,* non omnes collective vox illa significat, sed quod Gallice dicimus, *les unes après les autres.* Id est, Liviano more, 'alias post alias.'

EXPLICIT LIBER PRIMUS.

Solebant veteres in fine librorum scribere, 'explicit,' ut significarent librum absolutum. Unde Hieron. ad Marcell. 'Solemus completis opusculis, ad distinctionem rei alterius sequentis, medium interponere, 'explicit,' aut, 'feliciter explicit.''

Digitized by Google

PHÆDRI

AUGUSTI LIBERTI

FABULARUM ÆSOPIARUM

LIBER II.†

AUCTOR.‡

EXEMPLIS continetur Æsopi genus,
Nec aliud quicquam per fabellas quæritur,

Ratio scribendi *Æsopi constat exemplis, neque intenditur aliud quicquam per*

† Cod. Pithœi hæc ita expressit: *Phædri Augusti Lib. secundus incipit.* v. Gud.—‡ *Auctor.* Sic Mss. Pith. Rem. et Edit. vet. Nonnulli omittunt *Auctor.*—1 *Æsopi genus* habent Mss. Pith. Rem. et Edit. Vet. Male quidam, ut Lallemant. ediderunt, *Æsopi stylus.* Burmannus, ut suam hujus loci tueatur interpretationem, legendum proponit, *Æsopi hoc genus;* [quod probat Anton.] Heinsius vero Ep. 19. ad Scheff. *Æsopi id genus,* sc. fabularum;

NOTÆ

1 *Æsopi genus*] Perperam quidam intelligunt prosapiam Æsopi. Nihil enim aliud intelligit hoc loco Phædrus, nisi eam scribendi rationem qua usus est Æsopus in scribendis fabulis. Ita in Prologo lib. IV. Et etiam alio loco: 'Usus vetusto genere, sed rebus novis, Nunc fabularum cur sit inventum genus.' Quemadmodum apud Terent. 'Olim isti fuit generi quondam quæstus apud sæclum prius.' Ceterum istud *continetur* nihil aliud est quam constat. Cic. 'Dii non venis, et nervis, et ossibus continentur,' id est, constant.

Digitized by Google

Quam corrigatur error ut mortalium,
Acuatque sese diligens industria.
Quicumque fuerit ergo narrantis jocus,
Dum capiat aurem, et servet propositum suum,
Re commendatur, non auctoris nomine.
Equidem omni cura morem servabo senis,
Sed si libuerit aliquid interponere,
Dictorum sensus ut delectet varietas,
Bonas in partes, Lector, accipias velim,

fabulas, nisi ut vitia hominum emendentur, et ut *accurata diligentia excitetur. Quæcumque igitur occurrerit occasio narrandi, dum teneat aures, et sequatur suum consilium, æstimatur rebus ipsis, non nomine auctoris. Certe sequar omni industria consuetudinem senis* Æsopi: *verum si* mihi *videbitur inserere aliquid jocorum, ut diversitas sensus* magis *placeat, velim, lector, æqui bonique consulas. Sic brevitas*

Tollius *hoc scripti genus* conjicit. Bentleius, gladio Gordium nodum resecans, ut Burmanni verbis utar, ejicit *Æsopi*, et supponit, *Exemplis continetur humanum genus.* Sed ostendit Harius, hic non universim de exemplis, sed de solis Æsopi fabulis agi; nec ipse tamen se expedit, nisi totum infarciendo versum, quæ ratio auctores tractandi periculosa et temeraria recte videtur Burmanno. Meursius totum prologum censet mutilum varieque trajectum, quem restituere conatur. Frustra; nam omnia bene cohærent.—5 *Narrantis jocus.* Mss. Pith. Rem. et Ed. Vet. *narrandi locus.* Sic Nevelet. Rigalt. Ed. 2. Meurs. Ursin. e recentioribus vero Maittar. Brotier. Bipont. Desbillon. Sed *narrandi locus* est ansa, occasio (*Veranlassung*) narrandi, quod dicitur, ut 'locus gaudendi,' 'locus resecandæ libidinis' apud Ciceronem, non ipsum narrationis argumentum, *le sujet de la fable*, quemadmodum interpretatur Brotier. Si probari posset, vocem *locus* hoc significare posse, libentissime lectionem Codicum sequerer, quam viri docti rejiciunt, quia sequitur *capiat aurem*, quod de *joco* recte, de loco perperam dicitur. Vid. Burm. et Tzschuck. Itaque jam olim Rittershusius conjiciebat *jocus.* Cum Æsopi logorum a Platone fiat mentio, Guyeto legendum videtur, *narrandus logus.* Alii, ut Tollius, *narranti locus;* Sanadon, Philipp. Lallemant. *Quodcumque fuerit ergo narrandi genus;* Bentleius, cui paret Cuninghamus, *narrandus jocus.* Optime illi, qui vel legunt, *quicumque fuerit narrantis jocus*, ut Græv. quem vid. ad Cic. ad Div. XVI. 21. coll. Burm. Syllog. Epp. tom. IV. p. 585. 42. 195. Heinsius; v. Syll. Epp. tom. IV. p. 44. Hoogstratan. Funcc. Walchius; vel *narrantis jocus*, ut Burmann. Sic jam olim conjecerat Gudius. In Cod. Rem. enim, in eadem voce, *i* sæpe mutatur in *l*. Ita lib. I. fab. 21. 'ignavis etiam locus est,' ubi aperte scribendum *jocus.*—7 Heinsius et Bentleius rescribi jubent *commendetur*, quod præfert etiam Græv. Vid. Burm. Syllog. Epp. tom. IV. p. 585. Hanc emendationem amplectuntur Philipp. Lallemant. Brotier. sine ulla necessitate, observante Burmanno; est enim oratio confidentis et affirmantis. Refragantur etiam libri scripti et editi.—9. 11 Commodum et egregium hujus loci sensum esse, unusquisque videt: nihilo vero secius varie viri docti vexarunt. Rittershus. Nevelet. Rigalt. Edit. 2. Ursin. Faber, Desbillon. Heinsius vs. 9. mallet legere, *Sed ubi libuerit*, i. e. quotiescumque, quod nihil fere addit aut aufert sensui, notante Burmanno. Quia per compendium in Cod. Rem. et Pith. erat *siluerit*, inde Gronovius conjicit, *Sed si fuerit aliquid interponere*, quia *est* cum infinitivo aliquando pro, licet, occurrit. Sed ita hic etiam loqui cogetur Phædrus durissime et præter morem suum. In qua

Digitized by Google

Ita, si rependet illam brevitas gratiam:
Cujus verbosa ne sit commendatio,

compensabit hanc gratiam, cujus ne sit laus verbosior, vide cur debeas denegare

correctione Gronovius quoque cogitur in *aliquid* secundam productam pronuntiare, sine ullo exemplo, aut ratione. Vid. Burmanni et Hoogstratani Notas. Bentleius reponit: *Sed si liburit aliquid interponere Diversum, sensus ut delectet varietas.* Sed *τοῦ diversum* nulla vestigia in editis et scriptis. Cum etiam *aliquid* non semper requirat adjunctum sibi adjectivum, hac emendatione non erat opus. Burmannus jubet legi; *Sed si l. a. i. Factorum* vel *Actorum sensus, ut, &c.* nec sine ratione, quod fuse monstrat vir doctus. Facta enim opponuntur fabulis a Petron. cap. 76. Ovid. Fast. VI. 3. Cic. Off. III. 9. et 26. *dictorum* autem et *factorum* a librariis facile poterant confundi: *aliquid* denique cum genitivo construi notum. Sed quia in vulgata lectione nihil est, quod lectorem morari possit, rectius retinet. Tollius in locum *τοῦ aliquid* substituit *aliud.* Bentleio obsequuntur Brotier. et Desbillonius.— 12. 13 Brotierio teste in Mss. Pith. et Rem. hic locus ita erat expressus: *Ita sic rependet illi brevitas gratiam.* (Gudius tamen in utroque Codice contendit inveniri: *Ita sic repeddit illi b. g.) Cujus verbosa nescit commendatio.* Sic Editt. Pithœi, Rittershus. Nevelet. Ursini, prima Burmanni, aliæ; nisi quod Ursin. habeat, *Cui verbosa nescit commendatio,* et Rittershusius *Cujus verbosa nescit commendatio,* nimirum rependere gratiam, censeat reponendum, probante Meursio. Cum vero particulæ *ita sic* locum obscurum et intricatum reddere viderentur, alii tentarunt alia. Pithœus, quem nonnulli sequuntur, (v. Brotier.) emendavit: *Ita sit, rependet illi brevitas gratiam.* At recte reponebat Heinsius: *Ita, si* pro, *ita sic; ne sit,* pro, *nescit; illam,* pro, *illi,* quod ad scripturam antiquam propius accedit, quam *ista, istam, ipsa.* Editiones Rigaltii 2. Maittar. Walch. Hoogstratan. Danet. habent: *Sic ista tibi rependet brevitas gratiam.* Gudius, præter alia, conjicit: *Studio rependet illi b. g.* id est, voluntati illi et benevolentiæ erga me. Ex *stu* monachum descriptorem ait formasse *Ita,* atque *dio* in *sic* convertisse. Quæ vix placebunt. Sanadon satis temere legi jubet: *Saltem rependet ipsa brevitas gratiam.* Bentleius, ex parte obsecutus Heinsio, conjicit: *accipiat velim: Ita, si rependit illi brevitas gratiam: Cujus v. n. s. c. Attende, &c.* in qua emendatione Burmannus vellet post *ita etiam* distinctionem duorum punctorum poni, ut Ovid. Trist. v. 3. 53. 'Idque ita: si vestrum merui candore favorem;' et Met. I. 377. Atque etiam idem vir doctus quærit, si cum Bentleio legamus, *accipiat,* quod videtur sequens *illi* poscere, quomodo deinde iterum converti oratio possit ad lectorem: *Attende, &c.* Refingit igitur, ut omnia cohæreant melius: *Ita; si rependet ipsa brevitas gratiam.* Bentleii *accipiat* recte quoque rejicit Bothius. Barth. Ablegm. Crit. II. c. 28. mallet: *Ita, si rependet illi brevitas gratiam, Cui jus verbosa nescit commendatio.* Gudius enim testatur in Ms. (Pith.) esse *Cui jus.* Perizonius in Animadv. Hist. cap. 2. p. 64. *Sic istam tibi rependet brevitas gratiam, Cujus v. n. s. c. Attende, &c.* Ita ediderunt Philipp. et Lallemant. Grævius Ep. 519. ad Nic. Heins. in Burmanni Syllog. Epp. tom. IV. p. 584. *Ita* non refert ad vs. 12. sed præcedentes: Bonas in partes accipias velim, si quid interposuero dictorum. *Ita* sc. fiat. *Sic rependet istam brevitas gratiam.* Desbillonius totum locum sic construit: *Sed si liburit, aliquid interponere Dictorum, sensus ut delectet varietas, Bonas in partes lector accipiat velim: Sic ea rependet illi brevitas gratiam, Cujus verbosa nec sit commendatio.* id est, quæ verbose etiam non commendetur. A versu autem 14. et 15. incipit Desbillonius Fabulam 1. hujus libri. At hi versus loco suo non movendi, quod nonnullis visum est, post Pithœum. Fuerunt adeo, qui continuo copularent fabulam 1. cum Prologo, omissis verbis inscriptionis, *Juvencus,*

Digitized by Google

Attende, cur negare cupidis debeas;
Modestis etiam offerre, quod non petierint. 15

avidis, et dare ultro *modestis quod non postulaverint.*

Leo, et *Prædator*. Id quod factum a Fabro in Editione Phædri. Bipontini ediderunt: *Lector accipias velim Ita, si rependet illi brevitas gratiam.* Brotier. qui vs. 11. legit *accipiat*, tuetur vulgatam, *Ita sic rependet illi brevitas gratiam*, laudans Liv. lib. II. c. 10. 'Ita sic armatus in pontem desiluit.' Brotierio paret Didot. in Edit. stereotypa. Hisce addo, quæ scribit Schirachius, V. D. in Clav. P. I. p. 331. 'Hunc difficilem locum non dubitamus, consentientibus vetustis libris, ita scribere: *Ita sic rependit illi brevitas gratiam, &c.* Non ineptum videtur, servare lectionem constantem in Codicibus, vs. 12. et legere, *Ita sic*, quod, nec sine exemplo, dici affirmat Gronovius in Emendationibus in Prædrum, atque plane pleonasmus est germanus, cum dicimus: *Auf diese Art also. Ita* enim pro, itaque atque, hoc modo explicandum. Agmen claudat conjectura Cannegieteri, in Misc. Obs. vol. VI. p. 603. rescribentis versu 13. *Cui vis verbosa nescit commendarier*, ut *vis verbosa* sit, multitudo verborum.

FABULA I.

JUVENCUS, LEO, ET PRÆDATOR.

Super juvencum stabat dejectum Leo.
Prædator intervenit, partem postulans:
Darem, inquit, nisi soleres per te sumere:
Et improbum rejecit. Forte innoxius
Viator est deductus in eundem locum, 5
Feroque viso retulit retro pedem.

Leo sedebat super Juvencum jacentem. Prædo supervenit petens partem. Concederem, ait, ni consuevisses rapere, et repulit hunc *malum* hominem. *Fortuito* vero *innocens viator venit eodem, et, viso Leone, regressus est. Cui mitis ille dixit:*

---

1 Bentlei. more suo emendat, *juvencum, ut stabat*, quod rejicit Burm. ob soni insuavitatem et duritiam elisionis, *cum, ut*. Cuninghamus: *S. j. dum stat.*—2 Heinsius: *Prædo intervenit postulans partem lupus*, quia supra lib. I. fab. 1. 'Latro' dictus lupus. Improbat Burmannus, cum de lupo hic agi nul-

Digitized by Google

Cui placidus ille: Non est, quod timeas, ait,
Et, quæ debetur pars tuæ modestiæ,
Audacter tolle. Tunc diviso tergore,
Sylvas petivit, homini ut accessum daret.
Exemplum egregium prorsus et laudabile;
Verum est aviditas dives, et pauper pudor.

Nihil est quod reformides; sume confidenter partem debitam tuæ modestiæ. Tum separato tergore, Leo *immisit se in sylvas, ut accessus pateret viatori. Exemplum illustre omnino, et dignum laude; sed aviditas* habendi *dat divitias: pudor vero* et modestia, *paupertatem.*

lum sit indicium. [Anton. legit *Pr. ut int.*]—7 *Quod.* Mss. Pith. et Rem. *quid*, sed Pithœus correxit *quod*. Brotier. recepit lectionem librorum scriptorum.—8 *Et quæ.* Heinsio placet *En quæ*, probantibus Meursio, Ouveringio, Freinshemio; Schefferus mallet *At quæ;* Guyet. *Est quæ debetur.*—9 *Tergore.* Guyetus *corpore*, reprehensus a Cupero lib. II. Obs. 20. Virgil. Æn. I. 210. sq. *Burmann.*—12 Bentlei. *Verum hodie aviditas dives est, pauper pudor. laudabile* post *egregium* frigere videtur Bothio, cui totum epimythium suspectum est. Hinc hos versus uncis inclusit.

NOTÆ

6 *Retulit retro*] Pleonasmus. Potterat enim oratio carere ista vocula, *retro*, sed ejusmodi pleonasmi nonnihil habent elegantiæ. Ita Terent. 'Ante præscisse,' 'Ita subtristis aliquantulum,' &c.

FABULA II.

ANUS DILIGENS VIRUM MEDIÆ ÆTATIS, ITEM PUELLA.

A FŒMINIS utcumque spoliari viros,

Docemur exemplis homines quomodocumque expilari a mulieribus, sive illum

1 *Utcumque.* Suspicabatur Ritterhus. Phædrum scripsisse *utrinque*, i. e. utroque casu. *spoliari.* In Codd. Mss. inveniri *exspoliari*, testatur Gudius. At hujus lectionis, quod mirum videri possit, neque a Neveleto, neque a Rigaltio et Brotierio, qui Codicem Pith. denuo contulit, video factam esse

Digitized by Google

FABULA III.

HOMO ET CANIS.†

LACERATUS quidam morsu vehementis canis,
Tinctum cruore panem misit malefico,
Audierat esse quod remedium vulneris.
Tunc sic Æsopus: Noli coram pluribus
Hoc facere canibus, ne nos vivos devorent,
Cum scierint, esse tale culpæ præmium.
Successus improborum plures allicit.

Quidam læsus dente Canis acris, projecit ipsi *improbo panem mersum* suo *sanguine, quia acceperat* id *cedere pro remedio vulneris. Tum Æsopus* locutus est *sic: Noli facere hoc in conspectu multorum canum, ne nos discerpant vivos, cum viderint* se donari *tali præmio, ob culpam. Successus malorum attrahit multos.*

† In Ms. Rem. Pith. et Edit. Vet. titulus hujus fabulæ est: *Æsopus ad quendam de successu improborum.* vid. Brotier. Sic edidit Ursinus post Neveletum.—1 *Vehementis.* Rittershus. Heinsius ad marginem, et Gronov. ad Senec. Consol. ad Marc. l. c. 5. legi jubent *vehementi*, quod, notante Burmanno, defendi potest, quia poëtæ sæpe epitheta, personis aut animalibus propria, dant eorum armis, aut rebus, quibus utuntur. Ita lib. I. fab. 21. 12. 'Sævis unguibus.' lib. I. fab. 12. 11. 'morsus sævi.' lib. I. fab. 21. 7. 'infestis cornibus.' Quia tamen æque recte et proprie *vehemens* dicitur canis, præfert vulgatum.—2 *Misit.* Mss. Pith. Rem. et Edit. Vet. *immisit*, forte ex litera præcedentis vocis *panem.* Lectionem Codd. retinent Rittershus. Ursin. Scheffer. Nevelet. Rigalt. Ed. 1. Walch. Both., alii, atque etiam Gud. defendi posse putat, ut sit compositum pro simplici. Sed viri docti, præeuntibus Gudio et Gronovio, recte tuentur *misit*, quo Phædrus in eadem re aliquoties utitur.—6 Bentleius, [quem sequitur Anton.] molliores numeros fore pronuntiat, si legatur, *Cum tale scierint.* Sed docet Burmannus, nihil inde molle accedere numeris, cui longe mollius videtur, *Cum scierint.* Solet enim sæpissime versum a dactylo incipere Phædrus, et bis in hac brevissima fabula, præter hunc versum. Bentleium sequitur Cuninghamus.

NOTÆ

1 *Vehementis*] Vox dissyllaba in hoc loco, ut ap. Horat. 'Vehemens et liquidus, puroque simillimus amni.'

6 *Scierint*] Pro *sciverint.*

Digitized by Google

FABULA IV.

AQUILA, FELES, APER.

AQUILA in sublimi quercu nidum fecerat:
Feles cavernam nacta in media pepererat:
Sus nemoricultrix fœtum ad imam posuerat.
Tum fortuitum feles contubernium
Fraude et scelesta sic evertit malitia:
Ad nidum scandit volucris: Pernicies, ait,

Aquila posuerat nidum in alta quercu. Feles, reperta caverna, partum ediderat in media quercu. *Sus incola sylvarum pepererat ad radices* arboris. *Tum Feles turbavit* hanc *sodalitatem fortuitam dolo, et scelerata malignitate. Repit ad nidum*

1 *Sublimi.* Bentlei. *suprema;* nam felem, quæ in media quercu, in sublimi fuisse nihilo minus. Sed *sublimi* eodem sensu dici potest (Vid. exempla in Not. Burm.) et est magis poëticum. Cf. Ephem. Gotting. 1780. p. 45. *sublimi* etiam contra Bentleium tuetur cl. Both. Cuningham. *suprema*, e conjectura.—2 *Nacta.* Cod. Pith. *nancta.* Ita Neveletus.—3 *Nemoricultrix.* Libri scripti et Edit. vet. Nevel. Rigalt. 2. *nemoris cultrix*, quos sequuntur alii; pro quo Rittershus. legendum proposuit *nemoricultrix*, quam conjecturam Faber, Gud. Prasch. Bentlei. Burmann. aliique permulti recte receperunt. Desbillonio tamen magis apposite dictum videtur *sus nemoris cultrix*, cum unum nemus hic intelligi debeat; *nemoricultrix* vero cultricem nemorum innuat. Cui paret Brotier. Sed hæc dicta puto subtilius, quam verius, nec sine probatione admittenda. Atque etiam Phædrus eodem jure dicere potuit *nemoricultrix*, quo Catullus 'aper nemorivagus,' et 'cerva sylvicultrix.' Vid. Gesner. in Th. L. L. v. *nemoricultrix.* Walchius tamen et Leonhard. tuentur vulgatum *nemoris cultrix* e Virg. Æn. XI. 557. 'nemorum cultrix Latonia virgo.'—4 *Fortuitum.* Faber *fortunatum*, indignante Burmanno, cum sensus sit: Forte ita acciderat, ut contubernales essent tres diversi generis bestiæ; neque fortunatum fuisse, ex ipsa fabula apparet.—5 *Evertit.* Lallemant. et Brotier. *avertit.*—6 *Scandit.* Heinsius *escendit*, e conjectura, de qua vid. Burmann. ad lib. IV. fab. 21. 9. Cuninghamus edidit: *Ad volucris scandit*

NOTÆ

4 *Contubernium*] Vocabulum militare; manipulum enim militum significat, teste Vegetio, qui centurias in contubernia divisas fuisse scribit: ut decem militibus sub uno papilione degentibus, unus quasi præesset decanus, qui caput contubernii nominabatur. Unde commilitones et contubernales dicuntur, a communibus tabernaculis.

Digitized by Google

Tibi paratur, forsan et miseræ mihi.
Nam fodere terram quod vides quotidie
Aprum insidiosum, quercum vult evertere,
Ut nostram in plano facile progeniem opprimat.
Terrore offuso et perturbatis sensibus,
Derepit ad cubile setosæ suis;
Magno, inquit, in periclo sunt nati tui.
Nam simul exieris pastum cum tenero grege,

Aquilæ: Tibi, inquit, struitur exitium; quin et forte mihi infelici; nam Aper dolosus, quem cernis quotidie fodere terram, vult eruere quercum ut devoret facile nostros catulos humi dejectos: ita *immisso terrore, et commotis animis, scandit ad sedem suis setigeræ: Nati tui versantur grandi in discrimine. Nam simul* atque

uidum et, pernicies, ait.—8 *Quotidie.* Bentlei. *cotidie.* Præiverant Nevelet. et Ursinus. *quod.* Sic libri scripti Pith. Rem. et edit. vet. At Brotier. edidit; *Nam fodere terram quem vides quotidie, Aper insidiosus q. v. e.* Sic quoque olim Lallemant. Sed poterat locus Terentii, Scheffero memoratus, Brotierium docere, invitis libris ita legere non esse opus: 'Sane quod tibi nunc vir videatur esse hic, nebulo magnus est.'—9 *Aprum insidiosum.* Bentleius distinguit post *Aprum*, legens deinde: *insidiosus quercum vult evertere.* Sed, judicante Burmanno, idem sensus exoritur, si non languidior. Cuninghamus suspicatur, Phædrum scripsisse, *Aprum insidiose q. v. e.* [Morem gerit Bentleio Anton., sed propter aliam causam, sc. ut *um* ter positum vitetur.]—11 *Offuso.* Mss. Pith. Rem. veteresque Editiones, ut Rigalt. 2. Nevelet. multæque aliæ *effuso.* Sed jam Rittershus. et Meursius conjiciebant, legendum esse *offuso*, frustra repugnante Scioppio, qui volebat *effuso.* Rittershusii conjecturam deinde omnes fere Critici admiserunt. *Effundere* enim et *offundere* in Codd. Mss. sæpe permutantur, id quod docet Burmannus in Not. ad h. l. laudans quoque Cuperi Obs. II. 6. Adde Not. Tollii ad h. l. in P. III. Phædri; Drakenb. ad Sil. X. 366. et Gronov. Obs. IV. c. 21. coll. Gesneri Thes. L. L. h. v. Harius sine necessitate legit: *Terrore offuso huic et p. s.* quod non sine causa Burmannus rejecit, cum manifestum sit, hæc respicere aquilam, et transitum sequenti demum versu fieri ad suem. Cuninghamus conjicit, *Terrore huic offuso.*—12 *Derepit.* Male tuentur Meursius et Schefferus *Direpit*, i. e. inde repit ab aquila; quod receperunt Nevelet. Rigalt. Ed. 2. Danet. Desbillon. At Rittershus. Christoph. Colerus, quibus assentiunt Heins. Guyet. Gud. Burm. recte defendunt *Derepit.* Sic *degredi*, pro descendere, est apud Sallust. Liv. Tac. teste Rittershusio. In Ms. Gud. i. e. Pith. erat

NOTÆ

8 *Quotidie*] Secunda syllaba in hac voce brevis est, aliquando etiamnum longa. Ita Terent. 'Verum ubi videbit tantos sibi sumtus domi Quotidianos fieri, nec fieri modum.'

9 *Aprum insidiosum*] Difficultas esse potest cur dicit *aprum insidiosum*, et non *insidiosam* in fœminino, cum sermo sit de sue fœmina. Certe error inest, nisi velis aprum esse ex eo genere animalium quod vocant epicœnum.

10 *In plano*] Humi stratam nostram prolem, quercu eversa.

14 *Nam simul exieris*] Nam simul atque exieris.

Digitized by Google

Aquila est parata rapere porcellos tibi.
Hunc quoque timore postquam complevit locum,
Dolosa tuto condidit sese cavo:
Inde evagata noctu suspenso pede,
Ubi esca se replevit et prolem suam,
Pavorem simulans prospicit toto die.
Ruinam metuens aquila ramis desidet:
Aper rapinam vitans non prodit foras.
Quid multa? inedia sunt consumti cum suis,
Felique et catulis largam præbuerunt dapem.
Quantum homo bilinguis sæpe concinnet mali,
Documentum habere stulta credulitas potest.

iveris ad pabulum cum turba tenella, Aquila in procinctu est ad tibi rapiendas suculas. Postquam ergo permiscuit terrore hunc locum, insidiosa abdidit sese caverna secure. Inde exiens noctu suspenso gradu, ubi se ingurgitavit cibis et suos catulos, fugens timorem, circumspectat toto die. Aquila, timens periculum, desidet arbore. Aper, fugiens perniciem, non se proripit foras. Quid plura? perierunt fame cum suis, et dederunt magnum convivium natis Felis. Credulitas stolida monetur hoc apologo quantum mali vir fallax inferat.

---

diripit. Vid. Lambin. ad Hor. lib. I. Od. 9. 23.—17 *Tuto.* Ms. Gud. *toto.* Ita Rigalt. Ed. 1. Ursin. et Hario, improbante Burmanno. Vix enim recte dici posse censet *toto cavo se condidit* pro, totum se condidit cavo; mox etiam sequitur *toto die.* Denique accommodate dixit *tuto,* cum felis sciens nullum periculum instare, ut contubernalibus persuadere volebat, *tuto* cavo *se* conderet. Heinsius, Both. et Bentlei. *noto,* ut lib. I. fab. 9. 9. 'exitus noti;' Nevelet. *tota.* At Rigalt. Ed. 2. edidit *tuto.*—21 *Ruinam.* Heinsius *Ruinæ.*—23. 24 Bentleius, quem sequitur Both., corrigit: *inedia sic consumti cum suis Feli atque catulis l. p. d.* Non sine causa enim quærit: cur catulis tantum ac non matri quoque? neutram tamen lectionem in textum recepit. At Burmannus, illepida particula *sic,* quam intrudit Bentleius, repudiata, recte tuetur *sunt,* laudans lib. III. fab. 3. 12. 13. Anglus Anonymus legendum esse monuit *Felique et catulis,* invito Burmanno. Quæ emendatio vero cum non paucis proba videatur, ut Desbillonio, Brotierio, Cuninghamo, Bipontinis, aliis; non dubitavi eam præferri lectioni Codd. Mss. *Felisque catulis largam præbuerunt dapem,* quam recipit Burmannus. Non sine causa enim Desbillonius: 'non soli catuli, sed ipsa quoque feles præda frui tam opima debuit.' Objicit tamen Burmannus quædam, non penitus contemnenda.—26 Heinsius, [Anton.] et Bentleius conjiciunt, *Documentum habere hoc* (vel *hinc*) *stulta credulitas potest.* Cui lectioni Bentleius non multum tribuisse videtur, cum non receperit. Cuninghamus legendum proponit: *Documentum hinc capere st. c. p.*

NOTÆ

25 *Homo bilinguis*] Qui dolose et fraudulenter agit. Unde Virgil. vocat 'Tyrios bilingues,' haud fidei servantissimos.

Digitized by Google

FABULA V.

CÆSAR AD ATRIENSEM.

Est ardelionum quædam Romæ natio,
Trepide concursans, occupata in otio,
Gratis anhelans, multa agendo nihil agens,
Sibi molesta et aliis odiosissima:
Hanc emendare, si tamen possum, volo
Vera fabella: pretium est operæ attendere.
Cæsar Tiberius cum petens Neapolim
In Misenensem villam venisset suam

Est Romæ genus ardelionum oberrans solicite, inquies in quiete, anhelans incassum, plura faciendo faciens nihil, sibique importunum, et invisum ceteris. Mens est mihi hoc corrigere, modo tamen valeam, vera historia: operæ pretium est illam auscultare. Cum Tiberius Cæsar, profectus Neapolim, venisset in suam villam

1 *Ardelionum.* Cod. Pith. *ardalionum*, teste Neveleto. Etiam Salmas. notavit *ardalionum*, a veteri ἄρδαλος, ἀρδαλόων. Vid. Gud. Nonio auctore dicti sint ab *ardendo*, quod pro festinando usurparunt veteres; de quo Schefferus consulendus.—8 *Misenensem.* Gudius testatur, in libris scriptis inveniri *Misieniensem.* Ita Gruterus p. 132. 6. *Mediolaniensem.* Cod. Pith. habet *Mimiense*, auctore Neveleto, qui edidit *Mimensem.* In eodem tamen Codice Pith. legi *Misenensi*, testis est Heinsius, qui legendum proponit, *In Misieniensi ad villam venisset suam*, laudans Plin. XVIII. 6. Quæ scripturæ varietas in eodem Codice sæpius a nobis observata est. At *Misieniensem* videtur esse a manu

NOTÆ

1 *Ardelionum*] Hi vocantur homines qui se negotiis omnibus immiscent, ab *ardendo* dicti, quod pro festinando veteres usurparunt. Quanquam melius ab *Ardea* avi dicti Ardeliones, quia aves hujus instar huc et illuc volitant et circumcursant, dum omnibus se student negotiis immiscere. Hoc genus hominum describit Martial. tali Epigrammate: 'Nil bene cum facias, facis attamen omnia belle. Vis dicam qui sis? magnus es Ardelio.'

6 *Vera fabella*] Fabula enim ad verum vel falsum extenditur, ut supra ad lib. I. fab. 1. annotavimus.

7 *Neapolim*] Urbs Campaniæ maritima regni Neapolitani caput, ac totius Italiæ clarissima: prius Parthenope dicta.

8 *Misenensem villam*] Domus rustica. De hac villa Misenensi ita Tacitus: 'Mutatis sæpius locis (Tiberius) tandem apud Promontorium Miseni consedit, in villa cui L. Lucullus quon-

Digitized by Google

Quæ monte summo posita Luculli manu,
Prospectat Siculum, et despicit Tuscum mare;
Ex alticinctis unus Atriensibus,

Misenensem, quæ, ædificata a Lucullo in *vertice montis, spectat* mare *Siculum et aspicit mare Tuscum, unus* servorum *atriensium altius cinctorum, cujus vestis col-*

prima.—9 *Luculli.* Ms. *Lucili.* Gud.—10 *Prospectat...despicit.* Sunt qui de fronte et tergo Phædrum intelligant, et *respicit* præferant, ut Heinsius, Tollius, Gronovius. Quæ rejicit Burmannus, qui lectioni obsequitur vulgatæ: *Prospectat Siculum et prospicit T. m.* Cum in libris scriptis sit *perspicit*, hoc mutat Bentl. in *despicit*. Quod jam olim conjiciebat Guyetus (qui et legi posse putabat *præspicit*), et probant Cuningh. et Both. [Legit Anton. *Prospectat Sic., perspicit T. m.*] Jac. Gronovius *perspicit* præfert, ita, ut *Prospectat* de visu e longinquo, sed *perspicit* de visu e propinquo intelligat. Ipse tamen sibi diffidit, cum *prospectare* etiam propinqua et vicina spectare fateatur. Cui assentit Cl. Schirach. De lectione *perspicit* vid. Jac. Gronov. Emendatt. in Phædr. p. 144. sq. coll. Not. Burmanni, cui tamen accedendum non est affirmanti, villam Siculo mari propinquiorem fuisse, quam Tusco; immo vero Tusco propinquior fuisse putanda est. Chr. Crusius legit: *Respectat Siculum et prospicit Tuscum mare.* Grævius conjicit: *Prospicit infernum, respicit Tuscum mare.*—11 *Alticinctis.* Sunt qui hanc vocem raram divisim scribant *alte cinctis*, ut Salmasius, favente etiam hic metro. Sic apud Senec. Ep. 92. extr. Gloss. Stephani ' *ἀνεσταλμένος alticinctus*;' at vero Heins. ad hunc Phædri locum conjicit *altecinctis*, quod placet Schirachio, l. c. P. I. p. 27. In Ms. Gudii erat, *alti cinctus.* Vid. Ferrar. de re Vest. III. 7. et

NOTÆ

dam dominus.' Est autem vicinum illud Promontorium monti, Miseno dicto, a Miseno socio Æneæ ibi sepulto. De quo Virgil. Æneid. VI. ' Monte sub aërio qui nunc Misenus ab illo Dicitur.'

9 *Luculli manu*] Quam posuerat Lucullus, Pompeii et Ciceronis æqualis, summus et fortunatissimus Romanorum legatus, qui duobus præliis vicit Mithridatem, et egit de illo Romæ triumphum. Postea abjecta rerum publicarum cura genio indulsit, et posuit superba Palatia, ædesque magnificas, inter quas fuit villa Misenensis.

10 *Siculum*] Subintellige mare, quod a Sicilia Cretam usque excurrit.

Tuscum] Mare. Quod non solum Hetruriam, sed et Latium, et regnum Neapolitanum usque ad Fretum Siculum alluit.

11 *Ex alticinctis*] Alticinctos pueros vocat Horatius servos Nasidieni; id est, strenuos et industrios, qui demissam vestem non gerebant, ne inter agendum impedirentur.

Atriensibus] Qui stabant in atrio domus, limenque custodiebant. Ab atriorum tutela, Varrone teste, nomen habent servi Atrienses. Fulvius Ursinus suspicatur eosdem esse qui in inscriptionibus dicuntur, ' Servi a supellectili:' quia nempe servaverint supellectilem convivalem, veteresque cœnitarent in atrio, hoc est, prope culinam, ut videre est ex verbis Servii in Æneid. I. ' Vocemque per ampla volutant Atria.] Tangit Romanorum morem: nam, ut ait Cato, in Atrio, et duobus ferculis epulabantur antiqui. Ibi etiam et pecunias habebant. Unde qui honoratiores servi erant, liminum custodes adhibebantur.'

Digitized by Google

Cui tunica ab humeris linteo Pelusio
Erat destricta, cirris dependentibus,
Perambulante læta Domino viridia
Alveolo cœpit ligneo conspergere
Humum æstuantem, come officium jactitans:
Sed deridetur. Inde notis flexibus

Ligebatur ab humeris linteo Pelusio, cirris defluentibus, ambulante hero per viridaria amœna, cœpit aspergere terram arescentem vasculo ligneo, ostentans hoc *officium urbanum; verum irridetur. Postea prævertit* Cæsarem *in aliud ambulacrum*

Tzschuck. ad h. l.—13 *Destricta.* Desbillonius post Gronovium *districta.*—14 *Læta viridia.* Codices ut Ms. Pith. et antiquæ Editt. exhibent hunc versum uno pede longiorem: *Perambulante læta domino viridiaria.* Hinc Heinsius reponit: *p. l. d. viridia. viridia* pro viridariis Latine dici, pluribus exemplis astrui potest. Sic Vitruv. lib. VI. 6. Vid. Heinsii Ep. ad Scheff. 79. in Burm. Syll. Epp. T. V. p. 87. 59. Heinsium deinde secuti sunt alii, ut Ursin. Freinshem. Buchner. Salmas. ad marginem, et ad Capitol. p. 268. Scheffer. Brotier. Bipont. *viridia* etiam tuetur Burmann. doctissime contra Jac. Gronov. disputans, qui strenue defendebat *viridaria* in Emendatt. in Phædr. p. 145. Jam olim autem Pithœus emendaverat: *P. l. d. viridaria,* sed nec sic constat metri ratio. Vid. Brotier. At commodius et Phædro dignius videbatur Desbillonio, si *domino* et *per* invicem transferret, ac *viridiaria,* quæ vox latina non sit, mutaret in *viridaria* sic: *Domino ambulante læta per viridaria,* quæ emendatio non videtur necessaria Censori docto in A. L. Z. 1786. V. 476. Faber, qui male delet *læta,* quod vocabulum hic aptissimum est, legit *viridiaria.* Sic quoque legitur in Editt. Rigaltii; quo efficiuntur septem pedes in versu senario. Pro *læta* substituit Gudius *alta;* sed *læta* est elegantius et magis poëticum. Lege a Burmanno notata.—15 *Conspergere.* Nevelet. Ursin. *conspargere;* sic erat in Ms. Gud.—16 *Come officium jactitans.* In Ms. Pith. Rem. et Vett. Editt. quibus adjungenda Editio Didoti stereotypa, legitur: *jactans officium come,* quod est contra leges metri. Deinde τὸ *come* de servi officio offendit viros doctos, quia *comis* est superior in inferiorem, dominus in servum, v. Burmann. collato tamen Tzschuck. Nec defuerunt, quibus *jactitans* hoc sensu locutio non bene Latina videretur. Itaque locus mirum in modum tentatus est. Olim legebatur *officium comæ,* quam lectionem defendant Praschius et Ursinus. Etiam Desbillonius agi credens de coma, non de officio, vel comitate Atriensis, legi jubet *jactans opificium comæ.* Bentleius conjicit: *jactans officium leve,* quod displicet Burmanno, qui mallet legere, *domino officium jactitans,* ut lib. III. fab. 7. 'domino officium præstare;' sed quia modo præcedit *domino,* vix audet. Alia quoque tentat, quæ omitto. In Editione Jac. Gronovii est, *come officium jactans,* quod vix ferendum, observante Burmanno, cum spondæus claudat versum iambicum. Heinsius perperam conjicit *jactans comem officium,* ut apud Plaut. Most. I. 3. 107. vel *come* retinet, sed transpositum loco, *come officium jactitans.* Harius delabitur in Wasii correctionem, *jactans officium comes,* quæ nescit Burmannus, annon absurdior sit reliquis omnibus. Alia quoque conjicit, h. l. prætermittenda. v. Burm. Istam tamen Wasii emendationem amplec-

NOTÆ

12 *Linteo Pelusio*] Pelusium erat ostium Nili et civitas Ægypti fere- cissima lini, ex quo confingebantur lintea.

Digitized by Google

Præcurrit alium in xystum, sedans pulverem.
Agnoscit hominem Cæsar, remque intelligit.
Id ut putavit esse nescio quid boni:
Heus! inquit Dominus. Ille enimvero assilit,
Donationis alacer certæ gaudio.
Tum sic jocata est tanti majestas Ducis:
Non multum egisti, et opera nequicquam perit;

diversitis notis compescens pulverem. Tiberius sentit hominem, et capit rem. Heus tu, ait Cæsar; hic statim occurrit. Tum princeps sic jocans: Alapæ non venduntur apud me tam vili pretio.

titur Both. Cuninghamus satis audacter legi jubet: *jactans officium suum.* Post Rigaltium omnes fere Critici substituerunt *cum officium jactitans.* [Anton. legit *off. cum jactitans,* aut *c. o. j.*]—18 *Alium.* Meursius, quem sequitur Funccius, *illum;* ut intelligat Tiberium. Sed *alium* est in Vet. Cod. quo usus est Rigalt.—20 *Id ut putavit; Id,* quod deest in Mss. Pith. et Rem. supplevit Pithœus. Rigalt. in Ed. 2. vs. 21. præponit versui 20. legitque, *Et id.* Sed in editione postrema vs. 20. 22. 24. satis temere omisit. Simili modo quoque vs. 20. omissus a Praschio. Burmannus conjicit *Inde,* i. e. ex vultu Cæsaris et sermone cum comitibus, *ut putavit.* Heinsius, Ep. XIX. ad Scheffer. h. v. de Tiberio intelligens, legit: *Id ut putavit esse nescio quid doli,* i. e. ut putavit Tiberius, fieri callido comitio, ut libertatem consequeretur; quam ineptam sedulitatem commodo sensu *dolum* dici posse negat Burmannus. Desbillonius et Brotier. *Is ut putavit,* e conjectura; nam *is* non magis in Codd. Mss. est, quam *Id;* hoc sensu: ubi atriensis persuasum habere visus est, nuntiari sibi aliquid boni. *Id* enim Desbillonio sensum auctoris perturbare videtur, quod ego non video. Nam sensum commodum habet hæc vocula, et in verbo *putavit* facile *is,* vel *homo,* vel *atriensis* potest subintelligi. Cum etiam *Id ut* receptum sit, non audeo quicquam mutare. Bipontini: *remque intelligit Ita, ut putavit is esse nescio quid boni.*—22 *Alacer certæ.* Sic habent omnes Codd. Mss. et Editt. at Gudius legi jubet: *Donationis, alapæ certe gaudio,* i. e. sperans se, si non pecuniam, certe, i. e. ad minimum, manumissionem consecuturum. Sed recte Harius vidit, hoc absonum esse: majus enim beneficium erat manumissio donatione: quare debuisset inverso ordine dixisse, *Alapæ, donationis certe gaudio;* sed tunc perit acuta emendandi ratio, ex repetitione syllabæ *cer* in vocibus junctis *alacer certæ.* Burmannus. qui doctissime probat contra Gudium, concursum syllabarum, quas litera canina quasi efferare videtur, non valere ad mutandum hunc versum. Gudii emendationem, quam etiam Hoogstratan. approbat, recte rejicit Desbillonius, Præf. Disp. III. p. 21. eodem usus argumento, quo Burmannus. Cuninghamus conjicit *alacris.* Hunc versum Rigalt. Fab. Prasch. alii perperam omiserunt, id quod merito queritur Burmannus.—23 *Jocata est.* Sic optime Mss. Pith. et Rem. Male emendavit Pithœus *locuta est.* Ita Nevelet. et probat Gudius. Sed Rigaltius recte reposuit *jocuta est.* v. Brotier. *tanti.* Mss. Pith. Rem. et Edit. Vet. *tanta.* Sed viri docti præferunt *tanti,* quia *jocata* præcedit et rectius *majestas* interponitur τοῖς *tanti Du-*

NOTÆ

18 *Xystum*] Locus erat deambulationi adornatus, consitis utrimque platanis.

19 *Remque intelligit*] Mentem et consilium Ardelionis, qui ambiret libertatem

Digitized by Google

Multo majoris alapæ mecum veneunt. 25

cis. Vid. Burm. Displicet tamen Brotierio. Etiam Desbillonius recepit *tanta.*—24 Rigalt. et Faber h. v. omittunt. Quibus assentit Kohl. Comment. crit. p. 122. scribens: 'multo concinnius atque argutius sine penultimo hoc versu clauditur.' Equidem Kohlium recte statuere putaverim; etsi versum abjicere non audeam. *Non multum.* Neveletus: *Nec multum....nequicquam.* In Ms. Pith. est *nequiquam.* Sic legi volunt Sciopp. Gud. Giphan. in Ind. Lucret. *perit.* Al. *periit,* quod ut dissyllabum legendum.—25 In Codice Pithœi legitur: *Multo majores alapæ mecum venerunt.* v. Gud. Atque etiam Raderus ad Martial. II. 6. legit *majores,* teste Burmanno. Rigaltius quoque *majoris* archaismum putat esse, pro, *majores....mecum.* Heumannus N. B. P. XXVII. p. 609. conjicit: *Multo majoris alapæ herorum veneunt;* cum *mecum* non satis recte explicari possit *apud me.* Hoc sensu enim potius dixisset *alapæ meæ.* Heinsius legebat, *mi cum veneant;* 'mi' pro, mihi, ipse habet Phædrus lib. III. fab. 18. 9. *venire* cum tertio casu usurpavit Cato de R. R. c. 144. 'aut cui olea venierit;' sed tamen Codici suo ascripsit, posse retineri *mecum.* Vid. Ej. Ep. 98. ad Scheffer. in Syll. Epp. T. V. p. 104. coll. Ep. XXI. p. 33.

NOTÆ

25 *Alapæ mecum veneunt*] Id est, libertas carius emitur. Apud Veteres enim, quando aliquem manumittebant, alapa percussum circumagebant, et liberum confirmabant apud Prætorem. De modo manumittendi passim, neque quicquam protritum magis.

FABULA VI.

AQUILA, CORNIX, ET TESTUDO.

CONTRA potentes nemo est munitus satis;
Si vero accessit consiliator maleficus,
Vis et nequitia quicquid oppugnant, ruit.

Nullus est sat tectus adversus potentiores. Quicquid violentia et malignitas impugnant, id *perit, si consiliarius malignus supervenit. Aquila tulit Testudinem in*

1-3 Tres priores hujus fabulæ versus in Codice Perotti desunt. *munitus.* Gudius testatur, in Cod. Pith. esse, *tutus est.* Romulus Divion. et Ulm. *munitus* et *tutus* simul exhibent: *qui tutus et munitus est, malo consiliatore everti*

Digitized by Google

Aquila in sublime sustulit Testudinem:
Quæ cum abdidisset cornea corpus domo,
Nec ullo pacto lædi posset condita;
Venit per auras Cornix, et propter volans:
Opimam sane prædam rapuisti unguibus,
Sed, nisi monstraro, quid sit faciendum tibi,
Gravi nequicquam te lassabit pondere.

altum; quæ cum se abscondisset testa cornea, neque posset ullatenus vulnerari abdita, Cornix intervenit per aërem, et volitans prope: Sustulisti profecto escam opiparam tuis unguibus; verum ni tibi ostendero quid oporteat te facere, fatigabis te frustra

(subverti) *potest.* Simili modo apud Romul. Nil. hæc fabula inscripta est: *docet subsequens fabula, quod multum muniti et ex omni parte tuti viri malis consiliatoribus subverti possunt.* Ex quo fit verosimile, *tutus* esse a glossatore, qui arripuit e vs. 16. hujus fabulæ. Quod confirmatur verbis Romul. Div. apud quem in fine fabulæ legitur, *et quam natura munierat, iniquo consilio periit.* Lectio, *nemo tutus est satis*, Bentleio æque bona, Hario vero melior videtur; sed Burmannus non censet movendam lectionem vulgatam, quam sequuntur Editiones plurimæ; e recentioribus quoque Brotier. Desbillon. Bipontini. Nam si *tutus* scripsisset Phædrus, vix, putat vir doctus, librariis potuisse in mentem venire, vocem elegantiorem, et metaphorico suo usu vulgo minus notam, ut eam supponerent, cum glossatorum mos solennis fuerit, translatas voces per magis simplices et apertas exponere. Deinde testudo cortice sua, ut mœnibus aut scuto munita recte dicitur, cum natura etiam animalibus imbellibus sua arma et munimenta contra eos, qui nocere illis sustinent, dederit. Vide Burmann. qui de usu verbi *munire* in tali re et similibus exponit uberius. Defendit tamen Jac. Gronovius in Emendatt. in Phædr. alteram lectionem *tutus*, quod non ideo improbem, quia in locis, quos producit, nullus est, ubi *tutus contra aliquem* dicatur; cum et Celsus dixerit lib. v. 23. de Mithridate, 'adversus venenorum pericula tutum corpus suum reddidit;' etsi probe sciam, frequentius dici *tutus ab*, vel *ad*, ut Phædrus lib. I. fab. 31. 'tutus ab injuria;' sed placet *munitus*, quia est elegantius, et quia Phædrus respectu testudinis rectius vs. 1. 'munitus' et vs. 16. 'tutus' dixisse putandus est. *ruit.* Ouvering. *ruunt.*—6 Alii transponunt voces *Pacto nec ullo*, ut secundum locum iambus teneat, et concinnitatis causa. Sic Bentlei. et Cuningham. Sed complures in Phædro versus essent immutandi, si hæc esset mutandi ratio, recte observante Burmanno. Habet etiam Romulus Divion. *nec ullo pacto tangi potuit.*—7 *Propter volans.* Romul. Divion. *contra volat cornix.* Rom. Nil. *contra advolans.*—8 *Opimam.* Male Romulus Divion. Ulm. et Romulus Nilantii *optimam*, more librariorum, qui voces rariores in vulgatas sæpius mutare solent. v. Burm. Codex Perotti habet: *Opimam, inquit, prædam.* Sed *sane* retinendum est, cum quia τὸ *inquit* sæpe omittit Phædrus, tum quod auget orationem cornicis. *Opimam sane* etiam legitur in aliis libris scriptis.—10 *Lassabit.* Sic recte e Mss. Gudii, i. e. Pith. reponendum judicat Jac. Gronov. ut ipsa testudo lassaret ferentem aquilam. [Sic et Anton.] In Editt. Neveleti, Ursin. Richt. Rigalt. Gronov. Rittershus. Scheff.

NOTÆ

5 *Cornea domo*] Abusive ponitur pro testa cornea, qua testudines muniantur.

7 *Propter volans*] Id est, juxta; ut ap. Terent. 'propter dormire.'

Digitized by Google

Promissa parte, suadet, ut scopulum super
Altis ab astris duram illidat corticem,
Qua comminuta facile vescatur cibo.
Inducta verbis Aquila, monitis paruit,
Simul et magistræ large divisit dapem. 15
Sic tuta quæ naturæ fuerat munere,
Impar duabus occidit tristi nece.

tanto onere. Promissa parte, monet, ut frangat corneam domum missam *ab alto cœlo supra rupem, qua illisa, nutriatur esca absque negotio. Aquila, persuasa* his *verbis, obtemperavit monitori, et quoque partita est ample cibum* suæ *præceptrici. Ita* Testudo, *quæ munita fuerat beneficio naturæ, inferior duabus periit fato luctuoso.*

Freinshem. Bentlei. Didot. est *lassabis*, quod licet potest defendi, et se lassare, fatigare, sine reprehensione dici, ostendit Burmannus; hic tamen gaudet, se in Editione majori obsecutum fuisse Mss. cum deinde et jam in Cod. Per. *lassavit*, pro *lassabit*, legi videret.—11. 12 Hi versus in Cod. Per. ita exhibentur: *Promissa parte, vadens ut scopulos super Ab astris duram illidat, monet, corticem.*—13 *Facile.* Sic edidi e Mss. Pith. Rem. et Cod. Perott. Ita Nevelet. Ursin. Lallem. Brot. Bipont. Desbillon. Didot. alii. At Bentleius, quem et Burmannus sequitur [et Anton.], emendavit, *facili vescatur cibo*, quia sine hoc epitheto *cibo* otiosum videbatur. Nam si Phædrus dixisset, *facile vescatur*, abjecta voce *cibo*, sensus supereresset, quia vesci absolute poni potest, quemadmodum Val. Max. II. 5. 4. dixit, 'in æde Jovis vesci' et Curt. lib. VIII. 6. 'stabat ad fores ædis ejus, in qua rex vescebatur.' Sed si poëta τὸ *cibo* addere volebat, addendum simul epitheton erat, unde qualis cibus sit pateret. Nec satisfacit Burmanno Schefferus, qui *cibo* per pleonasmum explicabat, cum in loco Ciceronis de N. D. lib. II. 23. 'nec iis escis, aut potionibus vescuntur, ut aut nimis acres, aut nimis concretos humores colligant,' nullus appareat pleonasmus, nec sensus tolerabilis remaneat, si tollas *escis* et *potionibus*. Displicet autem Hario lectio *facili cibo*, cum hæc locutio, pro hoc scribendi genere, nimis poëtica sit. Quam male hoc dicatur ab Anglo, Burmannus docere potest lectores, quorum interest. Sic enim etiam locutiones *per auras, altis ab astris*, et multæ aliæ nimis poëticæ videri debuissent, ut omittam alia, quæ vide in Notis Burmanni. Equidem conjecturam Bentleii ac Burmanni, etsi vulgata lectione sit elegantior, invitis libris omnibus non puto esse admittendam; cum pateat, *cibum* hic carnem significare posse, partem testudinis, cibo futuram, ut jam olim Heusingerus recte statuit. Vid. etiam cl. Lang. in Prolegg. ad Phædr. p. 24.—14 *Verbis.... monitis.* Cuninghamus legi jubet, *Inducta his verbis.* J. F. Gronov. Diat. Stat. cap. 13. p. 73. pro *verbis* legit *veris*, et Heinsius *monito*. Utramque emendationem recepit Bentlei. sed *verbis* Burmanno præferendum videtur ex more Phædri, ut lib. I. fab. 11. 1. 'verbis jactans.' lib. IV. fab. 3. 5. 'verbis elevant.' Neque etiam opus est, legere *monito*, eum et alii poëtæ in plurali non raro uti soleant. Sic Virg. Æn. VIII. 504. 'monitis exterrita Divum.' Et sic alibi. v. Burmann.—15 *Large divisit dapem.* Ita Mss. Pith. Rem. Perott. et Ed. Vett. nisi quod Cod. Perotti habeat *dimisit*, pro *divisit*; quibus, præter alios, obsequuntur Ursin. Harius, Brotier. Bipontin. Desbillon. Etsi vero et *large* et *largam* recte dici potest, ut probant non pauca exempla, Burmanno notata; tamen *largam* præstare censent Bentlei. [Anton.] et Burm. ut Phædrus lib. II. fab. 4. dixit 'felisque catulis largam præbuerunt dapem.' *largam* etiam edidere Lallemant. Sanadon et Philipp. Sed hac in causa assentio Tzschuckio, scribenti: '*large* melius, quam *largam*.

Digitized by Google

Non enim præda erat larga, sed ejus divisio, quod in adverbii crebra mutatione in adjectivum considerandum est.' Deinde si Phædrus l. c. *largam* posuit, an ideo hic quoque *largam* scripsisse putandus est?—16 In Cod. Perotti est: *Sic tuta quæ fuerat naturæ munere.*

FABULA VII.

MULI ET LATRONES.

MULI gravati sarcinis ibant duo:
Unus ferebat fiscos cum pecunia;
Alter tumentes multo saccos hordeo.
Ille, onere dives, celsa cervice eminet,
Clarumque collo jactat tintinnabulum;
Comes quieto sequitur et placido gradu.

Duo Muli incedebant onusti oneribus: unus portabat corbes cum nummis, alter saccos repletos multo hordeo. Primus dives sua sarcina, supereminens elato capite, et agitans collo tintinnabulum argutum; alius *it comes lentis et tranquillis passibus.*

2 *Tumentes multo.* Cod. Per. *tumentis multos.*—4. 5 Mss. Pith. Rem. et Editt. Vett. habent *eminens, jactans.* Bentleius, quem sequitur Cuningham. [et Anton.] verbum deesse videns, legit: *Ille onere dives celsa it cervice eminens.* Sed hoc ex primo versu, ubi, 'muli ibant duo,' præcessit, subaudiri posse censent Burmannus et Heusingerus. Quod cum mihi duriusculum videatur, et Cod. Perotti vs. 5. habeat *jactat*, pro *jactans;* suspicor, præcedente versu eundem legisse *eminet.* Jam olim Richterus ejectis participiis legebat: *cervice eminet Clarumque collo jactat tintinnabulum*, improbante Burmanno; quam tamen conjecturam lectio Codicis Perotti deinde confirmavit, quæ recte placet Heusingero in Addend. Receperunt etiam Lallemant. Brotier. Desbillon. et Both. Frustra Meursius, ut solet, hic videt lacunam. —6 *Comes.* Quia *ille* præcessit, volebat Heins. Ep. XIX. ad Scheff. *Comes hic.* Sed non opus est construere, *hic sequitur comes;* sed intelligere simpliciter, alter mulus, qui comes erat. *Burm.—quieto.* Bentleius temere emendat *quietus*, quod recte rejiciunt Burmann. et Heusinger. Ille enim: 'non in poëtis solum,' inquit, 'sed et in prosa variantur hi casus nominativus et ablativus, ut *excellens forma*, vel *excellenti.* Vid. Gronov. ad Liv. I. 8. Sal-

NOTÆ

2 *Fiscos*] Fiscus corbis erat vimineus, in quo recondebant Romani pecuniam publicam et imperatoriam. Unde metaphorice desumitur vox illa pro pecunia.

Digitized by Google

Subito Latrones ex insidiis advolant,
Interque cædem ferro Mulum trusitant,
Diripiunt nummos, negligunt vile hordeum.
Spoliatus igitur casus cum fleret suos, 10
Equidem, inquit alter, me contemtum gaudeo.
Nam nihil amisi, nec sum læsus vulnere.

Fures assiliunt derepente ex insidiis, et inter stragem vulnerant Mulum esse, rapiunt pecuniam, nec curant hordeum nullius pretii. Cum ergo expilatus doleret suum infortunium, alter dixit: Lætor me neglectum, nihil enim perdidi, neque

---

lust. Cat. 53. 'diversi moribus fuere,' vel *diversis*. vide Cort. ad Jug. 78. 'impares magnitudine, pares, vel *pari*, natura:' v. et infra lib. III. fab. 8. 2. 'Tutius ergo sequi scriptos, et in talibus nil mutare.'—8 *Cædem*. Meursius scripsit *prædam*, quia nulla cædes facta sit, sed intra direptionem fiscorum vis omnis constiterit. Sed viri docti, maxime Burmannus, jure vindicarunt vulgatam. Heinsius ascripsit margini vel, *Interque sepem*, vel *Uterque fœde*, et in Ep. XIX. ad Scheffer. *Interque se dum ferro mulum trusitant*. Ouveringius, Meursii vestigiis insistens, hunc versum transponit (citra necessitatem, cum omnia recte se habeant) in locum sequentis, pro *cædem* legens *prædam hunc.—trusitant*. In Mss. Pith. et Remens. est *trucidant*, quod repugnat et iambici versus metro, et veritati. Vid. vs. 12. Sic tamen edidit Rob. Prevost. Facile autem intelligitur, Phædrum h. l. usum esse verbo, quod responderet τῷ *læsus vulnere*, vs. 12. sed rariori et difficiliori, quod deinde a rudibus librariis varie mutatum est. Meursius conjicit, *multum tunsitant*, verbum nusquam alibi obvium; vel *tuditant*. Sic edidit Didotus. Rittershus. Nevelet. Ursin. Gronov. Walch. *tonsitant*, quod et placet Scheffero, etsi nullo exemplo affirmetur, hoc sensu fuisse in usu. Explicant autem, vulnerare in extrema cute. vid. Scheff. Pithœus emendaverat *tunditant*, teste Brotierio. *sauciant*, ex Heinsio excogitatum, placuit Bentleio; quam conjecturam corroborat Codex Perotti; et receperunt Cuningham. Philipp. Lallemant. Brotier. Desbillon. At si scripsisset Phædrus *sauciant*, inde non ortum esset *trucidant*, quod est in libris scriptis. Cf. Ephem. Gotting. 1784. Part. 67. Itaque Tzschuckio τὸ *sauciant* ex glossa difficilioris vocis irrepsisse recte videtur. Burmannus conjicit *lancinant*, cui lectioni ipse non multum tribuit: placet tamen Bipontinis, qui receperunt. Plerique, præeunte Rigaltio, legunt *trusitant*, quod ad priscam Codd. Mss. scripturam accedit proxime; etsi nec sic omnis tollatur scrupulus. Heinsius denique legi posse putabat, *incursitant*; v. Notas Heinsii; at Salmasius *tusitant*, teste Gudio. [*trusitant* Anton.]—12 *Sum læsus vulnere*. Cod. Per. *sum passus vulnera*, quod receperunt Lallemant. et Brot. et probant Sanadon et Philipp. Ita passim poëtæ. v. Heusinger. Mss. Pith. Rem. et Edit. Vett.

NOTÆ

8 *Ferro trusitant*] Locus vexatissimus; vulgo legebatur *tonsitant*. Alii *trucidant*, unde *trusitant* posuit Rigaltius. Meursius maluit *tuditant*, ut sit a *tundendo*, quasi variis ictibus ferri tunderent cutem muli ne cum sarcina aufugeret. Certe *trusitant* nullibi legitur nisi in hoc Phædri loco. *Tudito* vero est vox nota apud Festum, et significationem habet accommodatam ad locum Phædri. *Trusito* posset esse verbum frequentativum a verbo *trudo*; sed illius significatio non convenit clare sensui Phædri. Idcirco rejicio.

Digitized by Google

Hoc argumento tuta est hominum tenuitas:
Magnæ periclo sunt opes obnoxiæ.

accepi vulnus. Hoc exemplo egestas hominum secura est, ingentes vero *divitiæ patent multis discriminibus.*

nec sum læsus vulnere. v. Brotier.—14 *Magnæ.* Harius contra scriptos et editos libros, et sine ulla necessitate, legit *Magno,* quod in quibusdam editionibus etiam olim legebatur, ut Daneti; et a Johnsonio jam rejectum fuit: *periculum* enim etiam per se sufficit, etsi non addatur *magnum.* Deinde Phædrus alio loco dicit 'magnas opes.' Denique si alibi l. II. 8. 19. hoc Epitheton poëta adjunxit, an ideo semper cogendus, eodem modo loqui? De quibus omnibus et aliis Burmannus in re tam levi justo fusius contra Harium disputat. Hunc vers. habet Both. suspectum ob ταυτολογίαν, et deleri vult.

NOTÆ

13 *Tuta est hominum tenuitas*] Unde Sallust. 'Egestas habetur facile sine damno.' Et Juven. 'Cantabit vacuus coram latrone viator.'

FABULA VIII.

CERVUS ET BOVES.

Cervus, nemorosis excitatus latibulis,
Ut venatorum fugeret instantem necem,

Cervus excitus latebris nemoris fugit in villam vicinam metu imprudenti, ut se

1 *Nemorosis.* Cod. Perott. *nemorum.*—2 *Ut venatorum.* Bentleius, cui ridiculum videbatur, *necem venatorum* dici, et quia *excitatus* dicitur cervus, nec additur a quo; legit: *excitatus latibulis A venatore, ut f. i. n.* Alii, qui itidem offenduntur lectione *venatorum instantem,* alia tentant. Harius corrigit *instantum necem;* Heinsius, *venatorem fugeret instantem neci,* vel, *venatores*

NOTÆ

2 *Ut venatorum fugeret necem*] Scilicet a venatoribus sibi inferendam. Ibi est ambiguitas, quia vox *venatorum* active, non passive, sumitur hoc loco.

Digitized by Google

Cæco timore proximam villam petit,
Et opportuno se bubuli condidit.
Hic Bos latenti: Quidnam voluisti tibi,
Infelix, ultro qui ad necem cucurreris,
Hominumque tecto spiritum commiseris?
At ille supplex, Vos modo, inquit, parcite:
Occasione rursus erumpam data.
Spatium diei noctis excipiunt vices.
Frondem bubulcus affert, nec ideo videt.
Eunt subinde et redeunt omnes rustici,
Nemo animadvertit: transit etiam villicus,

subduceret morti sibi *imminenti a venatoribus, et se occultavit* in *stabulo commodo. Bos* dixit huic *delitescenti: Quidnam proposuisti, miser, qui te objeceris ultro morti, et crediderit vitam aedibus hominum? Cui ille rogans, Vos, inquit, ne laedite: me proripiam iterum foras ubi se opportunitas obtulerit. Nox venit die exacto; bubulcus apportat frondes* bobus, *neque tamen animadvertit. Deinde omnes rustici eunt redeuntque; nullus videt. Quin et villicus venit, neque hic deprehendit quic-*

instantes neci, vel, *venatore fugeret instanti necem.* Sed omnia vana, paulo fusius probante Burmanno; cum dubium esse non possit, a quibus excitatus sit cervus, et lectio vulgata bene se habeat, defendique possit multis veterum auctorum exemplis. Vide enim quos laudat Burmannus. [Proponit Anton. *A venatore instantem ut effugeret necem.*] Deinde e verbis Romuli Divion. *ut venatores evaderet*, patet, mortem, a venatoribus instantem, esse intelligendam, quod jam olim notavit Burmannus. Denique cum verbum *instare* de proxime imminentibus passim dicatur, hoc loco a *necem* non divelli et ad *venatores* referri potest.—4 *Et opportuno.* In Ms. Per. pro, *Et opportuno*, est, *Et inter bubulos ruit*.... et mox: *Huic eo latenti, Quidnam.* Ms. Pith. *bovili;* sic edidit Neveletus; Ms. Rem. *bobili*, quod Gud. et Burm. mutant in *bubili.* Recte. Teste enim Varrone de 44. VII. p. 117. Edit. Bip. a bove dicitur *bubile*, non *bovile.* v. Brot. coll. Burmann. et Desbillon. In Anonymo Nil. *ovile* legitur. Perperam, quia de bobus agitur.—6 *Ad necem cucurreris.* Heins. conjicit: *qui neci occucurreris*, vel, *qui necem incucurreris*, quia Cicero sæpe dixit *in morbos, in crimen, in perniciem, &c. incurrere.*—7 *Hominumque tecto.* Non male Cod. Perotti *Hominisque tecto*, i. e. domino, quod probant Heusinger. in Addend. et Burm. Aliter sentit cl. Lang. in Prolegg. ad Phædr. 2. p. 24.—9 Cum apud Romulum Divionensem legatur: *hæc cum loquitur*, seu, ut habet Romulus Ulm. *hæc cum dixisset, obscuro se condidit loco;* censet Neveletus, excidisse versum hunc, statim versui 9. subjiciendum: quod non est probabile, cum versu 4. jam dixisset Phædrus, cervum se *condidisse* bubuli, ubi apud Romulum est: *conjecit se in stabulum.*—10 *Spatium diei.* Ms. Per. *Spatium dein.*—11 *Nec ideo.* Heins. *neque adeo.* Salmas. *nec adeo.* Ms. Per. *affertur, nihil videt.* Both. *neque is eum videt.*—12 *Nemo animadvertit.* Ms. Per. *Nemo*

NOTÆ

3 *Cæco timore*] Quia facit nos cæcos, et imprudentes in rebus nostris.

5 *Voluisti tibi*] Malum parare. Imitatio Virgiliana: 'Eheu! quid misero tibi, volui?'

Digitized by Google

Nec ille quicquam sentit. Tum gaudens ferus
Bubus quietis agere cœpit gratias,
Hospitium adverso quod præstiterint tempore.
Respondit unus: Salvum te cupimus quidem,
Sed ille, qui oculos centum habet, si venerit,
Magno in periclo vita vertetur tua.
Hæc inter ipse dominus a cœna redit:
Et quia corruptos viderat nuper boves,
Accedit ad præsepe: Cur frondis parum est?
Stramenta desunt? Tollere hæc aranea

quam. Tum cervus exultans cœpit habere gratiam bobus tacitis, quod illum excepe-rint hospitio iniquo tempore. Unus dixit: Equidem te volumus incolumem: sed si ille accesserit, cui sunt centum oculi, tua vita versabitur in summo discrimine. Dum hæc loqueretur, Herus venit a cœna, et quoniam aspexerat non ita pridem boves dejectos, subit bovile: Quare, ait, *parum* adeo *frondium est? Paleæ non sufficiunt. Quantum operis est auferre has telas aranearum? Dum lustrat singula,*

eum animadvertit, e compendio.—14 Ms. Per. *Tum gaudens cervus.* Rom. Divion. et Ulmens. *gaudens fera.* Anonymus Nilant. *gaudens ferus.*—15 *Bubus quietis.* Sic Mss. Rem. et Per. it. Anon. Nil. Ita quoque habuit Cod. Pit. sed altera manu emendatum *Boves.* Inde Pithœus emendavit *Bobus;* sicque edidere Nevelet. Burmann. Desbillon. al. Cf. Brotier. *quietis.* Bentleius reponit *quietus* et explicat, securus. Ita Cuninghamus. At melius retinetur *quietis;* indicatur enim gratiarum actarum causa. Cf. Tzschuck. *agere cœpit gratias.* Ursin. et Rittershus. *cœpit agere gratias.*—16 *Quod præstiterint.* Non male Cod. Perott. *quia præstarent.* Nondum enim exierat cervus.—17 *Te cupimus quidem.* Ms. Per. *te volumus quidem.* Anonymus Nil. *salvum te volumus.*—19 Versus hic deerat in Cod. Per. *vertetur.* Maittar. Richt. Hoogstrat. *versatur.*—22 [Vult Anton. *fr. cur p. est?*]—23 *Desunt?* in Editt. Danet. Maittar. Richter. Funcc. Hoogstratan. Lallemant. Desbillon. Brotier. abest signum interrogandi. Sed melius per interrogationem effertur, quia dominus paulo loquitur iratior, cui generi convenit interrogatio. *Warum habt ihr nicht gestreut?* Atque etiam vs. sq. oratio procedit per interrogatio-

NOTÆ

15 *Bubus quietis*] Qui eum non prodiderant latitantem in stabulo.

16 *Hospitium adverso*] Ita ap. Cic. 'Amicus certus in re incerta cernitur.' Et Plautus eum amicum pronuntiat, qui in re dubia juvat. Unde Ovid. 'Donec eris dives, multos numerabis amicos; Tempora si fuerint nubila, solus eris.'

18 *Qui oculos centum habet*] Ne Famam, aut Argum, intellige, quibus Poëtæ tribuunt centum oculos. Ibi est Periphrasis, ut heri curam et perspicaciam depingat. Dat enim centum oculos, ut indicet dominum esse oculatissimum. Unde Æschyl. *Ὄμμα γὰρ δόμων νομίζω δεσπότου παρουσίαν: Namque lumen ædium puto heri præsentiam.*

21 *Corruptos*] Macilentos, macie perditos. Imitatio Græci sermonis.

23 *Aranea*] Adjective ibi sumitur; subauditur, texta.

Digitized by Google

Quantum est laboris? Dum scrutatur singula,
Cervi quoque alta conspicatur cornua.
Quem convocata jubet occidi familia,
Prædamque tollit. Hæc significat fabula,
Dominum videre plurimum in rebus suis.

vidit elata cornua Cervi, quem imperavit interficiendum accitis servis, et abstulit prædam. Ista fabula demonstrat dominum cernere multum in suis rebus.

nem. Cf. Scheff.—24 *Quantum.* Nec hoc placere potuit Heinsio, nec Bentleio, qui volunt, *Quanti est laboris*, licet ipse Phædrus lib. I. fab. 13. dixerit, 'quantum decoris,' et lib. II. fab. 4. 'quantum mali.' Ovid. II. Fast. 404. &c. At dicent: in illis exemplis est verbum aliud, hic vero substantivum *sum: quanti laboris est*, non, *quantum laboris faceretis.* Sed annon et Senec. Ep. LXIV. dixit, 'quantum in illo, Dii boni! vigoris est? quantum animi?' Quare relinquamus Phædro suas locutiones; et si scripsisset, *Quanti laboris est*, nefas putarem, et hoc mutare in *Quantum laboris.* Nam non nego, et hoc eleganter et Latine dici. Sic Senec. Ep. XXXI. 'nonne vides, quanti laboris sit, fila disponere?' Ita alii passim. *Burmann.*—25 *Conspicatur.* Mss. Pith. Rem. et Editt. Vett. *est conspicatus*, quod non respondet præcedentibus; sed melius Cod. Perott. *conspicatur*, quod etiam receperunt Lallemant. Brotier. Bipontini.—27 *Tollit.* Heinsius legi jubet *tolli*, sed frustra; cum quia etiam Cod. Per. habet, *Prædamque tollit*; tum quia ipse tollere censetur, qui tollit per servos suos. v. Burmann. Cod. Perotti h. v. ita exhibet: *Prædamque tollit, quam paraverat casus.* Reliqua deerant; sed finiebatur hoc versu fabula: *Tunc recte fieri omnia, cum per nos facimus.*

EPILOGUS.†

ÆSOPI ingenio statuam posuere Attici,

Athenienses erexerunt magnam statuam Æsopo, et posuerunt hunc *servum in*

† Al. *Auctor.*—1 *Æsopi ingenio.* In Mss. Pith. et Rem. corrupte fuit, *Æsopi ingentem.* Unde Pithœus emendavit: *Æsopi ingentem statuam.* Sed vulgo legitur, *Æsopo ingentem st.* Sic Nevelet. Ursin. priores Burmanni Editiones.

NOTÆ

1 *Æsopi ingenio statuam posuere Attici*] Statuæ hujus auctorem fuisse nobilissimum illum statuarium Lysippum discimus ex Epigrammate Agathiæ Scholastici, qui Justiniani Imperatoris ævo vixit: ex eodem quo-

Digitized by Google

Servumque collocarunt æterna in basi,
Patere honoris scirent ut cunctis viam,

basi semper mansura, ut innotesceret omnibus pandi iter ad gloriam, neque concedi

---

At Gudius ob locum Prol. III. 52. 53. *Æsopi ingenio statuam posuere Attici*, legendum esse putat, cui suffragantur Bentleius, Cuninghamus, Burmann. Lallemant. Brot. Bipontini, alii. Quam conjecturam deinde confirmavit Codex Perotti, in quo Epilogo Phædri præmissus erat titulus: *Ingenio et virtuti veram gloriam tribui*, primus autem versus diserte exhibebatur, ut Gudius conjecerat, *Æsopi ingenio statuam posuere Attici*. (Vid. Præf. Burmann. ad Edit. ann. 1727. sub fin.) Cui lectioni etiam favet Cod. Divionensis. Vid. Additamentum in isto Codice post lib. IV. fab. 21. quod inscribitur: ' Æsopus de statua sua ad Cives,' et Lessingii Romulum et Rimicium p. 52. sq. Voci enim *statuam* in Cod. Divion. non additur Epitheton; at legitur, *Æsopi ingenium*. Itaque lectio vulgata ob auctoritatem dictorum Codicum, et quia librarii non raro, pro *ingenio*, *ingentem* obtruserunt. (Vid. Acidalius ad Curt. lib. X. cap. 5. p. 786. Edit. Snakenburg.) rejicienda est. Deinde non est probabile, ut recte videtur Burmanno, statuam, Æsopo positam, magnitudine alias, viris claris et bene meritis erectas, superasse. Spanhemius ad Juliani Cæsares, p. 528. et Hoogstratanus itidem probant conjecturam Gudii. Sed Gronov. Perizonius, Torrenius, alii, reponunt *ingenui statuam*. Contra vulgatam *ingentem* tuentur, etsi frustra, Schirach. Clav. P. I. p. 11. Schefferus, Desbillonius ad h. l. atque etiam retinet Fabricius in B. G. vol. I. p. 623. Edit. Harles. ubi vide; admittunt denique non paucæ Editiones, ut Hoogstratan. Interpretatur autem Fabricius *ingentem*, splendidam et illustrem, quod vellet probasset Burmannus. Desbillonius dubitat, an bene Latina sit locutio, *Æsopi ingenio statuam ponere*, præeunte Franc. Hario, qui diserte dicit: '*ingenio alicujus statuam ponere* nullo, quod sciam, exemplo dicitur.'—2 *Servumque*. Neveletus edidit *Servulumque.—æterna in basi*. Guyetus legi jubet, *ænea in basi*, cui obsequitur Schirach. in Clav. P. I. pag. 11. Sed jam olim hanc Guyeti conjecturam Gudius rejecit. Recte enim quærit: ' quis unquam audivit statuam marmoream in ænea basi? immo vero contrarium faciebant veteres. Ita in Collectis meis signum æneum cum hypobasi marmorea.' Deinde lectionem *æterna in basi* firmat ' æterna crepido' Statii Sylv. lib. I. 1. 58. Accedit Codicis Perotti auctoritas, in quo legitur *æternæ basi*, adeo, ut dubium esse non possit, *æterna* unice veram esse lectionem, quam, præter alios, recepere Brotier. Bipont. Desbillonius.—3 *Honoris*. Quia in Ms. Pith. est, *Patere homini*, varie h. l. tentant Interpretes. Praschius mallet: *P. h. scires ut cunctis viam*. Heinsius: *Patere scirent nomini ut cuncti viam;* Gudius e Ms. Pith. *Patere homini scirent ut cuncti viam;* et ita Salmasius ad oram libri; Cuninghamus: *Patere honoris homini scirent ut viam;* Bentleius, *Patere honori scirent ut cuncti viam*. Sed observat Burmannus: ' aliud est, *honori patet via*,

NOTÆ

que discimus, cum iidem Athenienses etiam septem sapientibus Græciæ singulis suas collocassent statuas, omnium maximum honorem eos habuisse Æsopo, ejusque statuam ordine primam esse voluisse. Sic igitur Agathias, Εὖγε τοιῶν, Λυσίππε γέρον, Σικυώνιε πλάστα, Δείκηλον Αἰσώπου στήσαο τοῦ Ἀμύλου: *Laudo te, Lysippe senex, Sicyonie sculptor, Æsopi effigiem quod statuis Samii, &c.*

Attici] Attica, regio Achaiæ seu Helladis, quæ et Mopsopia et Cecropia dicta est, in qua Athenæ urbs totius Græciæ caput. Hinc Atticus nomen gentis.

Digitized by Google

Nec generi tribui, sed virtuti, gloriam.
Quoniam occuparat alter, ne primus forem,
Ne solus esset, studui; quod superfuit,
Nec hæc invidia, verum est æmulatio.
Quodsi labori faverit Latium meo,
Plures habebit, quos opponat Græciæ.
Si livor obtrectare curam voluerit,

honores nobilitati, sed virtuti. Quia alius præripuerat ne essem primus, curavi ne foret unicus scriptor Fabularum. *Id non est invidere, sed æmulari. Si vero Roma aspirarit meo labori, plures* ipsi *erunt* auctores, *quos conferat cum Græcis* auctoribus. *Si invidia voluerit carpere diligentiam, non ideo auferet* tacitam

aliud *honoris*. Deinde *cunctis* mutare in *cuncti* est contra mentem Phædri. Vult enim poëta, non nobilitati, non generi, aut patriæ hunc honorem habitum, sed *ingenio Æsopi*, qui peregrinus et barbarus retulit honorem, solis civibus bene meritis tribui solitum. Exemplum igitur Æsopi docere poterat Athenienses, viam honoris patere *cunctis*, neque excludi servos, peregrinos, barbaros.' Nihilo vero secius non paucæ Editiones habent *cuncti*, ne desit nomen ad *scirent*. Sic Nevelet. Rigaltii 2. Scheffer. Ursin. Hoogstrat. Lallem. Brotier. Desbillon. Didot. Bothius legit *P. honoris s. ut cuncti v.* [Anton. idem ac nos legit.]—4 Post hunc versum in Editt. Rittershus. Meurs. Gronov. Neveleti asterisci, omissi versus alicujus signa, apparent. Sed nihil deesse, ex orationis contextu constat, observante jam olim Burmanno, in cujus sententiam recte discedit Heusinger. Dicit nempe Phædrus: Æsopus primus fuit inter Græcos, qui præter ceteros fabulis laudem sibi pareret; hinc meritus est ab Atheniensibus statuam. Quoniam igitur Æsopus prævenit me in fabulis inveniendis, sicque fecit, ne primus inter omnes essem fabularum scriptor: studui, quod solum mihi superfuit, ne solus Fabulator audiat Æsopus. Ideo non occulte innuit, se similem laudem et præmium a Latio sperare. Sic vs. 4. cum 5. bene cohæret. v. Burm. Contra major lacunæ suspicio est infra post vs. 11.—5. 6. In Ms. Pith. hic locus ita exhibetur: *Quoniam occuparat alter, ne primus foret, Nec solus esset, studii quod superfuit.* Sic Neveletus et primæ Editt. cui lectioni nullus prorsus sensus inest. Restituit locum Rittershusius, qui pro *foret* legit, *forem;* pro *nec, ne;* pro *studii, studui.* Ita fere Rigaltius, in Editione 1. hunc locum sic constituens: *Quod jam occuparat alter, ne primus forem; Ne solus esset, studui quod superfuit.* Sed Jac. Gronovio Rittershusii emendatio displicet, quæ sana est. Is autem conjicit: *Q. o. a. n. p. foret, Nec solus, ecce, studii quod superfuit.* Vid. Ej. Emendatt. in Phædro p. 149. Alia conjiciunt Bentleius, Salmasius, Richterus, vix digna, quæ memorentur.—7 *Nec hæc.* Lallem. Cuningham. Brot. Bipont. Jakob. [Anton.] habent *Neque hæc.*—8 *Faverit.* Cod. Pith. *faveret*, notante Neveleto.—10 *Si.* Quia *si* præcessit modo, Heins. Ep. XXI. ad Scheffer. malebat, *ut livor*, pro, utcumque. Posset faciliori manu *Sin* legi.

NOTÆ

8 *Latium*] Regio Italiæ notissima inter Hetruriam et Campaniam, a latendo dicta, quod ibi Saturnus latitarit.

9 *Plures habebit*] Qui meo exemplo conscribent fabulas.

Quos opponat Græciæ] Id est, doctissimis viris e Græcia, qui multa opera reliquerunt posteritati.

Digitized by Google

Non tamen eripiet laudis conscientiam.
Si nostrum studium ad aures pervenit tuas,
Et arte fictas animus sentit fabulas,
Omnem querelam summovet felicitas.
Sin autem doctus illis occurrit labor, 15

cognitionem laudis mihi debitæ. *Si noster labor devenit ad tuas aures, et* si tua *mens tangitur fabulis fictis industria*, illud *bonum præcidit omnem* causam *querimoniæ: sin vero eruditum studium incidit in* manus *eorum, qui nati sunt invita*

---

sed vix opus puto. Vid. Prol. III. 52. *Burmann.* *Sin* placet Vrsino, Freinshem. Meurs. Scheff. Gud. Cuningh. Lallem. Brot. Tzschuckio, [Antono,] Bentleio. *obtrectare.* In Cod. Pith. est *libor* et *oblectare*, teste Gudio. Hinc conjicit *objectare*, ut et Salmasius ad oram libri legit. Frustra. In Ms. Pith. inveniri, *Si labor oblectare*, testatur Neveletus, quod est a manu secunda.—12 [Legi vult Anton. *pervenit ad a. t.*]—13 *Arte fictas.* Heinsius emendat *apte fictas.* Etsi vero *arte* et *apte* in Mss. sæpe confunduntur; vulgatam tamen tuetur Burmannus. Quæ enim fabulæ *arte* sunt fictæ, etiam *apte* fictas nemo negabit. Deinde retinet *arte*, quia verbum *sentire* de operibus, arte factis, sumitur.—15 Mss. Pith. et Rem. Veteresque Editiones, ut Pithœi, Rittersh. Rigaltii I. Nevelet. hunc versum ita exhibent: *Sin autem ab illis doctus occurrit labor*, quæ viris doctis corrupta videntur, adeo quidem, ut Burmannus hæc se non intelligere ingenue fatetur. Hinc jam olim Rittershusius emendabat, *Sin autem illis d. o. l.* ut τὸ *n* non elidatur; vel, *Sin autem et illis d. o. l.* [quod et Antonus:] sed Rigaltius, cui non pauci obsequuntur, in Editione anni 1617. corrigit, *Sin autem doctus illis occurrit labor.* Rejicit tamen Desbillonius hanc emendationem, lectionem Mss. veterumque Editionum revocans. [Cuninghamus edidit: *Si autem et illis;* Cl. Jakob. *Sin autem et illis doctus occurret l.* Ursinus, *Sin autem; et illis;* Santorocus, *Sin autem ad illos* doctus *occurret labor.* Praschius, *Sin autem [in illos d. incurrit l.* Heinsius conjicit: *Sin autem, ubi illis doctus occurret labor;* vel, *Sin autem doctus illis arguitur labor;* et in Ep. XXI. ad Scheff. *ab illis doctus arcetur labor;* quæ omnia non sine causa displicent Burmanno. Sanadon, Philipp. Lallemant mallent legere: *Sin autem et illos doctus offendet labor;* at Bentleius pro arbitrio rescribit: *Sin autem ab illis doctus obteritur labor*, sc. invidia, livore et obtrectatione, quod, observante Burmanno, sensui satisfacit, sed nihil melius atque Heinsii *arguitur;* lectionem Bentleianam tamen præfert Censor eruditus in Ephem. liter. Gotting. ann. 1780. p. 44. sq. Jac. Gronovius legi jubet: *Sin autem asellis doctus occurret labor*, in quo præiverat Rigaltius, qui hanc lectionem defendit propter vs. 16. hujus Epil. coll. lib. I. fab. 21. 11. Hanc vero emendationem rejicit Burmannus, quia ille Phædri mos non est, ita aperte conviciari; nec asellorum est proprium, meliores carpere, sed nasutorum, ut alibi dicit. De conjectura Gronovii patris, *Sin autem ad illos decurrit*, cf. eundem Burmannum. Heumannus perperam mutat *ab* in *hic; Sin autem his illos d. o. l.* vid. N. B. P. XXVII. p. 609. istud enim *hic* plane otiosum est. Scioppius mutat τὸ *ab*, quod est in Mss. in *ac*, probantibus Gudio, Scheffero et Burmanno, qui recipit, hoc sensu: *Sin autem:* i. e. si vero minus; sc. si

NOTÆ

14 *Omnem querelam summovet felicitas*] Ita mihi beatus videor, si moveris fabulis, nullum ut mihi querendi locum relictum esse putem.

15 *Doctus illis occurrit labor*] Id est, sit adversus labor: nam *occurrere* pro adversari hoc loco ponitur.

Digitized by Google

Sinistra quos in lucem natura extulit,
Nec quicquam possunt, nisi meliores carpere;
Fatale exitium corde durato feram,
Donec fortunam criminis pudeat sui.

Minerva, neque quicquam valent, nisi obtrectare optimis quibuslibet; sustinebo firmato animo hoc *exitiale infortunium, dummodo fortunam pœniteat sui criminis.*

mihi non contigit, ut tu legas et magni facias; si animus tuus non sentiet, arte fictas esse fabulas; *ac doctus labor illis occurret*, i.e. in eos judices incidet, quos, &c. Quæ conjectura præter ceteras arridet. Cl. Tzschuck. quia nihil eos posse, nisi meliores carpere, post dicit Phædrus, vulgatam lectionem ita effingi posse existimat: *Sin autem ab illis doctis occurret labor.* Sed cum *doctus labor* locum suum tueatur ob Prol. III. 26. hancce conjecturam non puto esse admittendam. Bipontini denique hunc locum sic emendant: *Sin autem ab illis doctus occiderit labor.*—17 Hunc versum Bentleius (et Both. uncis eum inclusit) a mala manu esse censet; quia laboret Syntaxi vitiosa et numeris absonis: neutrum videt Burmannus. Bipontini ediderunt, *Ne quicquam possint.* Citra necessitatem. [Antono videtur necessario legendum esse *ni* pro *nisi.*] —18 *Fatale exitium.* Cum *exitium* suspectum sit, quia mortem, perniciem, et quocunque modo res aliqua perit, notat, quod ab hoc loco est alienum; vario modo emendare ausi sunt Critici. Burmannus, unica modo litera mutata, conjicit, *Fatalem corde durato exitum feram*, ut sensus sit: quemcumque fata dederint exitum, feram, donec fortuna magis favens appareat, quemadmodum Cicero 'optatos exitus' dixit. Et Ovid. Met. XII. 522. 'Exitus in dubio est.' Pro conjectura Burmanni pugnat, quod hæc duo cognatæ significationis ejusdemque originis nomina facile sunt permutata, id quod in optimis Sallustii et Val. Max. Mss. factum esse, testatur Gesner. in Thes. L. L. sub *Exitium.* Bentleius emendat, *Fatale eventum;* quærit enim: quo pacto patienter quis ferat *exitium*, qui ipse interiit et nullus est! At vix probabile, ex *eventum* factum esse *exitium.* Franc. Harius *talem exitum*, de qua lectione fuse disputat Burmannus. Gronovius legi jubet *vitium*, et exponit tale, quod non magis effugere licet, quam *fata.* v. Not. Schefferi ad h. l. Sic Tollius [et Antonus]. Cuninghamus, *Fatale edictum;* Jakob. *Fatale exilium.* At nos obsequamur Censori erudito, in Eph. Goëttingens. ann. 1781. Partic. 53. scribenti: 'Beym Phædrus als einen Schriftsteller, auf dem noch so viel Dunkelheit ruhet, der wenigstens gewaltig interpolirt seyn muss, bey dem wir so wenig Licht durch Handschriften erhalten, erfordert die gesunde Kritik, Stellen und Ausdrücke, die weder mit der Sprachgewohnheit, noch mit der Analogie übereinkommen, lieber anzuzeichnen und bemerkbar zu machen, und die wahrscheinlichen Verbesserungen unter dem Text beyzubringen, als in den Text aufzunehmen; oder auf der andern Seite weither aufgesuchte Vertheidigungen solcher ungewöhnlichen Redensarten zu schreiben, dergl. ist B. II. Epil. 18. *fatale exitium.*' At Both. dicit: 'Non plane obsolevit ille τοῦ *exitium* significatus, quo idem valet atque *exitus;* nam sic Sallustius: 'dignum moribus factisque suis exitium vitæ invenit;' et ne quis librarios culpet, faciunt nonnulli poëtarum loci. Quare vulgatam servo.' Sunt multi, quibus Epilogus hujus libri ex parte videatur mutilatus: et alii alia de hac re contendunt et arguunt. Passim interpolatum esse, non negaverim; sed cum non adsint Codd. Mss. quibus locis corruptis lux affundi possit; vera artis criticæ ratio vult, ut potius intactum relinquamus locum, quam versus abjiciamus, suppleamus, sicque magis magisque interpolemus.

Digitized by Google

PHÆDRI

AUGUSTI LIBERTI

FABULARUM ÆSOPIARUM

LIBER III.

PROLOGUS AD EUTYCHUM.

PHÆDRI libellos legere si desideras,
Vaces oportet, Eutyche, a negotiis,
Ut liber animus sentiat vim carminis.
Verum, inquis, tanti non est ingenium tuum,

Si cupis, Eutyche, evolvere libros Phædri, necesse est sis liber a negotiis, ut mens vacua sapiat elegantiam versus. Sed, ais, non polles tanto ingenio, ut perdam vel

† Ms. Pith. *Phædrus ad Eutychum.* v. Gud. Ita edidit Desbillonius.—4 *Inquis.* In Cod. Pith. est *inquit*, quod sæpe pro *inquis*, et *inquiunt* etiam ponitur. v. Gronov. ad Liv. lib. XXXIV. cap. 3. tom. IV. p. 769. Drakenb. Subintelligitur enim *aliquis*; cf. Heusinger. *inquit* tuetur etiam Jac. Gronov. Emendat. in Phædr. p. 149. Sicque edidit Burm. in Editione majori. At Phædrus cum vs. 8. eodem modo dicat, 'fortasse dices,' et vs. 10. 'Legesne;' etiam, hic scripsisse videtur *inquis*, quod præter Rittershus. Rigalt. in Edit. 2.

NOTÆ

2 *Eutyche*] Non satis compertum est quisnam fuerit ille Eutychus, et qualem personam in aula Tiberii sustinuerit. Vetus tamen inscriptio Romæ legitur, EUTYCHUS AUG. LIB. NERONIANUS MEDICUS LUDI MATU-

Digitized by Google

Momentum ut horæ pereat officiis meis. 5
Non ergo causa est, manibus id tangi tuis,
Quod occupatis auribus non convenit.
Fortasse dices: Aliquæ venient feriæ,
Quæ me soluto pectore ad studium vocent.
Legesne, quæso, potius viles nænias, 10
Impendas curam quam rei domesticæ,
Reddas amicis tempora, uxori vaces,
Animum relaxes, otium des corpori,
Ut assuetam fortius præstes vicem?

punctum horæ mei muneris. Non est igitur ratio cur tractes id tuis manibus quod minime decet aures impeditas. Repones forte: Aliqui dies feriales aderunt, qui me revocabunt ad studia libero animo. Verum, *amabo, dedasne* te *potius lectioni fabularum inutilium, quam des operam rei familiari, præstes amicis officia, servias uxori, remittas animum, procures quietem membris, ut recurras validius ad officium*

Nev. Ursin. Maittar. Hoogstrat. Bentlei. alios, receperunt Lallem. Brot. Bipont. Desbillon. Tzschuck. [Anton.]—5 *Officiis meis.* In libris scriptis legitur, *officii mei.* Ita ediderunt Rittershus. Rigalt. in Edit. 2. Nevel. Gronov. Hoogstratan. Maittar. Richter. Ursin. Freinshem. ingrata genitivorum cumulatione, etsi hanc in rem non desint exempla. Sic Nep. Att. 8. 'Domicilium orbis terrarum imperii.' Ad quam duorum genitivorum collisionem vitandam Heinsius emendavit, *officiis meis,* addicentibus Gronovio, Bentleio, Burmanno, et recentioribus Editoribus. Male enim conjungunt, *momentum horæ officii,* cum *momentum horæ* debuisset sufficere, ut vulgo dici solet. Hor. I. Sat. 1. 7. sq. 'horæ Momento cita mors venit, aut victoria læta.' Liv. lib. IX. 16. 'momento unius horæ Samnis cæsus, Satricanus captus,' quæ loca Burmannus affert. Etiam verbum *pereat,* judicante Tzschuckio, desiderare videtur *officiis.*—10 *Viles nænias.* More suo Heinsius conjicit, *Legasne potius aniles nænias.*—14 In Cod. Pith. hic versus ita exhibetur: *Ut ad suetam fortius perstes vicem.* Ita edidit Nevelet. Sed *perstare ad vicem suetam* Rittershusio parum Latine dici videtur. Pithœus conjicit *præstet;* Neveletus ad marginem editionis suæ *præstes.* Heinsius Ep. XXI. ad Scheffer. malebat *perstet vicem* sc. corpus, cujus exemplum desiderat

NOTÆ

TIBI, Ludus autem ille matutinus, arena matutina dicitur apud Martial. lib. X. Epigr. 25. Fit et mentio aliorum Eutychorum in inscriptionibus passim.

8 *Aliquæ venient feriæ*] Dies quibus nihil agere erat licitum. Unde Cic. de Legg. II. ait: 'Feriarum festorumque dierum ratio in liberis requietem habet litium et jurgiorum: in servis operum et laborum; quia compositio animi conferre debet, et ad perfectionem operum rusticorum, et ad remissionem animorum.' Erant autem feriæ publicæ, et aliæ familiarum propriæ. Publicæ erant stativæ, quæ statis et certis quibusdam diebus observabantur. Aliæ conceptivæ, quæ ordinabantur quotannis a sacerdotibus et magistratibus. Aliæ demum imperativæ, quas consules vel prætores pro arbitrio potestatis indicabant.

Digitized by Google

Mutandum tibi propositum est et vitæ genus,
Intrare si Musarum limen cogitas.
Ego, quem Pierio mater enixa est jugo,
In quo tonanti sancta Mnemosyne Jovi,
Fœcunda novies, artium peperit chorum;
Quamvis in ipsa natus sim pæne schola,
Curamque habendi penitus corde eraserim,
Et laude multa vitam in hanc incubuerim,

solitum? Est tibi incundum aliud consilium, et alia *ratio vitæ, si vis subire penetralia Musarum. Ego, qui editus sum a* mea *parente in monte Parnasso, in quo veneranda Mnemosyne gravida novem vicibus dedit Jovi parentes artium; quanquam sim natus in ipso ferme loco, et eradicaverim penitus* ex *animo amorem rei faciendæ, neque adjunxerim ad hoc* genus *vitæ gloria reclamante, tamen admittor cum fasti-*

Burmann.—15 *Et vitæ genus.* Mss. Pith. et Rem. *ut vitæ genus;* pro quo Pithœus emendavit, *et vitæ genus;* cui obsecuti sunt alii. Sed Gudius *aut;* vel, *propositum istud vitæ genus;* Heinsius, *Mutandum tibi propositæ id est vitæ genus.* Uterque e conjectura.—20 *Natus sim pæne schola.* Ita libri scripti et olim editi. Sunt tamen, qui metri causa verborum ordinem invertant. Heinsius cui parent Hoogstrat. Maittar. Bentlei. Lallem. [Anton.] Brotier. Desbillon. Wakefield. in Sylv. Crit. P. I. p. 64. *pæne sim natus schola.* Bipont. *natus pæne sim schola.* Heumannus in N. B. P. XXVII. p. 610. *pæne natus sim schola.* Sed recte observantibus Burmanno et Heusingero ultima vocis *pæne* producitur positione, quia sequens *schola* a duplici consonante incipit. Hoc licitum et familiare poëtis esse, innumeris probari potest exemplis. Vid. quos Burm. citat, Pincier, Parerg. lib. IV. 12. Barth. ad Calpurn. Ecl. II. 32. ut et Adv. XXI. 8. et XXIII. 4. ubi tamen e multis probat exemplis vir doctus, literas *sp, sc, st* non semper facere positionem præcedenti syllabæ; it. ad Stat. Theb. VI. 551. Nil igitur muta. Claud. Civilis, i. e. Withofius in Misc. Obs. Nov. vol. I. tom. I. p. 127. legit *Hellade,* pro *schola,* quod a manu Phædri discedit longissime.—22 *Et laude multa.* Mss. Pith. Rem. et Vet. Edit. habent, *Et laude invita in hanc vitam incubuerim.* Quia sic metrum non satis constat, Faber succurrere voluit *m* in *vitam* non elidendo; Rittershusius et Ursinus vero legendo *incubuverim,* ut supra lib. I. fab. 11. 'fuvissem.' Sed

NOTÆ

17 *Pierio jugo*] Pierius mons Thessaliæ, in Macedoniæ confinio, Musis sacer, quæ ex eo Pierides dictæ sunt.

18 *Mnemosyne*] Nympha Pieria, quæ habuit ex Jove novem Musas. Vox Græca est, Μνημοσύνη, quæ memoriam significat. Poëtæ hanc Musarum matrem finxere, quia omnium scientiarum thesaurus beneficio memoriæ acquiritur et conservatur.

19 *Artium chorum*] Chorus proprie est coævorum cantus et saltatio in tragœdiis aut comœdiis. Accipitur vero improprie pro quovis personarum numero, et ibi pro novem Musis, quæ dicuntur artes adinvenisse. Vocabantur Clio, historiæ parens; Melpomene, tragœdiæ; Thalia, comœdiæ; Euterpe, fistularum; Terpsichore, citharæ; Erato, lyræ; Calliope, versuum heroicorum; Urania, astrologiæ; et Polyhymnia, eloquentiæ.

22 *Laude multa*] [*invita*] Quæ me alio vocabat. Vult se nullam spec-

Digitized by Google

Fastidiose tamen in cœtum recipior.
Quid credis illi accidere, qui magnas opes

dio in earum *numerum. Quid existimas illi eventurum qui studet omni cura ag-*

huic incommodo medetur transpositio Praschii, *vitam in hanc*, addicente Bentleio. Superest tamen aliud ulcus; quid enim est *laude invita?* quod displicet multis; neque enim sensum habet commodum, nec repetitio ejusdem fere soni, *invita in vitam*, ferri potest. Hinc Gronovius substituit *laude nuda*, i. e. solo laudis amore, non ob aliud præmium; quam lectionem Burmannus multis suffulsit locis, sed tamen sensu, quo Gronovius cepit, non satis Latinum putat. Itaque *laude multa* Gudii ei rectius videtur, nisi gloriosius dictum videri possit. Sed passim Phædrus sibi more veterum laudem tribuit, et hoc loco æque dicere potuit *multa laude*, ac vs. 61. hujus Prologi, 'solennis mihi debetur gloria.' Deinde, observante Gudio, *invita* et *multa* uno eodemque fere modo in vetustis membranis scribuntur; certe *in* et *m* dignosci non possunt, nisi e sensu; *l* et *i* etiam parum differunt. Itaque cum librarius illud *l* accepisset pro *i*, non potuit aliter, quam *invita* legere. Hanc Gudii conjecturam, quæ ad veterem scripturam proxime accedit, unice puto veram. Placet etiam Schirachio, Clav. P. I. p. 191. qui tamen *multa laude* explicat, feliciter, studiose: receperunt quoque in textum Richter. Walch. Hoogstratan. Petsch. [Anton.] Gulielm. Best. conjicit, probante Burmanno, *Laude insuëta*, scil. Latinis insueta, sed quæ adhuc apud Græcos manebat, ut apud Lucan. v. 163. 'insueto concepit pectore numen,' ubi tamen alii, ut Bipontini, legunt *invito*. Harius, *Et solam ob laudem*, ortum e Gronovii conjectura: alia ejusdem viri docti emendatio, *Et laudis studio*, æque longe recedit, ac Bipontinorum *Nec laudis invidia*. Johnson. et Cannegieter. (Diss. de ætate et stylo Aviani. cap. 10. p. 272.] suspicantur, Phædrum scripsisse, *Laude invitatus*, sed ita possimus omnibus locis succurrere, monente Burmanno; Withofius, (Misc. Obs. Nov. vol. I. tom. I. p. 126.) *laude avita;* ex iis enim, quæ Phædrus vs. 55. sqq. huj. Prol. de Orpheo, Lino reliquisque Threissæ gentis auctoribus gloriatur, facile intelligi posse censet, cur hic *laude avita* scripserit. At cum Phædrus Macedo fuerit, non Thrax, ut luculenter patet e Vita Phædri; vero non est simile, poëtam h. l. laudem *avitam* respexisse. Desbillonius satis ingeniose, *Et laude invicta:* Phædrum enim III. Epil. 3. 4. IV. Prol. 4. 5. II. Epil. 5. 6. satis indicare, nullum hucusque poëtam Latinum in hanc vitam, sive in hoc scribendi genus incubuisse; suam ergo laudem jure dicere *invictam*. Wakefield. hunc locum ita constituit. (Sylv. Crit. P. I. Sect. XXXII. p. 64.) '*Et laudis avidus*, hanc in vitam incubuerim; *Fastidio si* tamen in cœtum recipior, Quid credis illi accidere,' &c. Locum ita mutatum et interpunctum volubiliter excurrere statuit Criticus præstantissimus, cui accederem, nisi tamen *laudis avidus* nimis recederet a manu Phædri. Agmen claudat conjectura Heinsii, *Nec laude invita vitam in hanc incubuerim*, i. e. non sine laude; quam receperunt Lallemant. Brotier. Philipp., et quæ præ aliis placet Burmanno, qui tamen edidit, *Et laude invita*. Schefferus veterem retinet lectionem, sed interpretatio viri docti displicet. Phædrum enim velle putat, laudem se alio traxisse, cum in isthoc vitæ genere intelligeret, ipsum sibi non posse prodesse: se non magis spectavisse laudem gloriamque in eligendo hoc vitæ genere literarum, quam divitias. Si enim illud voluisset,

NOTÆ

tasse laudem in eligendo hoc scribendi genere. Si enim id spectasset, debuerat aliud sequi studii genus quod magis laudatur. Gronov. legit, *laude nuda*, id est, ob solam laudem, et non ob aliud præmium.

Digitized by Google

Exaggerare quærit omni vigilia,
Docto labori dulce præponens lucrum?
Sed jam, quodcumque fuerit (ut dixit Sinon,
Ad regem cum Dardaniæ perductus foret)
Librum exarabo tertium Æsopi stylo,
Honori et meritis dedicans illum tuis.
Quem si leges, lætabor; sin autem minus,
Habebunt certe, quo se oblectent posteri.
Nunc fabularum cur sit inventum genus,
Brevi docebo. Servitus obnoxia,
Quia, quæ volebat, non audebat dicere,

gerere amplas divitias, præferens quæstum jucundum studiis eruditis? Sed jam quodcumque fuerit (ut Sinon dixit, cum traheretur ad regem Trojæ) conscribam tertium librum more Æsopi, illum consecrans tuæ *dignitati, tuisque meritis. Si illum legis, gaudebo. Sin vero minus, erit certe delectationi posteris. Nunc aperiam paucis cur fabulæ excogitatæ sint. Servitus* quæ *non* est *sui juris, quia non*

debuisset aliud sequi genus, quod vulgo magis laudatur. Simili modo Danetus explicat; sed hæc sunt contra mentem Phædri, quemadmodum docet orationis contextus. 'Ista quidem, *laude invita*, sentio cum Bentleio corrupta esse, quæ utcumque emendare studui. *Haud invite*, i. e. libenter, versari se in his studiis dicit, non reluctante animo, ut Eutychum illosque, qui divitias quærant.' *Both.* Displicet hæcce conjectura Censori Lips. l. c. Censet enim, languide dici *haud invite*, etsi hæc lectio sensum fulciat. Legendum proponit *et laude inventa*, quod certe menti Phædri et nexui orationis accommodatius est. *incubuerim.* Rittershus. *incubuerim* conjicit, addicente Ursino.—26 Rigaltius sequentes sex versus inserendos putat medios his duobus: *Nec his dolorem delenirem remediis*, vs. 44. et *Suspicione si quis errabit sua*, vs. 45. Sed vs. 33-37. ponit post vs. 26. Præterea inter hos duos: *Calumniamque fictis elusit jocis* vs. 37. et *Ego illius pro semita feci viam*, vs. 38. fingit notas lacunæ.—34 *Brevi.* Heinsius malebat *Breviter*, quia *brevi* vulgo ponitur pro, intra breve tempus.—35 *Dicere.* Suidas in Αἴσωπος multa dixit

NOTÆ

27 *Sinon*] Filius Sisyphi, neposque Autolyci, Græcus versipellis, et veterator, qui obsessa Troja a Trojanis se capiendum obtulit, et, ad Priamum Regem deductus, ipsi persuasit abiisse Græcos, ac equum illum ingentem in urbem deducendum. Notissima historia.

28 *Regem Dardaniæ*] Priamum regem Trojanorum, qui vocati sunt Dardanii a Dardano filio Jovis et Electræ, qui regnum Trojanum condidit, et ipsa regio Dardania dicta est. Postea urbs Provinciæ caput dicta fuit Troja, et populi Trojani, a Troë atavo Priami regis.

34 *Servitus obnoxia*] Potestati et arbitrio aliorum subdita. Intelligit Æsopum, qui Xantho Philosopho servitutem servisse dicitur. Servile quippe est non loqui quod sentias. Unde Plaut. ait, 'Servum hominem habere oculos, manus et linguam continentem.'

Digitized by Google

Affectus proprios in fabellas transtulit,
Calumniamque fictis elusit jocis.
Ego illius pro semita feci viam,
Et cogitavi plura, quam reliquerat,
In calamitatem deligens quædam meam. 40

audebat effutire quæ vellet, velavit fabulis proprias cogitationes, et se subduxit calumniæ jocis effictis. Ego porro feci viam pro *semita* quam triverat, *et adinveni plura quam tradiderat, seligens quædam in meum infortunium. Quod si alter dela-*

---

hac facientia teste Neveleto. Heinsius corrigebat *hiscere*, ingeniose: ita apud Plaut. Milit. I. 1. 11. melioris notæ codices: 'Mare haut ausit hiscere,' pro vulgato *dicere*, et obvium hoc verbum eo sensu. *Burmann.* De usu verbi *hiscere* docte disputat Heinsius in Notis, quibus adde Gesneri Thes. L. L. h. v. —37 In V. C. i. e. Pithœi, Neveletus legi testatur, *Calumniam quæ fiet scelus et Iocis*; sed Heinsius in eodem se ait invenisse, *Calumniæque fiet scelus et locis*, pro quo conjicit, *Calumniæque fictis illusit jocis*, ut lib. v. 7. 33. vel *illusit*, ut III. 19. 12. Cf. V. L. ad Epil. III. 24. Sed Gudius, quia in Codice Ms. nescio quo, erat *scelusit*, hanc depravatam lectionem mutabat in *seclusit*; at non sine causa quærit Burmannus: 'quid est, quæso, *secludere jocis calumniam*, i. e. separare a frequentiâ hominum?' Jac. Gronov. Emendatt. in Phædr. p. 149. emendavit, *fictis sic lusit jocis*. At *elusit* unice vera lectio.—38 Mss. Pith. Rem. *Ego illius porro semita feci viam.* Sic edidere Pith. Rittersh. Nevel. Rigalt. syllaba redundante. Sed quia in Cod. Rem. non *porro*, sed *pō* fuit, Gudius legit: *Ego illius pro semita f. v.* probantibus Bentleio et Burmanno, rejiciente vero Schirachio in Clav. P. I. p. 342. ubi vulgata Codicum lectio defenditur, sive ob versus meliorem rationem, *Ego porro illius*, &c. At vero lectio, *semitam feci viam*, est a Scheffero, quam præter Burmannum, cui tamen conjectura Gudii non displicet, dederunt Bipontini. Et placet Guyeto. Præter Gudii conjecturam, modo memoratam, alia est hujus viri docti: *Æsopi illius semita feci viam*, quam recepit Hoogstratanus. Richterus, præeunte Jac. Gronovio, *Ego illius post semita feci viam.* Vid. Emendatt. in Phædr. p. 150. quem sequuntur Wolf. Walch. Auctor Notarum Germanice scriptarum, Sanadon et Philipp. Ceteroquin Rigaltius, [Anton.] et Faber frustra putant, ante hunc versum nonnullos excidisse. Lallemant. Brotier. Desbillon. edidere: *Ego porro illius semita feci viam.* Sic et olim ediderat Ursinus. Ego non dubitavi, e conjectura Gudii reponere: *Ego illius pro semita feci viam.* Sic edidit Bentlei. sicque non opus est, τὸ *semita*, quod est in libris scriptis, mutare in *semitam*. Sic servatur quoque priscus verborum ordo in Codd. Mss. *Ego illius* cet. [Anton. *E. porro ill. semitam f. v.*] —39 'Sicco pede hunc locum transeunt interpretes. Sed quid hoc est: *cogitavi plura quam reliquerat* Æsopus? Nihil profecto, quod huc faciat. Repone: *E. c. p. quæ reliquerat.* Frequentativum *cogitare* accipio pro simplici, cogere, prima et originali significatione.' *Both.* Probat hanc conjecturam Censor Lipsiensis l. c. At mihi videtur minime necessaria.—40 *Deligens*,

NOTÆ

38 *Illius pro semita feci viam*] Semita est quid minus tritum quam via. Primus Æsopus materiam fabularum reperit, hanc ego polivi versibus senariis. Sic effeci ut illius semita, quam primus triveret, evaderet via. Semita enim fit via, cum a pluribus frequentatur, et sic vulgatur magis.

Digitized by Google

Quodsi accusator alius Sejano foret,
Si testis alius, judex alius denique,
Dignum faterer esse me tantis malis,
Nec his dolorem delenirem remediis.
Suspicione si quis errabit sua,
Et rapiet ad se, quod erit commune omnium;
Stulte nudabit animi conscientiam.
Huic excusatum me velim nihilominus:
Neque enim notare singulos mens est mihi,
Verum ipsam vitam et mores hominum ostendere.
Rem me professum dicet fors aliquis gravem.

for a Sejano surgeret, si alter testis, si *alter demum judex, profiterer me mereri tot mala, neque levarem* meam *calamitatem his solatiis. Si quis ducatur in errorem sua suspicione, et imputabit sibi* dictum *quod dicitur omnibus, prodet imprudenter suam conscientiam. Attamen peto* ut *me* habeat *excusatum; nec enim est mihi in animo designare singulos, sed notare vitam et mores hominum. Fortasse aliquis*

Frustra hoc verbum solicitat Heinsius (substitnens *dirigens*, vel *seligens*, vel *inde eligens;*) est enim idem quod, ex magna materia eligens, ut 'deligere rosam' Ovid. Ep. IV. 30. 'uvam' Remed. 190. Eadem ratio in *delectu*, de militibus, unde 'delectores' Frontino IV. 1. 3. *Burm.*—42 *Judex.* Scioppius conjicit *index*, i. e. delator, improbantibus Heinsio et Scheffero, quos vide. Præcedit enim *accusator*, sequitur *testis;* non potest igitur post hunc *index*, immo vero *judex* poni. Neque etiam *index* h. l. differt ab accusatore, et in Ausonii loco, quem citat, alii legunt, 'Judice me nemo, sed neque teste perit.'—43 *Tantis.* Guyeto legendum videtur *cunctis.*—44 *Delenirem.* Rittershus. Rigaltii 2. Nevelet. Ursin. Maittar. Freinshem. alii, *delinirem;* sed *delenirem* præferendum.—45 *Suspicione.* Gudius supponit *Suspectione*, quod recepit Maittarius, nec displicet Burmanno: quam emendationem ego quidem neutiquam puto esse necessariam.—47 *Nudabit.* Ms. Gud. i. e. Pithœi *nudavit*, quod ortum est ex confusione τοῦ *b* et *v*, ut vidimus ad lib. I. 17. 8. Recte Burmannus, 'Si,' inquit, 'ita legendum esset, in superioribus etiam *erravit* et *rapuit* reponendum, quasi aliquem jam certum designasset, qui se fabulis illis tangi a Phædro doluerat. Sed melius est, vulgatis inhærere, et intelligere de illis, qui suspicantur in se scriptas fabulas, qui erant iis vitiis infecti et sibi conscii facinorum. Quos errare dicit, et tamen nudare illam conscientiam stulte, cum potius deberent dissimulare, quasi nihil ad se illæ pertinerent fabulæ.'—51 *Fors.* Ms. Pith. et editi, ut Rittersh. Rigalt. Nevel. Gronov. Freinsh. Walch. al. habent *forsan aliquis*, turbato metro. Sed jam olim Scioppius et Faber, quibus accedit Guyetus, emendabant *fors aliquis*, ut *fors* adverbialiter ponatur. Legitur hac forma apud Virg. Æn. II. 139. et

NOTÆ

41 *Alius Sejano*] Id est, a Sejano, ut Horat. 'Alius Lysippo.' Sejanus pro arbitrio cuncta gessit sub Tiberio, suamque latissime exercuit potestatem, ut ait Tacit. Ann. lib. IV. Ipse Phædrus incidit in odium Sejani, a quo variis criminibus accusatus vix evasit incolumis; nam illo erat et accusator et judex.

Digitized by Google

Si Phryx Æsopus potuit, si Anacharsis Scytha
Æternam famam condere ingenio suo:
Ego, literatæ qui sum propior Græciæ,
Cur somno inerti deseram patriæ decus? 55.
Threissa cum gens numeret auctores suos,
Linoque Apollo sit parens, Musa Orpheo,

reponet me suscepisse duram provinciam. Si Æsopus e Phrygia, si Anacharsis e Scythia oriundi, *potuerunt transmittere æternitati sua nomina ingenio, cur ego, qui sum vicinior eruditæ Græciæ, negabo addere honorem meæ patriæ otio desidi? Cum natio Thracum recenseat suos auctores: Apollo genuerit Linum, Musa Orpheum,*

v. 232. alibi. Sed Scheffero, Heinsio, Bentleio placet, *forsan quis*. In Cod. Rem. est *forsitan*. At vitium voci potius *forsan* inesse videtur, quam pronomini *aliquis*. Quis enim non videt, utrumque *forsan* et *forsitan* esse interpretationem τοῦ *fors*, non æque cogniti rudi librario? Cf. Gud. Notaverat etiam *fors* Salmasius ad marginem libri.—52 Codd. Mss. corruptam lectionem habent: *Frige fuisse Æsopus Anacharsæ Scythæ*; vel *Frigem fuisse Æsopum, si Anacharsæ Scythæ*. Vid. Gud. et Nevel. Hinc factum, *Si Phryx Æsopus potuit, Anacharsis Scytha:* postremum *si* a Gronovio accessit. Vid. vs. 41. sq. Bentlei. edidit, [cui accedit Anton.] *Phrygibus si Æsopus potuit, si Anacharsis Scythis;* sed Harius mallet: *Phrygi licuit si Æsopo, si Anacharsi Scythæ*. De conjectura Jac. Gronovii et altera Harii lege Burmannum. Alterum *si* in nonnullis editionibus abest, ut Hoogstratani. Withofius in Misc. Obs. Nov. vol. I. tom. 1. p. 127. sq. loco τῶν *Si Phryx*, legit, *Phryge teste*, i. e. fatente: τὸ *si* ante *Anacharsis* ejicit, et vs. 53. *suo* mutat in *sibi*.—54 *Propior*. Ms. Pith. *proprior*. Et ita Salmasius ad oram libri sui notavit.—55 *Deseram*. Heinsius *deteram;* quod etsi potest defendi ex Nep. Timol. 1. et Sil. Ital. VII. 246. sq. neque etiam ineptum habet sensum; *deseram* tamen locum suum tueri potest, docente Burmanno, quem vide.—56 *Suos*. Rittershusius conjicit *Deos*, nempe Apollinem et Musam (vs. 57.). Quod merito displicuit viris doctis. Burmannus mallet *duos*, ut jactet Phædrus, Thraciam solam habuisse

NOTÆ

52 *Phryx Æsopus*] In Phrygia natus, quæ est regio Asiæ minoris.

Anacharsis Scytha] Philosophus Scythicus multa sapientia et doctrina præditus, qui summa usus est libertate in carpendis hominum moribus, multaque præclare dicta posteritati reliquit. Scythia provincia Asiæ Borealis gemina intra et extra Imaum montem.

56 *Threissa cum gens*] Thracia est regio Europæ ampla: indicat vero Phædrus de gente Thracem esse, ideoque Græciæ eruditionis parenti propiorem quam erat vel Æsopus Phryx, vel Anacharsis Scytha.

Numeret auctores suos] Linus et Orpheus primi literis excoluerunt Græciam, itaque auctores eos vocat. Porro hos auctores dicit noster Thraces numerare suos, hoc est dicere non esse Græcos, verum Thracicæ gentis homines. Jam cum Thraces fuerint illi qui Græciam instruxere literis, vult dicere: Cur ego non studeo servare hoc decus meæ patriæ, cum præsertim Apollo et Musæ Dii artium in Thracia mea habitent, ibique eos auctores literatæ Græciæ progenuerint?

57 *Lino*] Linus filius Apollinis et Terpsichoræ, aut, ut alii volunt, Mercurii et Uraniæ. Fuit Musicus et Poëta Thebanus.

Digitized by Google

Qui saxa cantu movit, et domuit feras,
Hebrique tenuit impetus dulci mora.
Ergo hinc abesto, livor, ne frustra gemas,
Quoniam solennis mihi debetur gloria.
Induxi te ad legendum: sincerum mihi
Candore noto reddas judicium peto.

qui excitavit rupes lyra, delinivit feras, et moratus est fluctus Hebri dulci mora. Ergo hinc procul, invidia, ne doleas incassum: quia dignus sum honore publico. Compuli te ut legeres; postulo ut *mihi cognitæ sinceritatis præbeas verum testimonium.*

tot auctores, quot Phrygia et Scythia simul; quemadmodum vs. sq. jactet, Phrygiam et Scythiam non posse ostentare Diis genitos, ut Thracia, quæ Diis natos duos poëtas Orphea et Linum produxit. Censet etiam, verbum *numeret* hoc exigere videri.—58 *Et domuit.* Bentlei. aliquanto concinnius *edomuit.*—59 *Hebrique.* Libri scripti, item Rittershus. Neveleti, Meursii, Ursini Editiones habent *Erebique*, quasi ad fabulam Eurydices respiceret Phædrus. Sed Rigaltius in Edit. 2. reposuit *Hebri*, cujus emendationem alii deinde admiserunt. Hunc fluvium enim rapidum facit Senec. in Thebaid. 607. 'Rapidusque campos fertiles Hebrus secat.' Neque obstat, quod Hebrum nonnulli leni et placido flumine procedere tradunt; vid. Servius ad Virg. Æn. I. 317. Poëtarum enim non semper est in his summa subtilitas, observante Heynio ad loc. Virgilii cit. qui laudat Burmannum ad Val. Flacc. v. 180. Veterem lectionem tuetur Desbillonius, in Addend. ad Not. p. 521.—61 Varie, sed sine necessitate, hunc versum solicitarunt Critici. Bentlei. rescribit, *perennis;* alii, *similis illis;* Freinshemius: *Quod jam solennis detur mihi gloria;* Schefferus: *Quoniam mihi solennis dabitur gloria;* Guyetus, [Anton.] et Scaliger: *Quoniam solennis mihi debetur gloria*, cum antea legeretur: *Quoniam mihi solennis d. g.* Ita ediderunt Nevelet. Faber, Ursin. Danet. al. Cf. Burmann. ad h. v.—62. 63 Guyetus more suo hos duos versus ultimos suspectos habebat. Bentleius, meam deserens editionem, hæc verba, *Induxi te ad legendum*, interrogationis nota expressit, nescio quo sensu; nam *an induxi te?* videretur negandi vim habere, cum toto hoc prologo illud egerit, ut induceret Eutychum ad legendum, si modo otium illi esset: nunc cum fiducia finit: *induxi te*, (ita certe confidit,) hoc prologo ad legendum, et peto, ut judicium mihi reddas. Nec Heinsii *Condixi te* hic habet locum. Sed ut lib. II. 6. 14. 'inducta verbis;' ita hic *Induxi te* verbis hujus prologi ad legendum. *Condicere aliquem* an dicatur, commodo ad hunc locum sensu, vehementer dubito. *Burm.*

NOTÆ

Orphee] Is fuit genere Thrax, filius Calliopes et Apollinis, quem a Mercurio, aut a patre Apolline, ferunt accepisse lyram, qua tantum valuit, ut illius cantu sylvas et saxa moverit, reduxeritque uxorem suam Eurydicen ab Inferis. Fuit occisus a Mænadibus juxta Hebrum fluvium.

59 *Hebrique tenuit impetus*] Hebrus fluvius Thraciæ ex Hæmo monte oriens, ac in Ægæum mare exiens. Volvit aquas magno impetu.

Digitized by Google

FABULA I.

ANUS AD AMPHORAM.

Anus jacere vidit epotam amphoram,
Adhuc, Falerna fæce, e testa nobili
Odorem quæ jucundum late spargeret.
Hunc postquam totis avida traxit naribus:
O suavis anima! quale in te dicam bonum 5

Anus vidit jacere lagenam vacuam quæ diffunderet longe suavem animam, redolente *adhuc testa fæcem* vini *Falerni. Posteaquam flagrans illam hausit totis naribus: O dulcis odor, quantum te dicam fuisse bonum olim, cum habeas tales reli-*

2 *Et testa nobili.* Mss. Pith. Rem. veteresque Editiones, *et testa nobili*, quam lectionem tuetur Richter. in præf. et retinent Ursin. Scheff. in Edit. 3. Brot. Desbillon. Sed Gudius primum emendavit *e testa*. Facillime enim a librariis τῷ *e* additum est *t*, litera proxime sequens, quod sæpe perperam factum in Mss. Bentleius edidit: *Falerna e fæce et testa nobili;* quæ conjectura, judicante Burmanno, nihil fere a Gudiana differt, nisi transpositione præpositionis, sed commodior tamen erit sensus, quod amphora epota adhuc spargeret odorem ex fæce Falerna et testa nobili. Withofius in Misc. Obs. Nov. vol. 1. t. 1. p. 124. legit, *restanti sibi*. Contendit enim, *testa* ferri non posse, cum nihil aliud sit, quam ipsa amphora, et cum, nobilitas vacuæ testæ quid ad odorem faciat, nemo dicere possit. Quæ conjectura, levibus sane rationibus nixa, vix placebit. Heinsius, *Falernæ fæcis, testa e nobili, odorem*, e conjectura, quæ placet Burmanno. Nam odor proprie fuerat fragrantissimi vini, sed ejus reliquiæ adhuc erant in fæce, siccata jam amphora. Lallemant. *Adhuc Falerna fæce, testa nobili;* Cuninghamus, *Adhuc Falerna a fæce et t. n.* [Nostræ lectioni accedit Anton.]—3 *Spargeret.* Ita Mss. Pith. Rem. et libri editi. Ms. Perott. *sparserat*.—4 *Avida traxit.* Heinsius, *avide attraxit*, e conjectura. Ms. Perott. *avita*.—5 *Quale in te dicam bonum.* In Mss. Pith. Rem. et non paucis Editionibus, ut Pith. Nevel. Ursini, Schefferi est, *qualem te dicam bonam*, quæ lectio merito offendit eruditas aures; et debuisse legi, *quam bonam*, recte animadvertit Rittershusius, cui tamen Phædrus de industria sic locutus esse videtur, ut τὸ πρέπον in anu ebriosa et temulenta, cui lingua in vino nataret et lapsaret, observasse videretur. At vero bene observat Praschius, talia a veteribus non captari, nec ulla nota Phædrum indicare, anum tunc fuisse temulentam. Schefferus inhæret veteri lectioni,

NOTÆ

1 *Amphoram*] Vinarium vas octo et quadraginta sextarios continens.

2 *Falerna fæce*] Falernus mons et ager erat Campaniæ: ager frumenti, mons vini generosissimi ferax.

Digitized by Google

Antehac fuisse, tales cum sint reliquiæ!
Hoc quo pertineat, dicet, qui me noverit.

quias! Cui notus sum, intelliget quo illud spectet.

---

quam ita explicat: *qualem te bonam*, quæ tam bona es, *dicam antehac fuisse!* Vid. Schefferi Ep. VII. ad Heins. coll. not. Burmanni. Sed rectius τὸ *te* ad amphoram refertur, quam ad animam. Nostra lectio, quæ præter ceteras mollis et sana est, et egregium habet sensum, Gudium auctorem habet, [et patronum Antonum,] ut *qualem* natum sit ex *quale* in. Nam satis constat, m et in centies permutari a librariis, et hodie a typothetis. Vid. Burm. Faber conjicit, *qualem te dicam bona*, ut *bona* sit vox paululum miserantis aniculæ, solenni Latinis et Græcis scriptoribus προφωνήσει, *o bone, o bona*, ὦ 'γαθέ. Quod etsi salem habet, et placuit Hario et Schrachio, tamen non sine causa rejicit Burmannus. Nam adducendum erat exemplum, quo, sermone ad rem inanimatam converso, usus istius vocis probaretur. Plerumque etiam ironice solet sumi; nec sine ratione Schefferus observat, istam exclamationem, cum præcesserit *O suavis anima*, superfluam videri. Bentleius pro *bona* substituit *amphora*, vel, *amfora*, ut ex ultima syllaba τοῦ *dicam*, *am* prima amphoræ absorpta fuerit, et pro *fora*, *bona* a librario substitutum: de qua lectione consules notas Burmanni, qui hunc locum ita refingi posse censebat: *qualem dicam et quam bonam Antehac fuisse*, ut hic ellipsis statuatur non τοῦ *te*, sed τοῦ *eam*, quemadmodum fab. sq. vs. 17. qualem eam sc. animam dicam et quam bonam. Solenne vero esse in his exclamationibus post *qualem* addere vel *quantam*, vel *quam* cum alio adjectivo, idem vir doctus probat ex Petron. c. 79. p. 392. Cic. de Or. I. 17. 'Quid censes, qualem illum, et quantum oratorem futurum?' Nihilo vero secius in emendatione Gudii acquiescit. Praschius legit: *quam tete (a tute) dicam bonam*, quam lectionem damnat Schefferus, cum recedat a veteri scriptura, nec intelligi possit, cur *tete* hic poni debeat; Gronovius Obs. in Script. eccles. c. 15. p. 158. *quantum te dicam bonam*, i. e. quam bonam! Ita Sanadon, Philipp. Lallemant. Guyetus *quam te dico! quam bonam!* ut *qualem* sit glossema τοῦ *quam*, et *quam* omissum sit. Quæ merito diaplicent. Olim non dubitabam lectionem Codicis Perotti, *quale te dicam bonum*, recipere, quæ placere jure potest, et ab Heinsio et J. F. Gronovio e conjectura erat reposita, probante Burmanno, et a Brotierio, Bothio, et Jördens. recepta. Sed nunc præfero lectionem Gudii, quam etiam sequuntur Desbillonius, Bipontini, Withofius in M. O. N. vol. I. t. 1. p. 124. Ceterequin lectionem vulgatam Desbillonius vidit in margine veteris Editionis manu Gabrielis Cossartii emendatam eo modo, quo correxit Gudius. Itaque valde dubitat, an Gudio sit tribuenda; id quod in suspenso relinquimus. Hisce addenda sunt, quæ nuper Wakefieldius notavit in Sylv. Crit. P. I. Sect. XXXII. p. 65. ubi conjicit: *O suavis anima! Quam te prædicam bonam Antehac fuisse.* Vocem *anima* autem tam ad odorem, quam ad vinum epotum, refert Criticus ille acutissimus. Hinc enim pendere censet loci et proprietatem et elegantiam. Laudat vero Plaut. Amph. II. 2. 41. 'Ni ego illi puteo, si occepso, animam omnem intertraxero.'

NOTÆ

6 *Tales cum sint reliquiæ*] Ita Horat. 'Quo semel est imbuta recens, servabit odorem Testa diu.'

7 *Hoc quo pertineat*] Senectutem suam consolatur Phædrus. Vult ex hoc ultimæ senectutis, quæ est quasi fæx vitæ, opusculo fabularum posse colligi qualis fuerit integra adhuc ætate.

Digitized by Google

FABULA II.

PANTHERA ET PASTORES.

Solet a despectis par referri gratia.
Panthera imprudens olim in foveam decidit.
Videre agrestes: alii fustes congerunt,
Alii onerant saxis: quidam contra miseriti,
Perituræ quippe, quamvis nemo læderet,
Misere panem, ut sustineret spiritum.
Nox insecuta est: abeunt securi domum,
Quasi inventuri mortuam postridie.
At illa, vires ut refecit languidas,
Veloci saltu fovea sese liberat,

Simile beneficium solet rependi a contemtis. Panthera imprudens corruit aliquando in foveam. Rustici adverterunt. Alii conjiciunt fustes, alii obruunt lapidibus. Quidam e contra tacti *misericordia dederunt panem, ut sustentaret vitam, quippe morituræ, etsi nullus* ipsi *noceret. Nox successit; repetunt securi ædes, quasi reperturi extinctam postero die. Sed ut hæc reparavit vires debilitatas, exsilit a*

1 Hic versus in Ms. Perotti deest.—3 [Anton. *ut agr.* legit.] *congerunt.* Bentlei. Both. et Cuninghamus *ingerunt*, sed v. Burm.—4 *Alii onerant.* Versus insolentior, integer tamen. *Tzschuck.* Primus hic pes quatuor est syllabarum (ălii ŏne), nisi *alii* dissyllabum sit: quorum alterum vix concessum, alterum sine exemplo est. Hinc Burmannus (cui utraque ratio displicet) mavult, *Illi onerant saxis.* Heusinger. *Alii onerant s. q. c. m.* habent libri omnes scripti et editi. Nihil quoque mutandum est, licet multi id tentavere, alii aliter. Sed Phædro dissyllabum fuit *alii*, ut et Catullo fuit Carm. LXVI. 28. de coma Berenices: ' quod non fortior aut sit alis' (Bipontini *ausit.*) ' Alid' quoque pro, aliud dixit Lucretius lib. I. 264. ' Quando alid ex alio reficit natura: nec ullam Rem gigni patitur, nisi morte adjutam aliena.' *Brotier.* Richterus legere volebat transpositis vocibus: *Quidam onerant saxis, alii contra miseriti:* Heumannus: *Alii onerant saxis, contra alii miseriti.* V. Burm. ad h. l. et ad lib. I. fab. 30. vs. ult. Nil mutandum in veteri lectione.—6 Ms. Per. *panem, sustinentes spiritum.* [Anton. *ut sustinerent.*]—9 *Vires ut refecit.* Perottus, *vires vi refecit*, solenni permutatione. Romulus

NOTÆ

10 *Fovea sese liberat*] Pro, a fovea.

Digitized by Google

Et in cubile concito properat gradu.
Paucis diebus interpositis, provolat,
Pecus trucidat, ipsos pastores necat,
Et, cuncta vastans, sævit irato impetu.
Tum sibi timentes, qui feræ pepercerant,
Damnum haud recusant, tantum pro vita rogant.
At illa: Memini, qui me saxo petierit,
Quis panem dederit: vos timere absistite:
Illis revertor hostis, qui me læserunt.

fovea magno saltu, et festinat in suum *tectum cursu citato. Interjectis diebus aliquot, irrumpit, necat armenta, trucidat pastores, et diruens omnia furit sævo impetu. Tunc metuentes sibi qui miseriti fuerant feræ, non detrectant stragem, deprecantur solum vitam. Sed illa* dixit: *Novi qui me lacessierint saxis,* et *qui miserint panem; vos desinite metuere. Redeo* solum *infensa his qui me offenderunt.*

Divion. *vires suas ut refecit languidus.*—13 *Ipsos pastores.* Ms. Per. *ipsius pastores.*—14 *Et, cuncta vastans.* Perott. *Et, cuncta vertens.*—*irato.* Heinsius conjicit *iterato;* quod loci perderet venustatem poëticam. Deinde *sævit irato impetu* legitur in Mss. Pith. Rem. et Edit. vet. Sanadon, Philipp. Lallemant. emendaverunt *innato impetu.* v. Brot. Ms. Perott. *irati impetu.*—17 *At illa.* Sic est in Cod. Per. Et ita correxerant Heinsius et Scheffer. In Mss. Pith. Rem. et Vet. Editt. ut Nevelet. Rigalt. 2. Fab. al. est, *Et illa:* quod legit Both.—*petierit.* Vulgo legunt *petierint,* ex emendatione Pithœi. Sed cum in Ms. Perotti legatur *petierit,* et in Codd. Pith. Rem. *petierat;* cum etiam Romulus Divion. habeat, *quis me saxo nocuit,* Ulmensis vero, *qui mihi saxo nocuit:* credibile est, singulari, non plurali usum esse Phædrum. Itaque non sine causa reposui *petierit,* in quo jamjam præiverat Salmasius. Secuti Tollius, Brotier. Desbillonius.—18 *Quis panem dederit.* Vulgo *Qui panem dederint.* Sed *Quis dederit* reposui e Mss. Pith. Rem. et Romulo Divion. qui habet *Quis panem miserit.* Ita legitur in vet. Edit. Nevelet. Rigalt. Ursin. Ita quoque ediderunt Brot. Bipont. Desbillonius, nisi quod hic habeat, *Qui panem dederit.*—*timere.* Gudius *timere,* e conjectura. Etsi vero Liv. XXIV. 20. et Sil. Ital. XVI. 224. dixerunt 'absistere spe;' nil tamen mutandum esse recte statuunt viri docti. Cf. Torrenius ad Val. Max. VII. 4. 5. quem laudat Burm.—19 *Læserunt.* Mss. Pith. Rem. et Edit. vet. [et Anton.] *læserant,* sed jam olim Gud. Guyet. cum Rittershus. conjiciebant *laserunt,* quam conjecturam deinde confirmavit Cod. Perotti, qui habet *laserunt,* quod non immerito olim a me receptum est. Corripit enim Phædrus interdum præterita in tertia persona pluralis. v. lib. IV. fab. 19. 16. lib. II. f. 4. 24. lib. IV. f. 15. 2. Præcedit etiam *revertor,* quod requirit *laserunt; læserunt* dicendum fuisset, si antecessisset *revertebar.* Ms. Per. lectionem tuetur cl. van Bergen. Obs. crit. c. XXX. p. 64. qui tamen miratur, lectionem *læserunt* adhuc a nemine esse receptam. Sed ante me receperant Sanadon, Philipp. Lallemant. teste cl. Brotierio, qui inhæret vulgato. Huic obsequuntur Bipontini, cum Desbillonio.

NOTÆ

11 *Cubile*] Vox communis hominibus et feris, et etiam avibus, ut legere est passim in Virgil.

Digitized by Google

FABULA III.

ÆSOPUS ET RUSTICUS.

Usu peritus hariolo velocior
Vulgo esse fertur; causa sed non dicitur:
Notescet quæ nunc primum fabella mea.
Habenti cuidam pecora pepererunt oves
Agnos humano capite. Monstro exterritus,
Ad consulendos currit mœrens hariolos.
Hic pertinere ad domini respondet caput,
Et avertendum victima periculum.
Ille autem affirmat, conjugem esse adulteram,

Doctus experientia creditur vulgo verior conjectore, sed siletur ratio, quæ jam jam vulgabitur meo apologo. Oves enixæ sunt agnos capite hominis cuidam diviti pecoris. Territus prodigio properat tristis consulturus hariolos. Ille dicit hoc *spectare vitam heri, et averruncandum infortunium hostia. Hic vero asseverat*

1 *Velocior*. Pithœus et Rigaltius emendant *veracior*, et ita legit Both. invito Gronov. v. not. Scheff. Sed *velocior* est in Ms. Pith. et ita Editio princeps. Deinde non tam quod verum dixerit, sed quod *statim* flagitia pastorum deprehenderit Æsopus, hariolis præfertur, ut acute vidit Burmannus. Heinsius *sagacior*, aut *solertior*, e conjectura non necessaria, quemadmodum fuse probat Burm. Æsopus enim *statim* causam intelligebat; sed *sagax*, *solers* potest post longam inquisitionem invenire. Ceterum promythium abest in Ms. Per. ut semper.—2 Ms. Pith. *Vulgo causa fertur, sed non dicitur*. Varia hic conjicit Heinsius.—3 [Malim *Notescet q. f. n. p. m.* ut disjuncto substantivo a pronomine soni similitudo evanescat. *Anton.*]—4 *Habenti*. Bentleius edidit *Alenti*, recte notatus a Burmanno.—5 *Exterritus*. Gudius conjiciebat *territus*, merito indignante Burmanno.—6 *Consulendos*. Ms. Per. *consultandos*.—7 *Respondet*. Ms. Pith. *respondit*. v. Gud.—8 Perott.

NOTÆ

6 *Hariolos*] Harioli futurorum conjectores dicebantur. Quasi *farioli*, a *fari* vel *fando*: ut, *hædus*, *fœdus*.

7 *Caput*] Pro vita sæpissime usurpatur apud melioris notæ auctores.

8 *Avertendum victima periculum*] Solebant enim prodigia hostiis procurari, idque ex consilio et augurum præscripto, quindecimque virorum qui libros Sibyllinos super hac re adibant et inspiciebant.

Digitized by Google

Et insitivos significari liberos:
Sed expiari posse majori hostia.
Quid multa? variis dissident sententiis,
Hominisque curam cura majore aggravant.
Æsopus ibi stans, naris emunctæ senex,
Natura nunquam verba cui potuit dare:
Si procurare vis ostentum, Rustice,
Uxores, inquit, da tuis pastoribus.

uxorem esse adulteram, et notari natos esse *adulterinos, sed procurari posse majori victima. Quid plura? distrahuntur diversis opinionibus, et adaugent anxietatem hominis majori anxietate. Æsopus hic aderat senex aculæ naris, quem natura non potuit unquam decipere: Si vis, inquit, o Ruricola, avertere* tale *portentum, junge conjuges tuis pastoribus.*

****

Avertendum esse victima periculum.—10 Ms. Per. *Et illegitimos significat libros.* —*significari.* Harius minus eleganter substituit *indicari*, quæ vox hac in re proprie usurpari non solet. Vide Not. Burmanni.—11 Ms. Per. *expiare posse majore h.*—13 *Hominisque.* Bentleius edidit *Hominique.* Sed *Hominis* est in libris scriptis. Deinde etsi in ejusmodi dativis est quædam elegantia, a vulgari usu remotior, non tamen ubique talia intrudenda esse statuit Burmann. Vid. mox ad fab. VII. 16. *majore aggravant.* Perottus, *majore augent.* Perperam.—14. 15 *Æsopus ibi stans.* Ms. Pith. habet *sibi stans;* Heinsius cum Rittershusio legi vult *ibi astans;* Bentleius, quem sequuntur Sanadon et Philipp. edidit: *Æsopus ibi tum n. c. s.* de qua lectione legant, quorum interest, notas Burmanni. Ms. Perotti hos versus ita exhibet: *Æsopus ibi stans narrare incipit Naturam nequaquam verba cuiquam dare.* Hinc quia vulgata lectio Burmanno non sensum commodum habere videbatur, is quidem legendum putabat: *Æsopus ibi stans, narisque emunctæ senex, Sciens, naturam verba nequaquam dare.* Vid. Ej. Var. Lect. e Cod. Perott. excerptas. Simili modo emendavit Sanadon: *Gnarus naturam verba nequaquam dare.* At vero cum in lectione vulgata omnia plana sint; et τὸ *Sciens* æque ac τὸ *Gnarus* a manu Phædri recedant longius, non facile quicquam mutandum arbitror. 'Scripsimus *obstans*, i. e. obviam veniens, ut est Plaut. Stich. II. 1. 14. Amat antiqua Phædrus.' *Both.* Laudat correctionem Censor Lipsiensis. [Nobis accedit Anton.]

NOTÆ

11 *Majori hostia*] Majorem hostiam pro maxima posuit, quod Poëtis non insolens. Maxima autem hostia apud veteres de ovibus dicebatur; ita enim Festus: 'Maximam hostiam ovilis pecoris appellabant, non ab amplitudine corporis, sed ab animo placidiore.'

16 *Procurare ostentum*] Solennis vox augurum; id est, avertere, et a cervicibus nostris depellere.

Digitized by Google

FABULA IV.

SIMII CAPUT.

PENDERE ad Lanium quidam vidit simium
Inter reliquas merces atque opsonia:
Quæsivit, quidnam saperet. Tum Lanius jocans,
Quale, inquit, caput est, talis præstatur sapor.
Ridicule magis hoc dictum, quam vere, æstimo.
Quando et formosos sæpe inveni pessimos,
Et turpi facie multos cognovi optimos.

Aliquis conspexit simium pendentem apud lanionem inter alias mercimonias et cibaria. Percunctatus est, quis esset sapor. Tum Lanius ludens, Quale, ait, caput est, talis est sapor. Puto hoc dici jocosius quam verius, cum vidi sæpe pulchros, nequissimos; et inveni plures *deformes, honestissimos.*

1 *Quidam vidit.* Heinsius, [Anton.] et Bentlei. *quidam ut vidit.*—2 *Reliquas.* Faber scribi vult *relicuas;* Heinsius, *relictas,* quod receperunt Walch. Lallem. Brot. Bipontini; sed v. ad lib. 1. fab. 31. 13.—3 *Quidnam.* Rittershus. *quinam.*—5 In Mss. Pith. et Rem. verborum ordo inversus erat: *Ridicule hoc dictum magis quam vere æstimo.* Sed emendatius edidit Pithœus: *Ridicule magis hoc dictum, quam vere, æstimo.* Contra Bentleius, [quem sequitur Anton.] dubitans de Latinitate verbi *æstimo,* hac significatione, edidit: *Ridicule hoc dictum mage, quam vere, existimo.* Habet etiam Cod. Per. *æstimo.* Jac. Gronovius, qui præiverat Bentleio, et de metro, quod nobis censet nos verius imaginari, quam intelligere, legit, *Ridicule dictum hoc mage quam vere æstimo,* ut τὸ *m* in *dictum* non elidatur, ut aliis locis factum constat. Vid. Burm. et Gronovii Emendatt. in Phædr. p. 150. 'Epimythium, quod et calumniatur scriptorem, et in narratione brevi et ad jocum tantum composita superfluum est, confodiendum censeo.' *Both.* Bothio accedit Censor Phædri Paufler. in A. L. Z. edit. Halæ, ann. 1805. Sed cum omnibus Phædri fabulis addita aint vel promythia vel epimythia; equidem causam nullam video, cur hic epimythium abesse debeat.

NOTÆ

1 *Ad Lanium*] Id est, apud lanium. Plautum locis sexcentis adeas; ita: 'Ad prætorem solvere,' pro, apud prætorem, &c.

2 *Inter reliquas merces*] Hoc loco *reliquas* quatuor syllabarum est.

5 *Ridicule magis*] In gratiam Æsopi, qui, licet turpi facie, tamen optimis moribus erat præditus: unde Ovid. 'Si mihi difficilis formam natura negavit, Ingenio formæ damna rependo meæ.'

Digitized by Google

FABULA V.

ÆSOPUS ET PETULANS.

Successus ad perniciem multos devocat.
Æsopo quidam petulans lapidem impegerat.
Tanto, inquit, melior. Assem deinde illi dedit,
Sic prosecutus: Plus non habeo mehercule,
Sed unde accipere possis, monstrabo tibi.
Venit ecce dives et potens; huic similiter
Impinge lapidem, et dignum accipies præmium.
Persuasus ille fecit, quod monitus fuit;
Sed spes fefellit impudentem audaciam:
Comprensus namque pœnas persolvit cruce.

Eventus felix trahit plurimos in ruinam. Quidam protervus congesserat saxum in Æsopum: Tanto, ait, melior; dein erogavit illi assem. Cum *iterum* illi impegisset lapidem: *Per herculem nihil mihi est amplius, sed tibi ostendam unde possis habere. En nobilis et dives adest; impinge quoque illi lapidem, et referes mercedem debitam.* His *adductus* verbis, *paruit monenti: verum spes delusit temeritatem insolentem, captus etenim dedit pœnas patibulo.*

1 *Multos.* Bentleius *stultos*, quasi vero tantum stulti corrumperentur successibus, non etiam alii. *Burm.* Ms. Pith. *ad perniciem sæpe multos devocat.* Vid. Gud. et Nevelet. Sed istud *sæpe* non sine veri specie Heinsio varia lectio *vel multos* esse videtur.—2 Bentlei. more suo et hic voculam intrudit: *Æsopo ut quidam petulans lapidem impegerat.* Ms. Per. *lapides.*—6 *Ecce.* Ms. Pith. *etiam.*—9 *Impudentem.* Al. *imprudentem.* Vid. Edit. Petschii ad h. l. —10 *Comprensus.* Sic ediderunt, pro *Comprehensus*, Ursin. Maittar. Bentlei. Desbillon. Bipont. et placet Scheffero et Tzschuckio. *Comprehensus*, si retineatur, in pronuntiando tribus syllabis efferendum est. *persolvit cruce.* Ms. Per. *solvit sceleris.*

NOTÆ

3 *Tanto, inquit, melior*] Laudandi atque approbandi apud veteres formula. Improbandi vero: *tanto nequior.* Ut est ap. Plautum.

Assem] Non ibi sumitur pro libra; sed pro nummo æreo.

10 *Cruce*] Supplicii genus quod in usu fuit ad tempora Constantini Imperatoris, qui illud abrogavit in honorem crucis J. C.

Digitized by Google

FABULA VI.

MUSCA ET MULA.

MUSCA in temone sedit, et Mulam increpans:
Quam tarda es! inquit, non vis citius progredi?
Vide, ne dolone collum compungam tibi.

Musca stetit in temone, et arguens Mulam, Quam incedis lente! ait, non placet incedere citatius? Cave ne tibi feriam cervicem meo *aculeo. Hæc reposuit: Ver-*

2 *Tarda es.* Bentleius, cui paret Cuninghamus, *tarde is.* Cui lectioni favet Romuli *quam tarde ambulas?* Hancce tamen conjecturam merito repudiant Harius, [Anton.] et Burmannus, ut minime necessariam. Non increpat enim mulam, quod nunc modo tarde incederet, sed quod natura sua tarda esset. *non vis.* Ms. Pith. *et non vis;* Heinsius more suo suspicatur *non quis*, laudans Plaut. Trucul. II. 3. 5. Edit. Bipont. at lectio recepta multo est efficacior.—3 Sic legunt omnes fere alii ante Burmanni Editionem majorem cum novo Commentario, e Mss. Pith. Rem. et Edit. Vet. ita ut ultima verbi *Vide* corripiatur. Sic volebat Gudius. Quod etsi factum aliquando non negat Burmannus; Phædri ætate tamen minus receptum censet fuisse. Itaque hujus incommodi evitandi causa ordinem verborum sic mutavit: *Vide dolone ne collum pungam tibi*, composito verbo *compungam* simplex succedere jubens. Nam *pungo*, ait, habere Romulum, et illud *ne* propter ultimam syllabam τοῦ *dolone* excidisse et postea transpositam fuisse. Præter alios Burmanno obsecuti sunt Bipontini. At Desbillonius cum Lallemant. et Brotier. inhæret vulgato. Ultimam enim in *vide* syllabam pariter corripuere Terent. Adelph. IV. 2. 11. et Persius I. 108. Quibus ego accedo; præstat enim, si hæc non placeant, poëtam oscitantiæ arguere, quam duram Burmanni emendationem admittere. Bentl. *Vide ne dolone hoc collum compungam tibi*, ut musca *hoc* dicens aculeum efferat. [Anton. legendum vult: *V. d. c. ne pung. t.*]—*Dolone.* Ms. Pith. *dolose:* Perott. *dolosa.*—6 Rejicit Burmannus interpretationem Schefferi, qui locutionem, *jugum temperare flagello*, eodem modo accipi posse putabat, quo apud Hor. Od. I. 8. 7. 'Temperat ora frænis.' Neque ei satisfacit Johnsonius, hunc locum exponens: 'Solutius regit pro lubitu;' quæ interpretatio ei æque absurda videbatur, ac τὸ *temperare jugum.* Itaque, cum haberet persuasum, locum corruptum esse, legebat: *Tergum flagello temperat lento meum*, quam tamen lectionem deinde sibi vix placere fatebatur, etsi placuisset Bentleio, qui recepit. Nec displicet Schirachio et P. Burmanno Secundo, qui eam firmari censet loco Ovid. Am. lib. III. 2. 11. et Stat. Theb. VI. 523. Vid. ad Prop. IV. 8. 21. Sed quia Romulus hic habet, *loris flectit iter flagello excusso*, Burmannus conjicit, *Iter* vel *Cursum flagello temperat lento meum*, i. e. aut citius, aut tar-

NOTÆ

3 *Dolone*] Dolon est lignum in quo latet gladiolus. Scite Phædrus dolonem vocat muscæ aculeum quo pungit irata.

Digitized by Google

Respondit illa: Verbis non moveor tuis;
Sed istum timeo, sella qui prima sedens
Jugum flagello temperat lento meum,
Et ora frænis continet spumantibus.
Quapropter aufer frivolam insolentiam:
Namque, ubi tricandum, et ubi currendum sit, scio.

ba tua non me tangunt, sed reformido hunc qui, sedens in *sella anteriori, moderatur meum jugum verbere flexibili, et regit habenas frænis plenis spuma. Quare omitte ridiculam audaciam: novi enim quando oportet morari, et quando properare.* Ille

---

dius me ingredi imperat. Non dubitandum, et probat Burmannus, veteres ita esse locutos; sed si Phædrus ita scripsisset, quid opus erat addere: *Et ora frænis continet spumantibus?* ¡*Cursum* tamen ediderunt Sanadon, Philipp. Lallemant. Wopkensius emendat, *Itum flagello temperat lento meum*, quod proxime accedit conjecturæ Burmanni. Vid. Arntzen. ad Arator. p. 6. Ms. Perott. h. v. ita exhibet: *Jugum flagellans temperat collo meum*, ad quæ Burmannus notat: 'hæc lectio fortasse non inepta videri posset, si modo *temperat jugum collo* possit significare, moderatur me, quæ impositum collo jugum gero, ut, quoties illud excutere tentem, flagello me coërceat.' Sed nondum sibi satisfacit in hoc loco. Grævius in Lect. Hesiod. c. 19. p. 94. conjicit, *Jugum flagello temperat lentum meo;* sed non videt Burmannus, qui *flagellum meum* mula possit dicere, et qua ratione *jugum* potius *lentum* dicatur, quam ipsum *flagellum*. Si quid ego judico, nil mutandum videtur. [Et ita videtur Antono.]—*7 Ora.* In aliis Editionibus, ut Nevel. Ursin. Scheff. Leonh. Desbillons. est *lora;* sed *ora* e conjectura rescripsit Praschius, probantibus Gudio et Græv. Vid. Burmanni Syll. Epp. tom. IV. p. 42. coll. Græv. Lect. Hesiod. c. 19. p. 94. Quam conjecturam deinde confirmavit Cod. Per. et merito placuit viris doctis. Gudio tamen vulgatum *lora*, quod fuse tuetur, non displicet; sed *lora continere*, pro, tenere, ut explicat Schefferus, nullo exemplo dici, recte putat Burmannus.—*9 Tricandum.* Sic edidi ex emendatione Bentleii. Mss. Pith. Rem. et Vet. Edit. Pith. Rittershus. Meurs. Rigaltii in Edit. 1. Nevel. habent, *nam ubi tricandum, et ubi currendum est scio*, pro quo multi ediderunt: *Namque ubi strigandum est, et ubi currendum scio.* Etenim postquam Neveletus ann. CIↃIↃCX. notaverat, Gruterum legere *strigandum*, omnes fere facile assensere. Itaque Grutero hæc emendatio debetur, quem secutus est Salmasius, Excurs. Plin. p. 40. ubi tamen Salmasius *strigandum*, pro *tricandum*, se primum restituisse jactat. Sed v. Gud. Quid vero *striga*, quid *strigare* sit, explicavit Scaliger ad Catalecta Virg. p. 240. et in Castigatt. ad Propert. lib. IV. 8. 23. (Indignatur tamen Salmasius Exerc. Plin. l. c. verbum *strigare* in hunc versum Propertii intrudi. Pro *striga*, quod

NOTÆ

7 *Spumantibus*] Ita tenet ut spument: vult reddere rationem quare non possit citius progredi. Non tantum, ait, tenet, sed tenet tam valide, meque cohibet, ut et frœna spument, hoc est, spuma ex labore oppleantur: Imitatione Virgiliana: 'Stat sonipes, et frœna ferox spumantia mandit.'

9 *Ubi tricandum*] Legit Gruterus *strigandum*. Quid striga, quid strigandum, quia vulgo notum non est, Scaligeri verbis utar: 'Strigare dicuntur equi quoties interquiescunt; dictum a striga, quæ erat spatium turmarum in quo equi stringebantur.'

Digitized by Google

Hac derideri fabula merito potest, 10
Qui sine virtute vanas exercet minas.

potest jure irrideri hoc argumento, qui jactat minas inanes sine animo.

Scaliger excogitavit, legi mallet *Syrica*. *Serica* dedit Burmannus Secundus ad Prop. loc. cit. præeunte Beroaldo. Secuti Bipontini.) Ad h. l. v. Fabrum, coll. quæ notat Salmasius Exerc. Plin. p. 40. Inprimis huc pertinet locus Plinii lib. XVIII. 19. quem laudat atque explicat Gesnerus in Thes. L. L. h. v. Verbum *strigare* Glossis quoque restituit Gebhardus, (Crepund. III. 16. cf. quoque Parei Lex. crit. p. 1185.) teste Burmanno, qui etiam laudat Gronovium ad Senec. Herc. Œt. 1908. (quo loco pro *spiravit*, conjicit *strigavit*.) At vero istud verbum etsi mirifice placet viris doctis, orationis tamen contextus illud admitti vetat. *Τῷ currendum* enim non recte opponitur *strigandum*, i. e. quiescendum; at recte opponitur verbum aliud, quod significare possit, leni passu incedere, tarde ire; cum in fabula sermo sit de lento et cito gressu, non de quiete. Musca enim objurgante mulam de tarditate, hæc non interquiescebat; revera progrediebatur, etsi non cito. Quare musca mox addit: 'non vis citius progredi?' Ad quæ cum respondisset, cursum temperari ab auriga, qui lento flagello jugum suum temperet, quoties currendum, et ora frænis contineat, quando tarde et otiose eundum sit, hortatur muscam, ut auferat frivolam insolentiam; se scire enim, ubi lento gressu incedendum, ubi cito progrediendum sit. Ex quo intelligitur, verbum *strigare* male opponi *τῷ currere*, et a mente poëtæ esse alienum. Tale quid jam olim odoratus est Bentleius, qui hac de causa vulgatum *tricandum* recipiebat. Cujus placita confirmata sunt Ms. Perotti, in quo legitur, *Ubi sit tardandum et ultro currendum scio*. Vides igitur, Perottum genuinum et probum verbum expulisse, et in ejus locum substituisse aliud ejusdem significationis, quam notionem oppositum *currendum* requirit, ut antecedentia docent. Ex quo luculenter patet, *τὸ strigandum* in Codice, quo utebatur Perottus, non fuisse. Alio modo h. v. restituere tentavit Wakefieldius ad Lucret. I. 411. ubi legi jubet: *Namque ubi pigrandum est et ubi currendum scio*, citans Philoxeni Glossar. in quo est, 'Pigro, *ὀκνέω, κατοκνέω*:' quam conjecturam probat vir doctus in A. L. Z. ann. 1799. Partic. 350. p. 301. At si Phædrus scripsisset *pigrandum*, qui fieri poterat, ut *tricandum*, verbum utique difficilius, in libros scriptos irreperet? Neque etiam placet Bipontinorum *stridandum*, quod recepit Jakob. cum hujus verbi usus nondum satis certus esse videatur. Vid. Gesner. in Thes. L. L. h. v. Quare nescio, annon tutius sit, retinere vulgatum, quod malunt Cuningham. et Brotier. etsi verbum *tricari*, quia in deteriorem partem accipiatur semper, ubi quis moras malitia quadam injiciat, non admittendum censeant viri docti, maxime Harius et Burmannus. Fac enim, *tricandum* non esse a Phædro, præstat locum exhibere interpolatum, quam intrudere vel *strigandum*, vel *pigrandum*. Cum etiam *sit* absorptum esse videatur a *scio*, id quidem, pro vulgato *est*, cum Ursino et Bentleio reposui, addicente Heusingero. Vehementer gaudeo, Bothio placuisse vulgatum *tricandum*.—11 *Virtute*. Tanbmannus in Not. Margin. ad Edit. Rittershusii, quam debeo humanitati cl. Dassdorf. legere mallet *viribus*. Sed fortasse nil mutandum.

Digitized by Google

FABULA VII.

CANIS ET LUPUS.†

QUAM dulcis sit libertas, breviter proloquar.
Cani perpasto macie confectus Lupus
Forte occurrit: salutantes dein invicem
Ut restiterunt: Unde sic, quæso, nites?
Aut quo cibo fecisti tantum corporis? 5
Ego, qui sum longe fortior, pereo fame.

Dicam brevi quantum libertas sit grata. Lupus macilentus incidit forte in canem præpinguem: tum se salutantes mutuo ut steterunt: Unde, obsecro, sic nitidus es, et quibus escis factus es ita corpulentus? Ego, qui te præsto robore, enecor

† Al. *Lupus ad Canem.*—1 *Dulcis.* Quia Virg. dixit Ecl. III. 82. 'Dulce satis humor,' Bentlei. edidit *dulce*, indignante Burmanno, cum et Anonymus Nilantii habeat, *quia dulcis est libertas*, et Romulus, *docet subsequens fabula, quam dulcis et jucunda libertas est.*—3 Recepi lectionem vulgatam, quæ ferri potest, et quæ sine causa varie mutata fuit a Criticis. Hi vero quid sibi indulserint, age nunc videamus! Inconcinni numeri Bentleio suadent legere: *Forte occurrit. dein salutans, invicem Ut restiterunt, U. s. q. n.* Harius mavult: *occurrebat, dein salutant se invicem*, quod Burmanno mollius, sed non Latinum esse videtur, ideo cum Heinsio delenti *se* et legenti: *Forte occurrit: dein salutant invicem*, ut *dein* dissyllabum sit. Fide Gudii et Brotierii in Mss. Pith. et Rem. erat: *dein salutantes invicem:* sed in Ms. Perotti, teste Burmanno: *deinde salutati invicem;* Neveletus: *dein invicem salutantes;* Bipontini: *Occurrit forte: dein salutans, invicem Ut restiterunt.* Ita Müchler. [et Anton.] Placuit autem viris doctis *Occurrit forte*, ut versus esset expeditior. v. Gud. qui mallet, *deinde salutantes;* Salmasius: *dein se salutant invicem;* Sanadon: *Forte occurrit: dein salutant invicem;* Jördens: *Occurrit forte: dein, salutantes invicem, Ut r.* Vulgatum retinent, præter alios, Lallemant. Brotier. Desbill.—4 *Ut restiterunt.* Ouveringius, *Ut restitere: hit, &c.* v. Not. Toll. in P. III. Phædri

NOTÆ

Canis et Lupus] Similis ferme fabula legitur ap. Æsop. de asino sylvestri, qui beatum dicebat asinum domesticum, et propter bonam corporis habitudinem, et propter ciborum copiam. Sed cum illum vidisset ferentem onera, et agasonem ipsum baculis percutientem, abiit, et infelicem existimavit. Mire Horat. Serm. II. Sat. 6. depingit quam libertas grata sit, fabula muris rustici et muris domestici, quam leges. Hos secutus est tanquam duces in hacce fabula Phædrus noster.

5 *Fecisti tantum corporis*] Nullus præter Phædrum videtur usurpasse

Digitized by Google

Canis simpliciter: Eadem est conditio tibi,
Præstare domino si par officium potes.
Quod? inquit ille. Custos ut sis liminis,
A furibus tuearis, et noctu, domum.
Ego vero sum paratus: nunc patior nives
Imbresque, in sylvis asperam vitam trahens.
Quanto est facilius mihi, sub tecto vivere,
Et otiosum largo satiari cibo?
Veni ergo mecum. Dum procedunt, aspicit

esuritione. Canis respondit *ingenue: Tibi erit fortuna similis, si valeas exhibere simile ministerium* meo *hero. Quodnam? ait ille. Ut custodias ostium, et serves ædes per noctem tutas a latronibus. Ego vero præsto sum. Nunc tolero nives et pluviam, ducens ætatem duram in nemoribus: quanto erit mihi melius morari in ædibus, et* me *desidem replere multis cibis? Me igitur sequere. Dum eunt* comites,

p. 163.—5 *Aut quo.* Cuningham. *Et quo.*—9 Ms. Per. h. v. ita exhibet: *Quale inquit ille? Custos si fueris liminis.* Cl. Lang. pro *liminis*, si quid ego judico, duriter conjicit, *luminis;* ut *custos luminis* sit, custos diurnus, hoc sensu: ut non modo interdiu, verum etiam noctu domum tuearis. Vid. Ej. Prolegg. ad Phædr. p. xxv. sq. Sed hac emendatione non erat opus. Verba enim, *custos ut sis liminis*, non aliter atque de custodia diurna possunt intelligi. Namque interdiu canis alligatur (vs. 18.), excubias agens ad limen (*custos liminis*); crepusculo solvitur (vs. 19. 20.) ut vigilet et tueatur noctu domum a furibus. Sic vs. 9. recte opponitur decimo, nec amplius de tautologia cogitandum.—10 Meursius copulabat *furibus et noctu.* Quod quia ineptum videbatur, emendabat ita, ut mutaret *noctu* in *vecti*, hoc sensu, ut tuearis domum a furibus et vecticularíis; quia vecticularia vita dicitur eorum, qui vectibus alienos parietes profodiunt, furandi gratia. Quæ emendatio etsi erudita videri potest, merito tamen rejecerunt Faber, Scheffer, Buehner. Idem enim esset, ac si poëta dixisset: a furibus domum tuearis et furibus. —11 *Nunc patior.* Bothius, *cur patiar.* Sic legi volebat Bentleius, si vs. 13. retineatur *facilius.*—13 *Facilius.* Bentlei. *utilius;* Cuningham. *placidius.* v. Burmann.—14 *Otiosum.* Sic legitur in Vet. Edit. [et Anton.] et apud Anonymum Nilantii; at Cuninghamus: *Et otioso large;* Heinsius et Bentlei. *otiose* legunt. *Schw.* An *otiose* legendum sit, an *otiosum*, non pugnabo; quamvis exempla suppetant accusativi in tali loquendi specie. Sic apud Val. Max. v. l. 4. 'si tibi incolumem stare fas non erat;' sed licet plerumque dativo utantur veteres, ut multis Heins. ad Ovid. Ep. xiv. 64. probat, ille tamen hic admitti non potest propter seq. *largo cibo*, quod cum *otioso* inconcinnam faceret orationem. Quare nihil superest, nisi vel retinere accusativum, vel

NOTÆ

hunc loquendi modum. Significat, pinguescere, et nitidum beneque curata cute fieri, ut ait Horatius. Legitur apud Lucretium verbum significationis oppositæ, 'corpus amittere,' id est, macrum fieri. Inveni tamen similes, et ferme germanas hujusce loquendi formulas: ut Cic. in Verr. 'Maximam hoc anno pecuniam facere posset;' et Quintil. 'Vires faciamus.'

Digitized by Google

Lupus a catena collum detritum Cani.
Unde hoc, amice? Nihil est. Dic, quæso, tamen.
Quia videor acer, alligant me interdiu,
Luce ut quiescam, et vigilem nox cum venerit:
Crepusculo solutus, qua visum est, vagor.
Affertur ultro panis; de mensa sua
Dat ossa dominus; frusta jactat familia,
Et, quod fastidit quisque, pulmentarium.
Sic sine labore venter impletur meus.
Age, si quo abire est animus, est licentia?
Non plane est, inquit. Fruere, quæ laudas, Canis.
Regnare nolo, liber ut non sim mihi.

Lupus animadvertit collum Canis tritum a vinculis. Dic, *sodes, unde istud? Nihil est. Dic tamen, amabo. Quoniam videor ferox, me constringunt, ut dormiam per diem, et* ut *vigilem nocte accedente. Sero liber discurro qua libitum est. Objicitur ultro panis,* et *herus largitur ossa de sua mensa: servi projiciunt frusta, et obsonium quod quisque respuit. Ita mea alvus satiatur sine labore. Age, si est animus aliquo ire,* jam *licet? Non est, ait,* mihi. *Utere,* o *Canis,* iis *quæ probas. Imperare nolo,* ea lege *ut non sim mei juris.*

otiose legere. *Burm.*—16 *Cani.* Vulgatum *canis;* sed Heins. et Bentlei. mallent *cani,* ita enim veteres sæpe loquuntur. Et placere potest h. l. cum *cani* sit in Ms. Perott. et Anonymus Nil. habeat, *vidit Lupus cani collum catenatum;* Romulus Divion. vero, *vidit lupus cani collum catena attritum;* etsi Burmannus doceat ad lib. III. fab. 3. non ubique talia intrudenda esse. *cani* jam olim recepi; et placet Tollio, Philipp. [Anton.] Lallemant. Jordens.—16 *Lupus a catena.* Tollius legi vult *Lupus catena.*—17 *Quæso.* Ms. Per. *dic sodes tamen.* Ita edidit Lallemant. post Philipp.—19 *Venerit.* Ms. Per. *nox cum venit.* Ursinus, *cum nox venerit.*—20 *Vagor.* Ms. Per. *vager.*—21 *Affertur.* Anonymus *Effertur,* ex domo scilicet, mihi sub cœlo viventi. *Burm.*—22 *Familia.* Perott. *famuli.*—*jactat.* Nescit Burmannus, annon *jactant* legendum sit, quia Anonymus Nilantii habet, *projiciunt familia.* Habet etiam Romulus Divion. *amat me tota familia, projiciunt mihi;* et infra fab. x. 24. nonnulli legunt, ' concursant familia.' Sed nolim quicquam mutari.—23 *Pulmentarium.* Heinsius *pulmentarii,* e conjectura. Anonymus Nilantii: *quod fastidit ciborum mihi porrigitur.* Ita etiam Romulus Divion.—25 Nevelet. Rigaltii 2. al. habent *est abire,* sed emendavit Faber *abire est,* probantibus viris doctis. Guyetus conjicit: *Age si quo erit abire;* Heinsius: *Age abire quo fert animus.* Perottus: *si quo abire vis.*—26. 27 Interpolavit hæc Perottus: *Fruere his quæ laudas, Canis, Regnare nolo ni libertatem habeam.*

NOTÆ

20 *Crepusculo*] Crepusculum est lux dubia, quæ fit ante solis ortum et post occasum.

23 *Pulmentarium*] Proprie dicitur puls, vel cibus in modum pultis factus. Quanquam et generalius pro quovis opsonio sumitur.

27 *Regnare nolo, liber ut non sim*]

Digitized by Google

NOTÆ

Ita mus rusticus ap. Horat. loco laudato: 'Tum rusticus, Haud mihi vita Est opus hac, ait, et valeas: me sylva cavusque Tutus ab insidiis tenui solabitur ervo.'

FABULA VIII.

FRATER ET SOROR.

PRÆCEPTO monitus, sæpe te considera.
Habebat quidam filiam turpissimam,
Idemque insignem pulchra facie filium.
Hi speculum, in cathedra matris ut positum fuit,

Intuere te sæpe, admonitus præceptis. Erat cuidam filia maxime deformis, et eidem filius præclaro et eleganti vultu. Hi tudentes more puerorum se considerave-

1 *Præcepto.* Scheffer. et Bentlei. *Præcepto hoc.* Cuninghamus: *Hoc dicto monitus.*—2 *Turpissimam.* Corrigit Heinsius *turpissima*, ut referatur ad sequentis versus τὸ *facie.* Sed quid opus hac mutatione, cum non tantum *facies turpis*, sed ipsæ *puellæ turpes* passim occurrant? *Burm.*—3 *Insignem pulchra facie.* Mss. Pith. Rem. et Vet. Edit. *insigni et pulchra facie.* Bentlei. cum *insignis*, si in laude est, majus quid sit quam *pulchra*, et male priorem locum occupet, sententia decrescente, ab auctore credit hoc esse, *Itidemque ingenua et pulchra f. f.* improbante Burmanno, quia *ingenua facies* non est pulchra magis, quam honesta ac liberalis, quæ non semper est pulchra. Harius ex ingenio reponebat *insignem pulchra*, quæ emendatio felix et elegans postea confirmata est Codice Perotti, ex qua jam olim edidi *insignem pulchra facie filium*, probante Tzschuckio. Prælverant Philipp. et Lallemant. Secuti Brotierius, Bipontini, Jördens. alii. Desbillonius tamen vulgatum amplectitur. Vult Both. *Itidemq. insignem p. f. f.* [Sic et Anton.]—4 *Hi speculum.* In Mss. Pith. Rem. et Vet. Edit. ut Nevelet. Rigalt. 2. Rittershus. habetur, *His speculum*, ortum geminatione τοῦ *s* in *Hi speculum.* In Ms. Per. *his* deest. *ut positum fuit.* Vulgo legitur, *in cathedra matris suppositum fuit*, quod est in Mss. Pith. Rem. et priscis Editt. ut Rittershus. Nevel. Ursini. Sed Faber primum ingeniose mutavit in *ut positum.* Sic etiam Salmasius emendaverat ad marginem libri, fide Gudii. *Suppositum* enim, notante Fabro, ferri nequit, nisi putes, pueros insedisse speculo, aut eorum pedibus subjectum, aut positum fuisse sub cathedra, quod contra narrationem est. Neque etiam Latinitatis ratio fert, ut dicas *suppositum in cathedra*, pro *positum.* Sine dubio autem illud *sub* natum partim ex ultima litera τοῦ *matris*, unde *s* geminata, partim ex *ut*, sequente *p*; litera *b* occupavit locum τοῦ *t.* vid. Burmann. Vel ex hoc intelligi potest Cod. Perott. præstantia, in quo extat, *ut pos....*Itaque

Digitized by Google

Pueriliter ludentes, forte inspexerant.
Hic se formosum jactat; illa irascitur,
Nec gloriantis sustinet fratris jocos,
Accipiens (quid enim?) cuncta in contumeliam.
Ergo ad patrem decurrit, læsura invicem,
Magnaque invidia criminatur filium,
Vir natus quod rem fœminarum tetigerit.
Amplexus ille utrumque, et carpens oscula,
Dulcemque in ambos caritatem partiens,
Quotidie, inquit, speculo vos uti volo:

rant fortuito in speculo posito in sedili genitricis: ille se jactitat pulchrum; hæc indignatur, neque fert cavillationes germani superbientis, interpretans etenim omnia in malam partem. Properat igitur ad parentem nocitura invicem, et accusat fratrem summa invidia, quod vir natus contrectaverit ornamenta mulierum. Parens complexus ambos et osculatus, sic dividens gratum amorem in utrumque, Impero, inquit, vos contemplari quotidie in *speculo: tu,* o fili, *ne dedecores* tuam *pul-*

non est, quod cum Scheffero et Schirachio Clav. P. I. p. 49. suspiceris, *quod i. c. m. positum* vel *appositum fuit;* aut cum Jac. Gronov. Emendat. in Phædr. p. 151. vulgatum retineas sic: *Hi speculum* (*in cathedra matris suppositum fuit*). Credebat autem Gronovius, in humiliore parte cathedræ fuisse speculum. Alii tentavere alia. Heinsius Ep. XXI. ad Scheffer. *ut cathedræ matris appositum*, vel, *oppositum fuit;* vel, *Qui speculum in c. m. ut positum fuit;* Tollius: *Hi speculum in cathedra matris suppositum suæ P. l.* cet. Bentleius: *Hi speculum in cathedra matris ut positum suæ Pueriliter l. f. i.* Sed ut omittam, constructionis ordinem in lectione Bentleii nimis turbari, viri docti recte observant, *ut* non debere conjungi cum *inspexerant*, id quod doceat usus hujus particulæ, nec loco *fuit* supponi *suæ*, cum satis eorum fuisse matrem intelligamus. Cf. Harius et Burmann.—5 *Inspexerant.* Meursius conjicit, *inspexerunt*, quemadmodum fab. 2. 19. huj. libri e Cod. Per. edidi *læserunt*, pro *læserant*, ubi vide. Quæ conjectura non displicet, cum etiam in Mss. Pith. et Rem. sit *inspexerunt*, pro quo Pithœus emendavit *inspexerant*. Vid. Brotier.—7 *Sustinet fratris jocos.* Ms. Per. *fratris sustinet jocos.*—8 *Accipiens.* Heins. *Arripiens.—quid enim?* Rittershusius, *quidni?* Salmasius ad marginem, *quid non?* Bentlei. intrudit *quippe*, ut causam reddat, cur fratris jocos non sustineret. Sed cave quicquam mutes.—9 *Decurrit.* Ita recte libri scripti, etiam Ms. Perott. in præsenti, ut mox *criminatur.* Alii *cucurrit*, ex emendatione Pithœi.—11 Deest in Cod. Perotti.—12 *Amplexus ille utrumque.* Ita libri scripti et Editt. Vet. In Ms. Per. est, *Ille amplexus;* in Rigaltii 2. *Amplexus utrumque ille.* Ita Richterus.—14 Ms. Perott. *Continue, inquit ille,*

NOTÆ

11 *Rem fœminarum*] Omnem supellectilem mulierum, speculum scilicet, pigmenta, et id genus alia, cultui et ornatui mulierum servientia, intelligit.

14 *Quotidie speculo vos uti volo*] Sic Plaut. Epidico: 'Non oris causa modo homines æquum fuit Sibi habere speculum, ubi os contemplarent suum; Sed qui perspicere possent cor sapientiæ.'

Digitized by Google

Tu formam ne corrumpas nequitiæ malis; 15
Tu faciem ut istam moribus vincas bonis.

chritudinem malis moribus: tu vero, nata, *ut redimas faciem turpem bona indole.*

---

speculis vos uti volo.—15 Bentlei. hoc et sq. versu *te* legit, ut respondeat præcedenti (suffragante Cuninghamo); sed in vulgata nihil reprehendi potest. *Heusinger.*—*malis.* Schefferum *maclis* tuentem, et spondæum in ultima sede admittentem, recte refutat Hoogstratanus. *Burmann.* Ipsi tamen Scheffero hæc emendatio sequenti tempore displicebat, cum per eam periret oppositio, quæ servanda in tota oratione ei recte videbatur.—16 *Vincas bonis.* Bentlei. cui hæc phrasis displicet, legit *penses bonis;* sed, judicante Burmanno, multo durior est locutio *pensare faciem,* quam *vincere.* Nam damna et clades pensantur bonis aliis, non facies, quanquam dici possit *pensare faciei damna.* Trillerus in Obs. crit. p. 279. legit *pingas,* pluribusque hanc sententiam suam astruit similibus locis. Quem tamen refellit Pet. Paul. Justus in Spec. Obs. Crit. Vienn. 1765. editar. cap. 22. p. 76. qui vulgata lectione nihil simplicius aut expeditius recte affirmat. Etiam Cuninghamus legi jubet *pingas.*

NOTÆ

15 *Formam ne corrumpas*] Sic Plaut. Mostell. 'Nequicquam exornata est bene, si morata est male. Pulchrum ornatum turpes mores pejus cœno collinunt; Nam si pulchra est, nimis ornata est.'

FABULA IX.

SOCRATES AD AMICOS.

VULGARE amici nomen, sed rara est fides.
Cum parvas ædes sibi fundasset Socrates,
(Cujus non fugio mortem, si famam assequar,

Nomen amici est obvium, at constantia amicorum *minime obvia. Socrates, (cujus non deprecor mortem, si obtineam nomen; et subeo invidiam, modo insons*

NOTÆ

2 *Socrates*] Philosophus Atheniensis. Nota historia de illius morte. Accusatores fuere Anytus et Melitus, qui postea omnium judiciis condemnati; ipse vero Socrates absolutus post mortem, et statua donatus.

Digitized by Google

Et cedo invidiæ, dummodo absolvar cinis,)
E populo sic, nescio quis, ut fieri solet:
Quæso, tam angustam, talis vir, ponis domum?
Utinam, inquit, veris hanc amicis impleam!

fiam post obitum,) cum sibi ædificasset parvulam domum, nescio quis e plebe, ut mos est, dixit: *Cur, o tante vir, fundas ædem adeo arctam? Utinam, respondit, illam repleam amicis sinceris.*

3. 4 Hos versus huic loco assutos esse, censet Jacob. At bene observat censor doctus in A. L. Z. ann. 1785. II. 281. ‘ wenn blos das Ueberflüssige solcher Parenthesen ihre Unächtheit beweisen könnte, würde man mehrere ausstreichen können.’ [Anton. *fam. si as.*]—5 [*E p. n. q. sic ut f. s.* esset concinnius. Sic lib. II. fab. 5. 20. ‘ nescio quid boni.’ *Anton.*]

NOTÆ

4 *Absolvar cinis*] Id est, post concrematum corpus, et in cineres adductum. Respicit ad morem antiquum. Rogo enim imposita cadavera in cineres convertebantur, exceptis infantibus adhuc edentulis.

FABULA X.

POETA DE CREDERE ET NON CREDERE.†

Periculosum est credere, et non credere.
Utriusque exemplum breviter exponam rei.
Hippolytus obiit, quia novercæ creditum est:

Nocivum est credere, et non credere. Subjiciam paucis exemplum rei utriusque. Hippolytus periit, quoniam fides habita est novercæ. Troja vero *eversa,*

† Hunc titulum, ad Græcorum morem expressum, habent Mss. Pith. et Rem. At fabularum tituli ab aliena plerumque, non Phædri, manu esse videntur. cf. Desbillon.—2 *Exponam.* Ms. Perott. *ponam,* quod, judicante Burmanno, tolerari potest, si legatur, *breviter exemplum ponam.* Ita et Ro-

NOTÆ

2 *Hippolytus*] Thesei et Hippolytæ Amazonis filius, qui, cum constanti animo sperneret mulierum congressum, a Phædra noverca, absente patre, amatus est; sed repulsam sæpius passa impudica mulier, insimulat stu-

Digitized by Google

Cassandræ quia non creditum, ruit Ilium.
Ergo exploranda est veritas multum, prius
Quam stulta prave judicet sententia.
Sed fabulosa né vetustate elevem,

quoniam denegata est *fides Cassandræ. Inquirenda est igitur plurimum veritas antequam* mens *ferat judicium iniquum sententia temeraria. Sed ne minuam*

mulus III. 8. *auctor posuit talem fabulam.*—4 [Forte *non q.* legend., ut *non* habeat accentum rhetoricum. *Anton.*]—6. 6 *Multum prius.* Ita Mss. Pith. Rem. et Vet. Editt. In Ms. Per. est *semper prius*, quod dedit Brotier. post Philippum. Bentleius legendum censet: *Ergo exploranda est veritas multum et diu, Ne stulta prave judicet sententia.* Etenim *multum prius* non ferendum esse statuit, rationem linguæ Latinæ postulare *multo prius.* Sed *multum prius* suos etiam habet auctores, quos nominat Burm. ad Ovid. Ep. XVIII. 71. Trist. v. 11. 7. ubi quidam Codd. habent *multum.* Deinde etsi *multum* et *diu* sæpe solent jungi, non ideo tamen ubique illæ formulæ invitis libris ingerendæ sunt, observante Burmanno. Neque etiam Bentleius patitur, *stultum* dici sententiam, quæ judicet explorata veritate, quando stulta esse jam non possit; sed locus intelligendus est de tempore, ante explorationem, ut vis præcepti sit, explorandam multum veritatem, antequam prave judices, ut solent stulti facere, ante exploratam veritatem. Desbillonius edidit: *Ergo exploranda multum est veritas prius;* Cuninghan. *multum prope.* [Nobis accedit Anton.] *judicet.* Guyetus et Heinsius volunt *judices,* ut *prava sententia* sit ablativi casus; quo remedio non opus esse judicavit David. ad Cic. de N. D. III. cap. 2. teste Burmanno. *stulta prave.* Ita Mss. Pith. Rem. et Vet. Edit. In Ms. Per. est *stulte prava,* quod valde placet Heusingero et Langio, et receperunt Philipp. Lallemant. Brotier. sicque olim conjecerat Burmann. Addicunt Bipontini: *Quam stulte prava judices sententia.*—7 In Mss. Pith. Rem. et Vet. Editt. legitur: *Sed fabulosam ne vetustatem elevem,* pro quo vulgo legitur: *Sed fabulosa ne vetustate elevem.* Ita Nevel. Rigaltii 2. Ursinus, prima Burmanni: quam lectionem recte tuetur Schefferus, sensum fulcire studens subintelligendo id, nimirum quod dixi de exploranda veritate; item Leonhard. cl. de Schirach. in Clav. P. I. p. 113. Et placet Tzschuckio, Langio, Bipontinis. Sed quia *vetustatem* est in libris scriptis, Guyetus, J. F. Gronov. [Anton.] et Burmannus præferunt: *Sed fabulosam ne vetustatem elevent* sc. homines, ut supra Epil. II. 3. hoc sensu: ne homines contemnant, leviora ducant, quæ videantur fabulosa ob vetustatem, seu, quia fabulis multi fidem non habent, ut illis de Hippolyto et Cassandra, narrabo factum certum, mea memoria. At cum τὸ *elevare* melius ad auctorem, quam ad lectorem referatur, et *fabulosa antiquitas*

NOTÆ

pri Hippolytum apud Theseum. Ille credulus, filio, qui jam domum impudicam fugerat, mortem imprecatur. Quod votum ratum fecit Neptunus, emisso tauro marino qui equos Hippolyti consternavit; inde per vepres et saxa distractus periit. Quod ubi rescivit male sibi conscia mulier, scelus suum confessa apud maritum, gladio se confodit.

4 *Cassandræ*] Priami regis Trojanorum filiæ, quæ sæpius exitium Trojæ prædixerat; sed a Trojanis fides ei non fuit habita, Diis ita volentibus.

7 *Elevem*] Hoc in loco significat, minuam, *je diminue.* Significatio insolentior, quæ tamen in Cicerone, et in Phædro bis repetitur. Desumta videtur metaphora a trutina pondere

Digitized by Google

Narrabo tibi, memoria quod factum est mea.
Maritus quidam cum diligeret conjugem,
Togamque puram jam pararet filio,
Seductus in secretum a liberto est suo,
Sperante hæredem suffici se proximum.

hanc veritatem *antiquitate mendaci, referam quod accidit mea ætate. Cum vir quidam amaret uxorem, et jam destinaret nato togam puram, ductus* est *in* locum *remotum a suo liberto, confidente se substitui proximum hæredem. Hic dum*

rectius fidem minuere dicatur, quam minui ab aliis, quemadmodum erudite observant Tzschuckius et Langius, vulgatam præferendam duxi, quæ etiam recepta est in Editione Didoti stereotypa. Sic etiam locum intelligi volebat Praschius, legens, *Sed fabulosa ne hæc vetustate elevem*, cui obsequuntur Gud. Hoogstratan. Santoroc. Walchius. Bentleius corrigit *fabulosam ne vetustatem eleves.* Ita Cuningh. Sanadon, Philipp. Lallem. Brot. Desbillon. Favet huic lectioni Ms. Per. in quo est, *Sed fabulosam ne vetustatem asseras.* Bipontini ediderunt: *Sed fabulosa ne vetustate eam elevem.* Duriter, ut recte videtur Tzschuckio. Alias conjecturas Tollii et Ouveringii vide in P. III. Phædri p. 165.—9 Ms. Per. *Maritus castam*, quod nescit Burmannus an sit a Phædri, an a Perotti manu. Certe mox vs. 14. sequitur.—10 *Jam pararet filio.* Ms. Per. *puram compararet filio.* Jac. de Rhoer. Fer. Daventr. lib. II. 11. legi vult *parasset.* [quod fusius defendit Schwab. atque adeo vehementer, ut dicat: ' Quovis pignore certare ausim id ipsum scripsisse Poëtam, quod de Rhoer. corrigendum censet.']—11 *A liberto est suo.* Revocavi τὸ *est* e Cod. Per. quod jam olim Bentleius reposuerat e conjectura. Ita quoque ediderunt Cuningham. Philippus, Lallem. Brotier. Desbillon. [Anton.] Sed Rittershusio legendum videtur *Seductu' st.*—12 *Suffici se.* In Mss. Pith. corruptè legitur, *sufficisse;* at in V. C. quo utebatur Rigaltius, Remensi, ut puto, *sufecisse*, pro quo Salmasius monuit legendum, *suffici se.* vid. Gudius. Ms. Per. perperam, *hæredem fieri se, proximum.* Nonnullæ Editiones, ut Rittershius. Nevelet. Ursin. habent, *hæredem se fecisse proximum.* Rigaltius et Faber hic

NOTÆ

librata: ut enim lanx una elevatur, pondus in ea impositum minuitur; quoque magis minuitur, eo magis lanx elevatur. Recte igitur *elevare* crimen, pro minuere assumitur.

10 *Togamque puram*] Deposita nimirum prætexta, quam purpura distinctam gestabant usque ad annum ætatis decimum quintum. Erat autem dicta *pura*, quod albi coloris nulla admista purpura esset. Dicebatur etiam *virilis*, quia pueris virilem ætatem ingredientibus dabatur; et *libera*, quia pueris toga pura initium quoddam libertatis erat, cum antea essent sub pædagogis.

12 *Hæredem proximum*] Is dicitur qui et secundus. Tria hæredum genera a jurisconsultis traduntur. Aut enim sunt necessarii; aut sui et necessarii; aut extranei. Necessarius hæres est, servus hæres institutus. Ideoque sic appellatur, quia, sive velit sive nolit, omnino post mortem testatoris liber et necessarius hæres fit. Sui autem et necessarii hæredes sunt veluti filii: sui hæredes appellantur, quia domestici hæredes sunt, et vivo quoque patre veluti domini habentur; necessarii vero dicuntur, quia, sive velint sive nolint, tam ab intestato quam ex testamento, ex lege

Digitized by Google

Qui, cum de puero multa mentitus foret,
Et plura de flagitiis castæ mulieris,
Adjecit, id quod sentiebat maxime
Doliturum amanti, ventitare adulterum,
Stuproque turpi pollui famam domus.
Incensus ille falso uxoris crimine,
Simulavit iter ad villam, clamque in oppido
Subsedit: deinde noctu, subito, januam
Intravit, recta cubiculum uxoris petens,
In quo dormire mater natum jusserat,
Ætatem adultam servans diligentius.
Dum quærunt lumen, dum concursant familia,

commentus foret plurima de filio, et multa de criminibus conjugis pudicæ, addidit id quod intelligebat amantem ægerrime laturum; venire scilicet *crebro mœchum, et dehonestari nomen familiæ adulterio infami. Ille, inflammatus flagitio supposito* suæ *mulieris, finxit se iturum ad villam, substitit tamen clanculum in pago; dein regressus est noctu domum, et subiit recta cubiculum uxoris, in quo genitrix voluerat quiescere filium, custodiens accuratius ætatem maturam. Dum quæritur lumen, dum servi concursant,* hic *impatiens furoris accurrit ad*

versum deesse frustra suspicantur. v. Scheff.—13 *Qui cum.* Ita legitur in Ms. Rem. v. Brot. Sed Perottus habet *Hic cum*, ut olim conjecerat Heinsius, et editum fuit a Philippo. In Ms. Pith. et nonnullis Editt. est *Qui dum*; at recte Rittershus. correxit *cum*, vel *quum*; sequitur enim *foret*, et *dum* in hac significatione indicativum sibi jungit. Male autem Schefferus *dum* explicat, dummodo, quo sensu capitur vs. 28. coll. fab. præc. vs. 4. Vel ex hoc loco potest intelligi, particulas *cum* et *dum* sæpius esse permutatas, ut vidimus ad lib. I. fab. 15. 10. et lib. I. fab. 4. 2. Docet etiam Serv. ad Virg. Æn. I. 697. quem memorat Burm. *cum* sæpe pro *dum* malo errore a scriptoribus esse exaratum. De usu vero particulæ *dum* uberius disputat Burm.—16 *Amanti.* Ms. Per. *amantem.*—20 *Deinde noctu.* Bentleii conjecturam non necessariam, *dein de nocte*, cui obsequitur Cuninghamius, ut rejiciam, non moveor ratione Burmanni, sed quia Phædro *noctu* et alibi placet, ut lib. II. fab. 4. 18. et lib. III. fab. 7. 10. et quia Perottus habet *dehinc noctu.* Burmanno autem *de nocte* tempus mediæ noctis notare videtur, non illud, quod ' primo somno' vs. 31. conveniat. At vero *de nocte* non semper est, media nocte, immo vero passim de quavis noctis parte, quemadmodum *noctu*, dicitur. Ita in loco Horatii, quem Heusingerus affert, Ep. lib. I. 2. 32. ' Ut jugulent homines, surgunt de nocte latrones,' ubi de prima noctis parte capi potest, cum latrones primo somno sopitos opprimere soleant. Sic apud Cic. pro Mur. 33. ' de nocte,' i. e. noctu, ' venire.'—21 *Uxoris.* Perott. *cubiculum infelix petens.*—22 *Mater natum.* Ms. Per. *natum mater.* Ita Lallem. sed vulgatum est mollius.—24 *concursant.* Ita habent Ms. Pith. et priores Editt. ut Nevel. In Ms. Perott. et Editt. Rigalt. 2. Maittar. Danet. Richter. Walch. al. est,

NOTÆ

duodecim tabularum hæredes fiunt. Ceteri, qui testatoris juri subjecti non sunt, extranei hæredes appellantur.

Digitized by Google

Iræ furentis impetum non sustinens,
Ad lectum vadit, tentat in tenebris caput.
Ut sentit tonsum, gladio pectus transigit,
Nihil respiciens, dum dolorem vindicet.
Lucerna allata, simul aspexit filium,
Sanctamque uxorem dormientem cubiculo,
Sopita primo quæ nil somno senserat,
Repræsentavit in se pœnam facinoris,
Et ferro incubuit, quod credulitas strinxerat.
Accusatores postularunt mulierem,
Romamque pertraxerunt ad Centumviros.
Maligna insontem deprimit suspicio,

lectum, tentat caput in obscuro: ut attonsum tractat, confodit corpus gladio, nihil curans, modo ulciscatur dolorem. Lampade accensa vidit in cubiculo filium dormientem una *cum uxore casta, quæ sepulta alto somno nihil senserat; exhibuit in se supplicium sceleris, seque interfecit gladio quem credulitas eduxerat. Delatores accusarunt fœminam, et duxerunt Romam ad Centumviros. Iniqua suspi-*

concurrat. Utrumque rectum. Vid. V. L. ad lib. III. fab. 7. 22. Infra III. 14. 7. dixit 'concurrit populus,' et Quintil. Decl. II. 6. 'concurrit familia,' teste Burm.—26 *Vadit*. Vulgo legitur *accedit*. Sed quia in Cod. Per. est *vadit*, quod iræ furentis impetum magis exprimit, recepi. [Ob eandem causam recepit Anton.]—27 *Sentit*. Perott. *sensit*, quod recepit Cuningham. sed præferendum *sentit.—transigit*. Ms. Pith. et Editiones Rittershusii et Neveleti, *transfigit*, quod est ex glossa. Metrum enim postulat legi *transigit*. Sic jam olim legi jussit Rittersh. sic etiam Taubmann. ascripsit margini Edit. Rittersh. quæ asservatur in bibliotheca elect. Dresdensi splendida. Fide Gudii Salmasius legit *transicit*, i. e. trajicit.—29 *Allata*. Heinsius *illata*, (probantibus Bentleio et Cuninghamo) v. Ep. XXI. ad Scheff. et certe ita frequenter loquuntur veteres; sed utrumque verbum se scriptorum auctoritate tueri potest. Plin. Ep. IV. 9. n. 14. Tac. Ann. XIV. 44. Cic. Div. I. 20. Quare tutius, sequi lectiones Codd. Mss. nec unum alterius gratia expellere. *Burm.*—32 [Anton. *In se r.*]—33 *Credulitas*. Al. *crudelitas*.—35 *Pertraxerunt*. Burmanno aptius videtur *protraxerunt*, quam lectionem multis tuetur; nihilo vero secius *pertraxerunt* recepit.—36 *Maligna insontem*. Perott. *Magna inson-*

NOTÆ

27 *Ut sentit tonsum*] Viri scilicet caput: nam Romani tunc temporis barbam et capillos tondebant.

35 *Ad Centumviros*] Centumviri judices erant, de quibus sic scribit Festus: 'Centumviralia judicia a Centumviris sunt dicta. Nam cum essent Romæ triginta et quinque tribus, quæ et curiæ dictæ sunt; terni ex singulis tribubus selecti fuerunt ad judicandum. Licet quinque amplius quam centum extiterint, tamen, quo facilius nominarentur, Centumviri sunt appellati. In illorum judiciis versabantur jura, ut ait Cicero, usucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluvionum, circumluvionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, stillicidiorum, testamentorumque ruptorum aut ratorum.'

Digitized by Google

Quod bona possideat: stant patroni, fortiter
Causam tuentes innocentis fœminæ.
A Divo Augusto tunc petiere judices,
Ut adjuvaret jurisjurandi fidem,
Quod ipsos error implicuisset criminis.
Qui postquam tenebras dispulit calumniæ,
Certumque fontem veritatis reperit:
Luat, inquit, pœnas causa libertus mali.
Namque orbam nato simul et privatam viro
Miserandam potius, quam damnandam, existimo.
Quodsi delata perscrutatus crimina

cio, quod potiatur bonis, opprimit innocentem. Advocati stant constanter defendentes causam mulieris insontis. Judices tunc rogarunt Divum Augustum ut sublevaret fidem jurisjurandi, quia ambiguitas criminis illos intricabat. Qui postquam discussit tenebras malitiæ, et invenit fontem indubitatum veri: Puniatur, ait, libertus, origo mali; namque arbitror hanc mulierem *dignam potius misericordia, quam condemnatione, quæ perdidit simul* et *maritum et filium. Si* vero

tem.—*suspicio.* Gud. et Salmas. legi volunt *suspectio.* Cf. V. L. ad III. Prol. 45.—39 Hic versus in Mss. literis quadratis rubris tanquam titulus scribitur, fide Gudii. Ms. Per. *Pontificem maximum rogarunt judices.* Agnoscas hic episcopi manum, quæ *Divum* Augustum dici non passa est. *Burm.*—40 *Ut adjuvaret.* Bentleius, *Ut advocarent jurisjurandi fidem,* i. e. ut liceret eis jurare, sibi non liquere. At reclamant Harius atque Burmannus, quos vide. Cuninghamus, *Ut ejurarent.*—41 *Quod ipsos error.* Ms. Per. *Quando ipsos terror.* Non displicet *quando* pro quia, ut lib. III. fab. 4. 6. [Nec displicet Antono.] —42 *Dispulit.* Ms. Gud. i. e. Pith. *distulit,* de qua lectione amplius deliberandum censet Burmannus, cum non a librario videatur profecta, quia *differre,* pro dissipare, rarioris sit usus, quam *dispellere.* [' *Dispulit* possit glossa esse.' *Anton.*] Usos vero veteres hoc sensu, docet Burmannus ad Vellei. II. 79. Hic versus in Ms. Per. deest.—43 *Certumque fontem.* Ms. Per. *Qui postquam fontem.*—44 Perottus, *pœnas pessimus libertus.*—45 *Simul et.* Ms. Per. *simul ac.*—47 *Delata.* Mss. Rem. Pith. et Editiones pleræque habent *damnanda,* quod merito displicuit. Schefferus conjicit *clam tanta;* Heinsius, *enodanda,* quam lectionem multis exemplis firmare studet; Bentleius, *cunctando,* ut opponatur versui 25. qua conjectura Burmanno nil infelicius videtur; eam tamen probat Schirach. in Clav. P. I. p. 207. Gudius, *tam infanda;* Burmannus, *donanda,* i. e. ignoscenda, hoc sensu: si perscrutatus esset crimina illa falsa, reperisset, illis ignoscendum fuisse, quia mater sancta custodiebat ætatem adultam. Non solum enim ita loquuntur veteres, sed librarii etiam verba *damnare* et *donare* permutarunt, id quod erudite demonstrat vir doctus. Conjiciebat is etiam, *delata;* quæ conjectura confirmata est Codice Perotti, in quo est, *Quodsi delatum bene scrutatus crimen,* adeo, ut conjecturis virorum doctorum non opus sit. *delata* e Ms. Per. ediderunt Lallemant. Brotier. Bipont. Desbillon. [Anton.] Et Heusingerus hanc lectionem unice

NOTÆ

40 *Jurisjurandi fidem*] Judices enim consueverant; inquit Ascon. antequam judicarent, in leges jurare

Digitized by Google

Paterfamilias esset, si mendacium
Subtiliter limasset, a radicibus
Non evertisset scelere funesto domum.
  Nil spernat auris, nec tamen credat statim:
Quandoquidem et illi peccant, quos minime putes,
Et qui non peccant, impugnantur fraudibus.
  Hoc admonere simplices etiam potest,
Opinione alterius ne quid ponderent.
Ambitio namque dissidens mortalium
Aut gratiæ subscribit, aut odio suo.
Erit ille notus, quem per te cognoveris.
  Hæc executus sum propterea pluribus,
Brevitate nimia quoniam quosdam offendimus.

paterfamilias excussisset flagitium condemnandum, si mendacium rimatus fuisset acute a radicibus, non extinxisset familiam scelere exitiali. Auris contemnat nihil, neque tamen credat statim; quia et hi peccant quos non crederes, et qui non peccant, opprimuntur fictis causis. Illud potest etiam docere ignaros, ne quid ponderent trutina aliorum. Etenim ambitio diversa hominum, aut ducitur favore, aut suo odio. Ille tibi *erit cognitus quem noveris per te. Hæc scripsi fusius, quod incurri in offensionem quorundam nimia brevitate.*

putat veram. Both. edidit *tam vana*, pro *damnanda*, quod habent Mss. Pith. et Rem. Non displicet lectio, eandemque probat Censor doctus Lips.—49 *Limasset*. Ita Mss. Pith. Rem. et vet. Editt. quæ lectio multis suspecta est. Itaque jam olim Scioppius legendum existimabat *rimasset*, ἀρχαϊκῶς, pro rimatus esset, addicente Salmasio, sed improbantibus Fabro, Heinsio, [Antono,] et Burmanno. Sanadon, Philipp. Lallem. ediderunt *rimatus*. Bentleius autem totum hunc locum ita constituit: *si mendacium Subtiliter rimatus a radicibus; Non evertisset s. f. d.—a radicibus*. Schefferus ad Obseq. cap. 123. videtur probare *radicitus*, ut lib. II. fab. 2. 9. 'funditus evellere.' Ita quoque conjicit Heinsius. Sed cum Latine dici possit, *radicibus evertere*, hac emendatione supersedere licet.—50 *Funesto*. Sunt qui legi jubeant *funestam*. Ita 'funesta domus,' Ovid. Met. VII. 575. et ad Liviam 474. et 'funestæ manus Halcyones,' merso Ceyce Met. XI. 584. Sed *funesto* relinquendum Phædro, ut 'irato impetu,' et similia. *Burm.*—52 *Putes*. Ms. Per. *putas*.—54 A vs. 54. Perottus reliqua omisit.—55 Nevel. Rittershus. Ursin. Wasius de Senar. p. 120. ediderunt: *Opiniones alterius ne quis ponderet*, conjectura, orta e lectione Ms. Pith. *qui sponderet*. Praschius legi jubet: *Opinione alterius ne quis pendeat;* Heinsius vero, *Opinione alterius ne quid ponderent*.

Digitized by Google

FABULA XI.

EUNUCHUS AD IMPROBUM.

EUNUCHUS litigabat cum quodam improbo,
Qui, super obscœna dicta et petulans jurgium,
Damnum insectatus est amissi corporis.
En, ait, hoc unum est, cur laborem validius,
Integritatis testes quia desunt mihi.
Sed quid fortunæ, Stulte, delictum arguis?

Spado jurgabat cum aliquo nebulone, qui, præter verba inhonesta et jurgium acre, exprobravit jacturam virilitatis ereptæ. En, inquit, illud unum est, quod me angit vehementius, quoniam careo testibus corporis integri. Sed quid, insane, carpis flagitium fortunæ? Illud quippe infame est homini, quod meritus sit ferre.

2 *Qui.* Alii, ut Nevel. Rigalt. Ed. 2. legunt *Cui*, quod habet Ms. Pith. e solenni illa τοῦ c et qu permutatione, de qua erudite disserit Gud. ad Fab. sq. Sed Heinsius cum Rittershus. legit *Qui*, quæ lectio deinde confirmata est Cod. Per. Guyetus tamen revocavit *Cui*.—3 *Amissi corporis.* Ita legitur in Mss. Pith. Rem. et Editt. vet. sed quia *amissum corpus* recte dici posse negant, varie h. l. solicitant Critici. Praschius conjicit *amissi roboris*, i. e. virilitatis, probante Heinsio Ep. VIII. ad Scheff. Sanadon, et Philipp. *abscissi corporis*, præeunte Praschio; alii, ut Scheff. emendant *accisi corporis.* At vero cum *corpus* pro virili parte rectum sit, et *amittere virilitatem* dici possit, probantibus Rigaltio atque Scheffero ex ICtorum scriptis lib. IV. Pand. ad L. Corn. nihil impedit, quo minus *amissum corpus* dicatur de eadem re. Etiam Cic. ad Div. lib. VII. 26. etsi sensu paululum diverso dixit, 'vires et corpus amisi.' cf. Burmann.—4. 5 Incommode admodum credebam olim hæc verba cohærere præcedentibus et sequentibus, et tribui ipsi Eunucho, quare potius continere scomma insectatoris improbi arbitrabar, et forte legendum esse conjectabam, *En ait, hoc unum est, cur labores validius, Integritatis testes quia desunt tibi*, ut jocus sit in ambigua vocis *laboris* significatione, quasi dicat, hoc unum, id est, solum est, cur plus laboris in hac lite nostra insumas, quia testes integritatis et candoris desunt tibi, quæ mihi facilius per se constant; vel *labores* est, magis solicitus sis, verearis ne perdas litem, ut *laborare* sumi vidimus ad Petron. cap. 115. Respondet vero Eunuchus sequenti versu, *Sed quid*, &c. nondum tamen forte patet nobis hujus dicti obscœnitas, quæ potest latere in illo verbo *labores*, ut apud Petron. cap. 92. 'juvenis laboriosus.' Nunc adhuc dubito, an Eunucho hæc verba sint tribuenda, an improbo. Non liquet. *Burmann.* Hæc mihi displicere ingenue fateor. Heinsius arbitraria nec necessaria emendatione legit: *Quin, ait, hoc uni est, cur laborem validius. Quin ait* placet Bentleio, et receperunt Cuningham. et Didot. Conjicit etiam Heinsius *Integritati*, cui conjecturæ favet Ms. Perotti. Schefferus pro *En* mallet *Et*, hoc sensu: etiam hoc est unum ex iis, ob quæ tantopere tecum contendo. Frustra.—6 *Delictum.* Heinsius et Gudius conjiciunt *defectum*,

Digitized by Google

Id demum est homini turpe, quod meruit pati.

hoc sensu: quid Eunuchum, defectum hominem, infortunii sui arguis et accusas? In Ms. Pithœi enim reperitur, *delectum*.

NOTÆ

7 *Id demum est homini turpe, quod meruit pati*] Sic Plaut. 'Pergin' servum me exprobrare Esse, quod vi hostili obtigit?' Nulla autem calamitas, aut deformitas corporis, cuiquam probro dari debet.

FABULA XII.

PULLUS AD MARGARITAM.

In sterquilino pullus gallinaceus
Dum quærit escam, margaritam reperit.
Jaces indigno, quanta res, inquit, loco!

Dum pullus gallinæ quæritat cibum in fimo, invenit unionem. Quam *inhoneslo*, *ait*, tu *quanta res* es, *abjecta sis loco! O si quis captus tuo pretio* te *reperisset*,

1 *Sterquilino*. Vulgo legitur *sterquilinio*, quod perperam retinent Nevel. Ursin. Scheff. Santoroc. Lallem. Brotier. Didot. Sic etiam habent Anonymus Nilant. et Romulus cum Divion. tum Nilantii; quam lectionem versus iambici ratio repudiat. Itaque viri docti Salmas. Gud. Bentlei. ad Ter. Phorm. III. 2. 41. Burm. Desbillon. scribendum putant *sterquilinio*, vel *sterculino*. Posterius, quod tuetur Bentlei. l. c. reperias apud Plaut. Cas. I. 1. 26. et Pers. III. 3. 3. quibus locis tamen Bipontini edidere *sterquilinium*. Sed præfero *sterquilino*, quia in antiquissimo Codice Veneto Catonis et Varronis, qui reliquos libros quoscumque et fidelitate et vetustate superare creditur, nunquam *sterquilinium*, sed semper *stercilinum* scriptum reperit Pet. Victorius ad Cat. R. R. cap. 2. *stercilinum* vero et *sterquilinum* veteri pronuntiatione nihil differebat, id quod erudite probat Gudius. At Schneider. ad Cat. R. R. II. 3. ubique *stercilinum*, vel *sterculinum*, quod est in Philoxeni glossis, scribendum censet. [Vult Anton. vel *sterquilino* vel *sterculino*.]—2 Inserit Bentlei. post *margaritam*, *ut*. Sed si hæc hiant et laxa sunt, centies Phædri oratio ita juvari debet. *Burmann.*—3 *Quanta res*. Ita vulgo legunt. Sed Rittershus. Gud. et Heinsius, quibus parent alii, conjiciebant, *o quanta res*; nec sine veri specie: facile enim *o* poterat absorberi in ultima syllaba præcedentis *indigno*. Favet etiam huic lectioni, lib. I. fab. 7. 2. 'o quanta species,' et Romulus Ulm. habet, *o bona res in stercore jaces*. Neque obstat quod sequitur vs. 4.

Digitized by Google

Hoc si quis pretii cupidus vidisset tui,
Olim redisses ad splendorem pristinum
Ego, qui te inveni, potior cui multo est cibus,
Nec tibi prodesse, nec mihi quicquam potes.
Hoc illis narro, qui me non intelligunt.

jamdudum venisses ad summum honorem. Ego qui te inveni, et *cui esca est longe optabilior, neque valeo tibi esse alicujus utilitatis, neque* tu *mihi. Hoc dico illis qui me non norunt.*

' O si quis,' ingrata repetitione, cum in libris scriptis sit, *Hoc si quis.* Nihilo secius cum Brotier. Bipont. Desbillonio acquiesco in vulgato.—4 *Hoc si.* Non video, quare viri docti lectionem Mss. Rem. et Pith. *Hoc si* mutent in *O si*, ut Rigalt. qui excogitavit, Meursius, Hoogstrat. Tollius, Guyet. Scheff. Maittar. Desbill. Didot. alii; vel in *Te si*, ut Bentlei. Burm. Lallem. Brotier. Bipont. Schulz. Jakob. etsi Anonymus Nilantii habent, *si te cupidus invenisset*, et Romulus Divion. *te si cupidus invenisset.* Pithœus recte edidit *Hoc si*, quia sic oratio et plene procedit et pulchre cohæret. Secuti Nevelet. Rittersh. Ursin. Burmann. in Edit. prima, Gud. Gronov. Funcc. Jördens. alii. Burmanno autem non est assentiendum, qui *Hoc* e conjectura putat esse, cum Gudius. et Brotier. testentur, *Hoc* legi in Mss. Pith. et Rem. *tui.* Deest in Cod. Per.—5 *Pristinum.* Vulgo legitur *maximum*, quod exhibent Mss. Pith. et Rem. Sed scribendum *pristinum*, quod est aptius et legitur in Mss. Per. Habent etiam Romulus Divion. et Ulmens. *ut redires ad splendorem pristinum decoris tui.* Placet hæc lectio Neveleto, Bentlei. Cuningham. Burm. Censori docto in Ad. B. tom. 52. p. 192. Lallem. Brotier. Bipont. Desbillon. Jördens. al. et nuper recepta est in Edit. Didoti stereotypa. ' Verius videtur: *Hic si, &c.* hic, hoc loco. Nec *maximum* damno, cum præsertim amet vocem poëta noster. V. infra lib. IV. fab. 20. 21. lib. V. fab. 5. 21.' *Both.* Placet emendatio Censori Lips.—6. 7 Tollius ad Ausonii Idyll. XII. p. 490. legit: *Ego quod te inveni, potior cui multo est cibus, Nec tibi prodesse, nec mihi quicquam potest.* V. Hoogstrat. et Burm. Hanc lectionem firmat Ms. Per. in quo legitur, *Ego quod inveni cui potior est cibus*, et vs. 7. *potest;* recepta quoque est ab Hoogstrat. Bentleio, Cuninghamo, [Antono,] et nuper in Edit. Didoti stereotypa. Conjiciebat jam olim Heinsius *quia*, vel *quod*, et vs. 7. *potest.* Meursius vs. 6. mallet legere: *Ego quum te inveni.* Frustra et sine auctoritate Sanadon, et Philipp. vs. 7. ediderunt, *nec tu mihi;* quibus paret Lallemant. sed in Editione Ursini est, *nec mihi tu quicquam potes.* Agmen claudat conjectura Burmanni, *Ego quo te inveni?* ut *quo* sit positum, quemadmodum ' Quo mihi fortunam' et similia, quæ produxit Heins. ad Ovid. Ep. II. 53.

NOTÆ

8 *Hoc illis narro, qui me non intelligunt*] Conqueritur Phædrus de illis qui utilitate suarum fabularum non moverentur, nec sentiebant vim carminis, denegarentque ipsi honorem debitum.

Digitized by Google

FABULA XIII.

APES ET FUCI, VESPA JUDICE.

Apes in alta quercu fecerant favos.
Hos Fuci inertes esse dicebant suos.
Lis ad forum deducta est, Vespa judice.
Quæ genus utrumque nosset cum pulcherrime,
Legem duabus hanc proposuit partibus:
Non inconveniens corpus, et par est color,
In dubium plane res ut merito venerit.
Sed ne religio peccet imprudens mea,
Alvos accipite, et ceris opus infundite,
Ut ex sapore mellis, et forma favi,
De quis nunc agitur, auctor horum appareat.

Apes posuerant favos in sublimi quercu: Fuci pigri contendebant suos esse. Contentio venit in jus, Vespa judice; cui cum esset perspecta probe natura utriusque, obtulit illam conditionem duabus partibus: Corpus tam *simile est, et color similis, ut res adducta sit jure in ambiguum. Verum ne mea religio insciens aberret, capite alvearia, et conficite mel favis, ut ex gustu mellis, et figura favorum, dignoscatur auctor illorum de quibus controvertitur nunc. Fuci respuunt*

1 Mss. Pith. et Rem. *in alta quercu fecerunt.* Quod edidit Both. Ms. Perott. *in alta fecerant quercu;* Bentleius: *Apes in alta quercu ut fecerunt favos,* more suo particulam intrudens: [quem sequitur Anton.]—3 Ms. Per. *Lis deducta ad forum est, Vespa judice.*—9 *Alvos.* Ita legitur in Mss. Pith. Rem. v. Brotier. et Nevel. ad marginem; sicque requirit metri ratio. Frustra igitur emendavit Pithœus *Alveos,* quem non pauci secuti sunt, ut Faber, Lallemant. Nam viri docti testantur, in Mss. legi *Alvos,* ut Heinsius in Advers. Harling. 1742. edit. p. 622. Burmannus ad Quintil. Decl. XIII. c. 10. Gronov. ad Plin. XXI. 12. Gudius et Neveletus ad h. l. Varronem et Columellam autem semper *alvos,* nunquam *alveos,* dixisse, testis est Desbillon. De scriptura vocis quoque consulendus Guyetus. [*Alvos,* Anton.]—11 *Quis.* Ms.

NOTÆ

2 *Fuci*] 'Sunt autem fuci,' inquit Plinius, lib. II. 'sine aculeo, velut imperfectæ apes, novissimeque a fessis et jam emeritis inchoatæ, serotinus fœtus, et quasi servitia verarum apum.'

8 *Religio mea*] Judicibus religio tribuitur, propter jusjurandum quo tenebantur.

Digitized by Google

Fuci recusant: Apibus conditio placet.
Tunc illa talem protulit sententiam:
Apertum est, quis non possit, aut quis fecerit.
Quapropter Apibus fructum restituo suum.
Hanc præterissem fabulam silentio,
Si pactam Fuci non recusassent fidem.

legem, Apes accipiunt. Tunc Vespa protulit tale judicium: Non est jam *dubium, quis non valeat* facere favos, *aut quis fecerit. Quare reddo Apibus suum opus. Prætermisissem silentio hunc apologum, si Fuci non violassent fidem datam.*

Pith. *quibus*. Vid. ad lib. v. fab. 1. 9.—13 *Protulit*. Teste Brotierio in Mss. Pith. Rem. et Editt. Vett. et Nov. T. Fabr. Rittershus. Ursin. legitur, *sustulit sententiam;* fide tamen Gudii Ms. Pith. habet *sententia*, ut sæpius vidimus diversas in eodem Codice lectiones. Sed *tollere sententiam*, pro, ferre, a nemine Latinorum dictum constat. Hinc varie solicitatus locus a Criticis. Gudius emendabat: *Tunc lata litem sustulit sententia*, versu concinno et sensu optimo, quæ lectio placet Grævio, addicente Burmanno; Bentleius: *Tunc illa hoc litem sustulit sententia*. Ita fere olim in mentem venerat Grævio, de quo v. Burmanni Syll. Epp. t. IV. p. 198. sed putidum putat Burmannus, elisiones ubique affectare, ubi non sunt a manu auctoris. Heinsius in Ep. XIV. ad Scheffer. tentabat: *Tunc illa talem in hoc tulit sententiam;* Wopkensius: *Tunc illa* (in nominativo) *litem sustulit sententia*, etsi ei non displiceret scriptura Cod. Per. de qua mox. Vid. Arntzen. ad Sedul. p. 198. Ita quoque conjecerat Heinsius; nam emendatio Gudii *lata* longius ei a scriptura vetere recedere videbatur; atque solet alias quoque Phædrus isto fere modo lib. IV. fab. 4. 10. fab. 8. 3. cf. Scheff. Ep. CI. ad Heins. in Burm. Syll. Epp. t. V. p. 106. Alii alia tentant. Conjicit enim Tzschuckius, præeuntibus Scheffero et Santoroco, dici forte posse *tollere sententiam*, ut *tollere clamorem, vocem*, ut sit, clara pronuntiavit voce sententiam: quod durum videtur. Quidam retinent vulgatum *sustulit*, ut Rittershus. Guyet. Leonhard. Didot. Both. pro simplici, tulit, dictum putat, ut Græci dicere solent ἀνεῖλεν de oraculorum responsis, quod idem est ac *sustulit*. At vero præstat lectio Cod. Per. *protulit*, quam olim recepi: qua recepta, uti factum est a Lallemant. Brot. Bipontin. Desbillon. Jördens. [Anton.] locus est expeditior, et omnes Criticorum conatus, ut ait Burmannus, evanescunt. Verumtamen hæc fabula in Ms. Perott. bis occurrit et diversa scriptura: nam in altera vs. 13. legitur *pertulit*, quod recepit Cuninghamus. Alias Heinsii et Schefferi conjecturas omitto. v. Scheffer.—14 *Aut quis*. Perott. *et quis*. Both. *ac quis*.—15 *Fructum*. Scheff. reponit *favum*, repugnante metro.—16 *Præterissem*. Ita e Ms. suo edidit Pithœus. Alii *præteriissem*.—17 Bentleius, censens pactionem nullam intervenisse, h. v. ita constituit: *Si legem fuci non recusassent datam.*

NOTÆ

17 *Si Fuci non recusassent fidem*] imitatores, servum pecus.' Carpit illos, quos vocat Horatius: 'O

FABULA XIV.

ÆSOPUS LUDENS.†

PUERORUM in turba quidam ludentem Atticus
Æsopum nucibus cum vidisset, restitit,
Et quasi delirum risit. Quod sensit simul
Derisor potius, quam deridendus senex;
Arcum retensum posuit in media via:
Heus, inquit, Sapiens, expedi, quid fecerim.
Concurrit populus. Ille se torquet diu,
Nec quæstionis positæ causam intelligit:
Novissime succumbit. Tum victor Sophus:

Cum quidam Atheniensis Æsopum vidisset lusitantem nucibus inter pueros, subtitit, illumque habuit pro insano. Senex joculator potius quam jocandus, ut intellexit illud, protulit in medio itinere arcum detensum: Heus, ait, Sapiens, aperi quid egerim. Accurrit multitudo. Hic se excruciat diu, neque expedit nodum quæstionis propositæ. Tandem cessit victus. Tum Philosophus victor:

† In Ms. Pith. et Rem. fabula inscripta est: *De lusu et severitate.* v. Gud. —4 Perott. *ut derisorem potius deridendum ostenderet.* At Mss. Pith. Rem. et libri editi habent, *Derisor potius.*—6 *Quid fecerim.* In prioribus Editionibus Schefferus conjecerat legendum esse, *expedi, qui id fecerim*, ut *qui* sit, quare. Vid. Ter. Adelph. v. 3. 14. ibique Donatum. Alii, ut Prasch. Sanadon, Philipp. Lallem. *quo*, pro, quem in finem. cf. III. 18. 9. Alii, ut Ursin. *quod*, pro, ob quod. Sed Mss. Pith. Rem. et Editt. Vett. habent, *quid fecerim*, quod retinendum recte censet Burmannus.—9 *Sophus.* In libris scriptis, etiam Ms. Per. est, *Æsopus*, repugnante metro. Reposuit Pithœus, *Sophus.*

NOTÆ

1 *Puerorum in turba ludentem Æsopum*] Nec enim inhonestum quid est, si Æsopus luserit cum pueris. Hoc et summi viri fecere ante illum et post illum. Referunt Fridericum secundum Daniæ regem remittendi animi causa cum aulicis lusisse familiariter, dicendo: Agite ludamus, dum rex abest. Deinde postquam tempus adesse visum, adductiore vultu: Desinamus, inquiebat: jam rex rediit.

Atticus] Ex Attica regione, in qua totius regionis caput Athenæ, ut jam dictum est lib. I. fab. 3.

9 *Victor Sophus*] Sic Plinius lib. XXXVI. 12. Æsopum fabularum philosophum appellat.

Digitized by Google

Cito rumpes arcum, semper si tensum habueris: 10
At si laxaris, cum voles, erit utilis.
Sic ludus animo debet aliquando dari,
Ad cogitandum melior ut redeat tibi.

Franges brevi arcum, si teneas semper tensum; verum si remiseris, poteris uti, cum erit libitum. Ita ludus est nonnunquam concedendus animo, ut fortior recurrat ad cogitandum.

—10 *Rumpes.* Bentlei. *Corrumpes arcum* reponit. Aliud etiam est, observante Burmanno, *corrumpitur* arcus, e. g. pluvia, ut apud Flor. II. 8. aliud *rumpitur.*—11 *Laxaris.* Perott. *laxaveris.*—12 *Ludus debet.* Alii *lusus debent.* Hæ voces enim perpetuo inter se permutantur. v. Burmann. ad Val. Max. lib. v. 1. ext. 3. Ita legitur in Editt. Nevel. Rigalt. 2. Fabri, Desbillonii. Sic Tollius ad Cic. pro Arch. teste Hoogstrat. Et ita Freinshemius legisse videtur. Ursinus edidit, *lusus debet.* Metrum exigit, ut legatur *debet;* utrum vero *ludus* an *lusus* scribendum sit, disputant. Burmannus parum referre arbitratur; Guyetus hæret ambiguus. Sed fortasse *ludus* est præferendum, quia *ludus* dicitur de otio, quiete, joco, festo die, feriis, &c. ut plurima docent exempla, a Scheffero, Burmanno, et Gesnero in Thes. L. L. prolata. Contra *lusus* proprie dicitur puerorum. Quintil. I. 3. 10. 'nec me offenderit lusus in pueris.' Senec. de Ira II. 9. Ovid. Met. VIII. 199. de Icaro et Art. III. 372. de alea; quæ loca debeo Burmanno. Quanquam negari non potest, *lusus*, pro joco, interdum accipi, et serio opponi. Plin. lib. v. Ep. 3. 'non seria modo, verum lusus etiam exprimere laudabile est;' ut Ovid. alicubi carmina sua 'ineptos lusus' vocat.—13 *Redeat tibi.* Tollius ad Cic. pro Arch. et Not. in Phædr. P. III. p. 167. Edit. Hal. nec non Bentlei. conjiciunt, *sibi;* Heinsius *ut redeas tibi;* sed vulgata sana est, observante Burmanno: sermo enim est Æsopi ad populum, qui concurrerat. In Codice Perotti est, *Ad cogitandum ut sic melior redeat.*

FABULA XV.

CANIS AD AGNUM.

Inter capellas Agno balanti Canis,

Canis dixit Agno balanti inter capellas: Insane falleris; illa non est tua

1 *Balanti.* Praschio et Salmasio ad oram libri placet *palanti*, et recepit Bentlei. quod nescio cur præferendum sit, cum *balanti* et elegantia et proprietate recte placere possit. Burmannus vel ob eam rationem censet præ-

Digitized by Google

Stulte, inquit, erras; non est hic mater tua:
Ovesque segregatas ostendit procul.
Non illam quæro, quæ, cum libitum est, concipit,
Dein portat onus ignotum certis mensibus, 5
Novissime prolapsam effundit sarcinam;
Verum illam, quæ me nutrit admoto ubere,
Fraudatque natos lacte, ne desit mihi.
Tamen illa est potior, quæ te peperit. Non ita est.

mater: et monstravit oves longe semotas. Non quæro illam quæ fit gravida cum vult, deinde fert pondus incertum certis mensibus, tandem deponit projectum onus: sed quæro *illam quæ me alit oblata mamma, subducitque lac parvulis, ut mihi præbeat. Verum quæ te genuit, carior est. Non ita* res *est. Unde illa*

---

ferendum esse *τῷ palanti*, quia anxiæ et ægræ oves maxime *balant*, teste Ovid. Met. VII. 540. 'Lanigeris gregibus balatus dantibus ægros.' Vulgatam retinendam censet [cum Anton.] Tollius, quia sequitur, 'Non illam quæro,' balatu vero et agni matres, et oves agnos agnoscunt; apte laudans Lucret. II. 365. sqq. ubi legit 'agnique petulci Balatu pecudes,' pro vulgato, *balantum pecudes.—vaganti*, quæ lectio favet *τῷ palanti*, habent Romulus Divion. et Ulmensis. Etiam in Romulo Rimicii esse *vaganti*, eundemque pro cane lupum inducere, testantur Nilantius F. A. p. 99. ex hoc Burmannus. Anonymus quoque Nilantii lupum pro cane facit loquentem. Sed verosimilius Phædrus, ex hoc Romulus Nilantii, Divion. et Ulmens. cani dant partes, qui, custodiæ causa gregi additus, apte colloqui fingitur cum agno. v. Burm.—2 *Non est hic.* Mss. Pith. Rem. et Editt. Vet. Nevel. Rigalt. Rittersh. Fabri, Ursin. quibus parent Walch. Danet. Maittar. al. *non est hæc;* sed viri docti rejiciunt *hæc*, quia de nulla seorsim antecessit. Deinde habent Romulus Divion. Ulm. et Romul. Nil. *non est hic mater tua.* Aptius etiam dicit agno, *Inter capellas* balanti *hic*, i. e. in hoc grege capellarum, quam, *non est hæc mater tua.* Sic enim *τὸ hic* planiorem sensum efficit. cf. Desbillon.—4 *Quæro.* Bentleius edidit *curo.* Meursius ad h. l. et ad sequentia, 'Tamen illa est potior,' notat, esse hiulca (præcessisse enim versum, qui exciderit). Sed non animadvertit, esse dialogum, in quo decet omittere, *ille dixit, ille respondit:* quia elegantius absunt, tanquam lector ipse audiret personas, quarum oratio fingitur. Ita fab. 7. huj. libri vs. 4, 17, 18, 25, 26. Ubi si semper inseras, *dixit* canis, *dixit* lupus, ex disertissima fabula odiosissimam redegeris. Perinde enim esset, ac si picturis more veterum ascriberes: hic est lupus, hic est canis. Vid. Ælian. H. V. x. 10. *Freinshem.* Laudat etiam hoc nomine Prasch. lib. IV. fab. 19. et 23.—5 *Portat.* Ms. Per. *Dein fert onus. —onus ignotum.* Bentl. restituit *ingratum onus*, invitis libris et sine necessitate; quia nihil grātius fœtura matri esse solet, et inter homines et inter pecudes ingens erga fœtum solet esse affectus. v. Burmannum, fuse contra Bentleium disputantem. Heinsius ad Ovid. Fast. III. 718. legendum censet, *portat onus incertum certis mensibus*, quod displicet Burmanno propter lusum illum et alliterationem in *incertum* et *certis.*—7 *Admoto ubere.* Perott. *admodum ubere*, forte pro *admotum uberi*, sed vulgata rectior. Ita Virg. Æn. IV. 367. 'Hyrcanæque admorunt ubera tigres.' *Burm.*—9 Perottus: *tamen illa potior, quæ peperit; non ita est.* Cum Romulus Nilantii habeat, *tamen illa est vera tua mater;* et Romulus, quem dicunt, Rimicii, *tamen ibi est verior mater tua*, vid. Nilant. p. 99. Burmannus, ut versui consulatur, reponit: *Tamen illa est verior, quæ peperit*, ejecto *te.* Sic *parere* absolute ponitur lib. II. fab. 4. 2. et multis

Digitized by Google

Unde illa scivit, niger an albus nascerer? 10
Age porro, scisset: cum crearer masculus,
Beneficium magnum sane natali dedit,
Ut expectarem lanium in horas singulas.
Cujus potestas nulla in gignendo fuit,
Cur hac sit potior, quæ jacentis miserita est, 15

novit, an nascerer albus aut *niger? Porro fac novisse: certe* mihi *præstitit grande officium quod me conceperit marem, ut expectarem lanionem quaqua hora. Quare* illa *sit potior, cujus nulla potestas fuit in procreando, quam quæ mi-*

aliis locis, a Burmanno prolatis. Is autem vocem *potior* e vs. 15. huc tractam suspicatur. Sed cum in Romulo Divion. et Ulm. sit, *tamen illa est tibi fortior mater, quæ te peperit;* et *fortior* ex *potior* factum esse videatur; *potior* etiam Ms. Per. exhibeat, et in vulgata lectione *potior* metrum constet; conjecturam Burmanni non puto esse admittendam. [et *potior* Anton.] Cf. Tzschuck. *melior* dederunt Lallemant. et Brotier. Sine auctoritate uterque.—10 *Unde illa scivit.* Ita Ms. Pith. Rem. et Edit. Vet. Frustra Philipp. Lallem. *Anne illa scivit?* Tollius, *Unde illa sciret.*—11 Ms. Per. *Age porro, parere si voluisset fœminam, Quid profecisset, cum crearer masculus?* Heinsius, quia *Age porro scisset* ei non videbatur satis Latinum esse, legi vult: *Age porro scisse, num crearer masculus.* Vide Ep. 23. ad Scheffer. tom. v. Syll. Epp. Burm. p. 40. Etiam Prasch. mallet *num.* Sed nil mutandum. Vult reddere rationem, quare expectare in horas singulas lanium debuerit, sc. quia creatus esset masculus. Vid. Not. Scheff. Deinde Latinitatem τοῦ *Age porro scisset* satis vindices.—12 *Beneficium magnum sane.* Ita Mss. Pith. Rem. et Vet. Editt. Sed in Ms. Per. est, *sane magnum,* quod recepit Lallemant. Burmannus mallet post Salmasium: *Beneficium magnum sane nato dedit,* addicentibus Heumanno et Richtero. Metrum enim vix constare putabat, nisi *cium* contrahatur in unam syllabam, ut censebant etiam Hoogstratanus, exemplo Publii Syri id firmans, et Brotierius, laudans Virg. G. IV. 34. Sed observat Desbillonius: 'quatuor primæ syllabæ breves in hoc versu, quemadmodum lib. III. fab. 2. 4. et lib. IV. fab. 23. 17. duas longas quantitate non superare censentur: quod videre frequenter licet apud Plautum, Terentium, et Publium Syrum.' Heinsius correxit: *Beneficium natalis an magnum dedit?* Sed ita perit omnis ironiæ venustas, cui unice inservit particula *sane,* qua etiam utimur quando quasi concedimus, ut Phædrus aliquoties. Cf. Burmann. ad h. l. et ad Quintil. Decl. II. 18. et IV. 5. [Anton. *Nat. s. n. b. d.*]—14. 15. 16 Burmannus hæc ita emendat: *Cujus potestas nulla in gignendo fuit, Cur hac* (vera matre) *sit potior? quod* (Ouverringius *quia*) *jacentis miserita est:* ut sit interrogatio canis, qui hoc quærat: cur illa, quæ ubera præbet, et cujus nullæ partes fuere in gignendo, potior sit vera matre? agnus autem respondeat: *quod jacentis miserita est.* Sed omnia recte se habent, et nulla correctione opus. Nam quæ jacentis est miserita, ex interpretatione nostra, utique alia est, quam ea, cujus potestas nulla fuit in gignendo: sicque oppositio, quam Burmannus desiderabat in vulgata lectione, re vera locum habet, qua matrem comparat cum ea, quæ ubera præbet relictæ a matre. In vulgata etiam omnia optime conveniunt cum prioribus; pergit enim agnus in re-

NOTÆ

11 *Scisset*] Per syncopen, pro scivisset.

12 *Beneficium magnum sane*] Ironice dictum.

Digitized by Google

Dulcemque sponte præstat benevolentiam?
Facit parentes bonitas, non necessitas.
His demonstrare voluit auctor versibus,
Obsistere homines legibus, meritis capi.

serita est destituti, et mihi *largitur ultro amorem jucundum? Caritas facit parentes, non natura. Auctor voluit ostendere his versibus, homines adversari legibus, detineri beneficiis.*

spondendo cani, qui monuerat, 'Tamen illa est potior.' Vide ill. de Schirach. Clav. P. I. v. *potior*. Gudius conjiciebat: *Cujus potestas nulla in gignendo fuit, Cur hæc? sit potior, quæ jacentis miserita est;* sed hæc repugnant simplicitati Phædri. Aliam conjecturam parum probabilem eandemque minime necessariam profert T. J. A. Schütze in Crit. in Phædr. Obs. p. 3. ubi vide. coll. P. II. Phædri p. 115. Neque opus erat emendatione Heinsii, *Cujus potestas nulla gignendi*, vel *gignentis fuit;* cf. Davis. ad Cic. Tusc. I. 42. neque etiam Barthii, corrigentis Adv. XLII. c. 14. *Cur hæc sit potior, quæ nascentis m. e.* ex qua lectione Schefferus se non extricabat. Sed ad Stat. Sylv. lib. II. 1. 87. legit *jacentis*. Bentleius vs. 16. legi vult, *præstat sponte benevolentiam*. Ita enim putat versum commodiorem fore; sic quoque Cuninghamus. At Sanadon, Philipp. Lallemant. frustra mutant et invertunt hoc modo: *Hæc illa potior, quæ jacentis miserita est, Dulcemque sponte præbet benevolentiam, Quamvis potestas nulla in gignendo fuit.*—17 *Necessitas*. In Romulo Divion. et Ulmens. quem perperam dicunt Rimicium, fabula inscripta est: *Bonitas parentes facit, non nativitas*, probante Neveleto. Hinc *nativitas* receperunt Sanadon, Philipp. Lallem. Sed optime Mss. Pith. Rem. et Editt. Vett. habent *necessitas*, quod præter Gronovium, tuentur Barth. Adv. XLII. c. 14. et ad Stat. Sylv. lib. II. 1. 87. et Brotier. ad h. l. qui τὸ *naticitas* vocem esse sequioris ævi et Phædro prorsus indignam recte judicat. Pro *parentes* in Ms. Per. est *parentem*.—18. 19 Kohlius Comment. crit. I. 49. § 4. putat, hos versus ab homine quodam hebetioris ingenii vel dedita opera additos, vel primum commentationis gratia ascriptos, deinde per imprudentiam in textum esse receptos. 'Phædri,' inquit, 'non esse, res ipsa loquitur. Quis enim, quæso, is auctor, quem dicit his versibus demonstrare voluisse, obsistere homines legibus, meritis capi? num ipse Phædrus? id quidem probabile non est, Phædrum de se ipso locutum: an vero Æsopus? at ille Græcus auctor soluta scripsit oratione apologos, non ligata.' Facile crediderim, Æsopum, quem Phædrus hocce epimythio notaverit, non esse auctorem fabulæ, cum hæc non reperiatur inter Græcas Æsopi fabulas; etsi probe sciam, non unam poëtæ fabulam latere posse in tenebris, olim forsan in lucem protrahendam. At ponamus Phædrum fabulam Æsopi, soluta oratione scriptam, expressisse ligata, i. e. versibus senariis: an propterea Æsopus dici non potuit auctor fabulæ? Certe I. Prol. 1. docet, utique dici posse. Sed quidni ipse Phædrus hujus epimythii auctor esse possit, equidem non video; cum e II. Prol. 7. non obscure intelligatur, non inepte se ipsum h. l. fabulæ appellavisse *auctorem*. Accedit mos Phædri, præter epimythium vel promythium, ad finem

NOTÆ

17 *Facit parentes bonitas, non necessitas*] Illi vere dici possunt patres, qui non necessitate quadam naturæ procreant liberos, sed qui procreatis vitam sustinent alimentis, et consiliis juvant.

19 *Obsistere homines legibus*] Nam, ut ait Poëta: 'Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata.'

Digitized by Google

fabulæ versiculum γναμικὸν aliis disserendum committendi. Ex quo luculenter patet, hosce versus non temere esse ejiciendos. Nihilo vero secius de Schirach. Clav. P. I. v. *obsistere*, Kohlii auctoritate motus, eos pro spuriis habet. Censet etiam, Phædrum singularem quendam casum mente tenuisse, cum scripserit hanc fabulam, qui ad se atque illum tantum pertineret, cui dicasset hanc fabulam; laudans hanc in rem lib. III. fab. 1. et lib. v. fab. 10. sed nil attulit vir doctus, quo conjecturæ suæ aliquid adderet ponderis; immo vero habeo persuasissimum, notavisse poëtam duros parentes apud Romanos, vel etiam matres.

FABULA XVI.

CICADA ET NOCTUA.

HUMANITATI qui se non accommodat,
Plerumque pœnas oppetit superbiæ.
Cicada acerbum Noctuæ convicium
Faciebat, solitæ victum in tenebris quærere,
Cavoque ramo capere somnum interdiu.
Rogata est, ut taceret. Multo validius

Qui non se componit ad humanitatem, dat sæpe pœnas superbiæ. Cicada edebat cantum importunum Noctuæ, quæ solet quæritare cibos noctu, et dormire per diem ramo cavo arboris. Noctua *oravit ut sileret;* verum *cœpit vociferari longe*

1. 2 In Ms. Per. fabula inscripta est: *Non esse sponte alicui faciendam injuriam.* Deinde hi versus ita exhibentur: *Humanitati qui se non accommodant, Plerumque pœnas dant superbiæ.—oppetit.* Johnsonius (etiam Danet. Maittar.) edidit *appetit*, et explicat: in se deducit. Quis vero *appetit* pœnas? quas effugit quisque pro se, sed *oppetit*, quæ ipsi supervenit, pœnam, nec expectat, nec appetit. *Burm.—superbiæ.* Ursinus *superbia.*—4 *Faciebat.* Perottus *agebat.*—5 *Cavoque ramo.* Ita recte habent Mss. Pith. Rem. et Editt. Vet. [Sic Anton.] Heinsius tamen Ep. 23. ad Scheff. tom. v. Syll. Epp. Burm. sine necessitate conjicit, *Cavoque rami*, quia *cavus* et *cavum* substantive a Phædro et aliis ponitur. Vid. ad lib. II. fab. 4. 17. Burmanno parum referre videtur; sed cum Phædrus cogi non possit semper eodem modo loqui, lectio librorum scriptorum retinenda est. Bentleius nescit *cavos ramos*, et ideo legit: *Cavoque trunco.* Quia scilicet apes in cavo trunco mel faciunt, ideo etiam noctua debet dormire in cavo trunco, quasi noctuæ non etiam in cavo ramo sedem habere possint, quemadmodum apes (Col. IX. 8. n. 11. et Pallad. in Apr. tit. VIII. n. 5.) in cavis ramis mel suum æque ponere solent atque in truncis. Cf. Burmannus, in causa minuta multis contra Bentleium disputans. Bentleio tamen obsequuntur Sanadon, Philipp. Lallemant. At Ursinus edidit: *somnum capere interdiu*, præeunte Rittershusio.—6 Cuning-

Digitized by Google

Clamare cœpit. Rursus admota prece,
Accensa magis est. Noctua, ut vidit sibi
Nullum esse auxilium, et verba contemni sua,
Hac est aggressa garrulam fallacia:
Dormire quia me non sinunt cantus tui,
Sonare cithara quos putes Apollinis,
Potare est animus nectar, quod Pallas mihi
Nuper donavit: si non fastidis, veni;

vehementius. Adhibitis rursum precibus, est inflammata magis cicada. *Ut noctua animadvertit nullum sibi superesse auxilium, et negligi suas preces, finxit talem fallaciam* ad hanc *garrulam: Quoniam tuæ voces, quas credas sonare plectro Apollinis, non mihi permittunt capere somnum, volo bibere nectar quod Pallas mihi donavit non ita pridem: propera, si tibi jucundum,* et *potemus simul.*

hamus: *Rogata tum taceret, m. v.—validius.* Heinsius, *valdius;* sed v. ad lib. I. fab. 19. 8. 'Bentl. *Rog. uti taceret, multo validius.* Sed ad vivum magis expressa sunt vulgata.' *Both.* [Bentleium sequitur Anton.]—7 *Clamare cæpit.* Ita Mss. Pith. Rem. et Edit. Vet. Ms. Perott. *Clamare occepit.—admota.* In Editione Gronov. est *admonita,* quo nomine egregie vapulant editores ab Hoogstratano. Sed operarum vitium esse potest, quia in indice laudant *admota.* Burm.—9 Cuninghamus: *Nihil esse auxilii.* Perott. *verba contemni data.*—11 Perottus habet: *dormire quoniam non sinunt.*—12 Hic versus deest in Ms. Per. Sed Mss. Pith. Rem. et Vet. Editt. ut Nevelet. Fab. Ursin. habent, *Sonare cithara quos putes Apollinis.* Sed Burmannus, Guyeto obsecutus, edidit: *Sonare cithara quos putes Apollinem,* i. e. tam egregii, ut ipsum Apollinem putes cantus cithara sua sonare, i. e. canere. Etsi vero Burmannus non pauca profert, quæ ad stabiliendam istam conjecturam pertineant; nolim tamen, contra librorum scriptorum fidem, eam recipere, cum vulgatum bonum habeat sensum, adeo quidem, ut viris doctis, Bentleio, Maittario, Lallemant. Brotierio, Desbillonio, Bipontinis, Langio et nuper Editori Edit. stereotypæ, recte placuerit. *cithara.* Prasch. Freinshem. Bentlei. et multi alii corrigunt *citharam,* quod etiam Guyeto non displicet; sed notat Burmannus, duplicem illum accusativum facere obscuram orationem et ambiguam. Nam vel, *cithara sonat cantus,* vel, *cantus sonant citharam,* capiendum esset. Sed rectius foret, *cantus sonant Apollinem,* ut 'Vox hominem sonat' apud Virg. et alios passim. *Sonari,* quod Heinsius mallet, et quod placet Tollio in Not. ad Phædr. v. P. III. Phædri p. 168. satisfacit quidem constructioni verbi, sed alium sensum efficere videtur Burmanno. *Sonari* enim *cantus citharæ Apollinis* significaret, laudari, celebrari ab Apolline, ut exempla, quæ Heinsius adducit, probant, e. g. Hor. Epod. XVII. 39. sq. 'sive mendaci lyra voles sonari.' Buchnerus legi vult, *e cithara;* sed *cithara* probum.

NOTÆ

12 *Sonare cithara quos putes Apollinis*] Id est, tu dum cantas tua voce, sonas simile quid ac ipse Apollo, dum sonat cithara. Sensus istius versus mihi visus est perobscurus; idcirco explicui.

13 *Nectar*] Potus Deorum. Pallas dederat noctuæ nectar, quia avis est ipsi sacra.

Pallas donavit] Pallas Jovis filia, nata ex ipsius cerebro, ut vulgatum est.

Digitized by Google

Una bibamus. Illa, quæ ardebat siti, 15
Simul cognovit, vocem laudari suam,
Cupide advolavit. Noctua, egressa e cavo,
Crepitantem consectata est, et leto dedit.
Sic, viva quod negarat, tribuit mortua.

Illa, quæ æstuabat siti, intelligens quoque laudari cantus suos, assilit ardenter. Tum noctua, exiens cavo, insecuta est trepidam, et occidit. Ita extincta dedit, quod viva denegarat.

Cuninghamus, *quos quis putet*, i. e. conjectura arbitraria.—15 *Quæ*. Al. *quia*, improbante Hoogstratano.—*ardebat siti*. Sic Mss. Pith. Rem. et Vet. Editt. Perottus *arebat*, quod receperunt Hoogstratan. Lallem. Brotier. Utrumque recte dicitur. Hæc verba in libris scriptis a librariis permutari solent, observante Burmanno.—16 *Simul cognovit*. Ms. Perott. *simul gaudebat*.—17. 18 *Egressa e cavo*. Brotierio teste in Mss. Pith. et Rem. est, *egressa cavo*, salva quidem Latinitate, sed turbato metro. Ita etiam Nevel. Rigalt. 2. Fab. Pithœus emendavit *egressa e cavo*, probante Guyeto; quæ lectio, judice Burmanno, non admodum est elegans, cum præstet et usitatius sit, *egressa cavo*, vel *cavum*. Vid. Burmann. ad h. l. et ad Ovid. Met. III. 388. et ita Val. Max. sæpe utroque casu utitur, *egredi vitam* et *vita*, *urbe* et *urbem*. cf. lib. VII. 3. ext. 1. et 10. Sæpissime tamen verbum *egredi*, cum præpositione *e*, vel *a*, constructum, apud optimos scriptores occurrit, ut Cic. Att. VI. 8. 'egredi e portu;' Id. Cat. I. 8. 'ex urbe;' Suet. Claud. 23. 'ab urbe.' Et sic alibi. Gronovii editio habet, *egressa a cavo*, forte per erratum typographicum, quia in Indice est, *egressa e cavo*. Gudius et Salmasius ad oram libri conjiciunt *egressam cavo*, quod Grævius Ep. 280. ad Heins. in Burm. Syll. Epp. tom. IV. p. 362. postulare contendit et metri rationem, et sententiam loci. Nec displicet Burmanno, ita, ut de cicada intelligatur, quæ hucusque latuerat in cavo suo, nunc vero, invadente eam noctua, trepidat et festinat evadere. Id enim est *trepidare*, ut vs. 18. vulgo legitur. Viro docto tamen placuit, servare vulgatam, quia duplex Epitheton *egressam*, *trepidantem* non eleganter videatur apponi; etsi lib. I. fab. 9. dixerit Phædrus *oppressum*, *fletus edentem*, quod facilius concoquit.—18 *Crepitantem*. Vulgo *Trepidantem*, quod explicant, cum solicitudine evadere festinantem, ut infra lib. IV. fab. 6. 3. Sed jam olim Heinsius substituit *Crepitantem*, vel *Strepitantem*. Vid. Heinsii Ep. 284. ad Grævium in Burm. Syll. Epp. tom. IV. p. 368. *Crepitantem* etiam præfert Tzschuck. cum de cicada dici possit, et *trepidantem* non satis paratum sit; *crepitantem* vero perpetuus cantus astruat, in quo oppressa sit. Cui accedit Jacobs. in Nachträge zu Sulzers Theorie, tom. VI. P. 1. p. 72. not. zz.

Digitized by Google

FABULA XVII.

ARBORES IN DEORUM TUTELA.

Olim, quas vellent esse in tutela sua,
Divi legerūnt arbores. Quercus Jovi,
Et myrtus Veneri placuit, Phœbo laurea,
Pinus Cybebæ, populus celsa Herculi.
Minerva admirans, quare steriles sumerent, 5
Interrogavit. Causam dixit Jupiter:

Dii elegerunt aliquando arbores, quas optarent esse in suo patrocinio. Quercus arrisit Jovi: myrtus Veneri: laurus Apollini: pinus Cybelæ: alta populus Herculi. Minerva admirans cur legerint arbores *infœcundas, quæsivit causam.*

3 *Et myrtus.* Heinsius et Both. *At myrtus.—laurea.* In Ms. Perotti est, *Phœbus laurus. Phœbo laurus* legit Bernh. Moneta, qui auxit et illustravit Menagiana, tom. IV. p. 118. adjiciendo tamen, ut succurrat versui, copulam, et legendo vs. 4. *Cybelæ*, teste Burmanno.—4 *Cybebæ.* Ita optime Mss. Pith. Rem. et multæ Editiones. Sed non pauci, Pithœum secuti, legi volunt *Cybelæ*, ut Rigalt. Ed. 2. Rittersh. Meurs. Fab. Scheff. Lallem. syllaba secunda ob liquidam concurrentem producta: de quo v. notas Fabri. Neveletus dedit, *Cybele.* Perottus, fortasse quia non intelligebat illud *Cybebæ*, quod erat in Codice, quo utebatur perperam, habet *Pinus Neptuno.* Cf. Ant. Augustin. fin. Dial. V. de Nummis. Vet. p. 180. quem memorat Burm. Prasch. Ursinus, Salmasius ad oram libri, *Cybellæ*, invitis libris.—5 *Admirans.* Harius conjicit, *mirans*, sed v. Burm. ad I. 12. 5. *steriles.* Ms. Per. *sterilis.*—6 *Interrogavit.* Distinctionem, *Interrogavit causam; dixit Jupiter*, a Scheffero propositam, et a Tollio, Ouvering. Bentl. Cuningh. Schulzio, [Anton.] fortasse propter am-

NOTÆ

2 *Quercus Jovi*] Nam cum Saturni tempore ante Jovem homines carnibus humanis vescerentur, Jupiter vetuit, ne quis eo cibo uteretur, et a carnibus ad glandes convertit, quæ arbor, ab eo primum monstrata, sacra idcirco illi creditur.

3 *Myrtus Veneri*] Quia hæc arbor nascitur in littore maris, ubi Venus nata est. Quidam vero volunt idcirco myrtum esse sacram Veneri, quod Venus myrto fuisset ornata, cum judicio Paridis discessit pulchrior Deabus.

Phœbo laurea] Quia Daphnen ab Apolline amatam in hanc arborem mutatam ferunt.

4 *Pinus Cybebæ*] Huic Deæ pinus arbor sacrata fuit, quod Atys, quem deperibat, fuerit in hanc arborem mutatus, ut ait Ovid. Met. lib. X.

Populus Herculi] Quia Herculés

Digitized by Google

Honorem fructu ne videamur vendere. At me Hercules narrabit, quod quis voluerit,

Jupiter talem protulit: Ne videamur vendere fructum cultu. Sed certe, quicquid

---

biguitatem in *causam dixit*, vel probatam, vel receptam, recte rejicit Burmannus; etsi Phædrus lib. IV. fab. 18. 5. dicat, 'cum rogaret causam facinoris,' et lib. IV. 12. 6. 'causam quæsivit pater,' atque etiam Ms. Perotti huic interpunctioni faveat. Sed v. lib. III. fab. 3. 2. Terent. Hec. I. 2. 3. et IV. 4. 55. quæ loca Burmanno debentur.—7 *Honorem fructu*. In aliis Editionibus, ut Rigaltii 2. Schefferi, Santoroc. Leonh. prima Burmanni, Hoogstrat. Danet. Brindlei. quibus nuper accessit Editio Didoti stereotypa, legitur, *Honore fructum n. v. v.* hoc sensu: ne, si fertiles sumeremus, videamur fructus arborum vendere honore sacrificiorum, quo nos remunerarent quasi homines: ut ita *honor* ille, Diis habitus, esset quasi pretium, quo a Diis fructum et fertilitatem redimerent. Nam *honor*, pro sacrificiis, passim occurrit. Vide quos memorat Burmannus, Cuper. II. Obs. 3. et Brouckhus. ad Tibull. IV. 6. 1. Lege etiam, quæ idem congessit ad Petron. cap. 133. Maxime Schefferus lectionem *Honore fructum* defendit; quam tamen recte repudiant viri docti, tuentes *Honorem fructu:* quæ conjectura confirmata est Cornucopiæ Perotti, in quo est, *Honorem fructu ne videantur vendere;* cum in Ms. Perotti inveniatur, *honorem fructus ne videamur*. Ex utroque autem facili negotio emendari potest, *Honorem fructu*. Quam emendationem probant præter Rigalt. Buchn. Bentlei. Neveletus, Faber, qui tamen edidit *Honore fructum*, Ursin. Freinshem. Guyet. Richter. Albinus, Burm. Heusinger. Lallem. Brotier. Bipontin. Desbillon. Sed Kohlius in Comment. Crit. Pentad. II. lib. XXXII. p. 180. commodissime rem sic expediri putat, ut, communi lectione *Honore fructum* retenta, Hypallagen esse dicamus, frequentatam poëtis cultissimis figuram. Itaque immutandis permutandisve casibus, postulante id metro, *Honore fructum*, pro, *honorem fructu*, scriptum Phædro statuit, laudans Virg. Ecl. IV. 60-63. Kohlio assentit Schirachius V. D. Clav. P. I. v. *vendere*. Cf. cl. Wakefield. in Delect. Tragœd. ad Soph. Philoct. 324. II. p. 187. Ego quidem adhæreo lectioni *Honorem fructu*, propter auctoritatem Codicis Perotti. Guyetus legi vult: *Honorem fructu ne videamur pendere*, ut *pendere* sit, expendere, destinare.—8 *Me Hercules*. In Mss. Pith. Rem. et non paucis Editt. legitur: *At me Hercule*, claudicante metro, ut putant. Quo factum est, ut variis modis succurrere tentarent viri docti. Vid. Schefferi et Hoogstratani notas. Bentleius intrusa vocula *illa* legi jubet: *At, mehercule, illa, narret, quod quis voluerit*, laudans Plaut. Pers. III. 1. 45. Ursinus: *At hæc* (Minerva) *mehercule narret q. q. v.* Guyetus per τμῆσαι: *At me narrabit Hercule q. q. v.* Heinsius post varia tentata (Vid. Ej. Ep. XXIII. ad Scheff. in Burm. Syll. Epp. tom. v. p. 40.) it. Harius et Burm. conjiciunt *mehercules*, ut priores duæ syllabæ in unam contrahantur. Hisce parent Brotier. Bipont. Desbillon. alii. Sed Harius ultimam vocis *Hercule* apud antiquos ancipitem fuisse suspicatur. Cf. Heusinger. qui laudat Vechneri Hellenolex. a se editam. lib. I. P. 1. c. 3. p. 35. Priscian. lib. VI. extr. p. 723. lib. VII. p. 730. Recte igi-

NOTÆ

erat populo ornatus, cum descendit ad Inferos educturus canem Cerberum.

7 *Honorem fructu*] [*Honore fructum*] Elegimus arbores nullos ferentes fructus, ne videamur, si quando homines nos colunt, vendere fructum illarum arborum pro honore. Malim ego legere, quod alicubi invenitur, *Honorem fructu ne videamur vendere*, nempe dando hominibus fructum pro honore quo nos afficiunt.

Digitized by Google

Oliva nobis propter fructum est gratior.
Tunc sic Deorum genitor atque hominum sator:
O Nata, merito sapiens dicere omnibus:
Nisi utile est, quod facimus, stulta est gloria.
Nihil agere, quod non prosit, fabella admonet.

crit, sumo mihi olivam propter fructum. Tunc pater Deorum et creator hominum: O nata, jure sapiens haberis ab *omnibus. Ridicula* enim *est gloria, nisi prosit quod facimus. Fabula docet nihil esse agendum, quod non sit utile.*

tur Tzschuck. mallet vel *me Hercule*, vel, *me hercle. me hercule* etiam habet Didoti Editio. At vero cum in Ms. Perott. sit *At me hercules*, et hæc lectio a plurimis recepta sit, equidem non repudiaverim. *narrabit quod quis voluerit.* Ita Mss. Rem. Pith. et Ed. Vet. Sed Perottus, teste Burmanno, *At mehercules, inquit, quod quisque voluerit.* Perperam. Sanadon, Lallem. Philipp. [Anton.] *At mehercule, inquit, narret, quod q. v.* invito Brotierio. Phædrus enim sæpissime verbum *inquit* omittere solet, adeo ut *narrabit* loco suo non movendum sit. Schefferus sine necessitate substituit *narrarit*, concessive, ut sæpe apud Ciceronem. Sed observat Burmannus: sive *narrabit*, sive *narrarit* legas, eodem redit, ut ' dices' ap. Ter. Phorm. II. 2. 20. et alios, ubi objicientem sibi aliquid fingunt. Cuninghamus: *At me hercle narrarit, quod quisquis voluerit;* sed parum probabile, Phædrum ita scripsisse.—9 *Fructum.* Ms. Pith. et Vet. Edit. ut Rittershus. Nevelet. al. legunt *fructus;* sed Guyet. post Rittershus. et Fabrum reposuit *fructum*, quæ emendatio firmatur Ms. Per.—10 *Tunc sic.* Perott. *tum sic.* Ita Lallem. Brotier. Desbillon.—11 *Dicere.* Heinsius, *dicta es*, vel *diceris.*—13 Kohlius Comment. crit. Pentad. 49. p. 118. censet, Phædrum vs. 12. eleganter finiisse fabulam; vs. 13. vero ab aliena manu esse profectum. Neque etiam mihi magnopere placet, sed tamen non temere abjiciendum puto. *fabella admonet.* Cuningham. *fabella hæc monet.*

NOTÆ

9 *Oliva nobis*] Quia plantationem olivæ invenit Pallas.

11 *Sapiens dicere omnibus*] Unde Martial. lib. II. Epig. 77. ' Quid petis a Phœbo? nummos habet arca Minervæ; Hæc sapit; hæc omnes fœnerat una Deos.'

Digitized by Google

FABULA XVIII.

PAVO AD JUNONEM.

PAVO ad Junonem venit, indigne ferens,
Cantus luscinii quod sibi non tribuerit:
Illum esse cunctis auribus admirabilem,
Se derideri, simul ac vocem miserit.

Pavo accessit ad Junonem indignans, quod sibi non concesserit melos luscinii: Hunc esse admirationi omnibus volucribus; se vero *esse derisui, ubi canit.*

1 Ms. Per. *Pavo Junonem convenit*, quod Burmannus ferri posse censet.—2 *Luscinii*. Ita recte Mss. Pith. Rem. et libri editi, ut Faber, Ursin. cf. Brot. Ita quoque Seneca Ep. LXXVI. laudat ' vocem *dulciorem mobilioremque luscinii*,' ut legitur ex quinque Palat. Codd. At Perottus habet *luscinioe*, quod syllaba secunda corripuere Hor. Serm. II. 3. 244. et Martial. VII. 87. Bip. Fide Gudii in Ms. Rem. est *luscini*, quæ scripturæ diversitas in eodem Codice jam supra notata est. Male autem scribitur *luscini*, quia secunda in hac voce brevis est. Latine tamen dicitur *Luscinus* (Gloss. *Luscinus*, ὀρθόν), *Luscinius* et *Luscinia*, quæ voces formantur, quemadmodum *simus*, *simius* et *simia*; de quo erudite disputat Gudius ad h. l. et Salmas. ad Hist. Aug. tom. II. p. 132. Nec desunt, qui legant *luscinI*, ut Nevelet.—3 *Cunctis auribus*. Sic Mss. Pith. et Rem. sed emendavit Pithœus *avibus*, quod dederunt Nevelet. Ursinus, Bentl. statuens, admirationem solius animi esse. Nec displicet Langio. Jam olim tamen *auribus* reponi volebant Heins. et Gudius; quam lectionem timide se recipere fatetur Burmann. vulgatæ *avibus* magis favens, quam exhibet quoque Ms. Perotti. Lectioni tamen *auribus*, judicante eodem, aliquid roboris addunt illa Ovidii Met. IV. 271. Trist. IV. 10. 49. et ipsius Phædri II. Prol. 6. et lib. III. 10. 51. Eandem, cum sit elegantior vulgata, præferunt, præter Gronov. Hoogstrat. Richter. Maittar. Leonhardum, Lallem. Brotier. Bipont. Desbill. [Anton.] Tzschuck. qui notat ad v. *auribus*: ' eleganter adjecit, quippe earum hic aguntur præcipuæ partes.' Frustra Scheffer. Tollius, Cuningh. al. conjiciunt, *e cunctis avibus*, hoc sensu, inter omnes hanc potissimum in admiratione esse; Philipp. *e cunctis auribus*. v. Brotier. *admirabilem*. Ms. Pith. *ammirabilem*.—4 *Miserit*. Rittershus. *emiserit*, e conjectura. At simili modo Phædrus lib. IV. 11. 4. dixit ' vocem

NOTÆ

1 *Pavo*] Erat avis Junoni sacra, quia propter illam cæsus fuit Argus a Mercurio, et in illam avem mutatus.

Junonem] Filia erat Saturni, et soror Jovis, cui postea nupsit. Unde Virgilius: ' Ast ego quæ Divum incedo regina, Jovisque Et soror et conjux.'

Digitized by Google

Tunc consolandi gratia dixit Dea:
Sed forma vincis, vincis magnitudine;
Nitor zmaragdi collo præfulget tuo,
Pictisque plumis gemmeam caudam explicas.
Quo mi, inquit, mutam speciem, si vincor sono?
Fatorum arbitrio partes sunt vobis datæ:
Tibi forma, vires aquilæ, luscinio melos,
Augurium corvo, læva cornici omina,
Omnes quæ propriis sunt contentæ dotibus.

Tunc Diva dixit, ad hunc solandum: Verum superas figura, superas amplitudine; collum tuum nitidius est smaragdo, et extendis caudam gemmantem variis plumis. Ad quid mihi, inquit, forma muta, si superor cantu? Ista vobis contigerunt nutu fatorum; tibi species, robur aquilæ, cantus luscinio, augurium corvo, omina sinistra cornici, quæ omnes contentæ sunt propria voce. Noli appe-

misit sancta religio.' Et sic alii.—5 *Tunc.* Heins. legit *Huic;* quod admodum placet Bothio. Ouvering. *Tum.* Cuningh. *Tunc hanc, solandi, &c.*— 6 In Ms. Per. est, *Sed forma vincis et magnitudine,* claudicante metro.— 7 *Zmaragdi.* Vulgo *smaragdi,* ut Nevelet. Fab. Ursin. Bentl. Lallem. Brot. Bipont. Desbill. Didot. al. Sed rectius *zmaragdi* edidere Leonh. Burmann. Jördens. Tzschuck. Sic enim scribitur hæc vox in marmoribus antiquis, neque aliter in vetustissimis Mss. Etsi enim in priscis monumentis z pro *s* invenitur, quod aliquando vitiose, sive ad imitationem Græci ζ, accidit; tamen in iis vocabulis, quæ a duabus consonis *sm* incipiunt, Græcæ originis, constanter et consulto utebantur veteres litera z: id quod erudite probat Gudius. Laudat vero præter alia Gruter. IↃCCCCLXXXXIII. 8. IↃCLX. 2. IↃCXXVII. 10. MCXX. 6. nec non duas inscriptiones, quas suis in Phædrum notis inseruit. Vid. etiam Broukhus. ad Prop. II. 18. 43. ad Tibull. I. 1. 51. et II. 4. 27. coll. Cl. de Rooy. Animadv. Crit. in Martial. p. 61. Ita *Ζωγραλεω* frequenter occurrit in nummis, et *Zmurna* et *Zmurnæus* in antiquis Varronis, Hygini, Catonisque Codd. Ita Apollo Zminthius, Hygin. F. 106. ubi v. Buncker. Cf. Sext. Empir. Adv. Gramm. lib. I. c. 9. p. 253. Opp. ibique Fabric. *Nitor.* Wakefield. ad Lucret. II. 804. ostendere studet multis scriptorum locis, ut Ovid. A. A. I. 402. Manilii v. 261. &c. *viride* interdum idem esse quod, cœruleum, seu glaucum. Tum sic pergit p. 330. 'Phædrus item nobis astipulatur III. 18. 7. ubi pro *Nitor* malim *Viror,* quæ vox solennis Vitruvio et inferioris ævi multis scriptoribus.' Quæ conjectura etsi erudite illustrata est a Wakefieldio, atque etiam vox *viridis* de fulgore et nitore zmaragdi proprie usurpatur, probante Burmanno ad Petron. cap. 55. p. 273. et ad Ovid. Amor. II. 6. 21. emendatio tamen non est necessaria, cum æque eleganter dicatur *nitor zmaragdi,* ac *viror.* Romulus etiam Divion. habet *colore et nitore sicut smaragdus perfusus,* ut dubium non sit, *Nitor* esse præferendum.—8 Cuningham. *Pictâmque plumis gemmeis c. e.* Romulus Ulmens. *pictusque plumis gemmis cauda et collo refulges.*—9 In Mss. Pith. et Rem. est, *Quo mihi, inquit, mutam speciem;* sed recte Pithœus: *Quo mi, inquit, m. s.* Male Ms. Perotti, *Cur mihi, inquit, species s. v. e.* Inde Sanadon et Philipp. emendavere: *Quo mi, inquit, tanta species,* quibus paret Lallem. v. Brotier. *mutæ speciem* rectius legi videtur Burmanno, hoc sensu: Quid prodest mihi forma, si sim muta? Sed nil temere censet mutandum. Cuningham. pro *mutam* reponit *nitidam.*—10 Romulus Div. *factorum* (Ulmens. *faterum*) *arbitrio a Diis datæ sunt partes omnibus vobis.* Perott. *vobis sunt datæ;* Bentl. *Faterum arbitrio partes sunt avibus datæ.*—13 *Omnes quæ.* Harius, Bentl. Cun-

Digitized by Google

Noli affectare, quod tibi non est datum,
Delusa ne spes ad querelam recidat. 15

tere, quod tibi denegatum est, ne spes frustrata delabatur ad querimonias.

ingh. Danet. Lallem. alii legunt *Omnesque*. Ita conjecerat Heins. Vid. lib. I. 8. 8. Sed in scriptis et editis est *Omnes quæ*. Quam lectionem etiam defendit Drakenb. ad Liv. XXVIII. 12. tom. IV. p. 187. *dotibus*. Mss. Pith. Rem. et Editt. habent *vocibus*, quod ante Codicem Perotti repertum tuebatur Burmann. Sed jam olim Heins. et Bentl. legi volebant *dotibus*, quæ emendatio postea confirmata est Ms. Perotti. Recte placuit hæc lectio viris doctis Heusing. Cuningh. Censori docto in A. B. T. 52. p. 192. Brotier. Desbill. Langio in Prolegg. ad Phædr. p. 26. Tzschuck. aliis. Sic et olim edidi. Non enim unice tantum sermo est de dote vocis, sed omnino de dotibus, quæ unicuique animali datæ sunt, ut vires aquilæ, augurium corvo, &c. Male igitur Burmannus: 'Sequamur scriptos, quamdiu sensus aptus subest: queritur enim pavo de voce sua, quod item queri aliæ innumeræ aves possent: sed illæ contentæ suis vocibus, luscinio non invident, dum aliis dotibus præstant, et si *dotibus* scripsisset Phædrus, tamen de vocis dote deberet explicari.'—15 *Recidat*. Salmasius ad oram libri et Guyet. e Ms. Pith. *reccidat*, ut *rettudit*, *rettulit*, et similia, sed v. Burmann. ad Ovid. Amor. I. 7. 62. et quæ Heinsius notavit ad Claud. Bell. Gildon. 44. sq. et Ovid. Ep. XIV. 46. quem Burmannus citat. Adde Desbill. ad I. Prol. 1. et Broukh. ad Prop. IV. 8. 44. Ursinus dedit *decidat*.

NOTÆ

14 *Noli affectare*] Quia, ut ait Phædrus in fabula Canis, 'Amittit merito proprium, qui alienum appetit.' Ut etiam Camelus in fabulis, qui, poscens cornua, auribus quoque privatus est.

FABULA XIX.

ÆSOPUS AD GARRULUM.

Æsopus domino solus cum esset familia,

Cum Æsopus esset solus servus suo *hero, jussus est instruere prandium celerius*

1 Ms. Perott. *Æsopus domino cum esset solus familia*. Sic edidit Brot.

NOTÆ

1 *Æsopus domino solus cum esset familia*] Cum haberet solum servum Æsopum, neque præterea ullum. Sic Sidonius Apollinaris: 'Respublica nostra Tota Camillus erat.'

Digitized by Google

Parare cœnam jussus est maturius.
Ignem ergo quærens, aliquot lustravit domos;
Tandemque invenit, ubi lucernam accenderet.
Tum circumeunti fuerat quod iter longius,
Effecit brevius: namque recta per forum
Cœpit redire. Et quidam e turba garrulus:
Æsope, medio sole, quid cum lumine?
Hominem, inquit, quæro, et abiit festinans domum.
Hoc si molestus ille ad animum retulit,
Sensit profecto, se hominem non visum seni,
Intempestive qui occupato alluserit.

solito. *Pervadit igitur aliquot ædes reperturus ignem, et tandem invenit, quo excitaret facem. Quia autem circumiens protraxerat* suum *iter, contraxit* rediens, *namque regressus est recta per forum. Et quidam garro e multitudine* dixit: *Æsope, quid* tu *cum lucerna alto die? Quæro, inquit, hominem; et properat celerans domum. Si hic importunus revocavit illud in animum, intellexit sane, se non visum* esse *hominem Æsopo, quod voluerit jocari importune cum negotioso.*

post Lallem. Ms. Pith. Rem. et Edit. Vet. *solus cum esset familia.*—3 *Aliquot lustravit domos.* Perott. *domos aliquot lustravit.*—5 *Circumeunti. circum eunti* divisis vocibus malebat Harius, sed *circum* in compositis *m* in talibus verbis in enuntiatione amittere, nec in scriptura servare, ut solent in aliis compositis, ut *circumvenire, &c.* ex Grammaticis veteribus egregie Broukhus. ad Prop. II. 4. 26. et scribendum esse *circuire* docuit. Aliter censet Cort. ad Sallust. Jug. c. 45. p. 623. contra optimos Codices, qui et eo in loco *circuire* exhibent, et c. 49. *Burm.* Multi tamen, ut Bentl. Lallem. Brot. dederunt, *circumeunti.* [Edidit Schw. *circueunti.*]—7 *Et quidam e turba.* Ita Mss. Pith. Rem. et Edit. Vet. Sed in Ms. Per. *Et* deest, probante Brot. Heins. mallet, *Hic quidam*, i. e. tum, suffragante Bentl. [et Anton.] Ouveringius *At quidam e turba.* Tollius copulam vult deleri, ut lib. IV. fab. 21. 11. sqq. etsi vulgatam defendi posse censeat ex lib. I. fab. 29. 10.—8 *Quid cum lumine?* Ms. Pith. Rem. Edit. Pith. Neveleti: *quid tu cum lumine?* Sed sic versus ratio non constat. Cod. Per. recte habet, *quid cum lumine?* Ita jam olim legi volebat Rittersh. probantibus Meursio, Buchnero, Freinshemio, aliis. Atque etiam notat Burmannus, rectius *tibi* fuisset, si versus admitteret, ut Ovid. Art. I. 693. 'Quid tibi cum calathis?'—9 *Abiit.* Multæ editiones, ut Nevel. Rigalt. Fab. Gronov. Maittar. Desbill. *abit.* Rittersh. emendavit *abiit*, quod probant post Meursium, Gud. Salmas. plurimi Interpretes.—10 *Retulit.* Ms. Pith. *rettulit.* Ita Brot. Bipont. Fab. Didot. sed v. V. L. ad lib. III. fab. 18. 15.—12 *Alluserit.* Gud. *illuserit* e conjectura, quæ lectio ab hoc loco est aliena. Vid. Not. Burm.

Digitized by Google

EPILOGUS.

SUPERSUNT mihi, quæ scribam, sed parco sciens:
Primum, esse ne tibi videar molestior,
Distringit quem multarum rerum varietas;
Dein, si quis eadem forte conari velit,
Habere ut possit aliquid operis residui.
Quamvis materiæ tanta abundet copia,
Labori faber ut desit, non fabro labor.

Restant adhuc mihi quæ fingam, verum abstineo non ignarus; primo ne tibi sim importunus, qui distineris multitudine diversorum negotiorum: deinde si quis velit forsan tentare eadem, ut possit ipsi superesse aliquid residuæ materiæ quam scribat: *quamvis tanta sit ubertas argumenti, ut artifex desit operi, non opus artifici.*

2 Mss. Pith. Rem. *Primum, esse tibi ne videar molestior*, quod ferri posse existimat Brot. cum litera *m* sæpe a Phædro non *elidatur*. Itaque edidit, post Neveletum. Pithœus emendaverat, *Primum, tibi esse ne v. m.* cui obsequuntur Gud. Hoogstrat. Lallem. Bentleius reponit: *Primum esse videar n. t. m.* posteriore in *tibi* longa; quam transpositionem Burmannus putat arbitrariam, et minime necessariam, cum *tibi* in Phædro et produci et corripi possit: Bentleium tamen sequitur Cuninghamus. Harius conjicit, *videar ego molestior:* nescit Burmannus, qua elegantia aut necessitate. Lectionem, *esse ne tibi v. m.* habent Ursin. Fab. Scheff. Burmann. Bipontini, alii. At vero non temere rejicienda erat librorum scriptorum lectio. Vid. Burm. ad Petron. c. 43. *molestior*. Gronov. legi vult *immodestior*. Perperam. Nam immodestia consistit in procaciter petendo aliquid, ut lib. II. fab. 1. 15. ubi modesti opponuntur cupidis; nihil vero hic petit Phædrus, sed brevitati suæ vult gratias deberi: id quod acute vidit Burmannus, fuse contra Gronov. disputans.—3 *Distringit*. Mss. Pith. Rem. Nevelet. Rigalt. 2. Fab. Lallem. Brot. Danet. al. *Destringit*. Sed alii rectius *Distringit*, probantibus Burmanno et Desbill. Hæc duo verba non raro a librariis confundi, docere potest Varietas Lectionis ad lib. I. fab. 29. 2. lib. II. fab. 5. 13. et lib. IV. fab. 6. 1.—5 *Aliquid operis residui*. Harius mavult *residuum*, quia Latine dici non posse censet, *aliquid operis relicti*, sed *relictum*. Hunc confutat Burmann.—6 *Materiæ*. Mss. Pith. Rem. habent *naturæ*. v. Brotier. Sed Gudius *naturæ* veram et genuinam putat esse lectionem, ut *naturæ tanta copia* idem sit quod, 'copiosa rerum varietas' IV. Epil. 2. *naturæ* quoque Salmasius ascripserat margini e Cod. Ms. Sed *materiæ* præfert Burmannus, quia auctor ea voce sæpe ita utitur. Deinde natura recte 'artifex fœcunda omnis bonæ malæve materiæ' dicitur Val. Max. I. 8. ext. 18. non ipsa materies. *materiæ* vero hic exigunt sequentia *Labori faber ut desit*, qui *materiarius* inde dictus: Reines. Class. Insc. I. 2. et *materiam* proprie de illo ligno, in quo fabri laborant, dici, notum est. Cf. Burmann. qui laudat Tennul. ad Frontin. I. 5. 1. *naturæ* præter alios edidere Gronov. Brot. Sed frustra Burmannus ad h. l. a Brotierio Codices confingere dicitur, qui magno numero habeant *materia*; cum sermo sit in nota Burmanni de loco Quintiliani II. 8. 'cum alterum alterius natura miscendum arbitraretur,' ubi alios codices

Digitized by Google

Brevitati nostræ præmium ut reddas, peto,
Quod es pollicitus: exhibe vocis fidem.
Nam vita morti propior est quotidie:
Et hoc minus perveniet ad me muneris,
Quo plus consumet temporis dilatio.
Si cito rem perages, usus fiet longior:
Fruar diutius, si celerius cepero.
Languentis ævi dum sunt aliquæ reliquiæ,
Auxilio locus est: olim senio debilem
Frustra adjuvare bonitas nitetur tua;

Postulo ut tribuas mercedem quam promisisti brevitati nostræ, et *præstes fidem verborum. Quotidie enim mors magis magisque instat, et eo minus redibit ad me præmii, quo plus temporis procrastinatio edet. Si conficias rem citius, usura erit diuturnior*, et *potiar longius, si incepero maturius. Dum reliquiæ aliquæ* vitæ *deficientis restant* adhuc, *locus relinquitur auxilio: incassum tua benevolentia conabitur*

magno numero *materia* habere dicit.—8 *Brevitati.* Mss. Pith. Rem. et multæ Editiones, etiam Brotierii, Bothii et Desbill. habent *Brevitatis*; sed Heinsius, Salmasius et Tollius emendant *Brevitati*, quod plurimis placuit. *præmium.* Fide Heinsii et Brot. in Ms. Pith. pro *præmium* scriptum est, *mium*, τῷ *præ* oscitantia librarii omisso; qui lapsus, judicante Brot. eo erat facilior, cum initium lineæ esset *træ mium.* Recentiori manu superscriptum *ni.* Inde Salmasius emendavit *nimirum*, quod languidam orationem facere videtur Burmanno, qui quam vim hic habeat non videt. Gronovius conjicit *mutuum.* —9 *Pollicitus.* Rittersh. scribi vult *policitus.* Frustra. Vide Freinshem. et Burm.—11 *perveniet.* Mss. Pith. Rem. *Et hoc minus veniet*, claudicante metro; sic tamen edidere Rigalt. Rittersh. Nevel. Fab. Freinsh. Gronov. alii. Pro quo Ursin. Scheff. Heins. revocant *perveniet*, quibus obsecuti alii. Guyet. Maittar. Buchner. Harius conjiciunt *deveniet*; sed *perveniet* ex mente Burmanni usitatius, ut Ovid. ex Pont. I. 3. 94. Et ita ille sæpius de aliis rebus. Ita apud Jurisconsultos pecunia, hæreditas, et similia *pervenire* ad aliquem dicuntur, rarius *devenire.* v. Burm. Gudius parum probabili conjectura *minus usu veniet*, quod receperunt Walch. Hoogst. Didot. sed vellet Burmannus hoc Latine dici ostendisset, pro, hoc minus utendi muneris erit facultas, quo magis differatur. Si quis *veniet* retinendum contendat, e conjectura Burmanni poterit legere, *Et hoc minus tui ad me veniet muneris.* Sic edidit Cuningh. et ita jam olim Faber legi posse putabat, qui etiam conjiciebat: *Et hoc minus et minus ad me veniet muneris*, ut dicunt *magis magisque, minus minusque*, suffragante Daneto.—13 *Si c. r. p.* Nevelet. edidit: *Et c. r. p.*—14 *Celerius.* Guyetus, qui credebat secundam in *diutius* producendam, pro *celerius* rescribit *citius*, ut versus staret; sed secunda in *diutius* brevis facit tribrachyn. Vid. lib. I. fab. 2. *Burm.—cepero.* Vulgo legitur *cæpero*, sc. frui; sed placuit admittere conjecturam Rittershusii *cepero*, quam probat Burmann. et quam receperunt Rigalt. Danet. Freinsh.

NOTÆ

11 *Et hoc minus perveniet*] [*Et hoc minus veniet*] Hic versus mensuris suis caret. Emendari sic autem potest: *Et hoc minus, et minus, veniet ad me muneris;* vel, *Et hoc minus tui ad me veniet muneris.*

Digitized by Google

Cum jam desierit esse beneficio utilis,
Et mors vicina flagitabit debitum.
Stultum admovere tibi preces existimo, 20
Proclivis ultro cum sit misericordia.

auxiliari mihi confecto annis, cum jam benignitas cessaverit esse opportuna, et mors propinqua exiget vitam *debitam. Crede* esse *ridiculum adhibere preces erga te,*

Lallem. Brot. Bipont. Jakob.—18 Mss. Pith. Rem. fide Neveleti et Brotierii habent: *Cum jam desideret esse beneficio utilius.* Corrupte. Pro quo Pithœus et multi alii, huic obsecuti, etiam Burmannus et Bipontini reposuerunt, *Cum jam desierit esse beneficium, utile,* optimo sensu. Quæ lectio cum nimium a veteri scriptura recedere videretur, Gudius ad Mss. lectionem utique accommodatius legi vult: *Cum jam desierit esse beneficio utilis,* hoc sensu: Cum jam Phædrus senio debilis desierit esse tuo beneficio utilis; ut utilis capiatur active, qui uti beneficio possit. Apte tuetur Gudius hanc lectionem loco Martialis lib. II. Ep. 90. in quo est, 'nec inutilis annis,' i. e. dum annis meis uti possum. Eandem receperunt Richter. J. F. Gronov. Hoogst. Lallem. Mascrier. Philipp. Brotier. Desbill. Et placet Schirachio Clav. P. I. p. 393. quibus ego accedo. Displicet tamen aliis, forte frustra existimantibus, non bene Latine dici hominem alicui rei utilem. Propterea Desbillonius verba Phædri aliter explicat, referens τὸ *utilis* ad vocem *bonitas,* ut sensus sit: Cum jam tua bonitas beneficio, collato videlicet, utilis mihi esse desierit. Heinsius, *desierit esse beneficio locus,* e conjectura.—19 *flagitabit.* Ita libri scripti et editi. Bentl. et, teste Tollio, etiam Ouvering. *flagitarit* conjiciunt, quod præcessit *desierit;* [accedit Anton.] sed Burmann. et Harius tuentur *flagitabit,* quia, si admittatur emendatio Bentleii, Phædrus diceret, cum jam mortuus fuero; quod non patitur vox *vicina.* Ad hæc, ista diversitas temporum et modorum sæpe studio et elegantiæ causa adhibetur ab optimis scriptoribus, de quo consules notas Burmanni, memorantis præter alia locum Ter. Andr. IV. 1. 25. 26. ut omittam, ipsam rem h. l. postulare diversitatem temporum. Post hunc versum Rigaltius mallet ponere vs. 26. et 27. sed post vs. 27. fingit lacunam. Frustra; bene enim cohærent omnia.—20 *Preces existimo.* In Ms. Rem. est *preces exes;* in Pith. *præceps exis,* unde Pithœus fecit *preces existima,* quod multæ habent editiones, ut Rigaltii 2. Nevelet. Fab. Ursin. Schefferi 3. &c. Sed *existima* nescit quo referat Burmannus, et corruptam esse vocem recte credit; quare sententiæ Schefferi adhæret, qui legit *existimo,* probante Guyeto; ut sit formula confitentis importunitatem tot suarum precum. Secuti Sanadon et Philipp. E corrupta codicum lectione Gudius *sexcenties* fecit, acuta, ut ait Burmannus, et blandiente conjectura, sed dubia et fallaci; quare is non ausus fuit, recipere in contextum, ut fecerunt Gronov. Maittar. Walch. Richter. Leonh. Hoogstr. Didot. Offendunt præterea aures junctæ voces *preces sexcenties* syllabis asperis, e tot *s* et *e* confragosis: *preces sexcenties* denique esset hominis indignantis, non simpliciter rogantis, observante Bentleio, qui hinc, quanquam sine ulla veri specie, exsculpit: *Stultum admovere tibi preces est, Eutyche, Proclivis ultro cum sis misericordiæ.* cf. Gud. et Burmann. it. V. L. ad vs. 21. Cum in Cod. Pith. legatur *præcepsexis,* Desbillonius credit, inde erruendum esse, *perspexeris,* hoc sensu: Ipse perspexeris, me stulte facere, quod preces tibi admoveam, cum sis sponte misericors. Cuninghamus suspicatur, Phædrum scripsisse: *Stultum admovere est tibi preces enixius.* Sed præstat retinere lectionem Schefferianam, receptam a plurimis.—21 *Sit.* Suspicatur Schefferus, Phædrum scripsisse, *Proclivis cum sis misericordiæ,* ut Silius lib. XIII. 585. dixit, 'sceleri proclivis egestas.' *Schw.* Non opus est, mutare in *sis,* cum Phædrus more suo *misericordiam proclivem* dixerit, pro viro proclivi per misericordiam in benignitatem, ut modo, 'bonitas nitetur tua,'

Digitized by Google

Sæpe impetravit veniam confessus reus:
Quanto innocenti justius debet dari?
Tuæ sunt partes, fuerunt aliorum prius;
Dein simili gyro venient aliorum vices.
Decerne quod religio, quod patitur fides,
Et gratulari me fac judicio tuo.
Excedit animus, quem proposuit, terminum;

cum facilis ultro sis ad misericordiam. Reus confitens exoravit sæpenumero veniam: quanto æquius debet concedi insonti? Tuum est primo, deinde aliorum, et venient partes aliorum pari cursu. Statue quod religio, et *quod fides sinunt, et effice ut laudem tuam sententiam.* Jam mea *mens aberrat* a *proposito termino; verum ani-*

et sexcentis aliis locis. Johnsonius ejecit *sis,* vel *sit;* sed videat, qui versus sine eo stare possit. *Burmann.*—24 sq. Brotier. testatur, in Mss. Pith. et Rem. legi: *Tuæ sunt partes, fuerunt aliorum: dein Simili gyro venient aliorum prius vices.* Fide Neveleti hi versus in Ms. Pith. ita exhibentur: *Tuæ sunt partes fuerunt aliorum dein: Simili gyro venient aliorum prius vices.* Contra Gudius in suo, i. e. Pithœi Codice, memorat inveniri: *Tuæ sunt partes, fuerunt aliorum, Dein simili gyro venient aliorum vices,* omisso *τῷ prius.* Quæ scripturæ et interpunctionis diversitas in eodem Codice in hoc opere sæpius notata est. Dolendum, viros doctos, qui libros scriptos inspexerunt, non accurate indicasse, quæ sint a manu prima, quæ a secunda. Pithœus emendavit: *Tuæ prius sunt partes, aliorum dein: Simili gyro venient aliorum vices.* Ita Neveletus. Alii tentarunt alia. Burmann. ex antiquorum Codicum vestigiis vellet: *Tuæ nunc* (Gudius et Bentl. *Tuæ sunt*) *partes, fuerunt aliorum* (Bentleius *fuerant illorum;* Gudius *fuerunt aliorum*) *prius, Dein simili gyro venient aliorum vices.* (Sic etiam Bentl. et Gud.) J. F. Gronov. edidit: *Tuæ sunt partes, fuerunt aliorum, dein S. g. v. a. v.* Hoogstr. et Maittarius Gudio obsecuti, dederunt: *Tuæ sunt partes, fuerunt aliorum prius, Dein s. g. v. a. v.* quam lectionem reliquis anteferendam duxi. Sic fere Brot. Bipont. Desbillonius, nisi quod hi habeant, *fuerant aliorum prius.* Alii, ut constaret metri ratio, addiderunt, *Similique gyro,* ut Burmannus, in cujus Edit. majori legitur: *Tuæ prius sunt partes, aliorum dein; Similique gyro v. a. v.* Cui parent alii. Nec defuerunt, qui hos vv. vel expungerent, vel, ut Philipp., abjicerent tantum vs. 25. retento 24. Perperam.—*aliorum.* Quia bis occurrit, Bentl. prius mutat in *illorum;* quod repudiat Burm. [In his vv. Schwabii lectionem habet Anton.]—26 *Patitur.* Bentl. legit *poscit,* invitis Hario et Burmanno. [*pat.* est commodum. *Anton.*]—27 Libri scripti hic mirum in modum interpolati sunt; cf. V. L. ad vs. 24. Notante Neveleto in Cod. Pith. scriptum erat; *gratulari me facere judicio tuo,* additumque a docta manu (an forte Rigaltii? v. not. Gud.); *f. patere;* sed in Mss. Pith. et Rem. *Et gratulari me tacere judicio tuo.* Vid. Brotier. *fatere* inveniri in Ms. Pith. notat Heinsius; *tatare* Gudius. Hic faciebat inde *patere,* ut et Heinsius, licet diverso emendent modo: Gudius, *Gratari me patere;* Heinsius, *Me gratulari patere.* cf. Burmann. qui, cum *patitur* modo præcedat, conjicit, *me da judicio;* Cuningham. vero legendum existimat: *Et g. dato mi judicio tuo.* Lectio, quam

NOTÆ

25 *Simili gyro venient aliorum vices*] Tuo nempe exemplo alii monebuntur, ut et ipsi suo quisque tempore et loco præstent debitum officium, et innocentiæ succurrant.

27 *Gratulari me fac judicio tuo*] Ellipsis præp. *de,* ut sit, de tuo judicio.

Digitized by Google

Sed difficulter continetur spiritus,
Integritatis qui sinceræ conscius,
A noxiorum premitur insolentiis.
Qui sint, requires: apparebunt tempore.
Ego, quondam legi quam puer sententiam,
Palam mutire plebeio piaculum est,
Dum sanitas constabit, pulchre meminero.

mus integer, *conscius suæ innocentiæ, qui obruitur injuriis malevolorum, vix sibi potest temperare. Rogas quinam sint* malevoli: *erumpent quandoque. Ego meminero* semper *optime, dum ero sanus,* hujus *effati quod didici puer: Periculosum est* homini *novo obloqui publice.*

dedi, auctorem habet Pithœum, quem sequuntur plurimi.—30 *Sinceræ.* Schefferus conjicit *sincere;* Heins. *sibi veræ.* Sed bene Burmann. observat: Si talia deberent mutari, quantus non licentiæ campus aperiretur!—32 *Requires.* Rittersh. Ursin. Freinshem. Bentl. [Anton.] Cuningh. Didot. ediderunt *requiris.* Sed vulgatum *requires* locum suum tueri potest. Simili in re Cic. Arch. 6. 'Quæres a nobis, Grati.' Et cap. 7. 'Quæret quispiam, quid?'—34 *Mutire.* Ms. Pith. corrupte *mutture.*—*piaculum.* Libri scripti Phædri et pleræque Editiones habent *periculum.* Sed vera lectio *piaculum,* quemadmodum jam olim Faber volebat legi. Ita enim legitur cum in Codd. Mss. tum in Editt. vulgatis Festi. Alii vero tribuunt τὸ *periculum* Phædro, aut textum Festi mutanti, aut memoriæ vitio ita citanti; alii librario. Hisce recte accedit Burmannus, quia alias sæpe itidem aberrarunt librariorum manus, et pro *piaculo, periculum,* notiorem vocem obtruserunt. Vid. Heins. ad Ovid. Met. xv. 155. et Burm. ad Met. II. 565. Desbillonius tamen e Codd. Mss. Phædri cum Scheffero, qui vulgatum tuetur, et multis aliis edidit *periculum,* addens: 'Hæc ipsa lectionis varietas novum est testimonium, quo illud, quod jam demonstravimus, has esse Phædri fabellas, confirmatur: auctor enim si esset recens, versum Ennii retulisset, qualis in omnibus Festi exemplaribus exhibetur.'—35 *Sanitas.* Heinsius *sana mens,* e conjectura non necessaria.—*meminero.* Alii, ut Nevelet. *memini.* Sed Rittersh. monet, versum postulare, ut legatur *meminero,* ut est in Excerptis Rigaltii. cf. Not. Heinsii. Buchnerus mallet *meminerim;* at Freinsh. observat, potuisse et scribi *rememini,* ut *commemini* apud Ciceronem. Sic quoque conjicit Salmasius, teste Gudio. Fide hujus viri docti in Ms. Rem. erat *memin.*

NOTÆ

31 *A noxiorum*] Sejani scilicet, quem sibi accusatorem, testem, ac judicem simul fuisse conquestus est alia fabula.

33 *Legi puer sententiam*] Ex Ennii Telepho sumtus est: 'Palam mutire plebeio piaculum est.' Istud ipsum est, quod alicubi facete dixit Juvenalis: 'Plurima sunt, quæ Non audent homines pertusa dicere læna.'

35 *Sanitas constabit*] Absolute pro ipsa ratione. Ita Cic. 'Quibus ad sanitatem redeundi potestas facta est;' pro, ad bonam mentem. Sensus igitur est: Dum ero sana mente præditus, caute revocabo in memoriam hanc sententiam.

Digitized by Google

PHÆDRI

AUGUSTI LIBERTI

FABULARUM ÆSOPIARUM

LIBER IV.

PROLOGUS AD PARTICULONEM.†

CUM destinassem terminum operi statuere,
In hoc, ut aliis esset materiæ satis,

Cum proposuissem imponere finem operi, eo consilio, *ut superesset aliis satis*

† Perperam hic Prologus in Codd. Mss. in librum v. fuit conjectus, cum ad quartum pertineat. Vid. ad vs. 14. Itaque jam olim Pithœus, videns in Codice suo vs. 14. scriptum esse, 'Quartum libellum,' eum ad calcem libri IV. rejecit. Sed Brotier. rectius libro IV. præposuit, cui cum Bipontinis, Langio, Didoto, in Editione stereotypa, obsecutus sum.— 1 *Terminum operi statuere.* In Mss. est, *terminum operis habere*, quod quia leges carminis respuunt, Meursius emendavit, *operis habere terminum.* Sic vulgo legitur, etiam in Editione Burmanni et Bipontina: pro quo Salmasius reposuit ad oram libri, *terminum operi tradere.* Alii, ut Rittershus. et Barth. Adv. XXX. 22. et Ablegm. Crit. II. 23. conjiciunt, *terminum operi hunc*, vel *huic addere*; Cuningh. *operi terminum figere*; sed Bentl. Johnson. Maittar. Walch. post Gud. Gronov. Schefferum, Tollium, *terminum operi statuere:* quam lectionem isti viri docti vel probant, vel in textum recepere. Secutus Desbillonius, cui *habere* in vetere scriptura non multum differre videtur a *statuere*; lectio vero *operis habere terminum*, a multis Criticis recepta, hoc sensu locutio insolita et vix Latina putanda, maxime cum *destinassem* præcesserit. Agit quidem Burmannus causam vulgati, et multis credibile fa-

Digitized by Google

Consilium tacito corde damnavi *meum*.
Nam si quis talis etiam est tituli *appetens*,

argumenti, repudiavi tacite meum consilium. Nam si quis auctor talis operis surgat,

cere studet, *terminum habere* Latinum esse, quod non nego; at non ea significatione, qua hic legitur, pro, finire, finem facere. In exemplis enim, a viro docto adductis, ut Ovid. Fast. I. ult. Fast. v. 602. aliis, 'terminum habere' est, finiri. Alia res esset, si Phædrus scripsisset, *opus habere terminum*. Ant. Æmilius in ora Codicis notaverat, *Cum destinassem habere hunc operis terminum*. v. Burm. Nonnullos *facere terminum* legere, testantur Walch. et Hoogstrat. quod præferrem, nisi metrum respueret. Burmannus miratur, neminem reperisse, *terminum operi ponere*. [Possit, si quis malit, ita: *ter. meum habere opus*. Anton.]—3 *Meum*. Hæc vox deest in libris scriptis, necnon in Editt. Pith. Rittershus. et Neveleti. Eandem excogitaverunt Pithœus, Rittershus. et Salmasius ad oram libri. V. Brot. coll. Barth. Ablegm. Crit. lib. II. 28. et Not. Gud. Gronov. et Burm. *prius* conjiciunt. Bentleius *statim*, quod Burmanno non est verosimile; non enim probari potest, non intercessisse intervallum aliquod antequam mutaret sententiam; melius postquam jam destinasset, mutasse deberet credi. [*meum* malim quam *prius* vel *statim*. Anton.]—4 *Tituli appetens*. Locus mendosus! In Mss. Pith. Rem. legitur: *Nam si quis talis etiam est tituli*... Sed cum versus ita esset ultimo pede minor, Freinshem. emendavit *tituli appetens*. Sic et Ant. Æmilius in ora codicis sui castigavit, teste Burmanno; quæ lectio multis recte placuit, recepta a Kœbero, Richtero, Desbill. aliis. Etenim est ad sensum apta, eidemque favet Liv. IV. 34. 'navalis victoriæ vanum titulum appetivere.' cui adde Ovid. Art. I. 692. Permulti vero cum Rigaltio legere maluerunt, *tituli artifex*, quod non habet sensum commodum, cum sic *titulus* capiendum sit pro, inscriptione. V. Desbill. Edidere tamen, præter Burmann. Danet. Brindl. Lallem. Brot. Didot. alii, *tituli artifex*. quo v. Exc. XIII. ad h. v. J. F. Gronov. et Ursin. mallent *tituli avidus*, i. e. ejusdem laudis, nempe e fabulis scribendis, cupidus: quæ lectio non displicet Ouvering. et Brot. Burmannus æque facile atque *avidus est* legi posse putat, *cupidus est*; et majori specie. Meursius fecit *tituli diligens*, ut per *titulum* intelligat titulum poëtæ. Sed observat Burmann. suppetere quidem exempla, quibus *diligens artis*, et similium, dicatur, quæ quotidie quis diligenter exercet, ut 'diligens antiquitatis' apud Sen. N. Q. VI. 12. sed quomodo quis possit titulum diligenter exercere, aut versare, non videt; nisi forte *tituli diligens* debeat sumi pro, diligens titulum, ut 'præmetuens doli' lib. I. fab. 16. et similia. *Studii diligens*, quod Gudius per longas ambages circumducta conjectura et contra Codicis auctoritatem reponit, Burmanno languidius et minus elegans videtur. Neque credit, si *studii* scripsisset Phædrus, facile librario in mentem venisse, *tituli* supponere, aut glossatori, ita explicare. Strenue tamen lectionem Gudii tuentur de Schirach. et Leonh. quam Bipontini et Jakob. receperunt in textum. Walchius legit: *Nam si quis talis etiam esset styli diligens*, vocem *tituli*, quæ est in Mss. rejiciens, quam conjecturam, ut violentam et metro repugnantem, rejicit Heumannus in N. B. P. 27. p. 611. Johnson. *Nam si quis talis etiam studioli est ámans*, sed non docuit, unde hanc vocem, Latio incognitam, depromserit. Bentl. *Nam si quis talis etiam tituli*

NOTÆ

4 *Tituli* appetens] [*artifex*] Si quis velit scribere fabulas, et illud opus tali titulo insignire. Vox illa *artifex* desideratur in quibusdam exemplaribus. Fuit vero restituta in editione Phædri, quam curavit Pithœus.

Digitized by Google

Quo pacto divinabit, quidnam omiserim,
Ut illud ipsum cupiat famæ tradere:
Sua cuique cum sit animi cogitatio,
Colorque proprius? Ergo non levitas mihi

qua ratione intelliget, id *quod prætermiserim, ut velim commendare ipsum famæ, cum sit suus cuique* modus *cogitandi, et color proprius? Non igitur* aliqua *incon-*

est æmulus; Barth. Adv. xxx. 22. et Ablegm. Crit. lib. II. 23. *Nam si quis talis etiam est tituli honor;* Heins. *Nam si quis talis est etiam tituli locus.* [Anton. *Num si cui talis est etiam tituli locus.*] Sed de variis hisce conjecturis egregie Burmann. 'quæ omnes possent defendi, sed quarum nulla a Phædro profectam esse vocem, quam adjiciunt viri docti, confirmare pro certo potest.' Locus hic mutilus absque integriore Codice scripto ita plene restitui vix potest, ut amplius dubitationi non sit locus. Hinc Pithœus, Rittersh. Nevel. alii, quod sanari posse diffidebant, intactum reliquere.—*est.* Lege *erit;* alioqui versus non stabit, nisi *τὸ m* sustineat syllabam. *Faber.* Cui accedit Guyet.—5 *Divinabit.* Mss. Pith. Rem. et Edit. Vet. ut Rittersh. Nevel. habent *damnabit,* errore manifesto librarii. Lectionem *divinabit* primus exhibuit Rigaltius in Edit. II. ann. 1617. Qui quia non indicavit, unde hanc eruisset, multi frustra putaverunt, eam esse Cod. Rem. lectionem. v. Brot. coll. Desbill. Multi tamen perperam retinent *damnabit.* Meursius e. c. legi vult *Q. p. damnabit quod quicquam omiserim.* Sic etiam Ursinus, nisi quod pro *quod, si* legat. Barth. Adv. xxx. 22. et Ablegm. Crit. II. 23. *Quo pacto damnabit, quicquam omiserim* (omissa vocula *si*) *Ut illum et illum cupiam famæ tradere.* Fide Burmanni Ant. Æmilius in ora codicis sui legebat: *Quo pacto damnabit, quod quicquam omiserim, Quod illum cupiam famæ tradere,* vel, *si quicquam omiserim.* Porro, *Quod alterum me cupiam famæ tradere.* Frustra. De alia Heinsii conjectura lege ejusdem not. in Edit. Burm. c. not. Var. coll. not. Burm. in Edit. majori.—6 *Ut illud ipsum cupiat.* Libri scripti et Editiones aliquot (Rigalt. Rittersh. Nevel. Richter. Scheff. item Wasius in Senar. p. 68. Danet. Leonh.) habent, *Ut illum ipsum cupiam,* unde sensus bonus elici nullus potest. Guyetus et Faber emendationem proposuerunt, *Ut illud ipsum cupiat.* Desbillon. Optime. Est enim ineptum, *illum ipsum cupiam f. t.* legere, et, quod volebat Schefferus, per *illum* masculino genere artificem, per *ipsum* vero quod Phædrus omiserit intelligere; cum *illud ipsum, illa ipsa* de eodem non raro occurrant. Vid. Burm. Meursius legi vult: *Ut illum ipsum cupiam famæ traderem;* Ursinus: *Aut non illum ipsum cupiam f. t.* Neveletus: *Ut illum cupiam f. t.* Maittar. Didot. *Ut illud ipsum cupiam f. t.* Quæ omnia vix placebunt. Harius: *Ut ille id ipsum c. f. t.* Sed Burmanno propius ad *illum* videtur accedere *illud.*—7 *Animi cogitatio.* Heins. vult *animo:* Bentl. *conscientia Dolorque proprius.* Quem vid. cum Burmann. Mihi durum videtur *cogitatio* mutare in *conscientia:* et lectio vulgata apta est ad sensum. —8 *Colorque proprius.* In Mss. Pith. Rem. et Editt. nonnullis, ut Rigaltii 2. Schefferi, est, *Colorque prior,* metro et sensu repugnantibus; pro quo Rittershus. legendum proposuit *proprius,* addicente Guyeto: quæ lectio, maxime cum *sua cogitatio* præcedat, merito placuit plurimis. Faber conjicit *Colorque privus,* i. e. peculiaris, proprius, in quam conjecturam, præter Walchium,

NOTÆ

8 *Colorque proprius*] [*c. privus*] Legendum est, et ob sensum et ob metri necessitatem, *Colorque privus;* id est, proprior et particularis. At vero *color* metaphorice est, agendi ratio; ut legere est apud Senecam.

Digitized by Google

Sed certa ratio causam scribendi dedit.
Quare, Particulo, quoniam caperis fabulis, 10
(Quas Æsopeas, non Æsopi, nomino,
Paucas ostendit ille, ego plures dissero,
Usus vetusto genere, sed rebus novis;)
Quartum libellum nunc vacive perleges.

stantia mihi præbuit ansam exarandarum **fabularum**, *sed ratio indubitata. Quocirca, Particulo, cum delecteris fabulis quas inscripsi fabulas Æsopias, non Æsopi, quia scripserit paucas, ego exaravi multas, sequens veterem rationem, sed* **inserens**

inclinat Burmannus. Eandem receperunt Danet. Maittar. al. Suspicatur autem Faber, rudes librarios e *privus* fecisse *prius*, quod quia non responderet *τῷ color*, alios rescripsisse *prior*. Contra Desbillonio vero videtur similius, librarium scripsisse per compendium *privs*, ex quo alter fecerit *prius*; demum tertium, qui solœcismum corrigere voluerit, reposuisse *prior*. Salmasius conjiciebat *Colorque purior*; Ant. Æmilius in ora Codicis sui *Colorque potior*; Freinshem. *Calorque propior*, quod explicat de enthusiasmo poëtico, suffragante Scheffero. Nam in Vett. Editt. est *Color propior*.—11 *Æsopeas*. In Mss. Pith. Rem. et Edit. Vet. legitur *Æsopias*. Sed ut constaret metri ratio, emendandum fuit *Æsopeas*, quod *Αἰσωπείοις λόγοις* Græcorum respondet.—12 *Paucas ostendit ille*. Fide Gudii in Ms. Rem. legitur, *Quasi paucas ille ostendit*; at Neveletus testatur in V. C. Pithœi inveniri, *Quasi paucas tale ostendit*. Sic legi in utroque Codice confirmat quoque Bentl. Sed Gudius verosimillima conjectura abjicit importunam voculam *quasi*, repetitam a librariis ex præcedentis versus initio, reponens e Cod. Rem. *Paucas ostendit ille*, quod receperunt Hoogst. Richt. Leonh. Bipont. et placet Walchio. Etiam Burmann. istam particulam delendam censet, legi jubens, *Qui paucas ostendit*, probante Jacobs. in Observatt. ad Phædr. cit. Alio modo tamen lectiones Codd. Mss. exhibent Brot. et Desbill. Ille enim in Mss. Pith. Rem. et non paucis Editionibus ait legi, *Quasi paucas ostenderit*; hic vero notat ad h. l. 'Pithœus in suo Cod. Ms. invenit: *Quasi paucas ille ostendit*, unde confecit et edidit, *Quasi paucas ostenderit*. Quam lectionem non pauci Editores admiserunt.' Explicant autem *τὸ quasi*, quia. Cuningh. suspicatur, poëtam scripsisse: *Cum paucas ille ostenderit*; Tzschuck. *Quas si*, ut Phædrus causam afferat. [Anton. *Paucas qui os. ego illo plures dissero.*] Guyeto hic versus suspectus videtur; Sanadon vero et Philipp. eundem abjiciunt. Perperam. *dissero*. Gudius *disseram*, e conjectura. Secuti Maittar. Hoogst. Richt. Leonh.—14 *Quartum libellum*. Ita edidi e Mss. Pith. Rem. et Editt. Vett. Rigalt. 2. Nevel. Meursii, quibus præter Scheffer. Schutzium Crit. in Phædr. Obs. p. 9. Danet. Didot. Guyet. Maittar. Brot. obsecuti Bipont. Satis enim hanc lectionem vindicant cum librorum scriptorum auctoritas, tum III. Prol. 29. Neque objici potest, *Quintum* potius dicturum fuisse Phædrum, cum luculenter constet, prologum nostrum, immerito libro V. præpositum, pertinere ad lib. IV. et omnino Prologorum et Epilogorum ordinem in libris scriptis turbatum comparere. Sed Gudius, strenuus lectionis vulgatæ obtrectator, invitis membranis scribendum autumat, *Quarum libellum*, sc. fabularum, quæ proxime præcedunt. Quæ emendatio a Burmanno aliisque multis recepta est. Aliis, ut scabrities tollatur et partes melius cohæreant, alias laceratæ, placet *Harum*, e. g. Lallem. Tzschuck. &c. Alii hancce Prologum ad lib. V. referentes, legi volunt *Quintum*, ut Ouvering. Ursin. Cuningh. Bentl. Desbill. Meursius nimis licenter hic versum excidisse clamat. *nunc vacive perleges*. Teste Brot. in Mss. Pith. et Rem. legitur: *dum variæ* vel *varie perleges*, turbato metro: pro quo jam olim Pithœus

Digitized by Google

Hunc obtrectare si volet malignitas,
Imitari dum non possit, obtrectet licet.
Mihi parta laus est, quod tu, quod similes tui,
Vestras in chartas verba transfertis mea,
Dignumque longa judicatis memoria.
Illiteratum plausum nec desidero.

novas res. Dum tu otiosus leges hunc *quartum librum, si livor voluerit illum carpere, carpat* per me *licet, modo non queat* hunc *assequi imitando. Acquisita mihi est gloria, quod tu* et *quod* viri *tui ingenii transcribitis meos apologos in vestris commentariis, et existimatis dignos æternitate. Cupio venire in approbationem literatorum* hominum.

ex ingenio edidit, *dum vacive perleges.* Vid. Gud. Pithœum deinde virorum doctorum non pauci secuti sunt. Τὸ *varie* enim ex compendio, vel mala scriptura, natum esse videtur. Vid. Burm. Etsi enim Gudius et Schutzius crit. in Ph. Obs. p. 9. *varie perlegere* tueri student; atque etiam Rigalt. 1. Nevel. Hanoviensis 1603. nec non Editt. Fabri et Hoogstr. exhibent *varie;* recte tamen Burmannus, *varie perlegere* neque Latine dici, neque sensum aptum habere, statuit. Certe fatendum, sensum, quo capiunt viri docti τὸ *varie*, nimis esse quæsitum. Gudius autem post *dum*, quod explicat dummodo, jubet rescribi *tu*, idque metri causa, quod hic ἐμφατικῶς positum opponatur maligno obtrectatori. Sic, præter alios, legunt Danet. Hoogstr. Didot. in Edit. stereotypa, qui *dum tu varie perleges* ediderunt. Contra alii *dum* retineri posse negant, cum nexum luxet; hinc varie mutant. [Anton. *Quarum l. tu cum varie perleges.*] Ursinus mallet, *nunc vacive*, cui ego parui; Tzschuck. post Guyetum, Lallem. alios, *tu vacive;* Bipontini satis audacter *tu duntaxat;* Bentleius, *cum vacarit perleges*, cui lectioni favet III. Prol. 2. Secutus de Schirach. Clav. v. *vacive;* Desbillonius etiam excogitaverat, *dum tu rite*, quod non multum a vetere scriptura differre ait. Alii, quibus *vacive* insuetum et inauditum videtur, tentavere alia. Cuningh. conjicit, *dum feriæ erunt, perleges.* Præiverat Richterus, legens in Specimine Crit. p. 67. *Parvum, dum feriæ, libellum perleges*, vel, *Quarum, dum feriæ, l.* at observat Burmann. 'si ita licet conjicere, nulla nos unquam morabitur difficultas.' Postea Richt. edidit, *dum vacive perleges.* J. F. Gronov. et Hoogst. in Edit. ann. 1711. mallent *vacivus:* 'aures vacivas' dixit Plaut. Casin. Prol. Harius: *dum tu valide perleges*, quod quo sensu et quam eleganter dicatur, ignorat Burmannus, nisi pro *valde* capiamus, ut sæpe alibi; sed nec sic placet; Schützius l. c. *Quartum libellum dum varie perlegis*, hoc sensu: quoniam placent tibi fabulæ, plures effero, dum tu priores lustras animo; J. Gronov. *Quartum libellum ductum varie perleges*, sed v. Burmann. Brot. hunc locum ita constituit: *tu dum Variæ perleges*, miraturque neminem deprehendisse veram lectionem, latitantem in Ms. Pith. in quo est, *dum variæ perleges.* Quæ emendatio, avide recepta a Desbillonio, etsi non penitus repudianda videtur, (vid. Ephem. Götting. liter. ann. 1784. Partic. 6. 7.) ego tamen nondum possum induci ut recipiam.—18 Vid. Burmann.—20 In Codd. Mss. Pith. et Rem. it.

NOTÆ

20 *Illiteratum, &c.*] [*In literarum plausum ire desidero*] Parum curo quid de me sentiat vulgus ac judicet, modo eruditorum hominum æstimationem habeam.

Digitized by Google

in nonnullis Editt. ut Rigaltii 2. legitur, *In literarum plausum ire desidero.* Quod quia Scioppio obscurum videbatur, et quia huic omnino loco maculam inesse putabat, legebat, *Illiteratum plausum cur*, vel *non desidero;* ut dicat Phædrus: tu modo et tui similes viri docti meas fabulas laudetis; ab illiteratorum hominum cavea plaudi mihi, nihil moror; seu indoctorum hominum plausus nihili facio. Hæc lectio suffragia tulit Fabri, (qui vulgatam metro repugnare recte putabat, etsi eadem illa in ejus editione legatur,) Rigaltii, Scheff. Heins. (qui tamen mallet *nec desiderem*) Freinsh. leviter mutantis in hanc formam, *Illiteratum plausum nec desidero*, cui accedunt Bipontini; Desbillonii, qui edidit *cur desidero?* Id enim censet propius accedere ad veterem scripturam, et sic vividiorem orationem effici. Gudio vulgata sana et pulchra videntur, nisi quod legendum putet, *In literarum ire plausum desidero*, quam quidem lectionem exemplis firmare studet, quorum vim probandi infringere allaborat Burmannus, statuens, Gudii lectionem nec versui nec sensui satisfacere: cogi enim virum doctum, *ire* ultima producta propter literas *pl* sequentes pronuntiare; deinde sensum, si non diversum, certe admodum ambiguum exire: nam *ire in plausum* esse idem quod plaudere, vel plausum incipere; sic ergo Phædrum dicere, se sibi nolle applaudere. Etiam Desbill. credit, *ire in plausum* nil aliud significare posse, ac plaudere. Sed Schütz. inter alia multa affert locum Senecæ de Benef. *i.* 12. ex quo probat vir doctus, *ire in fastidium*, idem esse atque, fastidio haberi: passivam vim eam habere dictionem, ita ut simili modo *in plausum ire* explicari possit per laudari, vel plausu excipi. Atque etiam Quintil. lib. II. J. O. cap. 10. uti phrasi 'in corpus ire,' quod idem esse cum Phædri 'corpus facere' lib. III. fab. 7. i. e. corpus consequi; posse igitur *in plausum ire* usurpari ut plausum consequi, quanquam ad insolentes dictiones referri debeat. Etsi vero vir doctus cum Gudio vulgatam lectionem tuetur, tamen hujus conjecturam de convertendo verborum positu non modo necessariam, sed ne probabilem quidem judicat. Non enim, ut credat, potest adduci, Phædrum aut tam diligentem in versibus fundendis fuisse, aut illam producendi rationem, ob sequentem in altero vocabulo mutam cum liquida, perpetuo valere. Itaque in Phædro reperiri loca contendit, in quibus non quamlibet syllabam ad Grammaticorum regulas examinare vult, ut lib. III. fab. 2. 4. Sed siquid mutandum, potius mallet legere, *In literarum plausum ire ego desidero.* Ego habeo persuasum, Phædrum scripsisse, *In literarum ire plausum desidero*, ut conjecerat Gudius. Loca enim, a Schützio producta, docent, *ire in plausum* significare posse, plausu excipi, vel etiam, plausum consequi. Deinde secunda syllaba in *ire*, ob literas *pl* sequentes, recte producitur, quod factum a poëtis sæpissime, etsi non semper. Nihilo vero secius in emendatione Scioppii et Freinsh. acquiesco, cum plurimorum Criticorum suffragiis comprobata sit. Receperunt tamen Gudii emendationem Schefferus, Maittar. Hoogstr. in Edit. an. 1701. Didot. Brot. qui hunc se locum e Codd. Mss. 'restituisse' gloriatur. Jam olim etiam Rittersh. et Meurs. Codicum lectionem tuebantur, hoc sensu: Approbationem literatorum hominum promereri cupio. Rigaltio, legenti *Illiteratum, ire desidero* est, abire, facessere, valere jubeo; quæ interpretatio parum se probat Freinshemio, cujus et Leonhardi Notæ inspiciendæ. Buchnero quartum pedem in vulgata trochæum esse arguenti placet, *In literarum plausum ire desidero*, vel *exdesidero*, quæ conjecturæ admodum duræ parum placent Freinshemio, legenti, ut supra dictum est, *Illiteratum plausum nec desidero;* quam lectionem codicibus, metro, et sensui accommodatam esse putat Tzschuck. [Anton. *Illit. pl. cur desiderem?*]

Digitized by Google

FABULA I.

ASINUS ET GALLI.

FABULA II. ADJECTA.

DE MUSTELA ET MURIBUS.

Qui natus est infelix, non vitam modo
Tristem decurrit, verum post obitum quoque
Persequitur illum dura fati miseria.
Galli Cybebes circum in quæstus ducere

Qui genitus est miser, non trahit solum ævum molestum, sed etiam calamitas acerba fati illum premit post mortem. Galli Cybeles consueverant circumagere,

4 *Cybebes.* Ita Mss. Pith. Rem. et non paucæ Editiones. V. Desbill. et Brot. In multis tamen est *Cybeles*, ex emendatione Pithœi. Sed v. ad lib. III. fab. 17. 4. et Drakenb. ad Sil. Ital. XVII. 8. quem Burmannus laudat.—*circum in quæstus ducere.* In libris scriptis et multis Editt. Ritterah. Nevel. &c. legitur *circum quæstus dicere*, quæ verba Rittersh. statuit per tmesin esse divisa, *quæstus* vero positum esse per ellipsin, pro, quæstus gratia, vel causa, more Græcorum. Cui accedunt Taubmannus in Notis, margini Editionis Rittershusii, quæ extat in Bibliotheca Dresdensi, ascriptis, Maittar. Danet. Leonh. Didot. Hartmannus, Bipontini, alii. Nec desunt, qui *quæstus* captant pro locis ubi fit quæstus, quod Latine dici vix putandum. Ita præter alios explicant de Schirach. Clav. P. 1. 8. *quæstus*, et Gail. Sed Heinsius et Gudius emendant, *circum in quæstus.* V. Gudium. Istam Heinsii et Gudii emendationem unice puto veram, quæ recepta est ab Hoogstr. Richtero, [Antono] Desbill. et placet Tzschuck. etsi nondum satisfaciat Burmanno. Gronovius et Tollius conjiciunt, *circum castus*, i. e. oppida, fora; Bentl. *circum pagos*, vel *vicos*, habet enim Babrius πᾶσαν κώμην περιόντες. Quas conjecturas non sine rationibus repudiat Burmannus, cui *circum* absolute positum videtur pro, circum urbes, pagos, et pro *quæstus* legendum *quæstum*, pro, quæsitum, i. e. ad quæstum; sed suam conjecturæ nec ipse multum tribuit. Cf. Notas Batavi et quos ibi laudat viros doctos, quibus adde Schützii in Phædr. Obs.

NOTÆ

4 *Galli Cybebes*] Dicti sunt Galli, a Gallo fluvio Phrygiæ. Fuere sacerdotes Cybelæ matris, qui hanc Deam vicatim circumferebant more suo circulatorio, pectora plangentes ad cantum tibiarum, et tympanorum sonitum.

Cybebes] [*Cybeles*] Cybele filia Cœli et Terræ, uxor Saturni. Vocatur Cybele, a monte Cybele in Phrygia, ubi primo fuit honoribus divinis donata.

Circum in quæstus [*c. qu.*] *ducere*] Scil. gratia; ut sit Ellipsis Græcissans et tmesis.

Digitized by Google

Asinum solebant, bajulantem sarcinas.
Is cum labore et plagis esset mortuus,
Detracta pelle, sibi fecerunt tympana.
Rogati mox a quodam, delicio suo
Quidnam fecissent, hoc locuti sunt modo:
Putabat, se post mortem securum fore,
Ecce aliæ plagæ congeruntur mortuo.
Joculare tibi videtur: et sane leve,

lucri gratia, Asinum ferentem onera. Cum hic periisset labore et vulneribus, avulso corio sibi confecerunt tympana. Statim interroganti cuidam quid fecissent de illo quem habebant in deliciis, responderunt ita: Putabat se fore tutum post mortem. En nova vulnera dantur extincto. Jocosum tibi videtur; et recte quidem: nam

p. 5. Harius posse *quæstu circumducere*, ut *mercede* sæpius usurpatum, dici existimat; sed exempla talis locutionis desiderat Burmau. Brotierius edidit, *circum quæstu ducere;* Cuningh. *circum festis ducere;* Schützius l. c. distinctionem tollit post *solebant*, et construit, *asinum, bajulantem sarcinas quæstus*, constructionis ordine mirum in modum turbato; Ursin. legit *quæstui*, ut sit dissyllabum, quod nimis licentiosum videtur Scheffero.—6 *Is.* Bentl. *Huic*, scil. ut conveniret τῷ *detracta*, et ne anacolythum admittatur, sed quot non loca essent corrigenda, si hæc non placerent? nam sæpe rectus casus initio periodi ponitur, cui sequentia non respondent. Sic apud Cic. N. D. II. 4. 'Ne ægri quidem, quia non omnes convalescunt, idcirco ars nulla medicina est—.' *Burmann.* qui plura dabit. Cuningh. *Cui cum* conjicit.—7 *Detracta pelle.* Suspicatur Burm. *Detracta e pelle.* Præiverat Rittershusius. Bothius: *Is cum....Detracta e pelle.*—9 *Quidnam.* Rittershus. et Heins. legi volunt *Quisnam*, i. e. quare.—*locuti.* Sic scripti et editi; sed Heins. Bentl. Cuningh. *jocati*, e conjectura. Valgatam tuetur Schefferus e lib. I. fab. 5. 6. fab. 27. 9. lib. IV. fab. 4. 6. lib. V. fab. 4. 14. Præterea verba Gallorum non jocum, sed miserationem, continere videntur. Vid. Burmann.—12. 13 Mss. Pith. Rem. habent: *Joculare tibi videtur, et sane leve.* Vid. Brot. Ita Editt. Rittersh. et Nevel. sic etiam Ursinus, nisi quod pòst *leve* signum interrogandi ponat. Walchius interpungit: *Joculare tibi videtur et sane leve, Dum, nihil habemus majus, calamo ludimus.* Sed Claudius Civilis, seu Withof. in Misc. Obs. Nov. tom. I. p. 126. conjicit: *Joculare, uti videtur, et sane leve.* Putat enim, *Joculare et leve* manifesto cohæsisse; at locum, cum nimis abruptum sit initium, satis adhuc residuam difficultatem commonstrare. Nam requireretur in hac lectione paulo ante vocabulum δεικτικὸν, quod ad epitheton *Joculare* respiceret. Cui incommodo Schefferus succurrere voluit, conjiciens: *Joculare hoc*, vel *joculare ec tibi videtur.* Secuti non pauci, etiam Bentl. Sed æque durum videtur Burmanno, *hoc* dicere, ubi nihil vel præcedit, vel postea additur. Si *genus* scribendi, vel simile quid adesset, foret tolerabile, sed *hoc* omisso τῷ *genus* ei non placet, et intelligere, durior et insolentior esset ellipsis. Hinc ex Heinsii et Schefferi emendationibus hanc conflaverat: *Joculares tibi videmur, et sane levi, Dum nihil habemus majus, calamo ludimus.* Sed quia Bentl. *joculare* tantum de rebus, non personis, dici contendebat, (ita etiam statuit Withofius l. c. laudans Sidon. Apoll. Epil. L. II. 9. fin. Hor. Sat. I. 1. 23.) Heinsii vestigia premens legebat: *Joculares tibi videntur, (et sane levi, D. n. h. m. c. l.) Sed diligenter intuere has nænias;* ut *joculares næniæ* dicantur, ut 'viles næniæ' Prol. L. III. 10. Tzschuck. levi mutatione legi posse existimat, *Joculari videmur.* Varia quoque conjiciunt

Digitized by Google

Dum nihil habemus majus, calamo ludimus;
Sed diligenter intuere has nænias;
Quantam sub illis utilitatem reperies?
Non semper ea sunt, quæ videntur: decipit
Frons prima multos; rara mens intelligit,

dum nihil nobis majus est agendum, *ludimus* operam *scribendis* fabulis. *Verum considera attente hos apologos. Quantum utilitatis deprehendes sub illis? Non semper ea sunt quæ apparent. Prima species fallit plurimos. Pauci admodum*

Cuningh. et Tollius, de quibus v. P. III. Phædri p. 138. 171. Quibus conjecturis omnibus non opus est, si hi versus ponuntur post fabulam de Gallis, et *Joculare* ad eandem referatur. Meursius mutavit versuum ordinem sic: *Dum nihil, &c. Joculare, &c. Sed, &c.* At de Schirach. Clav. Poët. P. I. 5. *jocularis*, nil censet mutandum in lectione Codd. Mss. *Joculare* enim absolute positum subindicare, quod facile intelligi possit, cum brevi parenthesi interjecta addat, *has nænias*. [Anton. *J. hoc tibi videbitur, et sane levi, &c.*] —*et sane leve*. Sic est in libris scriptis et non paucis Edit. Sed emendavit Scheff. *levi*, quod jungit cum *calamo*: ut Virg. Ecl. v. 2. quam emendationem multi amplectuntur. Equidem lectionem Codd. retinendam putavi, cum *leve* apte opponatur τῷ *majus*, et commode explicari possit. Rigalt. edidit *et sane bene*, i. e. recte, merito. Secuti Faber et Danet. Bentleius: *et sane rei Dum nihil habemus majus*, i. e. dum graviore negotio non occupamur. Nam *levi calamo* non tolerare potest; neminem censet dixisse *levi calamo* eo sensu, quo *leviore lyra*, quia *levis* proprium et generale calami epitheton sit, quod nihil novæ significationis adjiciat. Sed v. Not. Burmanni, qui erudite, ut solet, probat, vocem *levis* hoc loco non respicere ad materiam calami, sed ad argumentum. Poscunt etiam Harius et Burm. exemplum locutionis, a Bentl. propositæ. Nam *quid est tibi rei mecum?* et similes ex Terentio locutiones, quas laudat, longe quid aliud notant, commercium scilicet, aut negotii aliquid, quod inter duos versari solet. Etiam de Schirach. vulgatum *leve* cum *calamo ludimus* jungit, ita tamen, ut positum sit adverbialiter, hoc sensu: Non seria admodum tractamus, sed condendo carmine animi remissionem quærimus. Vid. Clav. v. *joculare.—majus*. Cod. Pith. *manus*, notante Neveleto ad marginem Edit. In eodem *manu* legi, testis est Heins. conjiciens *in manu;* sed sic versum una syllaba abundantem facit, monente Burmanno; in eodem Codice *majus* inveniri, fide Brotierii supra dixi. Ista vero lectionis diversitas in eodem Codice passim notata est.—14 *Diligenter*. Post hanc vocem Bentl. intrudit *si*. Tollius: *Si diligenter intueare has nænias.*—15 *Sub illis*. Ms. Pith. et Rem. *subtilis*. Vid. Nevel. et Gud. ad lib. IV. fab. 4. (5.) 38. Cuningh. *Quantum utilitatis r.*—16 *Non semper ea sunt*. Quia præcessit 'næniæ,' quo *ea* referri nequit, Bentl. legit, *Non semper res sunt quod videntur*. Sed præterquam quod sit γνώμη, sive generalis sententia (ut ipse agnoscit Bentl.), quæ separatim per se subsistit, et respicere etiam potest sequentem fabulam, ubi non farina erat, sed mustela; an *ea* non millies ponitur pro eæ res? Sed ponamus, *nænias* intelligi, an illa variatio generis tam inusitata videri debet? Sic Cic. ad Att. IV. 10. cum præcessisset 'res,' addit, 'ne ista quidem desunt.' Burm. in cujus Notis alia exempla reperias.—*decipit*. Ms. Pith. *despici*,

NOTÆ

16 *Decipit Frons prima*] Unde Cicero: 'Frons, vultus, oculi persæpe mentiuntur.'

Digitized by Google

Quod interiore condidit cura angulo.
Hoc ne locutus sine mercede existimer,
Fabellam adjiciam de mustela et muribus.
Mustela, cum, annis et senecta debilis,
Mures veloces non valeret assequi,
Involvit se farina, et obscuro loco
Abjecit negligenter. Mus, escam putans,
Assiluit, et compressus occubuit neci:
Alter similiter periit, deinde et tertius.

capiunt, quod industria abdidit in *intimo recessu. Ne hoc videar dixisse frustra, addam fabulam Mustelæ et Murium. Cum Mustela gravis annis, et* languida *senio, non posset attingere cursu Mures celeres, abscondit se farina, et* se *prostravit cum negligentia* in *angulo cæco. Mus, ratus prædam, advolat, sed captus periit: alius*

vel *despicit*. Vid. Nevel. ad marginem Edit. et Gud.—18 *Interiore*. Ms. Gud. i. e. Pith. et priores Editt. ut Rittersh. Meursii, Ursin. habent *inferiore*. Emendatio *interiore* est ab Rittershusio.—*cura*. Meurs. *Quod interiore condidit cor angulo*. Frustra. Heins. sine necessitate: *Quod interiore conditur curæ angulo*. Bentl. *Quid interiore condat natura angulo*. At bene Burm. 'non agitur,' inquit, 'hic de occultis, quæ natura tegit populo et vulgo minus perspicaci, sed de mente humana, sive homine, qui sæpe aliud præ se fert, aliud conditum habet, ut fabella de mustela docet, quæ sub farinæ specie omnes mures decipiebat, præter unum veterem et rerum peritum. Hic vero, aliquot jam muribus captis et enecatis, unus modo mus callidissimus sciebat, sub farina latere hostem, ut recte hæc Johnson. explicat.'—20 *Fabellam*. Philipp. edidit *Fabulam*.—*adjiciam*. Rittersh. et Heins. *adiciam*.—24 [Anton. *E. m. p.*]—25 *Et compressus*. Sic optime Mss. Pith. Rem. et Vet. Editt. At Rittersh. Richter. Bentl. Cuningh. Harius emendavere *comprensus*, quod displicet. Etsi enim *compressus* et *comprensus* in Mss. sæpe permutantur, quia s in *comprensus* sæpe negligitur, aut linea superducta notatur, ut erudite monstrat Burmannus; etsi sensus *comprensus* fert, atque alio loco lib. 1. fab. 22. 1. Phædrus sic loquitur: tamen *compressus* exquisitior lectio videtur. Nil igitur muta invitis libris scriptis. Tollius tuetur *compressus* ex antiqua ratione scribendi; sic 'cessam' pro censam affirmat legi in Mss. Cic. pro Arch. Burmannus mallet cum Heinsio *at compressus*, vel *comprensus*. Vid. Syllog. Epp. Burm. tom. v. p. 8. *at* recepere Walch. Lallem. Brot.—*neci*. Bentl. edidit *nece*. [Nostram lectionem habet Anton.]—26 sq. Lectio quam dedi vs. 26. est Bentleiana, cui et obsequuntur Cuningh. et Bipont. Legitur enim in Mss. Pith. et Rem. *deinde perit et tertius*. v. Brot. Ex quo efficitur, im-

NOTÆ

18 *Quod interiore condidit cura angulo*] Quod auctoris industria occultavit, et quasi involvit fabularum involucris.

19 *Sine mercede*] Ne videar frustra dixisse, non intelligi ab omnibus quid fabulis insit eruditionis sapientiæque, proponam exemplum Mustelæ et Murium.

Simile quid legere est ap. Æsop. Fab. Felis et Murium; qui, cum non posset assequi Mures, pessulum quendam conscendit, de eo se suspendit, et mortuum se simulabat: ad quem sic quidam e Muribus dixit: 'Heus tu, etsi saccus fieres, non te adibo.'

Digitized by Google

Aliquot secutis, venit et retorridus,
Qui sæpe laqueos et muscipula effugerat:
Proculque insidias cernens hostis callidi,
Sic valeas, inquit, ut farina es, quæ jaces. 30

periter; dein et alius occubuit neci: aliquot subsecutis arrepsit et rugosus, qui evaserat sæpe ex laqueis et muscipulis, intelligens procul dolos inimici versuti. Sic te habeas, inquit, ut es farina quæ jaces.

merito castigari Bentl. a Burm. Romulus etiam Divion. habet: *Alter similiter capitur, deinde et tertius.* Editiones Pith. Rittersh. Neveleti hunc locum ita exhibent: *A. s. d. perit, et tertius. Aliquot venit sæculis rete territus.* Ineptam lectionem *rete territus*, quam dedit Pithœus e Codice suo, Rigaltius in Edit. ann. 1617. correxit, reponens *retorridus*, fultus auctoritate Cod. Rem. V. Desbill. Sunt qui legant *reterritus*, quod caret auctoritate. V. Burm. Meursius: *A. s. d. p. at t. Alios venit secutus recte territus. Quia, &c.—recte territus* merito languidum et absonum videtur Burmanno. Praschius: *Alter similiter, deinde venit et tertius, Qui sæpe l. e. m. e.* ut vs. 16. expungatur. Ursin. *A. s. d. perit, et tertius. Aliquot venit sepultis recte territus.* Heins. *Alter similiter deinde perit, et tertius.* Burm. mallet legere: *Alter similiter periit, et mox tertius;* edidit tamen [et sic edidit Anton.]: *Alter similiter, deinde periit tertius.* Toll. *Alter similiter periit, perit et tertius Aliquot necatis v. e. r.* Alii aliter; sed piget omnes omnium conjecturas proferre.—29 Both., cui vulgat. frigide dictum videtur, reponit *Procul qui*, quod Censor Lips. censet multo esse frigidius.

FABULA III.

VULPIS ET UVA.

Fame coacta vulpis alta in vinea
Uvam appetebat, summis saliens viribus.
Quam tangere ut non potuit, discedens ait:
Nondum matura est, nolo acerbam sumere.

Vulpes compulsa fame appetebat uvam in vinea celsa, assiliens totis viribus. Ut non potuit hanc contingere, abiens ait: Nondum maturuit, nolo edere asperam. Qui

1 [Scheff. *altam* mihi recipienda videbatur, quia *alta vinea* adeo ambiguum est, ut causa, cur summis viribus salire debuerit, non statim incurrat in oculos. *Anton.*]

Digitized by Google

Qui, facere quæ non possunt, verbis elevant,
Ascribere hoc debebunt exemplum sibi.

attenuant verbis id *quod non valent præstare, debent sibi assumere hoc exemplum.*

FABULA IV.

EQUUS ET APER.

Equus sedare solitus quo fuerat sitim,
Dum sese Aper volutat, turbavit vadum.
Hinc orta lis est. Sonipes, iratus fero,
Auxilium petiit hominis; quem dorso levans,
Rediit ad hostem. Jactis hunc telis eques

Dum Aper se versat, fecit vadum turbulentum, in *quo Equus solebat restinguere sitim. Inde nata contentio. Equus, infensus Apro, imploravit opem hominis, quem portans tergore, reversus est hilaris ad hostem. Postquam eques confodit suem*

5 In libris scriptis legitur: *Redit ad hostem lætus, jactis hunc telis eques.* Vid. Not. Rigalt. et Bentl. *Schwab.* Quia in Codice Pithœi fuit *lætus jactis*, quarum alterutra vox redundat, et quia *lætor* sequitur, prior abjecta fuit a viris doctis (Gronovio et aliis). Bentleius utramque retinere volens, corrigit, ut a Gudio aliqua parte diversum proderet, *It in hostem lætus, jactis hunc*, &c. hac quidem specie *in* pro *ad* restituens, quia *in hostem ire* est animo hostili, ad nocendum, sed *ad hostem* etiam *redit*, qui in gratiam rediturus est. Sed cum Ter. Andr. I. 5. 17. dixerit, 'itur ad me,' et Donatus explicet, notare hoc, ut ad hostem, et Plauti loco confirmet; et Hecyr. IV. 1. 6. 'credo ipsum ad me exire,' Donatus, quasi litigaturum, explicet; nihili est hæc observatio: *ad* enim contra, adversus est, ut Guyetus docet. Vid. lib. I. fab. 21. 5. Quare *in* et *ad* sæpe eandem vim habent, et, ut recte Harius, ex serie narrationis apparet satis vis harum præpositionum, et ideo admodum temerariæ sunt ejusmodi correctiones. Vid. et Torrent. ad Hor. Epod. IX. 17. et Passerat. ad Prop. p. 422. Muncker. ad Hygin. fab. 91. Nec *Rediit* mutandum, nam antea turbato vado discesserat; nunc redit eodem animo, quo antea in aprum erat

NOTÆ

4 *Auxilium petiit hominis*] Horatius ad Tascum Aristium fabulam narrat de Equo et Cervo. 'Imploravit opes hominis, frænumque recepit.' Hac fabula primo usus est Stesichorus apud Himerenses adversus Phalarim, ut tradit Aristoteles, lib. II. cap. 20. Rhet. Ceterum hanc fabulam paulo aliter narrant Stesichorus Horatiusque, sed tamen res eadem est.

Digitized by Google

Postquam interfecit, sic locutus traditur:
Lætor, tulisse auxilium me precibus tuis;
Nam prædam cepi, et didici, quam sis utilis.
Atque ita coëgit frænos invitum pati.
Tum mœstus ille: Parvæ vindictam rei
Dum quæro demens, servitutem reperi.
Hæc iracundos admonebit fabula,
Impune potius lædi, quam dedi alteri.

sylvestrem ictu *teli, ita fertur locutus: Gaudeo me* tibi *præstitisse auxilium rogatu tuo: feci enim prædam, et novi quantæ sis utilitatis. Sicque impulit reluctantem accipere frænos. Tunc ille tristis: Incidi in servitutem, dum quæro insane ultionem levis injuriæ. Ista fabula docebit pronos in iram offendi potius impune, quam tradi alteri.*

affectus. Sed nunc auxilio subnixus hominis infesta mente redit, ut lib. III. fab. 2. 19. 'Illis revertor hostis.' *Burmannus.* Rittershusii, Rigaltii 2. Fabri, Freinshem. et Daneti Editt. habent: *Rediit ad hostem latus. Hunc telis eques,* sed recte Gronov. et Burm. tuentur *jactis. Gudius* emendat: *Petit auxilium hominis, quem dorso levans redit Ad hostem latus: jactis hunc telis eques,* quæ quidem lectio non sine causa displicet Hoogstratano. *Cuningh. Adit hostem latus tunc telis eques.* [Anton. *Ad hos. red.*]—7 Cuningh. temeraria conjectura: *Lætor tulisse auxilium me præsens tibi.*—13 Cuningh. *Impune malle lædi, q. d. a.* e conjectura arbitraria, ut passim solet.

NOTÆ

10 *Vindictam Dum quæro*] Sic Hecuba inducitur loquens ab Euripide: *Τοὺς κακοὺς δὲ τιμωρουμένη, Ἀλῶναι τὸν σύμπαντα δουλεῦσαι θέλω*: *Istos malos ulciscî dum licuit mihi, Me servituti mancipare haud abnuo Omne per ævum.*

FABULA V.

POETA.

Plus esse in uno sæpe, quam in turba, boni,

Ostendam posteritati brevi narratiuncula plus esse sæpe ingenii in uno quam in

1 *Quam in turba.* Scheff. malit *quam turba*; sed nil temere mutandum, max-

NOTÆ

1 *Boni*] Vox communis, quæ extenditur et ad bona animi, et corporis. Ibi vero ad ingenii bona refertur.

Digitized by Google

Narratione posteris tradam brevi.
Quidam decedens tres reliquit filias;
Unam formosam, et oculis venantem viros;
At alteram lanificam et frugi, rusticam;
Devotam vino tertiam, et turpissimam.
Harum autem matrem fecit hæredem Senex,
Sub conditione, totam ut fortunam tribus
Æqualiter distribuat, sed tali modo:
Ne data possideant, aut fruantur; tum, simul
Habere res desierint, quas acceperint,
Centena matri conferant sestertia.
Athenas rumor implet. Mater sedula
Juris peritos consulit, nemo expedit,
Quo pacto non possideant, quod fuerit datum,

pluribus. Quidam moriens reliquit tres natas, unam pulchram et venantem viros suis oculis; aliam nentem lanam, bonam et ruricolam: tertiam turpissimam, et deditam vino. Senex moriens *renuntiavit illarum matrem hæredem,* ea *lege, ut dividat æque tribus rem familiarem; sed tali ratione, ut neutra habeat* partem *concessam, nec* ea *potiatur: cum* vero *cessaverint possidère bona quæ contigerint, dent* suæ *parenti centena sestertia. Fama spargitur Athenis. Mater diligens adit jurisperitos; nullus explicat, quomodo non retineant quod fuerit attributum, et per-*

ime cum non invenusta sit illa præpositionis repetitio, etsi non raro negligi soleat pro arbitrio scribentis. Vid. Burm.—2 *Brevi.* Gud. vult *gravi*, quia fabula non brevis sit; at viri docti recte vulgatam retinendam existimant. Vix enim potuit brevius et concinnius a Phædro narrari ista historia. Vid. Præf. Richteri.—5 In Mss. Pith. Rem. et Editt. Vett. Nevel. Rigalt. Fab. recte legitur, *lanificam et frugi, rusticam;* pro quo Heins. reposuit *lanificam, frugi et rusticam*, quod placuit Maittar. Hoogstr. Burm. Bentl. Bipont. multisque aliis, lectione Codicum sine causa neglecta. Nec desunt, qui jungant, *frugi rusticam*, quemadmodum dicitur *frugi homo*. Ita præter alios, Prasch. Freinsh. et Desbill. qui legit: *At alteram lanificam*, et *frugi rusticam*. Brot. distinguit, *At alteram, lanificam et frugi, rusticam*, ut cum Burm. construendum sit, rusticam, quæ erat lanifica et frugi. Lallem. edidit; *At alteram lanificam, et frugi, et rusticam.*—12 *Matri conferant.* Heins. *ut conferant*, quia præcessit *ne.*—15 *Quo pacto non possideant.* Ms. Pith. *Quo pacto si non.* Vid. Nevel. ad marginem Edit. et Gud.—*fuerit.* Ita legunt plurimi Editores ut vs. 45. e. c.

NOTÆ

8 *Fortunam*] Intellige opes, bona, et rem familiarem. Frequentius usurpatur vox illa in plurali in hoc sensu.

12 *Centena sestertia*] Nota discrimen esse inter sestertium masculini generis, et sestertium neutrius, seu inter sestertios et sestertia. Sestertius apud Romanos moneta erat argentea, valens quartam partem denarii argentei, et, ut ad Gallicæ pecuniæ æstimationem redigamus, decem denariolos Turonicos, et semissem: sestertium autem in neutro, valebat mille nummos sestertios.

Digitized by Google

Fructumve capiant: deinde, quæ tulerint nihil,
Quanam ratione conferant pecuniam.
Postquam consumta est temporis longi mora,
Nec testamenti potuit sensus colligi,
Fidem advocavit, jure neglecto, parens.
Seponit mœchæ vestem, mundum muliebrem,
Lavationem argenteam, eunuchos, glabros:
Lanificæ agellos, pecora, villam, operarios,
Boves, jumenta, et instrumentum rusticum:
Potrici plenam antiquis apothecam cadis,
Domum politam, et delicatos hortulos.
Sic destinata dare cum vellet singulis,
Et approbaret populus, qui illas noverat,
Æsopus media subito in turba constitit:
O si maneret condito sensus patri,
Quam graviter ferret, quod voluntatem suam
Interpretari non potuissent Attici!

cipiant fructus; dein quonam pacto largiantur pecuniam dictam, *cum acceperint nihil. Absumto intervallo longi temporis, non potuit intelligi sensus testamenti. Mater adhibuit fidem, non curans jus. Dat mœchæ* in partem, *vestimenta, ornatum mulierum, supellectilem argenteam balneorum, spadones depiles.* Dividit *lanificæ agros, pecora, villam, operarios, boves, equos, et supellectilem rusticam.* Seponit autem *bibaci cellam refertam vino veteri, ædes magnificas, et hortulos amœnissimos. Cum vellet tribuere singulis* ista *sic divisa, et populus consentiret, cui erant cognitæ, Æsopus prodiit derepente in media multitudine: O si* quis *esset sensus patri sepulto, quam moleste pateretur, quod Athenienses non potuissent*

Rigalt. 2. Fab. Nevel. Ursin. Gronov. Hoogstr. Bentl. Cuningh. Brot. Desbill. Didot. al. Sed Burm. edidit *fuerat*, quod etiam retinent Bipont.—16 *Deinde quæ tulerint nihil.* Bentl. *deinde quæ habuerint nihil*, indignante Burm.—26 Hunc versum Rigalt. ponit post vs. 22. improbantibus Meursio et Praschio, quos vide. Sed et alio modo res potest expediri. Nam si vs. 34. et 35. cum vs. 25. et 26. compares, vix dubitandum, domum politam, hortos, et vina vetera ad partem potricis, non mœchæ, pertinuisse.—29 *Ut const.*

NOTÆ

20 *Fidem advocavit, jure neglecto*] Sic intellige: cum mater videret sensum testamenti non posse colligi a jurisperitis, bona fide usa est, et, ut testamento præscriptum, ita fecit; ut nempe distribueret tribus natis æqualiter partem bonorum. Neglexit vero appositam testamento conditionem; 'sed tali modo, ne,' &c. quia nullus illam intelligebat.

22 *Lavationem argenteam*] Supellectilem omnem balneorum, ut strigiles, guttos, urceolos, et alia.

Digitized by Google

Rogatus deinde, solvit errorem omnium.
Domum et ornamenta, cum venustis hortulis,
Et vina vetera date lanificæ rusticæ:
Vestem, uniones, pedissequos, et cetera
Illi assignate, vitam quæ luxu trahit:
Agros, vites, et pecora cum pastoribus
Donate mœchæ. Nulla poterit perpeti,
Ut moribus quid teneat alienum suis.
Deformis cultum vendet, ut vinum paret;
Agros abjiciet mœcha, ut ornatum paret;

colligere venum testamenti! Dein cunctis hortantibus, levavit errorem omnium. Dividite lanificæ rusticæ, ædes, ornamenta cum deliciis hortulis, et vinum antiquum. Tribuite potrici, vestes, gemmas, servos, et cetera. Concedite mœchæ agros, vites, et armenta cum pastoribus. Nulla ex his poterit ferre, ut possideat aliquid non conveniens suis moribus. Turpissima vendet mundum, ut emat vinum. Mœcha

Bentl. quod nemini placebit. *Both.*—32 *Potuissent.* Bentl. et Cuningh. *potuerint.*—38 *Agros, vites.* Mss. Pith. Rem. Editt. Rittersh. Nevel. corrupte habent *Agros utiles;* unde Pithœus emendavit *vites.* Postea Gudius correxit *villas,* quod receperunt Richter. Hoogstr. Leonh. Lallem. sed vs. 23. *villam* singulari numero dixit, et plures fuisse, non est verosimile. Vid. vs. 12. Neque etiam objici potest a Gudio ne verbulo quidem vs. 23. sq. memorasse *vites,* cum vs. 36. et memoret *uniones, pedissequos,* quos vs. 20. sq. omisit. Facile quidem fuit, *villam* facere, sed, quia tunc versus laboraret, copulam adhuc intrusit Bentl. *Agros et villam et pecora cum pastoribus,* improbante Hario, [probante Both.] cf. Burm. qui legendum proponit *Agellos, villam et pecora;* [quod edidit Anton.] Heins. vero *Agros avitos.* Harius: *At agros, villam et pecora.*—41 *Ut vinum paret.* Ita legitur in Ms. Pith. et Editt. Rittersh. Nevel. Fab. Rigalt. 2. Ursin. Maittar. Lallem. Leonh. Cuningh. Brindl. Philipp. Petsch. Didot. Quod quia aliis propter *paret,* vs. sq. repetitum, incommodum videtur, varia tentant. J. F. Gronov. rescribi jussit, *vinum petat,* firmans conjecturam suam loco Suet. Claud. 40. 'descripsitque abundantiam veterum tabernarum, unde solitus esset vinum olim et ipse petere.' Quæ emendatio facilis plurimis editoribus placuit, [sic edidit Anton.] maxime cum *parare* et *petere* etiam alias confundi soleant a librariis, et *paret* e vs. sq. huc tractum videatur; de quo uberius disputat Burm. ad Calpurn. Fl. Declam. XXV. Sed non inepte vulgatam lectionem tuetur Desbill. e Ter. Andr. I. 1. 94. sq. ubi duo versus in easdem voces, 'præter ceteras,' exeunt, neque ullus propterea Criticus Terent. emendare tentavit. Idem vir doctus memorat etiam locum Hor. Sat. lib. II. 3. 215. 'Huic vestem, ut natæ, paret ancillas, paret aurum,' recte quærens: Quare ergo *ancillas paret, aurum paret;* vel *vinum paret, ornatum paret* scribi impune non possit? Itaque, cum etiam deformis melius vinum *parare* et sic domi in penu possidere, (cf. vs. 25.) quam vinum venale e taberna subinde petere mihi videretur, non dubitavi Desbillonii accedere sententiæ et vulgatæ inhærere, obsecutus præcepto, textum, non ipsum auctorem, esse corrigendum. [V. Porson. ad Eur. Med. 72.] Alii conjicinnt alia. Bentl. *ut vinum bibat;* Harius, violentiori remedio usus, *vetera et vina emat;* Gud. præter alia, h. l. prætermittenda, *ut vinum impetret,* vel, *ut vinum comparet.* De quibus omnibus fusius disputare, nec vacat nec volupe est; sed adeant Notas Burm. quorum interest.—42 *Ornatum paret.*

Digitized by Google

At illa gaudens pecore, et lanæ dedita,
Quacumque summa tradet luxuriæ domum.
Sic nulla possidebit, quod fuerit datum, 45
Et dictam matri conferent pecuniam,
Ex pretio rerum, quas vendiderint singulæ.
Ita quod multorum fugit imprudentiam,
Unius hominis reperit solertia.

deseret agros, ut comparet ornamenta. Illa vero devota pecori et lanæ abjiciet venustas ædes qualicunque pretio. Ita nulla retinebit quod fuerit destinatum, et solvent pecuniam constitutam suæ genitrici, ex pretio rerum venditarum. Sic sagacitas unius hominis expedivit quod latuerat multos.

Cuningh. *ornatus emat*, e conjectura arbitraria. Both. *imperet*.—44 *Luxuriæ domum*. Heins. olim conjecerat, *tradet licituris* (in Advers. a Burm. editis *licituro*), quod, nisi a literarum ductu nimis recederet, non rejecturus fuisset Grævius, qui censebat, Phædrum scripsisse, *luxuriem domus*, putans, vestem, unciones, pedissequos a Phædro *luxuriem domus* vocari. Vid. Ep. 280. in Syll. Epp. Burm. tom. IV. p. 362. coll. l. c. tom. III. p. 469. Sed Heins. sententiam mutasse videtur, cum Ep. 284. ad Græv. Syll. Epp. tom. IV. p. 364. scribat: '*luxuriæ domum* non temere solicitarim. Sic *naturæ vox*, pro, natura; *onus naturæ*. *Luxuriæ domus* igitur, quæ luxu abundat; 'luxuriæ pretia' in Cnl. vs. 59.' Alia exempla vid. l. c. De conjectura Harii, *luxuriam et domum*, quam nihil novæ significationis aut elegantiæ addere Burmannus testatur, v. huj. Notas. [Probat Both.]—46 *Et dictam*. Teste Heinsio Ms. Pith. habet *edictam*. Vid. etiam Nevel. ad marginem Editionis.—47 *Ex pretio*. Cuningh. *e pretio*.—48 Quod multi imprudentes nesciverunt. *Fugisse* nos dicitur, quod ignoramus, aut obliti sumus. Cic. pro Leg. Manil. 10. Id. Att. lib. VII. 18. *Gronov.*

FABULA VI.

PUGNA MURIUM ET MUSTELARUM.

Cum victi Mures Mustelarum exercitu (Historia quorum in tabernis pingitur)

Cum superati Mures copiis Mustelarum (quorum pugna pingitur in popinis) cape-

1 *Exercitu*. Corrigebat Bentl. cui Harius assentit, *exercitum*, et conjungebat cum *Fugerent*, quia nullo exemplo dici putabat *victos exercitu*, cum dicendum foret *victos ab exercitu*. Sed vindicat hanc locutionem Burm. præter alia laudans Ovid. Fast. v. 562. Tibull. I. 7. (8.) 4. Bentleio obsecutus est Sanadon. v. Brot.—2 In Ms. Pith. est, *H. q. in t. p.* fide Gudii. Sed hunc versum ut

Digitized by Google

Fugerent, et arctos circum trepidarent cavos;
Ægre recepti, tamen evaserunt necem.
Duces eorum, qui capitibus cornua
Suis ligarant, ut conspicuum in prælio
Haberent signum, quod sequerentur, milites,
Hæsere in portis, suntque capti ab hostibus;
Quos immolatos victor avidis dentibus
Capacis alvi mersit tartareo specu.
Quemcumque populum tristis eventus premit,
Periclitatur magnitudo principum,
Minuta plebes facili præsidio latet.

rent fugam, et paverent prope cavernas obscuras, vix admissi tamen vitarunt mortem. Ductores illorum, qui imposuerant suis cervicibus cornua, ut milites haberent in certamine signum evidens quod sequerentur, remanserunt in ingressu, et oppressi sunt ab hostibus. Quos victor mactatos dentibus avidis immisit in ventrem vastum et obscurum. Ubi successus funestus urget populum, sublimitas magnatum versatur in periculo; popellus vero *tutus est levi præsidio.*

insititium temere delent Guyetus, Harius, Philipp. Rob. Prevost. quia m in *quorum* elidi nolebant. Heins. Bentl. Bipont. Jörd. [Anton.] subveniunt infarciendo *et*, quod valet *etiam*, ut legatur, *quorum et in tabernis*. Sed ejusmodi elisiones apud Phædrum obviæ, ut lib. I. fab. 4. 4. lib. IV. fab. 9. 2. v. Gud. Hinc Burm. lectionem Ms. recte retinet. Nevel. mallet legere: *Historia nunc quorum in tabernis pingitur*; edidit tamen, *Historia quorum in t. p.* Salmas. de Usur. p. 350. *Historia eorum ut in tabernis pingitur*; Heins. *Historia quorum hæc, &c.* Non pauci legunt: *Quorum in tabernis historia depingitur*. Ita Rigalt. 2. Faber, alii. Petschius, *Historia quorum in tabernis depingitur*. Etiam Jakobo parenthesis vs. 2. vehementer displicet; sed ejusmodi parentheses non temere abjiciendas esse, docet Censor doctus in A. L. Z. 1785. II. p. 281. sq.—5 *Duces eorum*. Iterum fulciendam sententiam crediderunt Heins. et Bentl. contra morem Phædri; qui legunt *Duces ad horum*, quasi illa pronomina *hic, is, iste*, semper liceret commutare, quotiescumque libido corrigendi invadit Criticos: neque etiam cum Walchio (et Santoroco) capi debet, ac si dixisset, duces eorum quod attinet; sed duces eorum, qui, &c. hæsere et capti sunt, plana sententia et constructione. *Burmann.* Danet. edidit: *Duces eorum, ut qui c. c. s. l.* sed Toll. legi vult, *Horum ductores*. [Idem legit Anton. ac Schwab.] —11 Heins. pro *premit*, ut insolentiori, legendum proponit *premat*, quam conjecturam amplectitur Toll. qui etiam rescribit *Quicumque*. Lallem. *Cumcumque*.

NOTÆ

12 *Periclitatur magnitudo principum*] Similis est sententia: 'Tuta est hominum tenuitas: Magnæ periclo sunt opes obnoxiæ.'

13 *Minuta plebes*] Pro, *plebs*; non est Archaismus, cum certum sit Livium nunquam aliter locutum, ut nec Sallustium, nec ejus imitatorem Tacitum.

Digitized by Google

FABULA VII.

POETA.

Tu, qui, nasute, scripta destringis mea,
Et hoc jocorum legere fastidis genus,
Parva libellum sustine patientia,
Severitatem frontis dum placo tuæ,
Et in cothurnis prodit Æsopus novis.
Utinam nec unquam Pelii nemoris jugo

Tu, qui carpis subtiliter meas scriptiones, et respuis legere joces istiusmodi, feras hunc *libellum aliquantula patientia, dum sereno austeram frontem, et Æsopus adest cothurnatus insolite. Utinam pinus Thessala fuisset nunquam cæsa bipenni* in *sylva*

1 *Nasute.* Bentl. [et Anton.] *nasutus;* qua emendatione non est opus, cum hi casus promiscue poni soleant. Vid. quos laudat Burm.—*destringis.* Recte sic legunt Rittersh. et Heinsius. Nevel. Rigalt. 2. Guyet. Danet. Santor. Petsch. *distringis.* Vid. V. L. ad lib. I. fab. 29. 2.—3 *Parva libellum.* Teste Rigalt. in vet. Cod. erat, *Par libellum,* pro quo Rittersh. Rigalt. Salmas. mallent *Parvum libellum.* Frustra, cum *Parva* probum sit. Neveletus edidit *Parum libellum sustine,* ut sit locutio proverbialis, pro, judicium inhibe, improbantibus Scheff. atque Burm. Bentleio parum felici conjectura placet, *Parva labellum sustine.* Cum enim in fastidio, contemtu, offensa labium inferius exporrigi soleat, Phædrum velle contendit: Tu, qui fastidis hoc genus jocorum, sustine parum par labellum; omitte fastidium et severitatem. Laudat vero Pers. Sat. III. 81. sq. Juv. XIV. 324. Sed insolentissima locutio *sustinere labellum* non admittenda est, judicantibus Hario et Burm.—5 *Et in cothurnis.* Meursius *En,* quod Gudius, [Both.] et Heins. recipiendum censuerunt: nec mihi displicet, quia est quasi derisori satisfacientis cum derisione. *Burm.* Meursii *En* repudiat Schefferus.—6 *Nec unquam.* Ms. Pith. *ne unquam.* v. Gud. Ita ediderunt Nevel. Ursin. Richter. et tuetur Tollius. —*Pelii nemoris jugo.* In Mss. Pith. Rem. et non paucis Editt. ut Rittersh. Nevel. Rigalt. Ursin. al. legitur *Pelei,* sed recte Heinsius *Pelii;* qui etiam conjicit *Pelii in nemoris,* quia sic Ennius ex Euripide, *Utinam ne in nemore*

NOTÆ.

5 *Et in cothurnis novis*] Id est, novo et tragœdiæ sermone convenienti; quod erat novum et insolens Æsopo. Cothurnus autem erat calceamenti genus, quo actores tragœdiarum utebantur. Atque hinc pro sublimiori dicendi genere usurpatur.

6 *Utinam nec unquam*] Initium Medeæ Euripidis: sed suo more modoque contraxit Phædrus. Possem afferre Ennianos versus (nam olim eam fabulam convertit Ennius), sed notissimi sunt.

Pelii nemoris] Sylva quæ erat in Pelione monte Thessaliæ incumbente in sinum Pelasgicum.

Digitized by Google

Pinus bipenni concidisset Thessala!
Nec ad professæ mortis audacem viam
Fabricasset Argus opere Palladio ratem,
Inhospitalis prima quæ Ponti sinus
Patefecit, in perniciem Graium et Barbarum.
Namque et superbi luget Æetæ domus,
Et regna Peliæ scelere Medeæ jacent:
Quæ, sævum ingenium variis involvens modis,

Pelei, neque Argus adificasset navem arte Palladis ad iter audax mortis indubitatæ. Hæc prima reclusit sinum Ponti Euxini, *maris inhospitalis, in ruinam Græcorum et Barbarorum. Namque familia Æetæ superbi dolet, et imperium Peliæ eversum est flagitiis Medeæ; quæ, tegens diversis artibus animum crudelem, illic* sibi *fecit*

Pelio. Cuningh. secutus Heinsium, dedit *Pelii in n. j.*—12 *Æetæ domus.* Ms. Pith. *ætate domus.* Vid. Nevelet. ad marginem.—13 [*Pelia* legi jubet metrum. *Anton.*]—14 *Involvens modis.* Heinsius malebat *evolvens dolis*, contra mentem, ut Burm. probat, poëtæ, qui sævitiam abdidisse et dissimulasse variis modis (*involvens*) Medeam dicere voluit, et specie semper quadam celasse; cujus contrarium est *evolvere*, quo sensu Cic. Or. II. cap. 86. init. teste Burm. In Ep. VI. ad Scheff. Heinsius *involvens dolis* corrigit. Vid. Syll. Epp. Burm. tom. V. p. 8. quod rectius videtur Burmanno, quia *doli* et *modi* facile potuere commutari. *evolvens* Heinsii placebat quoque Guyeto. Cuningh.

NOTÆ

7 *Pinus Thessala*] Quæ in Pelio monte Thessaliæ reperitur frequens. Unde Ovid. 'Summa virent pinu, cetera quercus habet.'

9 *Fabricasset Argus ratem*] Is fuit navis illius artifex, qua vectus est Jason in Colchidem, ad vellus aureum reportandum.

Opere Palladio] Palladis consilio et arte.

10 *Inhospitalis prima quæ Ponti sinus*] Pontus Euxinus, antea dictus Axenus, id est, inhospitus, teste Plinio. Erat inter Mœsiam inferiorem, et Thraciam ad occasum; Asiam minorem ad meridiem; Colchidem ad ortum; et Sarmatiam Europeam, et Sarmatiam Asiaticam ad boream.

12 *Æetæ domus, Et regna Peliæ scelere Medeæ jacent*] Jason, suadente patruo suo Pelia, navi parata, et collecta nobili societate, profectus est Colchos, pro aureo vellere obtinendo; quem filia regis Colchorum adamavit; cujus auxilio consilioque defunctus multis periculis, vellus obtinuit. Jasonem ergo Medea, relictis parentibus (erat autem Æetæ ex Hecate filia), secuta est, et eadem nupta. Creon rex Corinthiorum, filiam suam traditurus Jasoni in matrimonium, jussit occidi Medeam ob malas artes; sed, precibus Jasonis, mutatum est mortis supplicium in exilium. Medea, obtentis exilii induciis ad spatium unius diei, Creusæ filiæ Creontis, jam Jasoni desponsatæ, pallam veneno tinctam dedit; quam dum tractaret Creusa, accensus subito ignis illam cum patre consumsit. Sic luget domus Æetæ propter varia scelera filiæ Medeæ. Ita quoque deletum est penitus regnum Peliæ artibus Medeæ.

Digitized by Google

Illic per artus fratris explicuit fugam;
Hic cæde patris Peliadum infecit manus.
Quid tibi videtur? Hoc quoque insulsum est, ais,
Falsoque dictum; longe quia vetustior
Ægea Minos classe perdomuit freta,
Justoque vindicavit exemplo impetum.
Quid ergo possum facere tibi, lector Cato,
Si nec fabellæ te juvant, nec fabulæ?

viam sparsis *membris fratris, hic cruentavit manus Peliadum morte genitoris. Quid ais? Hoc etiam ridiculum est, inquis, et dictum falso, quia Minos longe antiquior subegit navibus Ægæum mare, et ultus est incursiones suppliciis æquis. Quid igitur tibi possum facere, lector severe, si neque fabellæ, neque fabulæ, tibi placent?*

violenta conjectura emendabat, *Quæ sæva variis ingenia volvens modis.*—20 Hic versus Guyeto frustra suspectus videtur. Cum in Cod. Pith. et Edit. Neveleti sit *imperium*, Heins. conjicit, *Justique vindicavit exemplum imperi*, quasi dicat, acquisivit sibi laudem justi imperii, pro exemplo justi principis est habitus. Sic *vindicare laudem, honorem* apud Paterculum sæpe, ut lib. II. cap. 121. v. Not. Heinsii. Quæ emendatio, quam secutus est Bentleius, Hario durior locutio videtur. Idem Heins. in Advers. p. 645. legit, *Justique vindicavit exemplo imperi.* At Jakob. legi vult *imperium*, ut subintelligatur, maris; et *justo exemplo* explicetur, juste; propterea notatus a viro docto in A. L. Z. 1785. II. p. 281. sq. *impetum* enim commodum habet sensum, et *vindicavit impetum* bene respondet *τοῖς freta domuit.* Cuningh. arbitraria conjectura proponit, *Imperium justum sic exemplo vindicans.*—21 *Quid ergo.* Bentl. *Quid ego ergo*, recte castigatus a Burm. cum anapæstum non scabrum modo, sed elisione durissima intolerabilem auribus poëticis obtrudat, et sine ulla necessitate illud *ego* inserat.—*lector Cato.* Ms. Pith. teste Heinsio, *lector Cate*; in eodem tamen Codice *lecte reato* inveniri, testatur Nevel. Salmasius, *Quid*

NOTÆ

15 *Per artus fratris explicuit fugam*] Cum enim Æetas pater Medeæ illam insequeretur ob extinctum Absyrtum filium suum, et fratrem Medeæ; hæc dissipavit membra fratris, ut eorum collectio mœrorque patrius celeritatem persequendi retardaret.

16 *Cæde patris Peliadum infecit manus*] Sic enim res narratur: Pelias Neptuni filius ex Tyro Salmonei regis filia, frater Æsonis, et Thessaliæ rex, filiarum suarum manibus jugulatus est, idque hortatu Medeæ, quæ integræ ætati se illum restituturam simulabat.

18 *Longe quia vetustior*] Illam ἀνιστορησίαν Phædrus expedisset, si novisset duos fuisse Minoas, alterum Jovis filium, justum hominem; alterum nepotem injustum, quia pendere dirum tributum sibi jussit Athenienses. Testis est Diodorus Siculus, testis et Plutarchus in Theseo. Immo falsum fuit Argonautas omnium primos navibus usos: si quidem Æetas erat Corinthius, et in eas oras cum Medea filia se contulerat, teste Eumelo Historico, Poëta Homeri æquali, apud Scholiasten Pindari, in Oden 13. Pythionicarum.

21 *Lector Cato*] Posuit pro tetrico ac moroso censore, qui fastidit cuncta.

Digitized by Google

Noli molestus esse omnino literis,
Majorem exhibeant ne tibi molestiam.
Hoc illis dictum est, qui stultitia nauseant,
Et, ut putentur sapere, cœlum vituperant.

Noli te præbere omnino morosum literis, ne te afficiant majori incommodo. Istud spectat hos qui insani fastidiunt cuncta, *et criminantur cœlum, ut videantur sapientes.*

ergo possum facere, dic, lector Cato.—24 *Majorem.* Nevel. edidit *Majorum*, ut jungatur *literis majorum*. Sic legi volebat Salmas. *exhibeant*. Gud. mallet *exhibeam*.—25 *Qui stultitia nauseant*. In Editione Pithœi principe legitur, *si qui stultitiam nauseant*, quod Desbillonio oscitantia Pithœi, vel potius typographi, factum videtur, cum Neveletus ad fidem Cod. Pith. 1610. ediderit, *qui stultitiam nauseant*; nec aliter Ursinus et Rittersh. Hic tamen repudiato τῷ *si* legi jubet, *qui stultitia nauseant*. Quæ conjectura deinde non paucis recte placuit, ut Scheffero, Salmas. Gronov. Hario, Bipont. al. accedit enim prope ad scripturam antiquam. Rigalt. denique in Edit. 2. ex ingenio edidit, *si qui stulti nauseant*, ut *si qui* sit, quicumque, quique; quam lectionem, etsi longius recedat, plurimi, etiam Burmannus, secuti sunt. At Desbill. ingeniose pro *stultitiam*, quod habet Cod. Pith. reponit *stulti etiam*, hoc sensu; Qui, stulti cum sint, fastidiosi etiam sunt; laudans versionem interpretis Gallici, *qui sont sots et font encore les dégoutés*; it. Ter. Eun. v. 2. 21. et Phorm. iv. 3. 64. Bentl. h. l. ita constituit: *Hoc illis dictum est, qui consulto nauseant, Et, ut putentur sapere, nil non vituperant*. Quas conjecturas violentas et longe remotas a sensu Phædri satis refutavit Harius, probante Burm. quorum vide Notas. Cuninghamo placet, *qui malitia nauseant*; sed Editio Didoti stereotypa retinet *qui stultitiam nauseant*. Heins. conjectura arbitraria, ut non raro solet, *si qui stulte has nauseant* sc. literas, vel, *si qui hic stulte nauseant*. [Anton. *si qui stulti nauseant*.]

FABULA VIII.

VIPERA ET LIMA.

Mordaciorem qui improbo dente appetit,
Hoc argumento se describi sentiat.
In officinam fabri venit Vipera:
Hæc cum tentaret, si qua res esset cibi,

Qui lacessit lingua maligna mordaciorem se, *intelligat se depingi hac fabula. Vipera irrepsit in officinam fabri. Quæ cum quæreret si quid esset escæ, appetit*

4 *Hæc.* Scheff. et Bentl. mallent *Hic*, quod Richt. recepit; sed Burmann.

Digitized by Google

Limam momordit. Illa contra contumax,
Quid me, inquit, stulta, dente captas ledere,
Omne adsuevi ferrum quæ corrodere?

limam: hæc renitens contra: Quid me, ait, insana, tentas mordere dente, quæ solita sum rodere omne ferrum?

præfert *Et*, ut l. III. fab. 19. 7. l. I. fab. 6. 2. 'vidit et;' l. II. fab. 6. 7. 'venit... et;' nil tamen mutavit in textu. *res cibi.* Græcismus aliis non placet: Bentl. reponit, [et Anton. edidit] *si qua res esset cibo*, (si quid esset, quod edere posset,) mihi vero maxime placet Heinsii emendatio, *si qua spes esset cibi. Spes* et *res* commutatæ a librariis sæpe. Vid. ad Ovid. Met. III. 417. et IX. 748. *Burm.* Bentleio obsecutus est Cuning. at conjecturam Heinsii probat Lang.—7 Both. *Homini adsuëvi.* Censor Lips. vulgatam stare posse recte putat, si intelligas ferrum vel durissimum.

NOTÆ

4 *Si qua res cibi*] Id est, si aliquis cibus; ut 'rem voluptatum' dixit Plautus. Nihil crebrius apud Græcos, præsertim apud Atticos et Ionas, ut χρῆμα συὸς μέγα: *magnus aper.*

5 *Illa contra contumax*] Ita Horat. Lib. II. Sat. 1. loquens de invidia: 'Et fragili quærens illidere dente Offendat solido.'

FABULA IX.

VULPES ET HIRCUS.

Homo in periclum simul ac venit callidus,

Simul atque homo incidit in grande malum, conatur invenire effugium periculo

1 Vulgo legitur: *Homo simulac venit in magnum periculum.* Ita edidit Pithœus e Cod. Ms. Pith. Secuti Rigalt. Ed. 2. Nevel. Faber, Richt. Ursin. Danet. al. et rectum putat de Schirach. Clav. P. I. p. 373. In eodem tamen Codice, nec non in Remensi legitur, *Homo in periclum simul ac venit callidus.* Vid. Brot. coll. Not. Rigaltii. Burmannus [quem vide] illud *callidus*, quod Schirachius l. c. male censet esse intrusum, cum vulpes, animal callidum,

NOTÆ

Hanc Fab. legere est quoque ap. Æsop. Ἀλώπηξ καὶ τράγος διψῶντες εἰς φρέαρ κατέβησαν: *Vulpes et hircus sitientes in puteum descenderunt.*

Digitized by Google

Reperire effugium alterius quærit malo.
Cum decidisset Vulpis in puteum inscia,
Et altiore clauderetur margine;
Devenit Hircus sitiens in eundem locum;
Simul rogavit, esset an dulcis liquor,
Et copiosus. Illa fraudem moliens:
Descende, amice, tanta bonitas est aquæ,
Voluptas ut satiari non possit mea.
Immisit se Barbatus. Tum Vulpecula
Evasit puteo, nixa celsis cornibus,
Hircumque clauso liquit hærentem vado.

alterius. Cum Vulpecula imprudens decidisset in puteum, qui prætendebatur margine elatiori, Hircus sitibundus accessit in eundem locum, quæsivitque an aqua esset multa et suavis. Hæc parans dolum: Veni, amice, adeo liquor dulcis est, ut mea sitis non possit expleri. Descendit Hircus; tum Vulpes elata altis cornibus illius *egressa est puteo, et deseruit Hircum jacentem alto puteo.*

fabulæ hujus sit argumentum, recte recipiendum existimat. Scioppius in vulgata lectione versum laborare credit nisi *ac* deleatur, quod etiam Guyet. vult deleri, et Both.; sed Freinsh. et Heins. necessariam non putant emendationem, quia *venit* præsentis temporis cogitandum est, sed in nostra lectione est *venit* præteriti temporis.—2 Cod. Rem. habet *Reperire effugium alterius quærit malo*, pro quo Nevel. Ursin. Burm. multique alii ediderunt *Effugium reperire*. At lectionem Cod. Rem. probant Gud. et Salmas. eandemque receperunt Gronov. Hoogstr. Leonh. Richt. Maittar. Brot. Bipont. Bentl. nisi quod hic non ferens *m* non elidi, transponit, *quærit alterius malo:* quam transpositionem amplectuntur Harius, Cuningh. Philipp. Lallem. Brot. Desbill. [Anton.]—4 *Altiore.* Heins. *altiori.* Vid. Burm. ad lib. I. fab. 5. 1.—6 *Simul.* Cuningh. *simul et*, e conjectura.—9 Bentl. numero meliori legendum proponit *Voluptas ut non possit satiari mea*, probante Cuningh.—10 *Vulpecula.* Ms. Pith. *Vulpicula.* v. Gud. *nixa.* Scheffer. malebat *innixa;* Burm. *enixa*, vel *enisa*, i. e. ope cornuum hirci ascendens et se erigens; quam conjecturam erudite tuetur. Sed forte nil mutandum.

Digitized by Google

FABULA X.

DE VITIIS HOMINUM.

PERAS imposuit Jupiter nobis duas:
Propriis repletam vitiis post tergum dedit,
Alienis ante pectus suspendit gravem.
Hac re videre nostra mala non possumus;
Alii simul delinquunt, censores sumus.

Jupiter nos oneravit duobus sacculis. Imposuit unum *a tergo plenum propriis vitiis: objecit* alterum *ob oculos onustum* vitiis *aliorum. Quo fit ut non possimus cernere nostros defectus, simus* vero *reprehensores ubi alii peccant.*

NOTÆ

4 *Hac re*] Id est, ideo, vel, hac ex re: sicut dicitur, *quare*, pro, qua de re. Ita Corn. Nep. 'Vidit hostes eadem re fore tardiores,' pro, eadem ex re.

Videre nostra mala non possumus] Sic in hanc Fab. Horat. 'Cum tua præ- videas oculis male lippus inunctis, Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum, Quam aut aquila, aut serpens Epidaurius?' Et Catull. 'Sed non videmus manticæ quod in tergo est.' Et Pers. 'Sed præcedenti spectatur mantica tergo.'

FABULA XI.

FUR ARAM COMPILANS.

LUCERNAM fur accendit ex ara Jovis,
Ipsumque compilavit ad lumen suum.
Onustus sacrilegio cum discederet,

Latro excitavit facem ex ara Jovis, et deprædavit eum ad suam lucem. Qui cum

2 [Forte: *l. c. ad s.* Anton.]—3 *Onustus sacrilegio.* In Mss. Pith. Rem. et

NOTÆ

3 *Sacrilegio*] Sacrilegium est, sacrarum rerum ablatio.

Digitized by Google

Repente vocem sancta misit Religio:
Malorum quamvis ista fuerint munera,
Mihique invisa, ut non offendar surripi;
Tamen, sceleste, spiritu culpam lues,
Olim cum ascriptus venerit pœnæ dies.
Sed ne ignis noster facinori præluceat,
Per quem verendos excolit pietas Deos,
Veto esse tale luminis commercium.
Ita hodie nec lucernam de flamma Deum,
Nec de lucerna fas est accendi sacrum.

se reciperet dives sacrilegio, Religio sancta emisit subito vocem: Etsi ista dona fuerint dona *sceleratorum, et mihi odiosa, ut non indigner auferri; attamen, scelerate, expiabis aliquando tuum crimen capitis pœna, cum dies supplicii aderit dictus fatis. Verum ne flamma nostra, qua pietas veneratur Divos timendos, præferat lumen sceleri, edico ne talis sit communicatio lucis. Itaque non licet hodie excitari lucernam de igne Deorum, neque* accendi *sacrificium de lucerna. Alter ab*

multis Editt. ut Nevel. Richt. Danet. Maitt. Lallem. Philipp. Brindl. Didot. legitur, *Onustus qui sacrilegio*, syllaba redundante. Hinc Johnson. et Burm. delent *τὸ qui*; ille tamen metrum putat constare, si legatur *sacrilegio qui*. Ursin. et Both. ediderunt, *Qui onustus s. c. d.* Cuningh. *Qui sacrilegio onustus c. d.*—4 *Sancta.* Ms. Pith. *sanctam.* Vide Not. Heins. et Gud. *sanctam* placet Langio, ut referatur ad *vocem*; sed *sancta* præferendum, ob locum lib. I. fab. 27. 6. Cuningh. *vocem hanc s. m. R.*—7 *Sceleste.* Mallet Heins. *sceleste*, probantibus Bentl. et Cuningh. Sed Harius et Burm. defendunt *sceleste*, quia compellari aliquis hic debet, quod non requiritur in loco Virgilii, quem Bentl. affert; et quia minime necessaria scriptæ et editæ lectionis mutatio, quæ nihil novi significationi addit.—10 *Verendos.* Quia in Ms. Pith. fuit *colendos*, Heins. *colendos extulit* effecit, sed recte Harius ignorare se fatetur, quid sit *efferre Deos colendos per ignem.* Bentl. qui *excolere Deos* se, quid sit, fatetur nescire, legit *colendos censuit.* Sed monet Burm. *excolere* idem esse, quod *colere*; nam *ex* sæpe augere in compositione, ut lib. III. fab. 3. 5. Ovid. I. Ex Pont. 7. 59. Vide hunc virum doctum ad Quintil. Decl. VIII. 12. p. 178. Judicante eodem Codicis Pith. *colendos* ex glossa venit, qua *verendos* explicuit librarius. Cuningh. edidit: *Per quem colendos excitat.*—11 *Luminis.* Heins. *lumini*, e conjectura minime necessaria.—12 *Ita.* In Ms. Pith. est *Itaque*, quod probat Tzschuck. post Gudium, notans: Metri causa videtur reponendum ex Ms. *Itaque*, quod et potest accipi pro, et ita, ut apud Nep. in Alc. IV. 2. Sed jam olim Freinsh. legi volebat *Ita hodie*, applaudentibus fere omnibus Criticis. Burmanno non displicet lectio Ms. si ejiciatur *nec*, quod facile subintelligi posse dicit e vs. sq. Nevelet. et Ursin. dederunt

NOTÆ

11 *Luminis commercium*] Vult vetasse accendi imposterum lumen de igne sacro. Non enim ex culina, sed e cœlo petebant ignem, quo in sacrificiis uterentur. Unde Servius ad Æneid. XII. 'Apud majores,' inquit, 'aræ non incendebantur, sed ignem divinum precibus eliciebant.'

Digitized by Google

Quot res contineat hoc argumentum utiles,
Non explicabit alius, quam qui reperit.
Significat primo sæpe, quos ipse alueris,
Tibi inveniri maxime contrarios:
Secundo ostendit, scelera non ira Deum,
Fatorum dicto sed punirí tempore:
Novissime interdicit, ne cum malefico
Usum bonus consocíet ullius rei.

illo, qui excogitavit, non evolvet quantas dotes illa fabula complectatur. Edocet primo illos, *quos ipse foveris, reperiri sæpe tibi infensissimos. Significat secundo flagitia non plecti ira Deorum, sed tempore ascripto a Fatis. Tandem vetat ne* vir *frugi habeat societatem ullius rei cum improbo.*

lectionem Cod. Ms. *Itaque hodie nec l. d. f. D.*—15 *Explicabit.* Heins. Bentl. Cuningh. Both. *explicarit;* Salmas. *explicavit,* improbante Gud.—18 Ms. Pith. *Secundum.* Transponit etiam h. v. post sequentem. v. Gud. *Secundum* retinent Nev. Ursin.—19 [Anton. *Sed f. d.*]

NOTÆ

18 *Non ira Deum*] Summum enim jus vitæ et necis tribuebant Fatis aut Parcis antiqui, quibus etiam summittebantur Dii. Unde nulli Deo licebat quenquam punire, ni Parcæ pœnam statuissent, et tempus pœnæ dixissent, ut legere est ap. Lucian.

FABULA XII.

MALAS ESSE DIVITIAS.†

HERCULES ET PLUTUS.

Opes invisæ merito sunt forti viro,
Quia dives arca veram laudem intercipit.

Divitiæ odiosæ sunt juste homini magnanimo, quoniam summas opes eripiunt

† Ita inscripta est fabula in Mss. Pith. Rem. et Vet. Editt. Sed hanc et alias ejusmodi fabularum inscriptiones, quas Meursius adjudicat Phædro, non a Phædri manu esse, non pauci sunt, qui statuant, e. g. Prasch. Freinsh. Gud. Desbill. Et vere. Quare etiam in hoc opere istarum inscriptionum

Digitized by Google

Cœlo receptus propter virtutem Hercules,
Cum gratulantes persalutasset Deos;
Veniente Pluto, qui Fortunæ est filius,
Avertit oculos. Causam quæsivit pater.
Odi, inquit, illum, quia malis amicus est,
Simulque objecto cuncta corrumpit lucro.

genuinam gloriam. Hercules admissus inter Deos propter virtutem, cum dixisset salutem Diis sibi *gratulantibus, accedente Pluto, qui natus est Fortunæ, retorsit oculos. Jupiter rogavit rationem. Hunc odio prosequor, ait, quia favet improbis, et etiam pervertit omnia proposita mercede.*

non magnopere rationem habendam duxi. Rectius fabula nostra inscriberetur; *Divitiæ virtutis impedimenta, sive, Hercules et Plutus;* quam inscriptionem Bentl. dedit. Cum Desbillonio et Brot. utramque posui, et vulgatam et Bentleianam. Lallem. et Didot. *Opes irritamenta malorum.*—5 Ms. Rem. (etiam Pith. v. Nevel. ad marginem) *venienti*, ut cum *avertere* jungatur, ut apud Stat. Sylv.. v. 3. 59. 'cui te nec Cerberus omni Ore, nec Orpheæ quirent avertere leges,' pro, a qua. Sed malo esse scriptum pro *veniente*, ut sæpe in his fabulis. Vid. lib. I. fab. 5. 1. et hoc libro fab. 9. 4. Sic Ovid. Art. Amat. II. 615. sq. 'hoc quoque viso Avertit vultus sæpe puella suos.' Burm. —*Pluto.* Ms. Pith. *Plutone;* at Nev. edidit, *venienti Pluto.*—6 Bentl. *Causam ut quæsivit pater.* [et sic Anton.]—7 [Lege, *am. e. quoniam m.* Anton.]—8 Heins. *Simul cum objecto.* Idem conjecerat *Semelque objecto*, sed deleverat iterum. Hoc certe, observante Burm. majorem avaritiam notaret, si semel objecto lucro aliquis a vera laude deduceretur.

NOTÆ

3 *Hercules*] Jovis et Alcmenæ filius, qui ob virtutem et gloriam gestorum creditur annumeratus inter Deos.

5 *Pluto*] Plutus Jasionis et Cereris filius, divitiarum Deus. Hunc Jupiter excæcavit, quod bonis tantum hominibus opes largiretur. Ex hac autem cæcitate evenit, ut jam promiscue bonos et malos ditet. Hunc etiam claudum fingit Lucianus, cum ad aliquem ditandum venit; velocissimum vero, cum ab illo recedit.

8 *Cuncta corrumpit lucro*] Ad hoc eleganter Propert. 'Auro pulsa fides, auro venalia jura.' Et Petron. 'Quidvis nummis præsentibus opta, Et veniet; clausum possidet arca Jovem.' In quam sententiam et ipse Horat. Sat. lib. II. 3. 'Omnis enim res Virtus, fama, decus; divina, humanaque pulchris Divitiis parent; quas qui construxerit, ille Clarus erit, fortis, justus, sapiens, etiam et rex, Et quicquid volet.'

Digitized by Google

FABULA XIII.

LEO REGNANS.

Utilius homini nihil est, quam recte loqui:
Probanda cunctis est quidem sententia,
Sed ad perniciem solet agi sinceritas.
Cum se ferarum Regem fecisset Leo,
Et æquitatis vellet famam consequi,
A pristina deflexit consuetudine,
Atque inter illas tenui contentus cibo,
Sancta incorrupta jura reddebat fide.
Postquam labare cœpit pœnitentia
* * * *

Desunt reliqua.

Nihil magis conducit homini, quam directe loqui. Hæc sane opinio debet comprobari ab *omnibus; verum ingenuitas solet duci in ruinam. Cum Leo se creasset regem animalium, et ambiret obtinere nomen justitiæ, descivit a nativo more* agendi, *atque, inter illa utens parvo, dicebat jus æquum fide intemerata.* * *

1 *Nihil est.* Bentl. edidit, et Both. [et Anton.]: *Utilius nihil esse homini q. r. l.* sed v. Burmann.—9 Sic vulgo legitur; sed emendavit Gronov. ad Plin. lib. XXXIV. 14. *Post quæ labare c. p.* Pro vulgato *lavare*, quod est in Mss. Pith. Rem. et Edit. Vet. Rittersh. bene reponebat *labare pœnitentia.* Non pauci tamen inhærent vulgato, quod referunt ad 'linguam' fab. sq. vs. 1. Sed vs. 9. a fab. 13. non dissociandus et ad sequentem trahendus est; id quod factum a Rigaltio Edit. 2. Scheffero, Hoogstr. Funcc. Walch. Maitt. Richt. Leonh. Bipont. Brot. al. Habet enim Romulus Ulmensis, apud quem hæc fabula legitur integra, hæc: *sanctam et incorruptam juravit se fidem servare. Postea de hac re habere cœpit pœnitentiam,* (perperam in Romulo Div. scriptum *potentiam*) *et dum mutare non posset naturam, &c.* Vid. Fabb. Romuli Div. lib. III. fab. 20. coll. Anon. Nil. fab. 49. ubi hæc leguntur: *sanctam et incorruptam fidem servare juravit. Ex hac re postea quam pœnituit, et mutare naturam non potuit patientia, carpit, &c.* quæ paraphrasin exhibere videntur versus illius: *Postquam labare carpit pœnitentia.* Itaque jam olim Neveletus recte vidit, versum huj. fab. nonnm nihil ad sequentia pertinere. Cum quo faciunt Nilant. Not. ad fab. 49. Anonymi, Gronovius, loco paulo ante citato; Bentl. Burm. Heusing. Lallem. Desbill. al. Sed de Schirach. mallet vulgatum *lavare* retinere et explicare, purgare se et peccatum, ut Ter. Ph. v. 8. 46. Frustra autem putat, melius h. v. ab hac

Digitized by Google

fabula dissociari. Post vs. 9. reliqua hujus fabulæ desunt, cum initio sequentis; sed conjiciunt Rittershusius atque Schefferus, nec sine specie, spurcum fabulæ sequentis initium pium aliquem monachum, qui istam describeret, lectoremve commovisse, ut totam paginam hic exscinderet. Ita spurca illa una cum fine hujus fabulæ periisse, ita tamen, ut e fabula obscœna velut cauda remaneret.

FABULA XIV.

PROMETHEUS.

* * * *

Afflictione veretri linguam mulieris,
Affinitatem traxit inde obscœnitas.
Rogavit alter, tribadas et molles mares
Quæ ratio procreasset? Exposuit senex.
Idem Prometheus, auctor vulgi fictilis,
Qui, simul offendit ad fortunam, frangitur,
Naturæ partes, veste quas celat pudor,
Cum separatim toto finxisset die,
Aptare mox ut posset corporibus suis,
Ad cœnam est invitatus subito a Libero.
Ubi irrigatus multo venas nectare,
Sero domum est reversus titubanti pede.
Tum semisomno corde, et errore ebrio,

1 *Afflictione.* In Ms. Pith. Rem. legitur, *A fictione*, quod Toll. explicat: Post quam finxerat veretrum, transiit ad fictionem linguæ mulieris. Vid. Gud. et Brot. Hanc lectionem vel receperunt vel tuentur Nevel. Rittersh. Danet. Toll. Brot. Sed Heins. Gud. Salmas. ad oram libri, Hoogstr. Guyet. Maitt. legi jubent *Affristione*; Faber *Affixione*; Funcc. *Affictione.*—5 *Idem.* Ita habent Mss. Pith. Rem. et Edit. Vet.—6 *Qui.* Heins. corrigit *Quod*, quo nihil opus, quia *vulgus* proprie est masculini generis, sed usurpatione neutrius. Vid. Serv. ad Virg. Æn. I. 149. et ita sæpe Charisius, Priscianus, et Veteres Grammatici, quod notarunt commentatores ad Virg. Æn. II. 99. quibus adde Voss. de Anal. lib. I. 31. *Burmann.*—7 *Celat.* Heins. more suo *velat*, sine causa; secutus tamen Walchius, sed v. Burm. qui laudat Ovid. Fast. II. 819. Fast. VI. 579. I. Am. 4. 41.—10 *Libero.* Ms. Pith. *Liberto.*

Digitized by Google

Applicuit virginale generi masculo,
Et masculina membra applicuit fœminis.
Ita nunc libido pravo fruitur gaudio.

Perperam.—14 *Virginale*. Ms. Pith. *virginali*.

FABULA XV.

CAPELLÆ ET HIRCI.

BARBAM Capellæ cum impetrassent ab Jove,
Hirci mœrentes indignari cœperunt,
Quod dignitatem fœminæ æquassent suam.
Sinite, inquit, illas gloria vana fruî,
Et usurpare vestri ornatum muneris,
Pares dum non sint vestræ fortitudinis.
Hoc argumentum monet, ut sustineas, tibi
Habitu esse similes, qui sunt virtute impares.

Cum Capellæ obtinuissent barbam a Jove, Hirci dolentes cœperunt offendi, quia mulieres haberent parem honorem cum illis. *Sustinete, ait, has potiri laude inani, et sibi arrogare insignia vestræ dignitatis, dum non æquant vestram virtutem. Hæc fabula* te *edocet, ut feras* illos *usurpare tuum ornatum, qui* tibi *sunt inferiores virtute.*

2 Vulgo *cæperant;* sed *cæperunt* est in Mss. Pith. Rem. penultima brevi: quam lectionem recte præferunt Gud. et Heins. quibus parent plurimi. Vid. ad lib. III. fab. 2. 19. et ad lib. IV. fab. 19. 16. at non pauci ediderunt *cæperant*, ut Nev. Fab. Urs. Hoogstr. Bentl. Richt. Desbill. Didot. Borrich. de Poët. p. 56.—6 Sic legendum e Cod. Pith. sed Ms. Rem. habet *vestræ fortitudine*, fortasse pro *fortitudini*, ut legunt Rittersh. Gud. Bentl. Urs. Richt. Cuningh. Maitt. Leonh. Lallem. Bipont. Jörd. [Anton.] Sæpius enim literæ *e* et *i* in Cod. Rem. permutatas esse constat, ut lib. IV. fab. 12. 5. ubi v. V. L. cf. Gud. Aliis, nec paucis, secundus casus placet. Constructio enim *τοῦ par* cum genitivo passim obvia. Laudat vero Scheff. Cic. in Pis. 4. 'illum cujus paucos pares hæc civitas tulit;' Burm. Sil. IV. 370. 'Ætatis mentisque pares;' Stat. VIII. 608. 'Par aliud morum.' Hisce adde Plaut. Rud. Prol. 49. 'erat ei hospes par illius;' Lucan. X. 382. 'par hujus erat.' Vid. Vechneri Hellenolex. lib. I. p. 2. c. 18. extr. Ed. Heusing. et quos laudat Prasch. Walchius mallet *fortitudine*, sed tunc legendum *vobis*, quemadmodum jam notavit Burm.—8 Nev. Rigalt. 2da. Fab. Heins. Danet. *sint*.

Digitized by Google

FABULA XVI.

GUBERNATOR ET NAUTÆ.

CUM de fortunis quidam quereretur suis;
Æsopus finxit consolandi gratia:
  Vexata sævis navis tempestatibus,
Inter vectorum lacrymas et mortis metum,
Faciem ad serenam subito ut mutatur dies,
Ferri secundis tuta cœpit flatibus,
Nimiaque nautas hilaritate extollere.

Cum aliquis expostularet de sua sorte, Æsopus excogitavit hoc argumentum *solandi causa: Navi jactata atris procellis, inter fletus eorum qui vehebantur, et formidinem mortis, dies vertitur derepente ad faciem tranquillam,* et *navis tuta cœpit agi ventis melioribus, atque perfundere nautas nimia lætitia. At Nauclerus*

2 Guyeto [et Bothio] legendum videtur, *finxit hoc solandi gratia;* Buchnero, *Æsopus dixit,* aut *infit,* e conjectura non probabili. [*cons. hoc g.* Anton. qui, *hoc,* ait, præeunte Bentl. inserui.]—3 sqq. Teste Gudio in Ms. Pith. est *navis.* Sic ex hoc codice edidit Nev. sed fide Brotierii Mss. Rem. Pith. Veteresque Editiones versu 5. habent *mutatur dies,* quod recte retinendum censent Heins. et Bentl. ita tamen, ut ad fulciendum versum τῷ *mutatur* præponant *ut.* Secuti, præter alios, Bipontini, Jördens. [Anton.] Sic enim servatur lectio Codicum, sic omnia melius cohærent. Vid. Burm. Cuperus Obs. lib. II. c. 20. p. 261. legi jubet *mutat ut,* ut *mutat* passive ponatur; Cuningh. vero *dum mutat dies.* Rittersh. edidit: *Vexata sævis navis tempestatibus, Inter vectorum lacrymas et mortis metum. Faciem ad serenam subito mutatur dies. Ferri secundis tuta cœpit flatibus, &c.* Cui parent Nev. Gronov. de Schirach. Clav. P. I. v. *facies.* Hoc fere sequuntur Rigalt. in Ed. 2. Scheff. Fab. Freinsh. Santor. Burm. in Editione prima, Walch. Func. Ursin. Danet. Maitt. al. nisi quod vs. 3. *navi* legant. Idem tamen Rittersh. conjiciebat vs. 5. *mutato die,* distinctione sublata. Gud. ita transponit: *Vexata sævis navis tempestatibus Inter vectorum lacrymas et mortis metum: Ferri secundis tuta cœpit flatibus, Nimiaque nautas hilaritate extollere: Faciem ad serenam subito mutatur dies.* Quæ transpositio versuum minime placet Burmanno, cum certe dies debuerit ante mutari ad serenam faciem, quam navis posset ferri secundis flatibus, et nautæ hilaritate extolli. Istam transpositionem amplectuntur Hoogstr. et Richterus, nisi quod hic habeat *subito mutatus dies;* ille vero *ut mutatur dies.* Hoogstratani lectio placet Editori Editionis stereotypæ Didoti. Cum Richtero facit Leonh. Burm. lectione Codicum sine necessitate repudiata, in Editione majori totum locum ita constituit: *Vexata sævis navis tempestatibus, Inter vectorum lacrymas et mortis metum, Faciem ad serenam subito mutato die, Ferri secundis tuta cœpit flatibus, Nimiaque nautas hilaritate extollere.* Ita volunt legi Toll. Lallem. Brot. Desbill. alii.—7 Heins. *Nimia ecce nautas hilaritas extollere,* vel, *Nimiaque nautæ se hilaritate extollere.* [Hoc sequitur Both.]

Digitized by Google

Factus periclo tum Gubernator sophus:
Parce gaudere oportet, et sensim queri,
Totam quia vitam miscet dolor et gaudium.

factus sapiens periculo: Oportet, inquit, *lætari parce, et conqueri moderate, quoniam omnis vita miscetur dolore et gaudio.*

Posteriorem conjecturam amplectitur quoque Cuningh.—8 *Periclo.* Ms. Per. *periculo.* Sic vulgo legitur; sed jam olim Guyetus reposuit *periclo*, præeunte Rittersh.—10 Ms. Pith. *Totamque.* Vid. Nevel. ad marginem Edit. et Gud. Hanc lectionem probat Salmas. at Heins. conjicit *Totam æque.*

FABULA XVII.

CANUM LEGATI AD JOVEM.

Canes Legatos olim misere ad Jovem,
Melioris vitæ tempus oratum suæ,
Ut sese eriperet hominum contumeliis,

Canes miserunt quondam legatos ad Jovem, rogaturi tempus vitæ felicioris, ut non paterent amplius injuriis hominum, qui illis præberent panem furfurosum, et

2 Ita legitur in utroque Codice et Rem. et Pithœano. Vid. Desbill. et Brot. Sed jam olim Ursinus corrigebat, *Meliora vitæ tempora oratum suæ*, cui parent Toll. Desbill. Brot. Heinsius vero *Meliora vitæ tempora oratum sibi*, quod recepere Bentl. et Cuningh. Etsi vero *meliora tempora* centies occurrunt apud veteres, ut docent exempla a Burm. adducta, idem tamen recte observat, non semper in eandem loquendi formulam cogendos scriptores, cum æque recte *melior vita* pro feliciori dicatur, ac *meliora tempora vitæ.* Vid. Burm. Heinsius Ep. VIII. ad Scheffer. etiam volebat *suos*, ut referatur ad *legatos.* Hic versus Guyeto suspectus videtur; nec mihi τὸ *suæ* valde placet. [Anton. *Melioris vitæ tempus oratum sibi.*]—3 Quia in Ms. Rem. erat *sese æriperet*, Gudius conjiciebat *sese eriperet.* Facilis profecto emendatio! Et solet Phædrus usurpare cum *sese*, tum *eripere.* Vid. lib. II. fab. 4. 17. et lib. I. fab. 28. 11. Quam emendationem post Hoogstr. et Maitt. receperunt Richt. Leonh. Bentl. Cuningh. Toll. Lallem. Brot. Bipont. Desbill. Didot. [Anton.] quibus ego lubens accedo. At Burmannus retinuit *abriperet;* nam fide Brot. in Mss. Pith. Rem. et Editt. Vet. ut Rigalt. 2. Fab. Nevel. est, *Uti sese abriperet*, quod videtur ortum fuisse a manu emendatrice ex *sese ariperet.* Sic et alibi in eodem Codice variæ ejusdem loci inveniuntur lectiones, ut passim a nobis observatum est. Heins. *se subriperet*, quod furtivis magis

Digitized by Google

Furfuribus sibi conspersum quod panem darent,
Fimoque turpi maximam explerent famem.
Profecti sunt legati non celeri pede,
Dum naribus scrutantur escam in stercore.
Citati non respondent. Vix tandem invenit
Eos Mercurius, et turbatos attrahit.
Tum vero vultum magni ut viderunt Jovis,
Totam timentes concacarunt regiam.
Propulsi vero fustibus, vadunt foras:
Vetat dimitti magnus illos Jupiter.
Mirati, sibi legatos non revertier,
Turpe æstimantes aliquid commissum a suis,
Post aliquod tempus alios ascribi jubent.

satiarent multam famem stercore fœdo. Legati abierunt gradu non citato, dum indagant naribus cibum in fimo. Non parent vocati, et *vix Mercurius illos reperit et adducit trepidos. Ut autem aspexere faciem summi Jovis, pavidi conspurcarunt sordibus totum palatium: ejecti vero fustibus, se proripiunt foras. Magnus Jupiter prohibet illos remitti. Stupentes quod legati non redirent, rati turpe quid peccatum ab suis, imperant delegari alios post aliquod tempus.* Interim *fama vulgavit*

actis convenire contendit Burmannus, licet emendatio sit facilis ex *sese ab* facere *se sub*. Scheffero placebat, *hominum e contumeliis*, quod usitatius esse dicit, ut Cicero dixit 'e complexu parentum abreptos filios.' Sed æque recte dici potest *abripere contumeliis*, quemadmodum Sueton. Aug. 17. 'simulacro D. Julii abreptum interemit.' Maittar. dedit, *ut sese eriperent;* Danet. *uti se abriperent.*—4 Heins. *confertum qui.*—8 Heins. *Citatis*, nullo sensu.—9 Heins. *Eeos;* sed admodum improprie *rei* dicuntur hic legati. Malim, *Eos Mercurius, sed t. a.* ut mox vs. 19. et de eleganti usu *τοῦ sed* vid. ad Petron. c. 128. *Burm.*—12 Heins. *Propulsi ut vero.* Harius, quia *vero* modo processit, *Propulsi ne sint fustibus;* sed quænam hæc sermonis scabrities? certe debuisset dicere, *ne propellerentur*. Quare si quædam intercidérint, ut viri docti suspicantur, non offendere poterit repetita vocula *vero*, præcipue cum versu eodem *magni* epitheto ornatur Jupiter, et vs. 13. iterum; vel si audaciori esse liceret, et conjicere illud *vero* depravatum esse ex *ergo*, legerem, *Ergo propulsi fustibus*. Burm. In repetitione particulæ *vero*, quæ nonnullos offendit, non quærenda est ratio emendandi. Vid. V. L. ad lib. IV. fab. 5. 41. [Anton. *P. v. ut f.*] — *vadunt*. Cuningh. *ruunt foras*. Ita invenias in Edit. Didot. stereotypa. Both. *evadunt f.*—14 Toll. [et Both.] *Mirati illi*, sc. canes.—15 Bentl. mallet *autumantes;* [Accipit Both. et Anton.] sed docet Burmannus, hujus verbi vim esse, non animo modo putare, arbitrari, sed sive voce, sive scripto, sententiam suam prodere. Cf. tamen Cic. Or. 40. fin. Tzschuck. conjicit *extimantes*, quod passim Codices in bonis auctoribus; Sanad. *æstimarunt*, fide Brotierii; Cuningh. *Turpe quid existimantes c. a s.* Sed nil mutandum, cum *æstimare* hoc sensu Latine dici possit. Vid. ad lib. III. fab. 4. 5. Guyeto hic versus additicius videtur.—16 [Vid. Burm. de

NOTÆ

14 *Non revertier*] Pro, non reverti. Hoc Poëtis familiare et usitatum.

Digitized by Google

Rumor legatos superiores prodidit.
Timentes rursus aliquid ne simile accidat,
Odore canibus anum, sed multo, replent,
Mandata dant, legati mittuntur, statim 20

quod acciderat primis legatis. Veriti rursum ne quid simile contingat, immittunt in anum legatorum plurimum odoris, mandant facienda, dimittuntque. Illi *acce-*

V. L. Both. *adsciri;* Anton. *acciri.*]—16 [Præponit Both. vv. 14. 15. et legit in vs. 15. nostro *comm. ut suos, &c.*]—17 Bentl. *Venter* reponit, sine ulla auctoritate Codicis, quare Harius eum acrius castigat. Et sane mira esset locutio, *venter prodidit legatos*, pro, odor ex stercore ortus. Deesse alii hic putant versum; sed, si unquam, hic deberet hians sententia fulciri et scribi, *Rumor legatos ut priores prodidit*, ubi parva est vulgatæ lectionis mutatio. *Burm.* Magno placet opere ista Burmanni conjectura, recepta a Cuningh. Desb. h. v. parenthesi includit, et præponit vs. 16.—18 In Rigaltii (etiam Neveleti.) Editione est *Timentibus:* ut rumor fœdi facti, a prioribus commissi, venerit ad secundos legatos. Sed tunc versus laborat, cui succurrit Scaliger legendo *rursum* pro *rursus*. Sed nobis vulgata placet. *Burm.* Editio Rigaltii 2. *Timentes habet.—aliquid.* Heins. *ne quid simile rursus.* [*sim. ne ac.* Anton.]——19 Nescio cur *spurco* malit Bentl. cum contrarium velit Phædrus. Egregia vero ratio emendandi peccata priorum qua Harius utitur, qui, ubi hanc emendationem spurcitiæ damnavit, legit, *sed nimio.* Sed qua auctoritate hoc nititur, aut ad quid necesse? an *multus* odor non sufficit eorum consilio? stultitia vero potius canum debuerat notari, cum stercus, odore mixtum, gravius olere sola et mera merda soleat. *Burm.* qui laudat Martial. Ep. I. 88. et III. 55. Pro *sed m.* Both. *sedulo.*—20 In Mss. Pith. Rem. et Edit. Nevel. est, *Mandant, dimittuntur statim, Adeunt.* Corrupte et vitiose; dimitti enim non poterant, antequam Jovem adiissent. Hinc varie solicitant viri docti locum. Both. *Mandata dantur, dimittuntur: hi statim Adeunt: rogantesque aditum, c. i.* [Anton. *M. dantur: ut dimit., statim Abeunt, &c.*] Rigalt. quem plurimi sequuntur, *Mandata dant, legati mittuntur, statim Adeunt, &c.* Rittersh. *Mandata dant: dein dimittuntur;* vel, quod etiam volebat Meurs. *deinde mittuntur statim: Adeunt.* Ursin. *Mandant eadem, dein dimittuntur statim.* Hoogstr. et Philip. hunc versum delent; omissus quoque est in Editione Didoti stereotypa. Heins. *Mandata dantur, et dimittuntur statim.* Bentl. *Mandant, dent operas, ut dimittantur statim.* Ad quæ Burm. notat: Quinam vero? superiores, an hi ascripti? et unde illud *operas dare* proficiscitur? quis non videt, *operas* metri causa pro *operam* intrudi? Scaliger teste Burm. in ora Codicis castigabat: *Mandantur, dimittuntur, ac statim Adeunt.* Burm. *Mandata dant legatis, quos mittunt, statim Adeant.* Quia sc. primi non celeri profecti erant pede, nunc his mandant, ut celerrime et recta adeant ad Jovem, qui eos, rogantes aditum, statim admittit. Quia sibi in hoc loco non satis faciebat, tentabat etiam: *Mandant legatis, qui mittuntur, ut statim Adeant Rogantes* (sc. illi secundi legati) *aditum c. i.* vel, *Mandant, ut qui mittuntur legati statim Adeant.* Walch. *Mandata dantur, ipsi mittuntur statim.* De Schirach. in Clav. P. I. p. 8. *Mandata dantur; ipsi dimittuntur, ut statim Adeant;* vel, *Mandata dant, lecti dimittuntur, et statim Adeunt.* Brot. *Mandata dant; citique mittuntur; statim Adeunt;* sed v. Ephem. Göttingens. ann. 1784. Part.

NOTÆ

17 *Rumor legatos superiores prodidit*] concacasse totam Jovis regiam. Rumor spargitur superiores legatos

Delph. et Var. Clas. *Phædr.* P

Digitized by Google

Abeunt. Rogantes aditum, continuo impetrant.
Consedit genitor tum Deorum maximus,
Quassatque fulmen: tremere cœpere omnia.
Canes confusi, subitus quod fuerat fragor,
Repente odorem, mixtum cum merdis, cacant. 25

dunt statim orantes aditum, et *sine mora obtinent. Tunc maximus pater Deorum sedens agitavit fulmen; cuncta cœperunt moveri:* et, *quia strepitus fuerat confusus derepente, canes reddidere subito odorem permixtum stercore. Cuncti conclamant*

---

67. Bipontini: *Mandant, Deum, ut mittuntur, oratum statim Adeunt:* quæ merito abrupta et dura videntur Tzschuck. Desbill. amplectitur lectionem vulgatam. Salmasii conject. prætermitto. In tanta lectionum arbitrariarum varietate et discrepantia, cum etiam nihil subsidii in Anonymi, Romuli, aliorumque fabulis sit, præstat inhærere vulgato, nisi quod vs. 21. pro *Adeunt* cum Scheffero legendum putem, *Abeunt*. Nam ineptum in vulgato est *statim Adeunt*, et mox *rogantes aditum*, ut jamjam vidit Burmannus; etsi nec sic locus certus et indubitatus haberi possit, ita quidem, ut eorum sententia non penitus displiceat, qui vs. 20. delendum existiment.—*legati*. Scheff. mallet *legatis*, quod jungit τοῖς *Mandata dant*.—21 Vulgo *Adeunt;* at recepi facilem Schefferi emendationem, quam etiam receperunt Hoogstr. Richt. Leonh. Lallem. Jakob. Didot. et placet Gudio et Burm. Heins. *Vadunt*, e conjectura. —24 De hoc loco vid. longa Burmanni disputatio, ex qua excerpta dabimus, additis a Burm. omissis. In Mss. Pith. Rem. et Vet. Edit. legitur: *Canes, confusus subito quod fuerat* (Ursin. *fuerit*) *fragor*. Ita Scheff. Maitt. Funcc. Prev. Desbill. sed *confusus fragor* stare non potest; ille enim non confunditur, sed confundit et perturbat omnia. Itaque varie solicitant viri docti hunc locum. Gud. ingeniose monstrans erroris originem, conjectura probabili legendum proponit, *Canes confusi, subito* (vel *subitus* Æn. II. 692.) *quod fuerat fragor*. Quem sequitur Heins. [et Anton.] nisi quod *ruerat* (quod non probat Faber, quia non ruat fragor. At Heins. monet, 'discurrit certe;' qua significatione τὸ *ruere* nonnunquam sumi, in comperto est, ut in illo Nasonis Met. I. 285. 'exspatiata ruunt per apertos flumina campos.') pro *fuerat* substituerit, probabili etiam lectione, quia hoc verbum solenne in hac re est, ut patet ex Virgilii Cul. 350. 'Ac ruere in terras cœli fragor,' aliisque locis, ab Heinsio ad Val. Flacc. I. 663. adductis, ubi et hoc loco utitur. Cf. Heinsii Ep. 73. ad Scheff. in Burm. Syll. Epp. tom. v. p. 82. sq. *Ruerat* etiam notavit ad oram libri Salmas. et Walch. mallet recipi. At qui *fuerat* præferre cupiet, reperiet unde tueatur apud Heinsium ad Claud. Gigantomach. vs. 74. Apposite adduxit Schefferus, cui etiam placet *confusi* ex Quintil. Decl. II. 20. 'nemiuem fuisse in domo, quem non fragor ille confuderit,' ubi paulo post sequitur, 'ut primum me fragor domus, et velut tui confudere gemitus.' Bentl. legit: *Canes confusi* (*subitus terruerat fragor*) *Repente*, &c. quemadmodum Ovid. Fast. I. 567. scribit, 'fragor æthera terruit ipsum;' Cuninghamus, *subito quod fieret fragor;* Ouvering. (vid. P. III. Phædri p. 175. Ed. Hal.) *Canes, confusus subito quod fieret fragor;* Harius, *effusus subito quod fuerat fragor*. An vero *fragor effunditur*, ut nix, imber, et similia? Vid. Ovid. Met. I. 269. et an ita loquuntur poëtæ? Gronovii in emendatione, *Canes, confusos subitus quos fecerat frugor*, vis fit versui et metro, observante Burm. Sed idem Gronov. ad Liv. XXXI. c. 45. p. 579. Edit. Drak. *Canes confusos subitus fecerat fragor. Rep. od.* &c. vel: C. (*c. s. f. f.*) cet. Johnson. edidit: *Canes* (*confusos subito fecerat fragor*): *Rep.* &c. De Schir. emendat: *Canes, confuses subito quos fecerat fragor*. Burmanno unice placet, quomodo edidit, *Canes confusi, subitus quod fuerat frag.* Ita Brot. et Bip.—25 Gud. in Ms. suo, i. e.

Digitized by Google

Reclamant omnes, vindicandam injuriam.
Sic est locutus ante pœnam Jupiter:
Legatos non est regis non dimittere,

puniendam esse *injuriam.* Verum *Jupiter sic fatus ante supplicium: Non decet*

Pith. *mixto* se invenisse testatur, sed Nevel. ex eodem Codice edidit *mixtum*. Quæ scripturæ diversitas ejusdem Codicis ejusdemque loci hic erat notanda. Bentl. edidit *mixtis*. Perperam.—26 Bentl. [et Anton.] *Ut clamant;* Cuningh. *Proclamant*, e conjectura uterque.—27 Scheff. *Hic;* Walch. *Hinc*. Nescio quid sit difficultatis in vulgato, quod non cohærere crediderunt viri docti, cum Phædri ille mos sit, et sequenti orationi et ipsis verbis Jovis rectius *Sic* præcedat, i. e. hoc modo, his verbis, quam *hic*, pro tunc, vel *hinc*, pro postquam omnes reclamassent, vel pro ideo; quia tunc tamen intelligi debet *hic* vel *hinc* locutus *sic* est Jupiter. *Burm.* Both. edidit *autem* pro *ante*. Accedit Censor Lips. Gud. *Hic ast locutus*, de particula *ast* non pauca congerens; sed vix persuadebit, Phædrum ita scripsisse. Cuningh. *At sic locutus ante panam est Jupiter*. Toll. *Tum sic locutus ante panam est Jupiter*. Ouvering. *His est locutus*. Vid. P. III. Phædri p. 175.—27-36 Multæ Editiones, etiam Burmanniana major et Bipontina, hunc locum ita exhibent: *Sic est locutus ante panam Jupiter: Non est legatos regis non dimittere, Nec est difficile, panas culpæ imponere. Sed hoc feretis, pro judicio præmium: Non velo dimitti, verum cruciari fame, Ne ventrem continere non possint suum. Illi autem, qui miserunt hos tam futiles, Nunquam carebunt hominis contumelia. Ita nunc legatos expectant et posteri; Novum venire q. v. c. o.* [vid. Not. Burm.] Ita quidem, ut vs. 28. sq. alloquatur Jupiter Deos; vs. 30. canes; vs. vero 31. sq. Jupiter iterum convertat sermonem ad Deos; vs. 33. ad canes. Quod cum ferri mihi non posse videretur, Desbillonio duce, ordinem versuum, eo, quo supra dixi, modo, paululum immutavi, ita, ut pro vulgato *sed* reponerem *et*, quod receperat Desbill. Sic enim nexus melior, neque opus est criticorum emendationibus, lectionibus librorum scriptorum repudiatis. Gudius locum ita constituit: *Legatos non est regis non dimittere, Nec est difficile, panas culpæ imponere: Stet hoc* (sc. decretum): *feretis pro justitia præmium* (hunc versum recepere Richter. et Leonh. etsi a manu Phædri paulo longius recedat. Hanc emendationem etiam amplectitur Broukhus. ad Tibull. I. 2. 26. Parenthetice dicitur *fer. pro j. p.*): *Non cito* (i. e. non celeriter) *dimitti, verum cruciari fame*, (receperunt hæc Richter. Leonh. Didot. in Editione stereotypa,) *Ne ventrem continere non possint suum: Illi autem, qui miserunt hos tam futiles, Nunquam carebunt hominis contumelia. Mandantur antro* (i. e. carceri, vinculis): *non dimittuntur statim*. (Hunc versum receperunt Richt. Leonh. Lallem. Didot. it. Brotier. nisi quod hic pro *non*, *nec* habeat.) *Ita nunc legatos expectans et posteros, Novum venire cum videt, cubum olfacit*. Uberiorem loci interpretationem habes in Not. Gud.—28 In Mss. Pith. Rem. et Edit. Vet. ordo est paulo turbatior: *Non est legatos regis non dimittere*. Hinc Maitt. Hoogstr. Leonh. Lallem. Bret. Desbill. alii ediderunt: *Legatos non est regis non dimittere*, præeunte Gudio. Hisce ego obsecutus sum. Burmannus lectionem Codicum retinet. At Bipontini, quibus accedit Jakob. scribi volunt: *Non*

NOTÆ

28 *Legatos non est regis non dimittere*] Ne scilicet jus gentium ipsis retentis violetur, quo jure illi sancti sunt. Ita enim Cicero: 'Legatorum jus divino humanoque vallatum præsidio, cujus tam sanctum et venerabile nomen esse debet, ut non modo inter sociorum jura, sed et hostium tela, incolume versetur.'

Digitized by Google

Nec est difficile, pœnas culpæ imponere.
Non veto dimitti, verum cruciari fame,
Ne ventrem continere non possint suum.
Et hoc feretis pro judicio præmium.
Illi autem, qui miserunt vos tam futiles,
Nunquam carebunt hominis contumelia.
Ita nunc legatos expectant et posteri.
Novum venire qui videt, culum olfacit.

regem retinere legatos, nec est operosum præmium pro meritis ascribere. Hæc itaque erit pœna. Non prohibeo remitti, sed jubeo *torqueri fame, ut possint cohibere alvum. Qui vero vos delegarunt tam fluidos, se eripient nunquam ex contumeliis mortalium. Ita nunc* Canes *præstolantes novissimos legatos, cum vident* canem *aliquem venientem, odorantur anum.*

regis est, legatos non dimittere.—29 Hic versus suspectus videtur Guyeto.—30 *Non veto.* Bentl. *Non volo,* probante Schirachio in Clav. P. I. p. 195. Editio stereotypa Didoti habet, *Non cito,* post Gudium. Si dimisit Jupiter legatos, cur non redierunt? cur posteri adhuc expectant eos? Hæc difficultas Burmannum cogit legere: *Vos veto dimitti; hoc verum cruciari fame.* Per *eos* posteriores, per *hos* priores legatos significari putat. Ut sequentia etiam opinioni suæ conciliet, rescribit: *Ita nunc legatos expectat qui posteros, Novum venire cum videt, culum olfacit. Posteros* (ita Mss.) legatos interpretatur, qui posteriores missi fuerant. Sed nec ita sublata est omnis difficultas. Nam de posterioribus legatis quæstio erat in concilio Deorum: eos vero non dimittere, regis non esse dixerat Jupiter. Non potest igitur fingi eos retinuisse. Quare satius est, dimissos quidem dicere legatos, non priores tantum, sed et posteriores; eosdem vero a canibus adhuc expectari, quod aliquamdiu certe retenti fuerant, et dimissi quidem, sed, simul etiam notati gravissime, reditum non maturaverant, cum escam in stercore scrutarentur, et legationis suæ tam turpem tristemque exitum ad suos referre non auderent. *Heusinger.* Vide mox.—32 Pro vulgato *Sed* reposui *Et.* Ita Desbil. edidit, eicque Tzschuck. legi posse censet. Meurs. Walch. Bentl. qui Jovem hic non legatos, sed collegium Deorum alloqui putant, legi jubent, *Sed hoc ferent hi pro judicio præmium.* Pro *feretis* Ursin. habet *feretur;* Lallem. *Id vos feretis pro judicio præmium.* Ita olim conjecerat Ouvering. v. P. III. Phædri p. 175. Guyetus scribi vult: *Sic hoc feretis per judicium præmium.* Conjiciebat quoque *præ judicio.*—33 *Vos.* Gud. Heins. Bentl. Didot. [Anton.] *hos.*—34 *Hominis.* Ita libri scripti; at Scheff. conjicit *hominum,* Heins. *omni;* sine necessitate uterque. [*hominum contumeliis.* Both.]—35 sq. Libri scripti et priores Editiones, ut Ritterah. Nevel. al. habent: *Ita nunc legatos expectantes posteros, Novum venire cum v. c. o.* Sed Meurs. et Bongars. correxerunt: *Ita nunc legatos expectantes posteri, N. v. cum vident, culum olfaciunt.* Ita edidit Ursin. nisi quod vs. 36. legat, *Venire cum vident novum, olfaciunt culum.* Nostra lectio Rigaltio debetur, quæ multis placuit. Bentl. *Ita nunc legatos quisque expectans posterûm Novum ve-*

NOTÆ

32 *Et hoc feretis pro judicio præmium*] Hic versus non legitur in Phædro editionis Rigaltii. Sive sit Phædri, sive alterius, confert tamen multum ad illustrandum hunc locum Phædri. Idcirco illum non prætermisimus.

Digitized by Google

nire cum videt c. o. [quem sequitur Anton.] De Schir. in Clav. P. I. p. 195. post Gud. et Walch. *Ita nunc legatos exspectans posteros, N. v. cum v. c. o.* ut sit Canis ἀπὸ τοῦ κοινοῦ: et Mss. recte *posteros* habent, nimirum posteriores legatos, quibus anus odore fuerat repleta, nec adhuc dum dimissos. Sed ponunt Gud. et Walch. *et* post *exspectans*, quia alias metrum non constat. Burm. mallet legere: *Ita nunc, legatos exspectat qui posteros, Novum venire cum videt, culum olfacit;* edidit tamen, *Ita nunc legatos exspectant et posteri; Novum venire qui videt, culum olfacit.* Cuningh. *Novum et venire q. v. c. o.* Ita quoque locum exhibet Editio stereotypa. Equidem, cum vs. 35. repugnet vs. 28. et 30. versus duos ultimos obscœnos illos et turpes a nebulone quodam huic fabulæ subsutos esse, cum Burm. et Lang. facile crediderim.

FABULA XVIII.

HOMO ET COLUBRA.

Qui fert malis auxilium, post tempus dolet.
Gelu rigentem quidam Colubram sustulit,
Sinuque fovit, contra se ipse misericors.
Namque ut refecta est, necuit hominem protinus.
Hanc alia cum rogaret causam facinoris,
Respondit: Ne quis discat prodesse improbis.

Qui auxiliatur improbis, aliquanto post dolet. Quidam collegit Colubram rigidam frigore, et posuit in sinum, indulgens in sui perniciem. Ut enim recepit vires, interfecit statim hominem. Roganti vero *alteri rationem sceleris, dixit: Ne quis discat auxilium ferre malis.*

1 Both. *M. q. f.* quod placet Censori Lips.—3 Harius *contra se ipsum.* Sed in his locutionibus, quæ utræque quidem occurrunt, sed altera est elegantior, Burm. semper scriptos sequi tutissimum recte credit.—4 In utroque Codice et Pith. et Rem. legitur *nocuit hominem*, probante Guyeto. Vid. Nevel. ad marginem Edit. et Brot. Etiam Salmas. Exerc. Plin. p. 29. b. et in Not. ad Spart. Adr. 20. ubi verba hæc adducit, legit *nocuit*, non *necuit*, locutionem *nocere aliquem* Latinam bonisque auctoribus, ut Ovidio, Celso, receptam esse testans. Etsi vero aliqua exempla afferri possunt, ubi *nocuit* cum accusativo construitur, quod abunde docent Notæ Gudii et Burm. viri docti tamen recte probant vulgatum *necuit*: in qua lectione constituenda præiverat Pithœus. Nam oscitantia librarii, qui ignorabat formam *necuit*, facile irrepere poterat *nocuit*. Sed *necuit* dixisse veteres, testantur veteres Grammatici. Vid. Voss. de Anal. lib. III. c. 20. p. m. 300. Ed. Amstel. f. qui et Libro de Constr. c. 21. p. 399. *nocuit* h. l. damnare videtur. cf. Burm.—5. 6 Burmanno non fit vero simile, colubram contra se sententiam pronuntiare, et se ipsam vocare, *improbam;* nec Phædri ingenio convenire putat, addens: ‘Forte sunt verba

Digitized by Google

poëtæ, sub hac fabula, ut fere in omnibus, aliquem sui temporis notantis; nam sine dubio malam gratiam improbus aliquis pro beneficio, et forte alimentis, auctori retulerat. Quare poëta interrogatus fabulæ hujus sententiam ab alio quodam, ipse respondit, hoc modo, ut forte legendum: *Hic*, vel *Hinc aliquis cum rogaret causam facinoris, Respondi: Ne quis d. p. i.* Et eleganter, cum in Promythio dixisset, 'malis auxilium ferre,' hic, *improbis prodesse*, subjicit; quod majorem dolorem ex ingrato homine notat.' Ad quæ Desbill. observat: 'At istud est, aut ego fallor, ultra modum philosophari; nam præterquam quod homines aliquando sunt ita perversi, ut sibi a bonis bene fieri nolint; non raro etiam contingit, ut improbi et malefici non modo tales se esse ultro profiteantur, sed et glorientur: illam ergo stultam perversitatem responsioni colubræ Phædrus recte affingere potuit.' 'Malæ notæ vv. nam et frigide repetitur initialis fabulæ sententia, et frigide quærit altera colubra, quod per similem suam naturam scire poterat: deinde *hanc* dubium ad *causam*, an *colubram*, referendum sit, et lusce dictum istud: *Ne quis* discat *prodesse improbis.*' Both. [Locum in Burmannum defendit fusius Schw.]

FABULA XIX.

VULPIS ET DRACO.

VULPIS, cubile fodiens, dum terram eruit,
Agitque plures altius cuniculos,
Pervenit ad Draconis speluncam intimam,
Custodiebat qui thesauros abditos.
Hunc simul aspexit: Oro, ut imprudentiæ 5

Dum Vulpecula, agens suum *cubile, egerit terram, et fodit profundius multos cuniculos, devenit ad imum antri Draconis qui servabat thesauros abditos. Ut illum vidit: Precor primo*, inquit, *ut parcas* meæ *imprudentiæ: dein, si recte in-*

1 Ms. Per. *Vulpes.* Vid. V. L. ad lib. I. 7. 1.—*eruit.* Guyet. legit *ruit*, i. e. fodit; sed vindicat Burmannus vulgatum ex Ovid. Fast. IV. 404. Senec. N. Q. III. 30.—2 Ms. Per. *pluris.*—3 *Intimam.* Sic olim edidi e Cod. Perott. probantibus Censore docto in B. T. 52. p. 192. et Tzschuck. Secuti Brot. Jörd. [Anton.] Ita e conjectura reposuerat Bentl. firmata deinde Codice Per. Vulgo legitur *ultimam*; sic enim habent Mss. Pith. Rem. et Edit. vet. Quod si quis retinere velit, ut præter alios retinent Bipont. et Desbill. neque de ultima parte speluncæ Burmannus vult intelligi, quemadmodum Scheff. explicabat, cui obsequitur Desbill. v. Ter. Phorm. I. 4. 38. neque cum Hoogstratano capi pro, prima, ut 'sanguinis ultimus auctor.' Alii legunt *ultimo*; ita Heins. laudans Salmas. Exerc. Plin. 56. e. Alii, ut Scheff. Hoogstrat. Gud. Walch. Richt. Leonh. Santoroc. *ultimum*, pro, tandem. 'Non id agitur, ad *intimam* speluncam pervenisse vulpem, sed *postremo* ad eam pervenisse: itaque recte se habet *ultim.*' Both.—5 Ouvering. *Oro, ait.* Vid. Not. Toll. in

Digitized by Google

Des primum veniam; deinde, si pulchre vides,
Quam non conveniens aurum sit vitæ meæ,
Respondeas clementer. Quem fructum capis
Hoc ex labore, quodve tantum est præmium,
Ut careas somno, et ævum in tenebris exigas?
Nullum, inquit ille; verum hoc a summo mihi
Jove attributum est. Ergo nec sumis tibi,
Nec ulli donas quicquam? Sic fatis placet.
Nolo irascaris, libere si dixero:
Diis est iratis natus, qui est similis tibi.
Abiturus illuc, quo priores abierunt,
Quid mente cæca miserum torques spiritum?
Tibi dico, Avare, gaudium hæredis tui,
Qui thure Superos, ipsum te fraudas cibo;
Qui tristis audis musicum citharæ sonum;
Quem tibiarum macerat jocunditas;

telligis, quam aurum conveniat parum meæ vitæ, respondeas benigne, qualem utilitatem refers ex isto labore, quave tanta sit merces, ut priveris somno et degas vitam in tenebris? Nulla, ait, o Vulpes: *verum illud mihi imperatum est a magno Jove. Neque igitur tibi concedis quicquam, neque aliis? Sic visum est Fatis. Bona verba, quæso, si dixero libere. Qui similis est tibi, genitus est Diis adversis. Cum tibi sit abeundum illuc quo majores abierunt, quare angis infelicem animum tam cæco furore? Te alloquor, Avare, voluptas tui hæredis, qui subtrahis thus Diis, tibi vero cibos; qui mœstus excipis sonum musicum citharæ; quem hilaritas*

P. III. Phædri p. 176.—7 Prasch. legendum censet *tuæ;* sed recte Scheff. tuetur *meæ*. Vulpes enim de se ipsa loquitur, veluti amoliendæ suspicionis gratia, quasi diceret: Nosti satis, hoc non esse institutum meum, ut cumulem mihi opes, quæ rapto vivo. Itaque quod quæsiturа sum, non ideo facio, tanquam tibi invideam hoc aurum, ipsaque velim habere.—8 Ms. Per. *rapis.* —9 *Tanti* Sciopp. et Heins. quod huic loco minime conveniens, ut recte Schefferus; sequitur enim 'nullum,' quod respondet *τῷ tantum*, non *tanti*. Et præterea tolerabilior correctio Bentl. abjicientis particulam *est*. Sed tamen, emendationis nulla cum sit necessitas, nihil novamus. Lib. II. fab. 3. 6. Ter. Phorm. v. 2. 6. Deinde ut *tantum* hic Phædrus, ita Ovid. ex Pont. II. 8. 11. 'præmia quanta, Dii!' *Burm.* Ms. Pith. vitiose *quod ventum*. v. Gud. [Anton. cum Bentl. delet *est*. Retinet Both. ob variandam orationem.]—11 Ms. Per. *ab summo*. Ita Cuningh.—15 [*s. q. e. t.* malim fere. *Anton.*]—16 sq. His versibus in Mss. Pith. Rem. et Edit. Vet. præfixa est inscriptio: *In Avarum.* —17 Cuningh. *mente cæcus.*—19 Ita libri scripti; Hoogstr. tamen et Brot. receperunt *ipse te;* et præfert Tzschuck. sed v. V. L. ad fab. 18. 3. hujus lib. Tollius: *te ipsum defraudas cibo;* at cf. lib. III. fab. 15. 8.—21 *Jocunditas.* Id est, *jucunditas.* Illud datur, nescio cur; nam et *τὸ jo* produci debet. Sed in prima syllaba *τοῦ macerat* præterea claudicat metrum, nisi produxit noster. *Tzschuck.* Utique Phædrus produxit primam syllabam in *macerat*. Ita etiam Lucret. III. 75. qui locus Desbillonio debetur, coll. Ter. Andr. v.

Digitized by Google

Opsoniorum pretia cui gemitum exprimunt;
Qui, dum quadrantes aggeras patrimonio,
Cœlum fatigas sordido perjurio;
Qui circumcidis omnem impensam funeri, 25
Libitina ne quid de tuo faciat lucri.

tibidrum excruciat; et *cui pretia ciborum eliciunt gemitus: qui, dum addis quadrantes* tuis *bonis, lacessis Deos turpi perjurio: qui recidis omnes sumtus funeris, ne Libitina lucretur aliquid de tuo* funere.

3. 15.—22 Ms. Per. *gemitus.*—23 Corrigit *aggeres* Scheff. scilicet ab *aggerare* deductum credebat; sed nihil opus, cum ab *aggerere* æque commode possit deduci. Senec. Consol. ad Helv. x. ' quid opes opibus aggeritis?' *dum* vero hic, pro dummodo positum, subjunctivum postulat. Et ita *congerere* utuntur, ut mox fab. xxiii. ' ego granum in hyemem congero,' de quo verbo v. Drakenb. ad Sil. v. 266. Sic eodem sensu Petron. cap. 84. ' extruere divitias,' et Hor. Od. II. 3. 19. ' et extructis in altum Divitiis potietur hæres.' Burm. Ms. Per. *quadrante augeas patrimonia:* interpolavit enim Perottus multis locis textum Phædri.—24 Videtur hæc locutio offendisse Heinsium, qui *Cellam*, vel *Alvum fatigas sordida penuria* corrigebat: certe *cœlum fatigare precibus*, et similibus, recte dicimus, et ita millies loquuntur scriptores. Vide præter alios Broukhus. ad Propert. II. 16. 3. sed quomodo *perjurio* nostro *fatigare* possimus *cœlum*, non facile videtur explicatu: nisi ponamus perjurum hunc hominem sæpe a Diis punitum, nec tamen emendatum per pœnas; ut ita quasi fatiget Deos, qui toties coguntur in unum illum pœnas exercere; quomodo ' Juno fatigata,' Herculis noverca, dicitur, qui frustra, ut periret, tot labores ipsi imposuit, ab Ovidio Art. Amat. II. 217. et non admodum dissimili modo Tarquinius dicitur ' fatigasse sævitiam,' a Floro I. 7. et Val. Max. III. 3. ext. 5. ' fatigare tortorum manus.' Nondum tamen mihi in hoc loco plene satisfacio; *sordidum* enim perjurium negotium facessit. Schefferus (etiam Rob. Prevost.) explicat ob rem vilem, minimam; recte quidem, sed an similiter alii unquam locuti? an non potius, qui, mercede exigua accepta, pejerare non formidant: quales tangit Juvenalis Sat. xiv. 217. ' Falsus erit testis, vendet perjuria summa Exigua,' ubi avaritiam, sive sordes, recte Scholiastes notari docet. An *perjurium sordidum*, quo vilissimos quoque homines fallunt? ut ' sordidæ preces' apud Tac. Ann. I. 15. *Burm.* Suspectus possit esse locus hic, cum impium potius sit perjurium. Sed videtur illud intelligere, quod sit ob rem vilem, levem, sordidamque, i. e. avaritiam. Solent nempe avari, etiam minimæ pecuniolæ causa, pejerare. Juvenal. Sat. xiv. 217. de avaro loquens: ' Falsus erit testis, vendet perjuria summa Exigua.' Sic alii, ut non putem, aliquid hic mutandum. *Scheff.*—25 *Funeri.* Sic reposui e Cod. Perotti. Ms. Pith. Rem. et libri editi *funeris*,

NOTÆ

22 *Opsoniorum pretia cui gemitum exprimunt*] Inde facetissimus avari ægrotantis cum medico dialogismus ap. Horat. ' Med. Tu cessàs? Agedum sume hoc ptisanarium oryzæ. Ægrot. Quanti emtæ? M. Parvo. Æ. Quanti ergo? M. Octo assibus. Æ. Eheu! Quid refert morbo an furtis pereamne rapinis?'

23 *Quadrantes*] Quadrans est quarta pars denarii; poniturque hoc loco pro nummis minimis, quibus aggerendis avari rem suam amplificant.

26 *Libitina*] Dea funerum, in cujus templo vendebantur et locabantur necessaria ad funus instruendum.

Digitized by Google

quod etiam retinent Brot. Bipont. Desbill. [Anton.] At lectionem Ms. Per. recepere Cuningh. Heusing. Jörd. Et præfert Tzschuck. Sic enim ei efficacius recte videtur.—26 Olim legebatur *ne quid lucrum.* Ita habent multæ Edd. et Mss. Pith. Rem. quam lectionem tuetur Scioppius auctoritate Plauti, quem ait dicere 'quid facinus,' 'quid nomen.' Sed conjicit Scheff. *quod lucrum*, pro, aliquod; quod placebat Gudio, Gronov. Urs. Guy. et receperunt Bentl. Bipont. Jakob. Idem Guyet. tamen, post Rittersh. Fab. alios, etiam *lucri* legi posse putabat, quod Burm. præfert τῷ *quod lucrum*, ut Ter. Phorm. 1. 2. 11. etsi ediderit *quid lucrum.* Equidem jam olim recepi lectionem Cod. Perott. *lucri*, quæ præter ceteras elegans est. Ita ediderunt Cuningh. Philipp. Brot. Desbill. Jörd. [Anton.] Sic etiam legi volebat Toll.

FABULA XX.

PHÆDRUS.

QUID judicare cogitet livor modo,
Licet dissimulet, pulchre tamen intelligo.
Quicquid putabit esse dignum memoriæ,
Æsopi dicet; si quid minus arriserit,
A me contendet fictum quovis pignore.
Quem volo refelli jam nunc responso meo:
Sive hoc ineptum, sive laudandum est opus,
Invenit ille, nostra perfecit manus.
Sed exequamur cœptum propositi ordinem.

Quamvis invidia dissimulet, recte tamen video, quid nunc teneatur sentire. Quicquid existimabit in fabulis *dignum commendatione, tribuet Æsopo. Si quid placuerit minus, certabit quovis pretio* esse *a me excogitatum. Illam volo confutare modo mea responsione. Seu illud opus sit vituperandum, seu commendandum, Æsopus reperit, nostra industria polivit. Verum teneamus ordinem inceptum nostri instituti.*

1 Mss. Pith. Rem. *judicare cogitur;* sed jam olim Pith. emendavit *cogitet*, quam lectionem secuti plurimi. Perperam tamen lectionem Codicum retinent Rigalt. Nevel. Danet. Bentl. edidit *prædicare cogitet;* sed Burm. verbum *prædicare* neque necessarium, neque huic loco opportunum, esse judicat. Gud. *conetur*, e conjectura. Both. edidit *Quo:* quod magnopere mihi placere fateor.—3 Tres priores hujus fabulæ versus immutavit Perottus, et in duos contraxit: *Heu quantus est semper mortalium livor! Sunt qui quicquid putant dignum memoria.*—4 Ms. Per. *dicunt.*—5 Ms. Per. *contenduntt.*—6 *Quem.* Sic primum scripserat Perottus, sed deinde correxit in *Quos.*—9 Ita emendavit Pith. cum in libris scriptis esset *propositum.* At Gud. legi vult *carpto propositum ordine.* Hunc vs. rejecit Perott.

Digitized by Google

FABULA XXI.

NAUFRAGIUM SIMONIDIS.

Homo doctus in se semper divitias habet.
Simonides, qui scripsit egregium melos,
Quo paupertatem sustineret facilius,
Circumire cœpit urbes Asiæ nobiles,
Mercede accepta laudem victorum canens.
Hoc genere quæstus postquam locuples factus est,
Redire in patriam voluit cursu pelagio
(Erat autem natus, ut aiunt, in Cea insula).

Vir eruditus continet semper in se opes. Simonides, qui composuit pulchros versus, ut ferret commodius pauperiem, cæpit peragrare præclaras civitates Asiæ, celebrans laudes victorum condicto pretio. Postquam evasit dives hoc genere lucri, cogitavit redire in patriam mari (ferunt enim genitum in insula Ceo). Conscen-

1 Rejecto hoc versu Perott. statim incipit.—2 Guyeto et Tollio scribendum videtur *egregia mele*. Sed cum enallage numeri apud poëtas frequens sit, hac emendatione non opus est.—5 Ita legitur in Mss. Pith. Rem. et Edit. Vet. Sed Heins. vult *Pacta mercede*, qua locutione utitur Quintil. lib. XI. 2. narrans historiam de Simonide a Diis servato. Placet ista emendatio Grævio; v. Burm. Syllog. Epp. tom. IV. p. 196. nec non Sattlero. Hoogstrat. vero, Lallem. nec non Editor edit. stereotypæ recepere in textum. Etsi vero *pacta mercede* sæpe et eleganter dicitur, quèmadmodum docent exempla in Not. Heinsii, non ubique tamen debet contra codices obtrudi. v. Burm. Cuningh. *laudes*.—7 Vulgo legunt *Venire;* etiam Desbill. Bipont. sed jam olim recepi veriorem Cod. Perott. lectionem *Redire*, quam reposuerat e conjectura Toll. quæ etiam placebat Heusing. Eandem receperunt Lallem. Brot. Jörd. In Editt. Rittersh. et Neveleti, *cursu pelagi*.—8 Bipont. ediderunt post Cuningh. *Erat autem, ut aiunt, natus in Cea insula*. [et sic Anton. ut etiam Bentl. fecit.] Ouvering. conjicit, *Erat enim*. Rittersh. Nevel. Urs. Dan. Maitt. Didot. al. legunt *Ceo*, s. *Cæo*, a primo casu *Ceos*, qui et ipse usitatus. Teste Neveleto ad marginem Edit. in Ms. Pith. scriptum erat *Scithia;* at notante Heinsio in eodem Cod. Ms. *Sithia* legitur, pro quo vir doctus emendebat *Cea*. Et ita apud Ov. Met. VII. 368. rescribendum docuit. *Cea* quoque apud Val. Max. lib. II. 6. 8. in omnibus Mss. legi, Gud. testatur; Salmas. vero ad oram libri notavit legendum esse ex veteri libro *Ceia insula*. Plin. H. N. lib. IV. 12. 'Ceos, quam nostri quidam Ceam dixere.'

NOTÆ

2 *Simonides*] Lyricus Poëta fuit e Ceo insula, quæstui poësim habuit, et hac arte vitam sustentabat.

8 *Cea*] Insula maris Ægæi. Unde Ovid. 'Cingitur Ægæo nomine Cea mari.'

Digitized by Google

Ascendit navem, quam tempestas horrida
Simul et vetustas medio dissolvit mari.
Hi zonas, illi res pretiosas colligunt,
Subsidium vitæ. Quidam curiosior:
Simonide, tu ex opibus nil sumis tuis?
Mecum, inquit, mea sunt cuncta. Tunc pauci enatant,
Quia plures onere degravati perierant.
Prædones adsunt, rapiunt, quod quisque extulit,
Nudos relinquunt. Forte Clazomenæ prope

dit navem, quæ distracta est medio in mari, tum sæva tempestate, tum simul vetustate. Alii summa ornamenta, alii pretiosa quæque, in sustentaculum vitæ. Quidam curiosior, dixit: *Simonide, tu colligis nihil ex tuis bonis? Habeo, inquit, omnia mecum. Tum pauci evadunt* incolumes, *quia multi, oppressi sarcinis, extincti fuerant* in undis. *Latrones assiliunt, auferunt quod quisque servaverat*, et *dimittunt spoliatos. Fuit forte urbe prope antiqua*, dicta *Clazomenæ, in*

—9 Heins. hic malit *Escendit*: sed licet hoc vocabulum probæ sit notæ, non tamen ubique intrudendum puto, ut sæpe viros doctos nimis hoc affectasse video. Et tentavit etiam Heins. lib. II. fab. 4. 6. *Burm.*—10 *Et* abest in Ms. Per. Bentl. *ut dissolvit*, solenni more, quod si admittatur, indicaret, illos collegisse zonas et res pretiosas, postquam dissoluta navis jam esset; quod absurdum. Sed in vulgata lectione colligunt vectores res; dum vident in eo esse, ut dissolveretur navis, cum præsens periculum et instans viderent ante oculos. Et ita hic *dissolvit* nondum ipsam navis dissolutionem, sed instantem notat, ut viri docti notarunt ap. Suet. Cæs. 29. 'cum adversariis pepigit,' id est, voluit pacisci; et alia apud alios. Ita apud Luc. Evang. v. 6. διεῤῥήγνυτο δὲ τὸ δίκτυον: *Dirumpebatur rete.* Quod si fuisset ruptum, elapsi forent omnes pisces; sed in eo erat, ut rumperetur. Ita Judas ὁ παραδιδοὺς, qui moliebatur prodere, Matth. XXVI. 25. et ita Græci et Latini passim. Præterea Heins. volebat *dissolvunt*, quia *tempestas* et *vetustas* hoc requirere videtur: sed quot loca corrigenda essent, si hoc ubique esset observandum, ut multis ostendimus ad Ovid. Art. II. 81. et Met. VIII. 790. ubi pro arbitrio et ratione metri sæpe variasse poëtas docemus. *Burm.*—11 Non absurda est suspicio Heinsii, non ipsas zonas, sed res pretiosas, in zonis reconditas, voluisse servare, et ideo legit, *Hi zona et illi res pretiosas colligunt.* Sed quid significat, *res pretiosas colligere zona?* an in zonam collectas congerere? nescio an ita liceat loqui. Sed si Heinsii explicatio probetur, legerem, *colligunt*, a *colligere*, ut in simili re nequam ille apud Petron. Giton. c. 114. 'zona circumvenienti se et amatorem suum præcinxit.' Ego tamen a vulgata nondum discedere possum, quia *hi* et *illi* diversas res agere debent, et potuere res pretiosas extra zonas habere. *Burm.* Cuningh. edidit: *Hi zonas tum, i. r. p. colligunt.*—13 Ms. Per. *Simonide, inquit, tu nihil ex....* In hoc versu interrogationis nota deerat, quam addidit Rittersh.—15 'Mihi hic v. de glossa suspectus. *Quia* positum insolite pro *quoniam*; deinde tota sententia languet, immo falsa est, quia etiam alias ob causas perire illi poterant, quam gravitate sarcina-

NOTÆ

17 *Clazomenæ*] Urbs fuit Asiæ minoris in Ionia, et in ora maris Ægæi et sinus Smyrnæi, media inter Smyrnam ad ortum, et Chium ad occasum.

Digitized by Google

Antiqua fuit urbs, quam petierunt naufragi.
Hic literarum quidam studio deditus,
Simonidis qui sæpe versus legerat,
Eratque absentis admirator maximus,
Sermone ab ipso cognitum cupidissime
Ad se recepit; veste, nummis, familia
Hominem exornavit. Ceteri tabulam suam
Portant, rogantes victum. Quos casu obvios
Simonides ut vidit, Dixi, inquit, mea

quam naufragi se recipiunt. Hic vir *quidam addictus literis, qui legerat sæpe carmina Simonidis,* illum*que absentem plurimum admirabatur, excepit apud se amantissime* Simonidem *quem agnoverat verbis,* et *dedit vestes, nummos,* et *servos. Alii* naufragi *ferunt suam tabulam, petentes stipem. Cum Simonides forte*

rum. Rescribo, h. v. deleto, *Mecum...cuncta: pauci ut enatant, Prædones, &c.*' Both. [Ne *pau.* occultetur thesi, possit legi *p. tum.* Anton.] Ms. Per. *nam perierant.* Heins. *perierunt*, correpta penultima, ut '*cœperunt*' lib. IV. fab. 15. 2. '*abierunt*' lib. IV. fab. 19. 16. '*præbuerunt*' lib. II. fab. 4. 24. Heinsium secuti Guy. Salmas. Gronov. Hoogstrat. Richt. Burm. qui h. l. argutatur, alii. At recte Desbill. 'Burmannus conjecturas quorundam inanes et exemplum Hoogstratani secutus reposuit, *perierunt;* atque in sua editione ultima: Non video, inquit, quare *perierunt* debeat mutari. Si credidit, hanc fuisse veterem lectionem, falsus est: legitur enim *perierant* in Codd. Mss. et in plerisque editionibus.' Rigalt. in Edit. 2. Faber, Nevel. Urs. Maitt. Bentl. Brot. Cuningh. Lallem. Bip. [Anton.] *perierant* recte retinent.—17 Mss. Pith. Rem. Perott. *Clazomene.* Ita nonnulli ediderunt; sed *Clazomenæ* rectum.—21 Ouvering. *Fueratque absentis;* sine auctoritate.—22 *Ab* deest in Ms. Per. —23 Perott. *receptum.*—24 *Tabulam Portant.* Ita recte Gud. et alii: male *Porgunt*, pro porrigunt, hic intrudunt, (ut Prasch. Salmas. Heins. Ursin. Gronov. Rittersh. Wasius in Senar. p. 153. nec Scheffero displicet), quod et Scalig. in ora notaverat. Tabellam enim, in qua depictum erat naufragium, humeris suis, aut ex collo pendentem portabant, sed manus porrigebant ad stipem accipiendam. Vid. Pers. Sat. I. 89. et ibi Casaub. et antiquus Commentator Horatii ad Od. I. 5. naufragia picta *circumferre* solitos dicit, ubi et Torrent. et Lambin. videndi. *Burm.* Ms. Pith. habet *Poriant*, teste Gud. *i* et *t* enim sæpe in Mss. confunduntur. Nevel. edidit *Porrigunt.*—25 *Obvios.* Ita olim edidi e Cod. Per. ut jam Salmas. Bentl. alii voluerant, invito Burm. Eandem lectionem recepere Heusing. Cuningh. Lall. Brot. [Anton.] At Desbill. cum Bipont. retinet vulgatum *obvius.*—26 Non est interrogativum (quod Prasch. et Desbill. putant). Tacitam continet exprobrationem. Plaut. Asin. '*Dicebam, pater, ne matri consuleres male.*' *Scheff.* Adde exempla in Edit. Burmann. Ita quoque capit Burm. præter alia notans locum Prop. I. 9. 1. '*Dicebam tibi venturos, irrisor, amores,*' ubi v. quæ notat Passerat.

NOTÆ

24 *Tabulam Portant, rogantes victum*] Sic enim Juven. '*Et picta se tempestate tuetur.*' Nam moris erat ut naufragi in tabella ab humeris dependente ferrent pictum naufragium, mendicantes stipem. Idem Juven. '*Mersa rate naufragus assem Dum rogat.*'

Digitized by Google

Mecum esse cuncta; vos quod rapuistis, perit.

fortuna incidisset in illos: Dixi, ait, mea bona esse mecum, vos autem amisistis quod extuleratis.

Idem tamen Burm. observat, Terentium hoc fere sensu sæpe per interrogationem esse locutum, e. g. Andr. III. 5. 15. Adelph. I. 2. 3. sed addita plerumque interrogandi particula. Hinc suspicatur Desbill. Phædrum scripsisse: *dixin, ait, mea Mecum esse cuncta?*—27 Bentl. qui verbum 'habere' loco suo præter jus movit lib. III. fab. 3. 4. hic illud restituit, et pro *rapuistis, habuistis* legit. Sed ita perit omnis venustas dicti. *Burm.* Cuningh. perperam *retulistis.—perit.* Perott. *periit;* ita et Nev. Hoogstr. *perIt;* Salmas. *vobis quod raptum est perit. Perit*, pro *periit*, familiare poëtis. [*periit* Anton.]

NOTÆ

27 *Mecum esse cuncta*] Tribuitur et Bianti hoc dictum apud Lærtium, a quo traduxisse Phædrus hoc videtur ad Simonidem.

FABULA XXII.

MONS PARTURIENS.

Mons parturibat, gemitus immanes ciens;
Eratque in terris maxima expectatio.
At ille murem peperit. Hoc scriptum est tibi,
Qui, magna cum minaris, extricas nihil.

Mons proximus partui edebat grandes gemitus, et erat summa expectatio in terris. Verum peperit murem. Hoc tibi dicitur, qui, cum jactitas magnifica, perficis nihil.

1 Romulus Divion. male, *quidam mons parturiebat geminos magnos:* melius Romulus Ulm. et Vincent. *dabat gemitus magnos.*—3 In Rittersh. editione, quam sequuntur Rigaltius in Edit. 1. et 2. Nev. et Urs. (nisi quod hic lacunam post *peperit* ex Anonymo Neveleti ita expleat, *Metumque risus solvit*) reliqua huj. fab. pars sic legitur: Eratque *in terris maxima exspectatio, Quid ille pareret; at ille murem peperit.* *** *Hoc scriptum est tibi, Q. m. c. m. e. n.* Recte Rigalt. in Ed. 3. *quid ille pareret* abjecit, quem deinde alii secuti sunt, quia hæc lectio, judicante Heinsio, haud dubie ex glossa orta est, qua quis antecedens *expectatio* interpretatus fuerat.

NOTÆ

1 *Mons parturibat*] Notus est ad hanc fab. versus Horat. 'Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.' Et alio in loco: 'Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?' De magnificis, verum inanibus, promissis et molitionibus.

Digitized by Google

FABULA XXIII.

FORMICA ET MUSCA.

FORMICA et Musca contendebant acriter,
Quæ pluris esset. Musca sic cœpit prior:
Conferre nostris tu potes te laudibus?
Ubi immolatur, exta prægusto Deum,
Moror inter aras, templa perlustro omnia.
In capite regis sedeo, cum visum est mihi,
Et matronarum casta delibo oscula,
Laboro nihil, atque optimis rebus fruor.

Formica et Musca disputabant ardenter, utra præstaret. Musca incepit prima: Tu potes te comparare nostris laudibus? Ubi mactatur victima, *prælibo viscera* oblata *Diis. Versor inter altaria,* et *pervado omnia delubra. Ubi placet, insideo capiti regum, et deosculor caste nobiles fœminas. Ago nihil, et vescor*

1 Vulgo, e. g. in Edit. Rigalt. 1. Ursin. præmittitur e Cod. Pith. Rem. versus: *Nihil agere, quod non prosit, fabella indicat,* quem ex lib. III. fab. 17. huc irrepsisse credunt Gud. et Heins. licet Heins. ibi notaverit, fictum esse ex hoc loco. Burm. abesse jussit. Recte; cum etiam desit in Ms. Perotti, et sub finem fabulæ scopus et propositum auctoris adjiciatur.—3 Walch. jubet legi *Conferri* (quod est in Ms. Gud. i. e. Pithœi) *nostris num potes te laudibus?* et *conferri* explicat pro comparari. Ego illa non capio. Saltem *tu* dedisset, ut Latina esset oratio: nam utrumque dici potest *conferri laudibus,* et *se conferre.* Vid. ad Ovid. Ep. XVI. 203. et Ex Pont. I. 1. 25. 'Nec me nominibus furiosus confero tantis,' et ita centies. Sed *conferri te potes,* nescio qui explicari possit. *Burm.* Vulgata lectio *Conferre* etiam defendi potest e Romulo Divion. et Ulm. qui habent: *Musca sic cœpit prior: numquid te nostris potes comparare laudibus?* Ita quoque Vincent.—8 Mallet Hoogst. cum Heinsio, *Nihil laboro,* quod reddat versum ornatiorem; præterea sequitur

NOTÆ

4 *Immolatur*] Vox illa proprie significat, victimam mola salsa conspergere. Unde immolatio est quasi molæ in caput victimæ aspersio. Quia autem in sacrificiis mactabatur victima, usurpatur vox *immolari,* pro mactari, frequentissime apud auctores.

Exta prægusto Deum] Id est, Diis oblata. Exenterata enim victima sacerdos cultro ferreo exta rimabatur, postea farina farris ea involvebat, et aris imposita comburebat in honorem Deorum. Exta vero tribuebantur Diis, quia per ipsa voluntas Deorum innotescebat.

Digitized by Google

Quid horum simile tibi contingit, Rustica?
Est gloriosus sane convictus Deum,
Sed illi, qui invitatur, non qui invisus est.
Aras frequentas: nempe abigeris, quo venis.
Reges commemoras, et matronarum oscula;
Super etiam jactas, tegere quod debet pudor.

rebus optimis. Quid simile horum tibi accidit, o agrestis? Est gloriosum, fateor, o Musca, uti convictu Deorum, sed gloriosum *illi, qui vocatur, non qui venit odiosus. Memoras reges, et oscula nobilium mulierum: cum ego recondo diligen-*

atim 'Nihil laboras.'—9 Bentl. legit, *Quid horum simile tibi? Contra infit rustica:* propterea satis agitatus a viris doctis, Hario et Burm. Convicium enim, quo formicam lacerat musca, tollens, omnem poëtæ venustatem adimit. Deinde quis crederet, verbo eleganti et obvio librarium aliud et antiquatum fere, et quo Phædrus, cujus fabulæ tamen dialogi pleræque sunt, nunquam usus est, vocabulum *infit* substituisse? Deinde cum in laudes formicæ, quæ multi laboris, imago est viri diligentis et providi patrisfamilias, fabula sit conficta, si poëta ex sua persona eam *rusticam* vocaret, absonum foret; sed ex decoro muscæ insolenti et superbæ hoc dat convicium, quæ inter aras et templa vivens ipsi exprobrat vitam duram et asperam, quam ruri agit. Vid. Burm.—*contingit.* Per. *contigit.*—10 *Sane.* Ita Mss. Pith. Rem. sed Cod. Perotti, quem sunt secuti Lallem. Sanad. et Philipp. *plane.*—11 Bentl. Caninghi. Onvering. Toll. *invitatus,* e conjectura. [Sic et Anton.]—12-17 Hos versus Guyetus hoc ordine legi vult: 1 Reges commemoras. 2 Superba jactas. 3 Aras frequentas. 4 Nihil laboras. 5 Ego granum. 6 Te circa murum. Bentl. locum ita exhibet: 1 Reges commemoras. 2 Super etiam jactas. 3 Ego granum. 4 Te circum rura. 5 Aras frequentas. 6 Nihil laboras. Burm. vero de transpositione versuum unicuique judicium suum relinquit; ipse sequitur Editiones vulgatas: 1 Reges commemoras. 2 Ego granum. 3 Te circa murum. 4 Aras frequentas. 5 Nihil laboras. 6 Superba jactas. Ita præter alios Bipontini. Alii aliter; vid. e. g. Clav. Schirach. P. 1. p. 238. Ego quidem non sine causa parui Desbillonio, ad vs. 12. observanti: 'Hujus et sequentium quinque versuum facta est a Criticis turbida et infelix, opinor, transpositio contra Mss. Codd. auctoritatem. Primus anno 1596. turbavit ipse Pithœus, invita sui exemplaris lectione, ediditque tali ordine: 1 Reges commemoras. 2 Ego granum. 3 Te circa. 4 Aras frequentas. 5 Nihil laboras. 6 Superba jactas. Hunc secuti sunt Rittersh. Rigalt. in 2. et 3. sua Editione; Faber, Scheff. Hoogst. Burm. et alii permulti. Bentl. ab istis paulo diversus abiit, nec minus longe a vetere scriptura recessit. Nos illorum omnium conjecturas, nullo rationum pondere suffultas, Mss. auctoritati nentiquam esse anteferendas judicavimus; et sex illos versus in eum revocavimus ordinem, quo fideliter exscriptos editiones Rigaltii prima, atque Hanoviensis et Neveletana, ipsos repræsentant. Immo, ut hoc modo disponerentur, postulare videbatur ipsa orationis connexio. Sic enim quæcumque Musca jactavit, suo quæque ordine a Formica refutantur. Idem sensisse mecum spero Brotier. quoniam hos versus eodem, ac ego, curavit ordine disponi.' Qui ordo, a Desbillonio constitutus, post Rigaltium et Neveletum, cum nitatur auctoritate Codicum et ipso orationis nexu, quem respiciendum esse frustra negat Lang. reliquis conjecturis omnibus merito præferendus. Eundem sequuntur præter Brotierium Toll. Lallem. et Editor Editionis stereotypæ.—14 Jam olim recepi lectionem Mss. omnium Pith. Rem. Perott. *Super etiam jactas,* pro, *Superba jactas,* quod fide Gudii Pithœus primum e conjectura dedit, et quod non pauci tuentur Editores. Cum enim musca formicam vocasset *rusticam,* congruens esse putat Burm. ut respondæ-

Digitized by Google

Nihil laboras: ideo, cum opus est, nil habes. 15
Ego granum in hyemem cum studiose congero,
Te circa murum pasci video stercore.
Æstate me lacessis; cum bruma est, siles.
Mori contractam cum te cogunt frigora,
Me copiosa recipit incolumem domus. 20
Satis profecto retudi superbiam.

ter frumentum in hyemem, te aspicio circa murum vescentem sordibus. Moraris inter aras, sed expelleris illuc *unde venisti. Non laboras, idcirco eges ubi ingruit necessitas. Jactitas insolens quod verecundia debet occultare. Irritas me æstate; obmutescis hyeme: cum frigus te cogit mori rigentem, ego recipior salva in ædes abundantissimas. Repressi profecto satis* tuum *fastum. Hic apologus distinguit*

ret etiam convicio, et eam *superbam* vocaret; sed Censor doctus in B. T. præfert *Superba*, quia oppositio, *tegere quod debet pudor*, postulare istam lectionem videatur. At ego contra fidem Codicum, si vulgatum sanum sit, novas lectiones non fingendas esse arbitror. *Super etiam* receperunt Bentl. Bipont. Desbill. [Anton.] et placet ista lectio Gudio, Salmas. de Schirach. Clav. P. 1. p. 238. At Heins. conjicit *Super et jam*, vel *hoc*; in editione vero Cuninghami vs. 14. deest.—*debet pudor*. Ms. Pith. *debes*; vid. Nevelet. ad marginem Editionis. Placet hæc lectio Gudio et Heinsio. Bentl. edidit *jubet pudor*.—10-15 Bothius hunc locum ita exhibet: *E. g. sane c. D. S. i. q. invitatus, n. q. i. e. Aras frequentas? N. a. cum v. Super etiam jactas, t. q. j. pudor, Reges commemorans et m. oscula? Nihil laboras? i. c. o. e. n. h.* Idem observat: 'Continuitatem orationis restituere nos studuimus; insuper etiam scribentes *cum venis*, pro *quo venis*, quoniam, aris nominatis, incertum non est, quo musca veniat.' *Cum venis* recte recepta videtur censori Lipsiensi. Ceterum ordo versuum in nostra editione a Bothiano non multum abhorret. —17 Vulgo legitur *video pasci*; sed cum Perotto et Heusing. mallem *pasci video*; sicque olim edidi. *Te circa murum*. Bentl. *Te circum rura*, invito Burmanno.—18 Ita Mss. Pith. Rem. et Ed. Vet. At Ms. Perott. *cur bruma siles?* Non invenuste, judicante Burm. et recepit Brot. Sanad. vero et Philipp. *at bruma siles?* [Malim *b. c. e.* Anton.]—21 Burm. hæc non apte satis modestæ formicæ dari censet (neque ita solet poëta), fabellam in priore versu finiens et legens: *Satis profecto retundit superbiam Fabella talis, hominum discernens notas, Eorum, &c.* (Nam τὸ *profecto* est approbantis et docentis Phædri, et noster in simili prorsus de fabula præcedenti judicio lib. III. fab. 19. 'Sensit profecto.') Si tamen plura mutari non placet, interrogationis tantum notam addendam putat: *Satin' profecto retudi superbiam?* Sed interrogationi obstat *profecto*. Forte, *Satis profecto retudit superbiam*, formica scilicet, ex Phædri judicio. *Heusing.* Conjectura Heusingeri, si quid mutandum, præferri recte posse videtur. Recipi quoque posse censet Tzschuck. cui oratio in vulgato languere videtur; nec displicet Langio. Sed sine auctoritate Codicum haud quicquam mutare ausus sum. Evanuerat autem, teste Burm. in Ms. Per. vox *retudi*, unde non patet, quomodo legerit Perottus. Multi, etiam Bentl. Brot. Bipont. ediderunt *rettudi*, de quo inepto Grammaticorum commento, ut vocat Burm. vide ad lib. III. fab. 18. 10. At

NOTÆ

18 *Bruma*] Bruma dicitur dies solstitii hyemalis, quod accidit die 20. aut 21. Decemb. quo die sol ad nos redit.

Digitized by Google

Fabella talis hominum discernit notas
Eorum, qui se falsis ornant laudibus,
Et quorum virtus exhibet solidum decus.

hominum caracteres; illorum qui se efferunt mentitis laudibus, et eorum quorum virtus confert veram gloriam.

cum in Ms. Pith. sit *profector et tudi*, hinc putat Hoogstr. lectionem *rettudi* non penitus esse spernendam, quam etiam exhibere Cod. Rem. testatur Brot.—22-24 Hosce versus Perottus more suo abjecit. Eosdem Phædro abjudicat Kohlius, Comment. crit. Pentad. I. Loc. 49. p. 121. scribens: 'Phædri non esse statim ex ipsa dictione colligas. Observandum, poëtam h. l. præceptum non addidisse, incluso his ultimis verbis argumento: *Satis profecto rettudi superbiam.* Sunt enim quædam fabellæ, quibus præceptum expressis verbis appositum non est lib. III. fab. 1. lib. v. fab. 10. lib. II. fab. 5. lib. IV. fab. 24.' At ego non temere abjiciendos puto, cum fabula non ad eos solum pertineat, qui se falsis ornant laudibus, i. e. superbos; verum etiam eos, qui virtute et meritis veram solidamque gloriam consequuntur, qualem consequitur formica, providi et diligentis viri imago. Ex quo efficitur, verbis, *Satis profecto retudi superbiam*, præceptum fabulæ non includi. Deinde locutio *virtus exhibet solidum decus*, fateor, ad singulares Phædri referenda; sed quot Phædri versus sic essent abjiciendi? Ut omittam, exempla a Kohlio prolata, non probare, quod probandum erat.—23 Cuningh. *Et horum.*

FABULA XXIV.

SIMONIDES A DIIS SERVATUS.

QUANTUM valerent inter homines literæ,
Dixi superius: quantus nunc illis honos
A Superis sit tributus, tradam memoriæ.

Ostendi supra, quantæ artes essent auctoritatis inter homines: nunc prodam posteris, quanta ipsis gloria sit concessa a Diis. Simonides idem ille, de quo men-

1-3 Hosce versus omisit Perottus.—2 Ouvering. *quantus etiam illis*, recte

NOTÆ

2 *Dixi superius*] Cum nempe retulit Simonidem naufragum invenisse Clazomenis virum qui hunc excepe-rit, ornaveritque rebus omnibus, ob illius peritiam, eruditionemque singularem.

Digitized by Google

Simonides idem ille, de quo retuli,
Victori laudem cuidam Pyctæ ut scriberet,
Certo conduxit pretio: secretum petit.
Exigua cum frænaret materia impetum,
Usus poëtæ, ut moris est, licentia,

tionem feci, pactus est certa mercede canere laudes cujusdam pugilis victoris. Secessit. Cum vero *vis* ingenii *languesceret angusto argumento, usus* est, *juxta*

improbante Tollio. Vid. P. III. Phædri p. 178.—4 Ita Mss. Pith. Rem. et Edit. Vet. Sed Ms. Perotti, quem perperam secutus est Philipp. *Simonides ille, supra de quo retuli.*—5 *Victori.* Sic bene legitur in Cod. Perott. et ita olim Rittersh. Scheff. et Gronov. correxerant, pro vulgato *Victoris*, quod habetur in Mss. Pith. Rem. et Edit. Vet. et quod tuetur Richter. in præf. et recepere Brot. atque Desbill. Sed rejiciendum recte videtur Burmanno, quia ex ea lectione is sensus exit, ut scripserit, a quodam mercede conductus, laudes victoris pyctæ, diversi ab illo, qui conduxerat. Cicero etiam de Or. lib. II. 86. in ipsum Scopam, apud quem cœnabat, Simonidem carmen scripsisse narrat. *Victori* receperunt, præter Burmannum, Philipp. Lallem. Bipont. Jörd. alii. Contra Desbill. legit et interpungit: *Victoris laudem, cuidam pyctæ ut scriberet, C. c. p.* hoc sensu: Conduxit laudem, qualis in victores componi solebat, ut eam cuidam pyctæ scriberet. Nec desunt, qui jungant, *Victoris laudem cuidam pyctæ ut scriberet*, quæ vertit Brot. *il étoit convenu, de composer un éloge de vainqueur pour un certain athlete.*—6 *Conduxit.* Sic optime legitur in Mss. Pith. Rem. testibus Gudio et Brot. Sicque ediderant Pith. et Rigalt. in Edit. 1. quod amplexi sunt Rittershus. qui ex jure, in quo hoc verbum frequens, illustravit, Nevel. Ursin. multique alii. At Meurs. mutavit in *condixit* (quod et Salmas. et Scalig. probant), addens: 'Simonides enim non *conduxit*, sed *conductus erat.*' Et hinc Bentl. legit, *conductus pretio.* Sed erravit Meurs. ignorans vim et usum verbi *conducere*, quem vindicat Burm. ad h. l. Nihilo secius *condixit* præferunt Rigalt. in Edit. 2. Faber, Hoogstr. Maitt. Danet. Leonh. Richt. Scheff. Harius, Lallem. Didot. Dispontin. de quo vide Burmannum, multis contra Harium disputantem. —*petit.* Mallent Rittersh. et Scheff. *petlt*, ut fab. 21. 25. 'perIt.' Secuti Hoogstr. Walch. Maitt.—*secretum.* Gud. *decretum*, quod merito displicet. Vid. Not. Gud.—8 In Mss. Perotti legitur: *Usus poëtæ more et licentia est*, pro, *usus poëtæ more est et licentia.* Sic olim edidi, improbante Censore docto, in Ephem. Norimb. ann. 1780. Partic. 99. p. 806. Placebat tamen hæc lectio Heusingero, et recepere Lallem. Brot. Jörd. Non contentus vero hac scriptura Burm. legendum proponebat: *Usus poëta more est et licentia.* In Mss. Pith. Rem. et Edit. Vet. et Rittershusii, est, *Usus poëtæ moris est licentia.* Hinc emendatum, *Usus poëtæ, ut moris est, licentia.* Ita legunt permulti; sicque locum expeditum putat Tzschuck. Neque propterea cum Brotierio hæc lectio rejicienda est, quia lib. v. fab. 1. 8. Phædrus dicat, *ut mos est*, non, *ut moris.* Loco enim citato est, *ut mos est vulgi*, non, *ut mos est.* Vulgatum vero interpretantur: *Usus licentia poëtæ, ut moris est;* etsi nonnulli, ut Ursin. et Ouvering. *est* referant ad *usus*, quod non est necesse; cum sub *usus* facile subintelligi possit. Bentl. post Rittersh. *Usus poëta moris est*

NOTÆ

5 *Pyctæ*] Πυκτὴς significat, pugil: Sed melius restitutum *pyctæ*. legebatur antea *picte*, id est, ornate.

Digitized by Google

Atque interposuit gemina Ledæ sidera,
Auctoritatem similis referens gloriæ.
Opus approbavit; sed mercedis tertiam
Accepit partem. Cum reliquüm posceret,
Illi, inquit, reddent, quorum sunt laudes duæ.

consuetudinem, libertate poëtarum, et inseruit in opus *ambo sidera Ledæ, proponens exemplum laudis paris. Laudavit opus; verum donavit* poëtæ *tertiam partem præmii. Petenti reliquam, dixit: Persolvent* tibi *illi duo qui habent* partem

licentia, in qua lectione Hario displicet *licentia moris*. Hos sequitur Desbill. Heins. *poëtici est moris licentia*, in qua emendatione numeros insuaves sibi accidere fatetur Harius; Burm. *Usus, poëtæ* (i. e. poëtis; vid. lib. IV. fab. 13. 1. Ovid. Trist. II. 507.) *ut moris est, licentia;* vel, *Usus, poëtæ* (Simonidis) *ut mos erat, licentia*. Hunc enim præcipuum morem fuisse Simonidi, testis est Schol. Pind. Nem. IV. 60. Salmas. et Freinsh. distinguunt, *Usus, poëtæ, ut moris, est licentia;* Gud. vero conjicit, *Usus poëtici moris est licentia*, in qua lectione Burm. numeros turbari contendit; Walch. *Usu poëtæ, ut moris est, licentiæ*, quod explicat: Cum poëtarum licentia, ut alias moris est, uteretur. Gronov. Ursin. et Scheff. *Usus poëta, ut moris, est licentia;* Toll. *Usus, poëtis ut mos est, licentia;* Bipont. post Burm. *Usus, poëtæ ut moris est, licentia*. In tanta conjecturarum diversitate præstat inhærere vulgato, nisi quis satius ducat, lectionem Mss. Perott. amplecti, [quam sequitur Anton.]—9 Facile potest *est* subintelligi sub *Usus*. Aliter cum Guyeto scriberem *Apte* (quod etiam placet Walchio). *Burm.* Vide tamen mox ad vs. 10.—10 Bentl. enervans egregium hunc versum, legit: *Auctoritatis illa referens gratia*. Sed recte hæc refutavit Harius. *Burm.* Ita bene Mss. Pith. Rem. et Vet. Edit. In Ms. Per. *Auctores aptæ*. Inde Sanad. et Philipp. frustra emendavere: *Auctores apte s. r. gloriæ*. Brot. Lectionem Cod. Per. Burmannus tolerabilem judicat, si *apte* pro *aptæ* legatur.—12 Mss. Pith. Rem. et multæ Edd. Rittersh. Nev. Rigalt. 2. Fab. Ursin. Scheff. Maitt. Brot. al. habent *reliquam;* quod de duabus partibus dici non potest; duæ autem restabant, cum Simonides tertiam accepisset partem, altera Castoris, altera Pollucis. Leonh. tamen *reliquam* retineri posse censet, si subintelligatur *mercedem*. Walch. etiam *reliqua* legi posse putat, vel *reliquas*, ut jamjam conjecerat Gud. Heins. *Cumque reliquum*.—13 Sic legitur in libris scriptis, Pith. Rem. Ita ediderunt Rittersh. Nev. Fab. Rigalt. in Ed. 2. Ursin. Santor. Danet. Walch. Brot. Desbill. At Scheff. reponit *laudis duæ*, ut sit sensus: Illi, quorum sunt duæ

NOTÆ

9 *Gemina Ledæ sidera*] Intellige Castorem et Pollucem, Ledæ ex Jove filios. Jupiter enim mutatus in cycnum cum Leda concubuit, ex quo concubitu Leda dicitur peperisse duo ova, ex quorum altero nati sunt Pollux et Helena, ex altero vero Castor et Clytæmnestra. Occiso autem Castore a Lynceo, Jupiter concessit Polluci, ut alternaret immortalitatem suam cum fratre Castore. (Hic enim cum Clytæmnestra ex Tyndaro rege oriundus, alter vero ex Jove, fingebatur.) Unde Virgil. 'Si fratrem Pollux alterna morte redemit, Itque reditque viam toties.' Vocantur vero ab astronomis, Gemini.

10 *Auctoritatem similis referens gloriæ*] Vult retulisse Simonidem quæ de simili Castoris et Pollucis victoria memorantur.

Digitized by Google

Verum, ut ne irate dimissum te sentiam,
Ad cœnam mihi promitte, cognatos volo
Hodie invitare, quorum es in numero mihi.
Fraudatus quamvis, et dolens injuria,
Ne male dimissus gratiam corrumperet,

laudum in tuo opere. *Sed ne intelligam te* a me *recessisse iracunde, condic mihi ad cœnam; volo vocare hodie agnatos, quos inter te pono.* Hic *licet delusus, et impatiens injuriæ, condixit* illi, *ne perderet beneficium male repudiatum. Venit*

reliquæ partes laudationis, reddent tibi quod postulas; ego enim quod pactus sum pro mea parte solvi. Scheffero obsecuti sunt plurimi, etiam Burm. Bipont. et placet Tzschuck. cum *laudes* sit remotius. Sed Faber legit et interpungit: *Illi, inquit, reddent, quorum sunt laudes, duo.* In Ms. Perott. quem sequuntur Sanad. et Philippus, legitur, *quorum sunt partes duæ;* ut olim conjecerat Bentl. etsi in textum recepisset, *quorum sunt laudis duæ.* [Hoc edidit Anton.] Equidem accedo Desbillonio, lectionem Codicum strenue tuenti. [Bentl. *reddant*, quæ non erat necessaria. *Anton.*]—14 Hunc locum varie, sed sine necessitate, solicitant Critici. Libri scripti, Mss. Pith. Rem. et Edit. Vet. habent, *Verum ut ne irate te dimissum sentiam*, pro quo in Editt. Rigalt. 2. Fabri, Scheff. Leonh. Freinsh. Hoogstrat. Richt. Maitt. Walch. Philipp. est, *Verum ne i. d. t. s.* Sed *ut ne*, quod in Ms. Rem. inveniri diserte testatur Gudius, rectum est. Tuetur etiam Vlit. ad Grat. Cyneg. vs. 240. p. 196. Burm. ' Posset,' inquit, ' et legi, *Verum ut ne ingrate te dimissum censeas:* et ita video etiam Heinsium in Ep. VIII. ad Scheffer. censuisse, qui etiam alteram ipsi conjecturam excutiendam dat, *Verum ut ne iratum dimisisse censeas*, servans utrobique *ut ne*, quod est in Mss.' Bentl. conjicit, *Verum ut ne irate te dimissum censeas;* Heins. vero præter alia modo memorata, *Verum ne ingrate te dimissum sentias;* vid. Not. in Edit. Burm. Heusing. præstare omnibus his conjecturis statuit Perott. Cod. lectionem: *Verum ut sine irate dimissum te sentiant*, pro, *Verum ut sine ira te dimissum sentiant*, hoc sensu, ut ait Burm. ne Castores sentiant, me invidisse laudibus eorum, aut te ideo iratum dimisisse. Hanc lectionem suæ etiam conjecturæ Burm. præferre non dubitat; Censor doctus vero in Ephem. Götting. ann. 1781. tom. 1. Partic. 51. istam Ms. Perott. lectionem censet esse genuinam; et placet Schulzio. Quam tamen ut recipiam, ego quidem nondum possum adduci; etsi mallem legere cum Rittershusio et Desbill. *Verum ut ne iratum dimissum te sentiam.* Cuningh. edidit, *te dimissum sentiant.*—*irate.* Varie emendant, *ira te, irate te, iratum te.* Nil probat Scheff. sed, quia *sentiam* non bene concoquit, legit *sentias*, hoc sensu: solvent illi duo, quos pariter mecum laudasti, reliquum. Ne tamen putes propterea, quod eorum laudes admiscueris meis, esse me tibi iratum, ecce signum certum amicitiæ, voco te ad cœnam. Sed *sentiam* probum est, recte judicante Burm. Nam si non pronitteret ad cœnam, iratum inde colligeret Simonidem Scopas. [Anton. edidit: *V. ut ne iratum te dimissum sentiam.*]—15 Perott. *Ad cœnam mecum veni*, quod non accedit ad elegantiam vulgatæ lectionis. Vid. Burm. in præf.—16 Heins. ut sensus sit apertior, refingit *esto.* Idem ascripserat etiam oræ codicis sui, posse legi, *quorum eris in numero mihi*, non improbante Tollio. Quibus conjecturis, cum vulgatum probum sit, non opus est. Cf. tamen Burm.—18 Vulgo legunt *male dimissam*, et explicant, ne male corrumperet gratiam, si eam dimitteret et recusaret oblatam, ita ut *male*, quod interpretantur, imprudenter et cum suo detrimento, quemadmodum ' male mulcatus ' lib. 1. fab. 3. referatur ad *corrumperet.* Vid. Scheff. At cum alii *dimissam* sine sensu legi statuant; Gronov. suspicatur, Phædrum scripsisse, *Ne male commissam gratiam dirumperet*, et exponit, amicitiam, tenui filo pendentem et vix

Digitized by Google

Promisit. Rediit hora dicta; recubuit.
Splendebat hilare poculis convivium;
Magno apparatu læta resonabat domus:
Duo cum repente juvenes, sparsi pulvere,
Sudore multo diffluentes, corpore

ad horam ascriptam; accubuit. Cana nitebat læte poculis, et *domus perstrepebat ingenti apparatu; cum* ecce *duo adolescentes præstantiores forma mortali, conspersi pulvere, membris madentibus plurimo sudore, præcipiunt cuidam puero, ut*

cohærentem, dissueret. Hancce conjecturam vir doctus exemplis fulcire studet, quæ videri possunt in Notis Schefferi, quibus adde e Not. Burm. locum Petron. c. 113. ' veritus ne inter initia coëuntis gratiæ recentem cicatricem rescinderet.' Grævio vero *ne male commissam gratiam corrumperet* dictum videtur, ut ' male cohærens concordia' Vellei. lib. II. 47. ad quem locum consulendi Bipontini. V. Ep. 351. Græv. ad Nic. Heins. in Burm. Syll. Epp. tom. IV. p. 422. coll. Ep. 355. ad Græv. in Syll. Epp. tom. IV. p. 429. Gudio et Heinsio, quibus præter Bentl. et Burm. obsequuntur alii, placet *dimissus*, ad quod *male* referendum, sensu, quo dixi. Aliam Burmanni conjecturam, quam ipse dicit temere tentatam, et cui Heinsii et Gudii emendationem præfert, nec non violentiorem Harii medicinam prætermitto; sed consulant, quorum interest, Notas Burmanni. Agmen claudat observatio Desbillonii: ' Sensus est: Ne oblatam sibi gratiam, sive amicitiam, male dimittendo corrumperet. Plana, opinor, ibi sunt omnia; mirorque hunc locum a Burm. Bentl. Gud. Gronov. fuisse tam laboriose vexatum: qui mihi quidem nodum in scirpo quæsiisse videntur. Quis neget, *gratiam* hic idem esse ac amicitiam? Bene autem Latine amicitiam dici posse *dimissam*, forte non crediderint: at Cicero de Am. 21. ' amicitias nonnunquam dimittendas' commemorat. Lectio ergo, quam revocavimus, non erat, invitis Mss. Codd. veteribusque multis editionibus, repudianda.' Mihi quidem, ut ingenue fatear, lectio *dimissus* non magno placet opere, maxime cum paulo ante præcesserit ' irate dimissus;' adeo quidem, ut de vulgata *dimissam* ulterius cogitandum, et Desbillonii placita ponderanda putem. Cf. Ephem. Götting. ann. 1781. Partic. 53. Both. *demessam*, quod displicet Censori Lips. [*dimissus* Anton.]—19 Ms. Per. *Redit*.—21 Rigaltius edidit *læte*. Guyetus *late*, quod intempestivum esse putat Burm. Heinsius *lauta* conjiciebat, ut et apud Silium X. 376. ' lautas mensas' pro *lætis* reponebat; sed v. Drakenb. Notas. Vulgatam *læta* recte tuetur Burm. *læta* etiam habent veteres Editiones. Hic versus deerat in Cod. Per.—22 In vulgatis, et Nevel. Rigalt. 2. Fab. Leonh. Richt. est, *Repente cum duo juvenes s. p.* quem versum Hoogstr. nullo modo dimetiri potest, nisi *duo* sit monosyllaba, quo nil durius. Hinc varie emendatum. Heins. et Gud. quos sequitur Walch. *Repente cum juvenes duo;* Bentl. et Burm. *Repente duo cum juvenes*. Secuti Lallem. Brot. Desbill. Bipont. Sed Ms. Per. habet *Duo cum repente j.* quod olim recepi post Heusing. sic enim verborum ordo videbatur esse concinnior; sicque edidit Jörd. [et Anton.]—23 Vulgo *Sudore multo diffluentes corpora*, ut *corpora* sit Græ-

NOTÆ

22 *Duo juvenes*] Fertur a Valer. Max. I. 8. Dioscuros nuntiasse Vatinio victoriam, quam obtinuerant Romani contra Persas; adjuvisse etiam, ut refert Justinus lib. XX. 3. Locrenses contra Crotonienses, et pugnasse ' diverso a ceteris armorum habitu, albis equis et coccineis paludamentis.'

Digitized by Google

Humanam supra formam, cuidam servulo
Mandant, ut ad se provocet Simonidem;
Illius interesse, ne faciat moram.
Homo perturbatus excitat Simonidem.
Unum promorat vix pedem triclinio;
Ruina camaræ subito oppressit ceteros;
Nec ulli juvenes sunt reperti ad januam.
Ut est vulgatus ordo narratæ rei,
Omnes scierunt, Numinum præsentiam
Vati dedisse vitam mercedis loco.

Simonides ad se prodeat foras; *e re illius plurimum esse ne moretur. Puer solicitus evocat Simonidem: vixque protulerat unum pedem* e *triclinio*, cum *subitus casus camaculi oppressit ceteros* convivas; *neque ulli juvenes visi sunt ante ædes. Ut istud sparsum est in vulgus, secundum quod acciderat, agnovere cuncti Deos præsentes tribuisse vitam poëtæ pro parte pretii.*

cismus, apud Latinos poëtas frequens, atque etiam apud historicos obvius, quemadmodum lib. IV. fab. 14. 12. Ita ediderunt Brot. et Desbill. [et Anton.] Nonnullæ etiam editiones, ut Rittersh. Nev. Ursin. habent *defluentes*, etsi jam olim Rittersh. conjiceret *diffluentes*. Sed probant viri docti lectionem et distinctionem Schefferi, *Sudore multo diffluentes, corpore S. h. f.* quam tamen non admittit Walch. quia 'corpus abluere' etiam dixerit Curtius pro, se. Hinc *diffluentes corpora sudore*, recte dici contendit. Non negat hoc Burm. sed et *diffluere sudore* simpliciter sine τῷ *corpora*, vel *corpore*, dici non inconcinne posse probat ex Apul. Met. lib. I. 'sudore frigido miser perfluo,' et lib. II. 'frigido sudore diffluens,' ut Heins. pro *defluens* malebat. Ita etiam Plin. lib. XXI. 13. 'Nam et sudore diffluunt,' teste Scheff.—26. 27 Hi versus in Ms. Per. desiderabantur.—28 Ms. Pith. *moverat*. Vide Gud. Both. *is prom.* [Anton. *ut prom.*]—29 Ms. Per. *Ruina domus*. Quæ lectio iterum probat, textum Phædri non raro a Perotto fuisse interpolatum.—31 Lallem. et Brot. *patratæ* ediderunt, sine auctoritate.—32 Ita Ms. Pith. Rem. et Edit. Vet. Sed Ms. Per. habet, *Omnes dixerunt*, quod amplectuntur Sanad. Philipp. Lallem. *sciverunt* a *scisco* Heinsius hic, (et in Ep. 95. ad Scheffer. in Burmanni Syll. Epp. tom. V. p. 102.) quod Bentl. nihil monito lectore, recepit in contextum, sed perperam. *Burm.* [quem vid.]

NOTÆ

28 *Triclinio*] Triclinium a tribus lectis dictum, in quo cœnabant Romani.

Digitized by Google

EPILOGUS.

ADHUC supersunt multa, quæ possim loqui,
Et copiosa abundat rerum varietas;
Sed temperatæ suaves sunt argutiæ,
Immodicæ offendunt. Quare, vir sanctissime,
Particulo, chartis nomen victurum meis,
Latinis dum manebit pretium literis,
Si non ingenium, certe brevitatem approba,
Quæ commendari tanto debet justius,
Quanto Poëtæ sunt molesti validius.

Restant adhuc plurima quæ possim scribere, et diversitas copiosa rerum non deficit. Verum tales moderati conferunt ad delicias; nimii vero, *nauseæ sunt. Quocirca, Particulo, vir integerrime,* cujus *nomen vivet* tamdiu in *meis scriptis, quamdiu lingua Latina erit aliquo in pretio, si non* laudas *ingenium, lauda saltem brevitatem, quæ debet probari tanto æquius, quanto Poëtæ prolixiores sunt incommodi.*

1 Schefferus mallet *possem*. Male; præsens enim *supersunt* requirit conjunctivum præsentis *possim*, ut III. Epil. 1.—*loqui*. Heinsio et Bentl. placet *eloqui*; nescit Burm. quare, nam et hoc e communi sententia de fabellis scripto prodendis debet intelligi. Varia hic disputat vir doctus, quæ nolumus repetere.—3 Bentl. hic iterum obtrudit *suave sunt*. Cujus Græcismi an studiosus fuerit Phædrus, nescio. Certe nullum extat vestigium, nisi hic et lib. III. fab. 7. 1. sed utrumque a Bentleii manu impressum; vellem vero exemplum simul vir egregius protulisset, ubi plurali additur. Illud neutrum singulare 'triste lupus' vulgo adduci solet; sed an 'Triste lupi stabulis' etiam dicere liceat dubitabo, donec auctoritates videam. Certe Voss. de Constr. c. v. quæ producit, omnia singulare habent substantivum, ut nec apud Ursin. sect. VIII. c. 2. p. 14. exemplum extat pluralis substantivi nominis. Doceri hoc equidem cupio. *Burm.*—4 Mss. Pith. Rem. et Edit. Vet. ut Nevel. Ursin. *Immodica*; at Rittershus. emendavit *Immodicæ*. Cf. Gud. et Brot.—5 Ms. Pith. *artis*, fide Gudii.—7 In Ms. Pith. Rem. *approbat*. Pithœus recte emendavit *approba*. Mallet Sanad. *proba*. Brot. Non moveo litem huic lectioni, sed nil impedit, quo minus et hic *approbo* legamus, sc. tibi, ut lib. IV. fab. 24. 11. hoc verbum explicuimus. *Burm.* In vulgato *approba* forte nil mutandum.

Digitized by Google

PHÆDRI

AUGUSTI LIBERTI

FABULARUM ÆSOPIARUM

LIBER V.

PROLOGUS.†

ÆSOPI nomen sicubi interposuero,
Cui reddidi jam pridem, quicquid debui,
Auctoritatis esse scito gratia:
Ut quidam artifices nostro faciunt sæculo,
Qui pretium operibus majus inveniunt, novo
Si marmori ascripserunt Praxitelen suo,

Si inseruero alicubi nomen Æsopi, cui jamdudum detuli honorem *debitum, noveris* id factum *causa auctoritatis* comparandæ, *exemplo quorundam artificum nostræ ætatis, qui addunt pretium* suis *operibus, si apponant* nomen *Praxitelis novæ*

† Fide Brotierii in Mss. Pith. et Rem. liber quintus non est distinctus a quarto; sed Pithœus hunc Prologum præfixit lib. v. quem Phædrus dedicavisse videtur Phileto, cujus mentio facta in fabula hujus libri ultima. Pithœo recte obsecuti Brot. Bipont. Lang. At vero in plurimis Edd. Prolog. hujus libri duplex est; sed alterum pertinere ad Librum IV. docui ad Prol. IV. init. et ad vs. 14. dicti prologi.—5 *Novo*. Ita legendum e Mss. Rem. et Edit. Vet. At Desbill. post Bentl. edidit *novis*. 'Hic reposui,' inquit, '*novis*, quæ vox satis belle opponitur voci *vetustis*, quam vs. 8. exhibet. Cum autem sequatur *marmori suo*, quid necesse fuit, ut adjiceretur, *novo*?' Guy. Philipp.

NOTÆ

6 *Praxitelen*] Statuarius fuit multi nominis, maxime ob duplicem Venerem; quas summa arte et industria elaboravit: natus erat in extrema

Digitized by Google

* Trito Myronem argento. Fabulæ exaudiant
Adeo fugatæ. Plus vetustis nam favet

statuas *marmoreæ;* aut *Myronis,* statuæ *argenteæ. Livor etenim maleficus plus*

Lallem. præferunt *suis.*—6 Lallem. *novo.*—7. 8 Nullus locus in toto Phædro est vexatior, nullus in quo, ut ait Burmannus, magis impune licuit hariolari; quem Schefferus, Gronov. Burm. alii, in desperatorum numero habuere. Teste Brot. Codd. Mss. sic exhibent: *suo Detrito, Myronem argento: fabulæ exaudiant. Adeo fugatæ plus vetustis favet,* sine sensu et metri lege. Difficultas autem oritur e verbis *exaudiant* et *fugatæ.* Priorum ausa, ut Meursii, Salmasii, (v. Ej. Exerc. Plin. p. 406. coll. Burmann. Syll. Epp. tom. III. p. 469.) Ursini, Schefferi, Gudii, Heinsii, Buchneri legi possunt in Edd. Burm. additis quæ scripsit Scheffer. ad Heins. Ep. XV. et XXV. Neque etiam Jac. Gronov. qui Gudianam emendationem excussit, hunc locum reliquit intactum. (Vid. Ej. Emendatt. in Phædr. p. 154. sqq.) J. F. Gronov. ita locum explicabat, ut vel *suo Detrito* jungeret, i. e. suo nomine omisso, non apposito; ut jam olim ediderant Pith. Rittersh. Nev. Rigalt. Freinsh. vel *Detrito Myronem argento* uno spiritu pronuntiaret, et intelligeret per *detritum argentum* vetus, esuque et manibus tritum; sed tum superius *novo* mutandum in *novis,* et illud *suo* referendum ad *marmori* contendebat. Idem legit, *fabulæ exeant Adeo fucatæ,* i. e. prodeant in publicum, edantur, ita fuco velut nominis Æsopei adornatæ. In Edd. Rigalt. 3. Fab. Dan. Walch. Hoogstr. Maitt. Richt. Leonh. Philippi, Rob. Prevost. Lallem. nec non editione Didoti stereotypa ita legitur: *Si marmori ascripserunt Praxitelem suo* (Philipp. edidit *novo*) *Myronem argento. Plus vetustis nam favet Invidia mordax, quam bonis præsentibus:* verbis, *fabulæ exaudiant Adeo fugatæ,* et *trito,* omissis. Quæ licentia aliis displicet; ego in loco desperato laudo. Funcc. *Detrito Myronem argento. Fabulæ id audeant Adeo fucatæ.* Burm. olim: *Praxitelen, suo Myronem argento. Fabulæ sic exeant A me fucatæ:* vel, quia *detrito* est in codice, *Trito Myronem argento. Fabulæ et audiant A me fucatæ:* sed reliquit deinde desperatum locum. Ipse contentus, se intelligere, quæ sit mens Phædri, in uno alterove vocabulo depravato tempus terere nolebat. Medicinam, a Burm. paratam, ad lenissima remedia cum Tzschuck. refer. Bentl. neglectis literarum ductibus: *Qui pretium operibus majus invenient novis, Si marmori ascripsere Praxitelen, Scopam Æri, Myronem argento, tabulæ Zeuxidem, Adeo fucatæ plus vetustati favet Invidia mordax, quam bonis præsentibus.* De qua Bentleii conjectura, nec non Harii, item Heinsii lectionibus, vid. Burmannum docte disputantem in novo Commentario. Causam Bentleii frustra agit Brotier. præter alia laudans Martial. lib. IV. 39. Bentleiana emendatione nihil putat felicius, nihil certius. Desbill. reponit *Trito et,* pro *Detrito; tabulæ,* pro *fabulæ; et Zeuxidem,* pro *exaudiant; Ideo fucatæ,* pro *Adeo fucatæ.* Cui paret vernaculus interpres Jos. Pracht. Bipont. ediderunt: *novo Si marmori ascripserunt Praxitelen suo, Detrito. Mirum, si animos fabulæ excitent: Adeo fucatæ: suo* referendum ad *marmori,* non ad *Detrito,* i. e. nomine suo omisso, ut male intellexit Lang. cujus v. Prolegg. ad Phædr. p. XXVII. Placet hæc lectio Jakob. et Meinek. Langius vs. 7. sq. edidit: *Detrito Myronem argento. Fabulæ excitent Adeo fucatæ, &c.* At cum verba, *Myronem ar-*

NOTÆ

Italiæ ora, quam olim Magnam Græciam appellabant Romani.

7 *Myronem*] Statuarius fuit insignis: ex ejus operibus præcipuam laudem meruit Bucula ex ære ita ad vivum conflata, ut non gregem tantum, sed et pastorem posset fallere.

Digitized by Google

Invidia mordax, quam bonis præsentibus.
Sed jam ad fabellam talis exempli feror. 10

laudat vetera, quam nova. Sed jam venio ad fabulam ejusmodi exempli.

---

gento, ad orationis contextum suo quasi jure pertinere videantur, ista non abjicienda. Si *mirum* si scripsisset Phædrus, vix potest intelligi, qua ratione *Myronem*, librariis minus notum, ortum sit. Itaque cum nemo sit repertus, qui satisfecerit judicio Criticorum, locum intactum relinquere malui. [Anton. *Trito M. argento: ita fab. exeant Ad. fuc.* Et dicit: Forte *Ficto* possit legi.] *Trito.* In libris scriptis est *Detrito.* Punctum est in Ms. Pith. ante *Adeo fugatæ;* sed Pithœus hæc verba ad superiora retulit, indignante Brot. *vetustis.* Sic est in libris scriptis; at emendavit Bentl. *vetustati.* Secuti Brot. Bipont. *nam.* Hanc particulam, quæ abest in Codd. Mss. addidit Pith. post *vetustis.*

FABULA I.

DEMETRIUS ET MENANDER.†

DEMETRIUS, qui dictus est Phalereus,

Demetrius vocatus Phalereus invasit imperium *Athenarum maligna auctoritate.*

---

† Libri scripti et multæ Edd. habent: *Demetrius Rex et Menander poëta;* errore manifesto, ut ait Desbill. cum Demetrius archon fuerit Athenis, non rex.—1 Sic vulgo legitur. *Schw.* Burm. penultimam vocis *Phalereus* producendam putat, ideoque, non optimo exemplo, dat, *Demetrius Phalereus qui dictus est.* In eodem errore fuerunt alii plures, quorum doctrinam nos quoque admiramur. Cur vero producatur penultima? cum Græce vox scribatur Φαληρεύς, et Latine quoties quatuor syllabis effertur, necessario ultimæ proximam brevem habeat. Quodsi secus esset, quartum casum non *Phalerea*, sed *Phalereum* daret, a Φαλήρειος, quo tamen Græco nemo usus est. Sed hæc pluribus disputavi ad Vechneri Hellenolex. p. 41. quibus adde Quintil. Burm. lib. x. c. 1. p. 902. ubi in variis lectionibus iterum legitur *Phalereus illum Demetrium.* De quantitate hujus vocis ita a me quondam consultus rescripsit, elegantis ingenii et doctrinæ vir, J. H. Kromayerus: 'Certum est, *Phalereus* verbum penultimam porrectam nec habere, nec habere posse, cum

NOTÆ

1 *Demetrius Phalereus*] Orator fuit et philosophus eximius. Est autem memorabile in illo exemplum levitatis fortunæ, auræque popularis. Primo enim fuit in tanto honore Demetrius apud Athenienses, ut ipsi trecentas statuas virtutis ergo posuerint: tanta postea flagravit invidia, ut fugere co-

Digitized by Google

Athenas occupavit imperio improbo.
Ut mos est vulgi, passim et certatim ruunt,
Feliciter! succlamant. Ipsi principes
Illam osculantur, qua sunt oppressi, manum,
Tacite gementes tristem fortunæ vicem.
Quin etiam resides, et sequentes otium,
Ne defuisse noceat, repunt ultimi:

Plebs juxta consuetudinem accurrit undique certatim; acclamat Feliciter! Primi urbis prensant dexteram qua premuntur, dolentes intra se de luctuosa mutatione sortis. Quin et desides et indulgentes otio veniunt novissimi, ne crimini sit non affuisse. Inter

in Græco Φαληρεὺς sit, quod habemus apud Suidam, Lucianum, ac Diogenem Laërtium: ex quo sequitur, ut jure mirer, ad Phædri locum, quem recte ad testimonium citas, tantopere nuper Burmannum fluctuasse. *Heusing.* Cum Græce dicatur plerumque Φαληρεὺς, raro autem Φαληραῖος, non video, cur *Phalereus* penultimam syllabam habere brevem non possit. Schefferum ergo et Hoogstr. qui hanc esse natura sua longam pronuntiant, non audiendos puto. Neque necesse est, verbà transponi hoc modo: *Demetrius, Phalereus qui dictus est*, ut fecit Burm. aut reponi *Phalerius*, ut volebat Heins. (Vid. Burm. Syll. Epp. tom. v. p. 89.) Jam vero si arbitrati sunt, vocem *Phalereus* terminari diphthongo, quam duas in vocales distrahere non liceat, falsos eos esse ostendet Philipp. Labb. in Indicibus eruditæ pronuntiationis. Vid. Virg. Ecl. III. 46. Ovid. Her. Ep. VIII. 31. Virg. Cul. 116. *Desbill.* Flexio *Phalerius* nondum mihi videtur certa; etsi Cockmann. testatur, apud Cic. Off. lib. I. 1. in Codd. quos adhibuerit, esse *Phalerius*. Danetus edidit *Phaleræus*, male in ultima sede spondæum ponens. v. Burm.—2 [*Ath. cum acc.* Anton. qui: '*cum* inserendum erat, ut Bentl. fecit.']—3 In libris scriptis, etiam Ms. Perotti et nonnullis Edd. ut Nev. Meurs. est *ruit;* unde Bentl. fecit: *Ut mos est, vulgus passim et certatim ruit, Feliciter succlamat.* Sic edidit etiam, post Meurs. et Bentl. Cuningh. Sed Codd. Mss. licet *ruit* habeant, exhibent tamen *succlamant;* quare Burm. non videt, qui magis liceat reponere *succlamat*, quam *ruunt*. Is tamen, si quis lectionem Bentl. præferre velit, legendum monet *succlamans*.—4 Alii, ut Nev. Rigalt. Fab. Urs. Danet. jungunt, *succlamant ipsi principes*. Sed recte Rittersh. et Meurs. post *succlamant* punctum ponunt, probantibus Scheff. Gud. Hoogstr. Heinsio, Burm. Nam hic egregie observat: 'Gradatio est; *vulgus* ruit, et clamoribus faustis testatur gaudium. *Principes* graviter incedentes, et gementes tacite, tyranno gratulantur imperium. *Ultimi*, sequentes otium, repunt.'—5 Meurs. h. v. postponit sexto.—6 Ms. Perotti *Taciti*.—8 Vulgo legitur *repetunt*, ut Rigalt. Edit. 2. Nev. Ursin. quod jungunt cum 'feliciter' vs. 4. Sic est in Mss. Pith. Rem. unde Rittersh. fecit *reptant*, quem sequuntur Faber, Hoogstr. Bentl. Cuningh.

NOTÆ

actus sit in Ægyptum, et trecentæ illæ statuæ uno die per tumultum eversæ fuerint.

4 Feliciter! *succlamant*] Solennis erat acclamationis formula apud antiquos, ut hodie, *Vivat*. Tralatitia acclamatio. Ita Juvenal. 'Dictum, FELICITER; ingens Cœna sedet.'

5 *Osculantur manum*] Antiquus modus adorandi principes.

8 *Repunt*] [*Reptant*] Ita emendo, *reptant*, et melior lectio. Sic Terent. 'Perreptavi totum oppidum.'

Digitized by Google

In quis Menander, nobilis comœdiis,
Quas, ipsum ignorans, legerat Demetrius,
Et admiratus fuerat ingenium viri,
Unguento delibutus, vestitu affluens,
Veniebat gressu delicato et languido.
Hunc ubi Tyrannus vidit extremo agmine:
Quisnam cinædus ille in conspectu meo

quos Menander clarus scriptor *comœdiarum, quas Demetrius legerat, (Menandro sibi non cognito,) et admirator fuerat ingenii* tanti *viri:* ille *incedebat gradu molli et effœminato, perfusus odoribus,* et *veste fluente. Ubi illum Rex conspexit* in *ultima turba: Quare hic cinædus audet subire meum conspectum? Qui adhærebant*

Danet. Funcc. Maitt. Toll. Richt. Desbill. [Anton.] cum Editore Edit. stereotypæ. Sed jam olim quidam *repunt*, ut Tariuus teste Menag. ad Diog. Laërt. lib. v. 79. Rittersh. Guyet. Santor. Quod, quia postea in Codice Perotti reperiebatur, merito placuit. Sunt etiam, qui legant *arreptant*, vel *arrepunt*, quod defendit Heins. in Advers. p. 374. sed non videt Burm. quomodo salvo versu possit reponi, nisi legatur, *Ne noceat defuisse, arrepunt ultimi.* De hac lectione v. Scheff. et Heins. in Ep. VII. et VIII.—9 *Quis.* Ita scribendum pro *quibus*, ut lib. III. fab. 13. 11. Male nonnulli *quîs*. Vid. Desbillon.—10. 11 Maitt. et Bentl. hosce versus parenthesi includunt.—12 Ita legitur in Mss. Pith. Rem. et Editt. Vet. Sed Gronov. Obs. lib. II. c. 7. et Vlitius ad Nemes. vs. 92. mallent *effluens*, proprium vestitus laxi verbum. Ita enim Tibull. El. I. 6. 40. Bip. 'Effluit effuso cui toga laxa sinu.' Heinsius, cujus Notas vide, conjiciebat *fluens*, ut sit pro, in fluenti veste, ut lib. III. fab. 8. 3. 'insignis facie pulchra.' Vid. Broukhus. ad Prop. II. 22. 26. quem Burm. laudat in Animadvers. ad Lect. Perott. ubi Editor Propertii, præter alia, citat Petronii, (cap. 133.) 'quem Lydus adorat Vestifluus.' Habet etiam Sueton. Jul. c. 45. 'cinctura fluxior;' Virg. vero Æn. I. 320. 'sinus fluentes.' Lectio Heinsii confirmata est Ms. Perotti, et recepta a Lallem.—15 Sic est in Ms. Pith. et Rem. fide Gudii atque Desbill. quam Bentl. Desb. Bipont. recte retinent. Alii reponunt *Quidnam*, ut Rigalt. in Edit. 2. Ita enim in admirationibus hac conjunctione utuntur. Vid. Cic. ad Div. lib. II. 8. init. Ter. Andr. III. 4. 1. coll. Cuperi Observat. lib. II. c. 20. qui distinguit: *Quidnam? Cinædus, &c.* Scheff. conjicit: *Quid? Nam, &c.* sed præfert *Quinam*. Gud. et Walch. distinguunt: *Quinam cinædus ille? in conspectu meo Audet venire?* Rittersh. *Quis nam*, vel, *Quinam*, i. e. quomodo, qua fronte, probante Leonh. Santorocus, *Quid? num, &c.* Alii, ut Nev. Fab. Ursin. Richt. Lall. Scheff. Burm. ediderunt *Quinam*. At Burm. ad h. l. observat: 'Nihil hic mutandum, nec reponendum *Quidnam?* nec *Quid? Nam, &c.* Centies Terentius ita, cum subito quis in conspectum venit, ut Eun. III. 4. 7. 'quisnam hic a Thaide exit?' Heaut. II. 4. 23. 'quisnam hic adolescens est?' et passim. *Quisnam* vero, an *Quinam* dicatur, parum interest. Plaut. Aul. IV. 9. 17. 'Quinam homo hic ante ædis nostras ejulans conqueritur mœrens?' Utrumque *Quinam* et *Quisnam* suos habet

NOTÆ

9 *Menander*] Atheniensis poëta, Comicorum princeps, cujus est insignis commendatio apud Quintilianum. Scripsit centum et octo Comœdias; de quibus nihil restat, nisi quidam versus huc et illuc sparsi.

Digitized by Google

Audet venire? Responderunt proximi:
Hic est Menander scriptor. Mutatus statim
* * * *

tyranno, *dixere: Hic est poëta Menander.* Rex *statim mutatus* vocat ad se hominem amice, et prehendit manum.

auctores.' Equidem lectionem librorum scriptorum præferendam arbitror. *cinædus.* Perperam Danetus edidit: *Effœminatus quid hic in conspectu meo,* propterea notatus a Burm. *Effœm.* quoque dedit Maitt. *in conspectu meo.* Hanc lectionem, quæ Mss. Codd. Pith. Rem. ac multarum Edd. est, plurimis auctorum veterum similibus exemplis Scheff. et Burm. defenderunt. In Cod. Per. legitur, *in conspectum meum;* sed cum *in conspectu,* æque ac *in conspectum venire,* oratio Latina sit, veterem lectionem retinendam esse credidi. *Desb. in conspectum* recepere Lall. Brot. Reponendum censet Both.—16 Cuningh. *Respondere.*—17 Quæ desunt, suppleri vix posse puto; sed si prologo præcedenti respondebunt, aliquid in colloquio hoc accidisse debuit, quo obtrectator aliquis Menandro, illum longe ab Aristophanis, Eupolis, vel alius veteris poëtæ laude abesse, objecerit; et forte carmini a se titulum antiqui poëtæ inscripserit. Certe simile aliquid requirit Phædri propositum. *Burm.* Finem fabulæ Perottus sic exhibet: *Hic est Menander scriptor m... Homo inquit f... eri non potest.* Unde Bip. *Homo, in. esse non potest facetior.* Secutus Jakob. Alii conjiciunt alia. 'Hæc cur *ἀσυνθέτως* efferantur, nullus video. Reponend. *Respondere ut pr. Hic est M. s. mutatur statim.*' Both. ['*mutatur* pro *mutatus* Bentl. recte, si hic finitur sententia. Sed multa desunt.' *Anton.*]

FABULA II.

VIATORES ET LATRO.

Duo cum incidissent in Latronem Milites,
Unus profugit, alter autem restitit,

Duo homines stremui faciebant iter; unus erat *timidus, alter vero audax. La-*

1. 2 Cum in libris scriptis desit hujus fabulæ initium, Burm. cui aliquid præcessisse videtur de jactata ab hoc milite fortitudine, plenius lacunam explere conatus est. Alii aliter supplere tentaverunt. Quibus omnibus nunc non opus est, postquam initium fabulæ in Ms. Per. inventum est: *Duo cum incidissent in latronem milites, Unus profugit, alter autem restitit, Et vindicavit,* &c. Ad quæ notat Burm. 'Quæ si vera sunt, debet intelligi, gloriosum illum militem in via fortiter locutum, quæ omisit Phædrus, quasi satis per se intelligi possint e seqq.' Quæ tamen intelligere, vix puto opus esse. Versus Perotti recte receperunt Brot. Bipont. Desb. Lang. Meinek. Didot. Lall. Jörd. Jakob. Supplementa virorum doctorum varia videri possunt ab iis,

Digitized by Google

Et vindicavit sese forti dextera.
Latrone occiso, timidus accurrit comes,
Stringitque gladium: dein, rejecta pænula,
Cedo, inquit, illum; jam curabo sentiat,
Quos attentarit. Tunc, qui depugnaverat:
Vellem, istis verbis saltem adjuvisses modo,
Constantior fuissem, vera existimans:
Nunc conde ferrum, et linguam pariter futilem,
Ut possis alios ignorantes fallere.
Ego, qui sum expertus, quantis fugias viribus,
Scio, quam virtuti non sit credendum tuæ.

tro fit illis obviam, qui *petiit aurum minitans mortem. Promptus manu statim faciens impetum repellit vim vi, atque invadit* Latronem, *nec opinum, gladio. Et sese expedivit acri manu. Prædone interfecto, socius imbellis venit, et educit ensem: deinde abjecto pallio clamat: Ubinam ille est? jam efficiam intelligat quos aggressus est. Tum qui conseruerat manum*, dixit: *Utinam saltem* me *tunc sustinuisses his verbis; fuissem animosior reputans vera. Nunc mitte gladium et verbosam pariter jactationem, ut possis decipere ignotos. Ego, qui novi quanta*

quorum refert, in Editt. Rittersh. Urs. Hoogst. Danet. Maitt. Burm. Fabb. Æsop. Delect. p. 113. Vid. etiam Albinus, Gallicus interpres, a Burm. notatus, et Misc. Lips. p. 260.—3 Hoogst. mallet legere: *Seseque forti vindicavit dextera.* Ita enim versum gratius fluere censet.—4 *Timidus.* Bene, non *tumidus*, ut vult Meurs. Hoc vult, eum, qui hactenus fuit timidus, et stetit e longinquo, nunc accurrisse, simulque *accurrit* pulchre notat simulationem studii et ardoris. *Scheff.*—5 Ms. Per. et Pith. *deinde.*—9 Hic versus deest in Ms. Per. sed habent Mss. Pith. Rem. et libri editi.—12 Cuningh. edidit *fugeris.*—13 In Mss. Pith. et Rem. legitur *Scio quid*, pro quo Pith. reposuit *Scio quod*; sicque vulgo legunt. Sed legendum esse *quæm*, vidit Gronov. ad h. l. Scheffero, Bentl. Burm. Gesn. in Thes. Fabr. tom. II. p. 423. Heusing. aliis suffragantibus. Gronov. enim *scio quod* Latine dici negat; aut enim corrupta esse, aut aliter accipienda, quæcunque in hanc rem congesserint viri docti. Atque etiam Sanctius Min. lib. III. c. 14. *scio quod* non Latinum esse, acriter contendebat, addicente Gud. Non pauci tamen, nec sine causa, tuentur Latinitatem locutionis *scio quod*, ut Sciopp. in Auctar. Mariangeli p. m. 45. sqq. Voss. de Constr. c. 20. et 62. Faber in Not. ad Phædr. Desbill. qui laudat Plaut. Asin. I. 1. 37. maxime Perizon. ad Sanct. Min. lib. III. cap. 14. p. m. 546. sqq. Receperunt etiam Bipont. Editor. Edit. stereot. Jörd. *Scio quod.* At vero cum in Ms. Perotti sit *Scio quæm*; Mss. Pith. et Rem. vero habeant *Scio quid*; lectionem Perotti jam olim recipiendam duxi, quæ placet Burm. et recepta est a Cuningh. Toll. Lall. Brot. Desb. Tzschuck. Langio, al. Ita Ovid. Fast. IV. 529. 'Dux comiti narrat, quam sit sibi filius æger,' ubi etiam *quod* vulgo legitur, teste Burm. Gud. e libris scriptis non inepte proponit: *Scio quid virtuti nunc sit credendum tuæ*, ut sit sensus: Scio

NOTÆ

5 *Rejecta pænula*] Vestis densa ac vilis, quæ supra tunicam in itinere assumitur propter imbrem aut frigus.

Digitized by Google

Illi assignari debet hæc narratio,
Qui re secunda fortis est, dubia fugax. 15

velocitate fugias, scio non esse fidendum tuæ virtuti. Fabula illi scribitur, qui magno animo est re prospera, sed fugit re *periculosa.*

nunc, quid tribuendum sit. Hancce conjecturam amplectitur Schirach. Clav. P. I. p. 148.—14. 15 Hi versus deerant in Ms. Per.

NOTÆ

15 *Qui re secunda fortis est, dubia fugax*] Quod bene Nonnius: 'Extra bella leo, lepus in discrimine pugnæ.' Et Tacitus: 'Paganorum lixarumque ignava, sed ante periculum procax manus.'

FABULA III.

CALVUS ET MUSCA.

Calvi momordit Musca nudatum caput:
Quam opprimere captans alapam sibi duxit gravem.
Tunc illa irridens: Punctum volucris parvulæ
Voluisti morte ulcisci; quid facies tibi,
Injuriæ qui addideris contumeliam? 5

Musca pupugit caput nudum Calvi: hic, *conatus illam occidere, sibi inflixit magnum colaphum. Tunc illa ridens, Voluisti,* inquit, *vindicare necem punctionem avis parvulæ. Quam sumes penam de te, qui cumulavisti injuriam contumelia?*

3 Anon. Nil. *ridens*, et ita in priori ed. Scheff. conjecerat legendum. Et credo rectius; sed mutatum a sciolo, qui risum proprium homini esse credebat, nec decore muscæ dari. Sed hominum actiones bestiis attribui in fabulis, sæpe diximus. Præterea huc referri posset adagium, *Habet et musca splenem:* splen enim sedes risus habetur. *Burm.* Etiam Hoogst. placet *ridens;* mollius enim versum fluere dicit, et *ridere* sæpe dici pro *irridere.* Habet tamen Ms. Per. *irridens.*—5 In Ms. Gud. i. e. Pith. et in vetusto Cod. Rigaltii erat, *quia dederis.* Ita edidit Nev. sed Excerpta Rigaltii exhibent, *Injuriæ qui addideris*

NOTÆ

3 *Volucris*] Quasi, volantis. Nam musca insecti genus est, non volucris.

Digitized by Google

Respondit: Mecum facile redeo in gratiam,
Quia non fuisse mentem laedendi scio.
Sed te, contemti generis animal improbum,
Quæ delectaris bibere humanum sanguinem,
Optem necare, vel majore incommodo.
Hoc argumentum veniam ei dari docet,
Qui casu peccat. Nam qui consilio est nocens,
Illum esse quamvis dignum pœna judico.

Respondit: Ineo pacem facile mecum, quia novi non fuisse animum nocendi. Verum tu, animal pessimum prolis abjectæ, cui gratum est haurire sanguinem mortalium, vellem te opprimere, vel majori damno. Hæc fabula innuit concedi potius veniam illi qui errat fortuito, quam qui reus est consulto, quem existimo promereri quodvis supplicium.

---

contumeliam, probantibus Heins. et Salmas.—7 Bentl. sine necessitate reponit, *Cui non*: quem egregie confutavit Burm.—10 Per. perperam, *Optem carere*; Heins. *enecare*, e conjectura.—11 sqq. Hi vs. in Cod. Per. deerant, sed fabula erat inscripta: *His, qui casu peccant, dandam esse veniam; qui Vero consulto delinquunt, eos esse puniendos.* Libri scripti ita exhibent, et ita edidit Nev. *Hoc argumento veniam dari docet, Qui casu peccat, quam qui consilio est nocens. Illum esse quamvis dignum pœna judico.* Pro quo vulgo legunt: *Hoc argumentum, veniam mage dari, docet, Qui casu peccat, quam qui consilio est nocens. Illum esse quavis pœna dignum judico.* Illud *mage* propter sequens *quam* intrusit Pith. non Perott. V. Not. Tzschuck. ad h. v. Ita præter Urs. Scheff. Maitt. Richt. Burm. edidere multi. Sed cum difficultas circa τὸ *illum* maneret; et quia tertius versus adjectus, vel supervacuus; vel, si *quamvis* legatur, ineptus videbatur et absurdus: viri docti h. l. tentare ausi sunt. Gud. legit et fuse tuetur: *Hoc argumento veniam tam dari docet, Qui casu peccat, quam qui consilio est nocens; Illum esse quamvis dignum pœna judico.* Hæc sententia falsa est, et contra mentem poëtæ, ut monstrat Burm. Hanc tamen emend. receperunt Jac. Gronov. Hoogst. Walch. Suntor. Editor Edit. stereot. Bentl. edidit: *Hoc argumentum veniam dandam illi docet, Qui casu peccat. Nam qui consilio est nocens, &c. Magis* certe in Mss. non est. De Bentl. conject. uberius disserit Burm. qui mallet: *Hoc argumentum veniam modo docet dari, Qui casu peccat. Nam qui consilio est nocens, Illum esse quavis pœna dignum judico.* Si unquam sibi placuerit, in hoc loco emendato sibi satisfaciebat. Jam olim Rittersh. et Rigalt. reponebant *quavis*, i. e. *summa* (lib. IV. fab. 20. 5.) pro *quamvis*; Rigalt. vero, Scheff. et Heins. pro *quam*, *Nam*, conjiciebant. Horum vestigiis insistit Burm. τὸ *mage*, a Pith. intrusum, mutans in *modo*, quod perierit inter *m*, literam ult. τοῦ *veniam*, et *do*, syllabam prim. τοῦ *docet*, qualia multa ab omnibus criticis constet esse adhibita locis affectis: sed *veniam dari qui casu peccat* dictum esse ait pro, *ei qui peccat*, ellipsi ordinaria. [Anton. sequitur Burm. at legit *dari docet*.] Salmas. ad oram libri: *Hoc argumentum veniam deberi docet, &c.* Rigalt. *Hoc argumentum veniam ei dari docet.* Meurs. *Qui casu peccat, quia qui consilio est nocens, &c.* Heins. *Hoc argumentum, venia dignari, docet, Qui casu pecoat: nam, &c.* De duabus Harii conject. quas repudiat Burm. consules Not. viri docti. Bipont. *Hoc argumentum veniam jam dari docet. Qui casu peccat: at qui consilio est nocens, Illum esse quamvis dignum pœna judico.* Quæ non displicet, cum *jam* facile ab ult. syll. præced. *veniam* absorberi potuerit; sed *at* pro *quam* a vet. scriptura nimis recedit. Desbill. *Hoc argumentum venia donari docet, Qui casu peccat. Nam qui consilio est nocens, Illum esse*

Digitized by Google

quavis pœna dignum judico. Non multum tamen repugnat, si quis cum Rigalt. et aliis legere maluerit *veniam ei dari*, quod recepit Brot. Jörd. *Hoc argumentum, veniam illi dari, docet, Qui casu peccat: at qui consilio est nocens, Illum esse quavis pœna dignum judico.* Ego putavi, locum sic constituendum: *Hoc argumentum veniam ei* (ita legi jubent Lall. et Brot. post Rigalt. nec displicet Desbill.) *dari docet, Qui casu peccat. Nam* (sic ediderunt Rigalt. Bentl. Lall. Brot. Desb. sicque reponi volebant olim Scheff. Heins. et Burm.) *qui consilio est nocens, Illum esse quamvis* (hoc, præter alios, receperunt Bipont. Editor Edit. stereot.) *dignum pœna judico.* Hæc lectio a prisca scriptura non longe recedere mihi visa est. Sic etiam retinetur *quamvis*, quod legitur in Mss. et quod immerito repudiant Critici, cum commodum habeat sensum. Sed *Nam*, quod esse videtur a manu Phædri, facile mutari potuit in *quam*, quod est in vulgato. Eodem jure, ad sustentandum versum, inseri potest *ei*, quo alii intrudunt *modo, mage;* vel *at* pro *quam, nam, &c.*

FABULA IV.

HOMO ET ASINUS.

QUIDAM immolasset verrem cum sancto Herculi,
Cui pro salute votum debebat sua,
Asello jussit reliquias poni hordei.
Quas aspernatus ille sic locutus est:
Tuum libenter prorsus appeterem cibum,

Cum quidam mactasset porcum marem Herculi sancto, cui reus erat voti ob suam *incolumitatem, imperavit ut residuum hordei apponeretur asello. Quo repudiato, ille dixit: Uterer lubenter prorsus hoc hordeo, ni immolasses* eum *qui hoc est sagi-*

1 Ms. Per. *Quidam cum immolasset verrem sancto Herculi.* Nonnulli suspicantur *Sanco*, ut J. F. Gronov. Guy. et teste Rittersh. Colerus, alii. *Sancus Semo* autem Hercules Sabinis dictus est, de quo v. Interpp. ad Ov. Fast. VI. 214. memoratum Burmanno, cui hæc emendatio nimis affectata videtur, atque etiam Scheff. Rigalt. et Faber eam recte rejiciunt. Præterea epitheton *sancti* et *sanctissimi* notum est sæpe Herculi proprie dari.—3 Ms. Gud. i. e. Pith. et Per. *relliquias.* Vid. V. L. ad lib. I. fab. 22. 6.—5 In Cod. (Pith.

NOTÆ

1 *Verrem sancto Herculi*] Sacrificabatur aper Herculi, ob devictum ab ipso aprum Erymanthenm, quem vivum humeris sustulit. Apud Varronem Hercules vocatur 'sanctus pater;' et Propertius, Herculem alloquens, ait: 'Sancte pater, salve, cui jam favet aspera Juno.'

Digitized by Google

Nisi, qui nutritus illo est, jugulatus foret.
Hujus respectu fabulæ deterritus,
Periculosum semper reputavi lucrum.
Sed dicis, Qui rapuere divitias, habent.
Numeremus agedum, qui deprensi perierint: 10

natus. Deterritus intuitu hujusce argumenti, fugi perpetuo quæstum plenum aleæ. Verum objicis: Qui corraserunt opes, has *possident. Agedum recensemus, quot*

necnon Rem.) est, *Libenter tuum;* sed transpositæ millies sunt voces, quia olim, more soluti sermonis, scriptæ fuere hæ fabulæ, quare religiose nimis ordinem servare, si legem metricam solvit, stultum est. Bentl. qui centies turbavit ordinem vulgatum, hic eam religionem præferens, inde facit *Libenter istum.* Quam belle autem dicatur, *istum* appeterem, sequente mox, *Nisi qui nutritus illo*, relinquo ipsius Bentleii judicio. *Burm.* Cod. Per. *Libenter istum*, (Ita quoque Cuningh. [Anton.] Lall.) ubi Bentleii mens iterum cum Perotti manu conspirat, et unde concicere possit, *istum* etiam *Seuruûs* poni, quod ad lib. I. fab. 1. nolebat admittere. *Idem.*—6 *Illo est.* Ita Ms. Per. Laurent. inepte edidit *eo est.*—8 *Reputavi.* Sic legitur in libris scriptis et veteribus Edd. ut Ritterah. Nev. Urs. Pro quo Rigalt. in Ed. 2. sine gravi causa ex ingenio suo reposuit *vitavi.* Burm. *vitavi* credit fuisse glossema, quod miratur viros doctos non vidisse, natum ex interpretatione veræ lectionis, quam putat esse *recusavi*, ut ante ' aspernatus.' Senec. Ep. CI. ' debilitatem non recusat.' Noster lib. III. fab. 2. 16. ' Damnum haud recusant.' Ut metro vero satisfiat, legendum censet vel *Periculosum*, vel *sæpe recusavi;* edidit tamen *vitavi*, quam lectionem sunt amplexi plurimi. At vero Bentleio, Cuningh. Toll. Desb. [Anton.] lectio Codd. Mss. et Vet. Editt. *reputavi* genuina videtur, sicque edidere. Quibus ego accedo; non enim subest causa, cum bono sensu dicatur *reputavi lucrum periculosum*, quare recedendum sit a veteri scriptura. Olim etiam Heins. legebat *reputato.* Meurs. frustra statuebat post vs. 8. aliquem versum excidisse, in quo lucrum fuerit descriptum. Non enim lucrum quodvis esse periculosum, sed illud tantummodo, quod honestam famam jugularet. Reliqui versus in Ms. Per. deerant.—9 Iterum post h. v. Meursio versus excidisse videtur. Heins. *dices*, ut III. Prol. 8. et alibi; quod receperunt Hoog. Bentl. Lall. Brot. Didot. Wakefield. loco mox citando. Sed *dicis* est in antiquis Edd. Parum interesse videtur Burmanno; utrumque enim rectum. Walch. et Santoroc. hæc per interrogationem capiunt, pro, num autem dicas? indignante Burm. hoc enim commento nihil elegantiæ aut vigoris accedit orationi. *rapuere.* Bentl. reponit *latuere*, ut *latentes* deprensis opponantur, quam lectionem fuse tueri audet van Bergen. in Obs. crit. c. XXXI. p. 65. sq. Hanc lectionem rejicit post Harium et Burm. Cl. Wakefield. Sylv. Crit. P. I. Sect. 32. p. 65. qui legi tamen jubet: *Sed dices, qui rapuere divitias, latent:* quæ sic puto intelligi debere: non omnes, qui rapuere divitias, protrahuntur ad pœnas; sed multi occultas opes possident, sicque inter modicos habentur et effugiunt manus principum, qui sæpe nummatos puniunt, ut eorum divitiis potiantur: in quo certe sententia rectius procederet, quam in emendatione Bentleiana. Cf. Burm. *habent.* Cuningh. *vigent.*—10 In Ms. Pith. est *perierunt*, quod probat Gud. et

NOTÆ

10 *Deprensi*] Qui, ob nimias opes variis accusationibus circumventi, suppliciis fuerint affecti. Respicit suorum temporum calamitatem, quibus præsentissimum erat unicuique periculum ex magnis divitiis, ut docent Tacitus et Suet.

Digitized by Google

Majorem turbam punitorum reperies.
Paucis temeritas est bono, multis malo.

circumventi extincti sint. Invenies majorem numerum eorum qui dederint panas. Audacia est utilitati non multis, pluribus vero *damno.*

recepit Hoog. post Nev. et merito placere potest. Vid. ad lib. IV. fab. 21. 15. Nolui tamen quicquam mutare, cum *perierint* probent plurimi. *qui deprensi.* Heins. *quot deprensi*, e conjectura.—12 Ita Mss. Pith. Rem. et Edit. Vet. Sine auctoritate et necessitate Philipp. emendavit *aviditas.* v. Brot.

FABULA V.

SCURRA ET RUSTICUS.

PRAVO favore labi mortales solent,
Et, pro judicio dum stant erroris sui,
Ad pœnitendum rebus manifestis agi.
Facturus ludos dives quidam et nobilis,

Homines consueverunt falli gratia perversa, et adduci ad pœnitentiam rebus evidentissimis, dum propugnant sententiam sui animi *hallucinantis. Quidam nobilis,*

1 Ms. Pith. *lavi*, e permutatione solenni.—2 Cuningh. *Et pro judicii stant errore dum suo.*—1-3 In Ms. Per. hi versus erant omissi.—4 Ms. Pith. Rem. et Edit. Vet. ut Nev. Rigalt. Urs. Fab. necnon editiones aliæ, *quidam dives nobilis*, omisso *et*. Sed *dives quidam et nobilis* est in Cod. Per. quam lectionem etiam Heusing. recte præfert alteri, *quidam dives nobiles*, i. e. ludos non obvios, quotidianos, sed celebres, quam tuentur Schefferus, Heins. inprimis Burm. quorum Notas vide. Sed lectionis Per. veritas confirmatur loco Phædri mox Fab. 7. 16. 'Erat facturus ludos quidam nobilis,' quod viri docti memorati sine necessitate mutant in *nobiles;* maxime vero loco nostri non multum dissimili lib. III. fab. 5. 6. 'Venit ecce dives et potens,' qui luculenter docet, frustra a viris doctis

NOTÆ

4 *Facturus ludos dives quidam et nobilis*] Non fuit semper penes Magistratus dare ludos populo; id etiam nobiles et potentes usurparunt, sive in funeribus, sive ut ambirent popularem auram, sicque obreperent ad honores.

Ludos] Erant Romæ maxime duo ludorum genera. Alii Circenses fuerunt, alii Scenici. Circenses dice-

Digitized by Google

Proposito cunctos invitavit præmio,
Quam quisque posset, ut novitatem ostenderet.
Venere artifices laudis ad certamina:
Quos inter Scurra, notus urbano sale,
Habere dixit se genus spectaculi,
Quod in theatro nunquam prolatum foret.
Dispersus rumor civitatem concitat:
Paulo ante vacua turbam deficiunt loca.
In scena vero postquam solus constitit,
Sine apparatu, nullis adjutoribus,
Silentium ipsa fecit expectatio.

potens opibus, daturus ludos, convocavit omnes, promissa mercede, ut quisque pro virili apportaret aliquid novi. Convenere artifices ad certationem præmii. Inter quos Scurra quidam, *nobilis lepidis facetiis, dixit se ostensurum genus spectaculi quod nunquam fuisset exhibitum in scena. Vulgata fama excitat* totam *urbem; nec loca ante sola capiunt multitudinem. Postquam autem prodiit in theatrum solus, sine ornatu, nullo socio, ipsa expectatio dedit attentionem. Hic statim de-*

intrudi *nobiles*. Lectionem Per. olim a me receptam secuti etiam Lall. Brot. Bipont. Jörd. [Anton.] Nihilo secius Desbill. inhæret τῷ *nobiles*. Monet enim, præeunte Nic. Heinsio in præf. ad Edit. Elzevir. Virg. Romanis, Augusti præsertim sæculo, scriptoribus in usu frequentissimo fuisse, ut declinationis tertiæ nominibus, quæ casum pluralem in *ium* terminant, quartus deinde casus in *is*, non in *es*, terminaretur: quod vetustissima quæque monumenta testentur; sed usum illum nunc apud nos obsolevisse.—6 Ms. Pith. *possit*. Ms. Per. *novitatem faceret*.—8 Per. *scurra unus urbano sale*.—11 Ms.

NOTÆ

bantur, quod in Circo exhiberentur; Scenici, quod in Scena, hoc est, in umbra agerentur, et hi ingeniorum acumine et arte constabant. Plures numerantur ludorum Scenicorum species; Tragœdia, Comœdia, Satira, et Mimus. Ibi loquitur Phædrus de Ludis Scenicis, et de Mimo.

8 *Scurra*] Qui risum excitat auditoribus, non habita ratione verecundiæ et dignitatis.

10 *Theatro*] In quo ludi Scenici repræsentabantur. Figura erat in modum hemicycli, cujus ab utroque cornu scenæ erant. Partes enim theatri sunt: scena, orchestra, proscenium, et pulpitum. Scena frons est theatri. Proscenium, locus ante scenam porrectus. Orchestra locus in quo senatores spectaturi sedebant; apud Græcos vero saltationes in eo peragebantur. Pulpitum est in quo actores prodibant.

13 *Scena*] Proprie erat arborum in se cubantium concamerata condensatio. Nam priscis temporibus, ante usum theatrorum, sub frondibus et umbraculis agebant ludos Scenicos. Quare Scena dicta est, inquit Cassiodorus, ab umbra luci densissima, ubi a pastoribus, inchoante vere, carmina cantabantur. Nunc dicta est theatri pars in qua vel comœdia, vel tragœdia, aut satira exhibetur.

Digitized by Google

Ille in sinum repente demisit caput,
Et sic porcelli vocem est imitatus sua,
Verum ut subesse pallio contenderent,
Et excuti juberent. Quo facto, simul
Nihil est repertum, multis onerant laudibus,
Hominemque plausu prosequuntur maximo.
Hoc vidit fieri Rusticus. Non mehercule
Me vincet, inquit: et statim professus est,
Idem facturum melius se postridie.
Fit turba major. Jam favor mentes tenet,
Et derisuri, non spectaturi, sedent.

presso capite in sinum simulavit adeo genuine *grunnitum porci sua* voce, *ut crederent verum* porcellum *latere sub toga, et imperarint excuti: quo peracto, ut inventum est nihil,* illum *cumulant plurimis laudibus, et excipiunt magnis acclamationibus. Agrestis videns id fieri, exclamat: Certe non me superabit; et continuo promisit se imitaturum postridie similius vocem porci. Accurritur majori numero; jam favor occupat animos, et venere, non qui spectarent,* sed *irriderent. Ambo*

Per. *convocat.*—16 Nev. *dimisit.*—17 Ita edidi e Mss. Pith. Rem. et Edit. Vet. Ms. Per. habet: *Et sic porcellum voce imitatus est sua.* Cui obsecuti sunt Sanad. et Philipp. Heusing. mallet: *Et sic porcelli vocem imitatus est sua.*—18 Heins. *Verrem.* Sed nil mutandum. Cf. vs. 32. et Burm.—20 *Lancibus* Gud. et Heins. quia novitate sua placebat, arripuerunt e Cod. Pith. et Rem. Statuunt enim, misisse munera esculenta spectatores in lancibus actori ludorum aut gladiatori, si cui faverent. Vid. Heinsii Ep. ad Munck. in Burm. Syll. Epp. p. 402. At bene vindicavit Burm. *laudibus.* Gud. probat eruditissime, lances olim industriæ præmium histrionibus datas fuisse; sed hoc ut in istis ludis fieret, lances in theatrum afferre secum debuissent spectatores: quod certe usu unquam venisse Romanis, nemo, opinor, concesserit. *Desbill. laudibus* etiam tuetur Drakenb. ad Sil. III. 15. Ita *onerare promissis, donis, &c.*—22 Perott. *mehercules.* Bentl. et Heins. *Videt ut fieri;* Cuningh. *Videt ut hoc fieri.* Sed v. V. L. ad lib. I. fab. 6. 1. [Anton. *ut R.* et dicit: 'Possit tamen legi: *H. f. ut v. R.*']—25 Urs. *Nam;* perperam, ut jam Scheff. notavit. [Anton. *F. t. m. jam; favor et m. t.*]—26 Libri scripti hunc locum, a manu emendatrice varie interpolatum, corrupte exhibent. Pith. et Nev. testantur, in Ms. Pith. legi: *Et derisuros, non exspectaturos sit et.* Vid. Desb. et Ed. Nev. ad marginem: sed Cod. Rem. habet: *Et derisuros, non spectaturos sit et,* teste Gud. Burm. auctoritate Heinsii fultus, contendit, in Ms. Pith. fuisse, *derisuros, non spectaturos sitis;* Brot. vero, noviseimus Cod. Pith. collator, lectionem Cod. quod mirum videri possit, non indicavit, et locum, ut alios, intactum reliquit, varie tentatum a viris doctis. Heins. *Ut derisuros, non spectaturos scias;* Hoog. *Et derisores, non spectatores sedent.* De Heinsii et Hoog. emendationibus plura videri possunt in Notis Burm. qui legendum proponit, *Et derisuros, non spectaturos putes,* ad quam lectionem firmandam varia affert. Salmas. et Gud. *Et derisuros, non spectaturos, stitit,* ut *sistere* sit, se præsentem exhibere; Johns. *Et derisuros, non spectaturos citat,* i. e. convocat: quem confutavit Burm. cum *favor citat derisuros* sit insolentissima locutio, et nulla hic opus sit citatione, aut convocatione, cum pridie rusticus promisisset, se affore, et de scurra victoriam reportaturum. Et hinc sine ullo præcone aut simili citatione *fit turba major* sponte ruentium

Uterque prodit. Scurra degrunnit prior,
Movetque plausus, et clamores suscitat.
Tunc simulans sese vestimentis Rusticus
Porcellum obtegere, (quod faciebat scilicet,
Sed, in priore quia nil compererant, latens)

subeunt scenam. Scurra grunnit primus, et excitat acclamationes clamoresque. Tunc Ruricola fingens se occultare vestibus porcellum, (quem revera occultabat,) vellicat

ad Indos. In Cod. Per. erat, *Et derisurus, non spectaturus, sedet.* Sic legendum censet Heusing. non *sedent.* Omnes fere Editiones hanc Pithœi lectionem habent: *Et derisuri, non spectaturi, sedent*, a qua discedere cum Burm. et Desbill. non ausus sum. Burm. enim: 'Cum omnia quæ novatores producunt, sint partim dubia, partim inepta, valeant, et tueatur locum suum, quod olim vulgatum fuit.' Conjicit tamen Desbill. *Et derisuros non spectaturos ciet;* quæ lectio ei valde probabilis videtur. [Anton. edidit *Et derisores, non spectaturi assident:* proponit etiam *Et derisurus, non spectaturus sedet*, et *Ut derisuri, non spectaturi sient.*]—27 Alii (ut Rigalt. Ed. 2. Nev. Scheff. Desb. Maitt.) malunt *digrunnit*, sed credo utriusque compositi nos defici exemplis: ratio docet, *degrunnit* esse præferendum, non quia, ut *caput demisit* in sinum, ita *degrunnit* in sinum; sed quod *de* augeat, et notet: Omni nisu, conatu et viribus imitatur grunnitum porci, ut in 'depugnare' vidimus fab. 2. h. l. et 'decertare' lib. 1. fab. 30. quod multis aliis exemplis probari posset. *Burm. degrunnit* primum emendabat Ritters. suffragantibus Freinsh. quem v. ad h. l. Heins. Guy. alii. *degrunnit* etiam est in Cod. Per. sed Gesn. et Scheller. unice afferunt *digrunnit.*—28 Ms. Per. *clamorem.*—29 Per. *Tum.—simulans.* Ita legitur in Excerpt. Rigalt. Alii, ut Rittersh. Urs. *simulat.*—30 sq. *quod faciebat, &c.* Hæc usque ad *latens* parenthesi (quæ in aliis editionibus abest) recte inclusit Bentl. ex Freinshemii sententia: nam debent conjungi, *simulans Porcellum obtegere, Pervellit aurem vero, quem celaverat.* Burm. Mss. Pith. Rem. et Ed. vet. fide Brot. habent: *Sed in priore quia nihil compererat latens.* Schw. Aliæ Editiones (Ritters. Rigalt. Nev.) *compererat latens*, quod quia sensum non habet, putabant abesse aliquid, et lacunæ signa post hunc versum addiderant. Est autem perfecta sententia. Faciebat id revera, quod simulare tantum videbatur; sed latebat, ideo fallebat spectatores, ut crederent, eum non obtegere porcellum, quia, cum eosdem gestus adhibuisset scurra, delusi fuerant, et, excusso eo, *nil compererant.* Et clarior erit sententia, si parentheseos addas notam: *(quod faciebat—latens) pervellit, &c. Freinsh.* Urs. Heins. Philipp. Lallemant. totum vs. 31. qui etiam deest in Ms. Per. ejiciunt, quod mallet quoque Hoog. Sed Brot. si quis h. v. retinere voluerit, versum unum adhuc supplendum censet, in hunc modum: *(quod faciebat scilicet: Sed in priore quia nil compererat latens, Exultare nihil reformidat doli.)* Quem quidem versum perperam in textum recepit. J. F. Gronov. conjicit, *quia nil compererant, tacent*, i. e. non jubent excuti. Sic etiam Cuper. h. l. emendat, quem interpretatur ita: Non clamant spectatores, perscrutandas vestes rustici, num quid intra eas occulti gerat; de quo vide uberius disputantem Cuperum lib. 1. Obs. cap. 13. *Schw.* Sunt, qui legant *tacent;* sed ita præcedentia a sequentibus divelluntur. Nihil hic mutandum videtur: et miror tam solicite hoc verbum excussum, ac si quid inesset vitii, quod nullum est. τὸ *latens* opponitur illi, qui deprehenditur: quemadmodum deprensus fuisset rusticus, si eum excuti jussisset populus, sicut pridie fuerat excussus scurra. *Toll.* Scheff. retinens τὸ *latens*, positum esse existimat, pro, non observari, improbante Cupero l. c. Both. h. v. nec sine causa ponit post

Digitized by Google

Pervellit aurem vero, quem celaverat,
Et cum dolore vocem naturæ exprimit.
Acclamat populus, Scurram multo similius
Imitatum, et cogit Rusticum trudi foras.
At ille profert ipsum porcellum e sinu,
Turpemque aperto pignore errorem probans:
En! hic declarat, quales sitis judices.

aurem porci latentis, et elicit dolore grunnitum nativum. Plebs conclamat Scurram effinxisse multo melius, et voluit Rusticum ejici foras. Verum hic educit porcellum e sinu, convincens illos *erroris turpis prolato porco. En! ille probat, quales judices sitis.*

vs. 33.—32 Grut. legit: *aure utraque quem celaverat.* Scheff. Heins. legi vult, *cerri*, quod merito displicet Bentleio. Cf. Burm. Syll. Epp. tom. III. p. 491. et tom. V. p. 402. Ms. Per. habet *aurem porco, quem:* quod ex glossa exceptum non inepte putat Tzschuck. Optime Mss. Pith. Rem. et libri editi *aurem vero.* Vid. vs. 18.—34 Scheff. conjicit, *At clamat*, quod displicet; sequitur enim mox 'At ille.'—36 Perott. *de sinu.*—37 *Aperto pignore.* Non damno hanc lectionem, nescio tamen exemplum similis locutionis: quare forte potuit scribere *certo pignore*, quod Ovidio aliquoties usitatum est. Vid. Heins. ad Ovid. Fast. III. 741. quod eo magis posset credi, quia et alibi librarii has voces confuderunt, ut apud eundem Ovid. Met. I. 222. 'discrimine certo,' invenit in duobus optimæ notæ Codicibus Heins. pro vulgato *aperto.* Quia tamen *apertum pignus* non absurde dictum est, relinquamus Phædro sua verba, donec per Codd. si quos fortuna offert, aliter constet. *Burm.* In Cod. Per. erat *exprob...* forte *exprobrans*, quod verum putat Heusing. et receperunt Lall. Philipp. Brot. At Mss. Pith. Rem. et libri vet. editi *errorem probans.*

FABULA VI.

DUO CALVI.

Invenit Calvus forte in trivio pectinem:
Accessit alter, æque defectus pilis:
Eja, inquit, in commune, quodcumque est lucri.

Calvus reperit casu pectinem in compito; intervenit alius pilis æque carens. Eja,

2 Cuningh. [et Bentl.] *Accedens.*—3 Rigalt. in Edit. 3. Fab. Danet. Freinsh.

Digitized by Google

Ostendit ille prædam, et adjecit simul:
Superum voluntas favit; sed, fato invido,
Carbonem, ut aiunt, pro thesauro invenimus.
Quem spes delusit, huic querela convenit.

ait, est communis quæcumque sit præda. Hic exhibet inventum, et addidit: Voluntas Deorum arrisit; verum fatis invidentibus invenimus carbonem pro thesauro, ut dicitur. Hæc querimonia spectat ad eum *qui spe frustratus est.*

Walch. Scheff. ediderunt *est commune.* Male. τὸ *est* enim abest a Mss. Pith. et Rem. intrusum a Rigalt. ad fulciendum versum; in vero facillime excidere potuit. Cf. Gud. Heins. legi jubet: *Esto, inquit, in commune.* Rittersh. Nev. Urs. *Heja, inquit, commune.*—7 More suo Bentl. *querela hæc convenit.* Quanto suavius et commodius potuisset, ejecto *huic*, quod facile subintelligi jam toties vidimus, dari cum Rittersh. unde illud *hæc* arreptum est, *Quem spes delusit, hæc querela convenit?* Sed tutius nihil novare, quia Phædrus sæpe relativum præponit. Vid. IV. fab. 4. 1. *Burm.* Ms. Pith. Rem. *huic querelæ.* Pith. emendavit, *huic querela.* Toll. *ei hæc querela convenit*, sc. Carbonem pro thesauro inveni. 'Frigidus versus, quem glossatoris fœtum puto, cum præsertim fabella ad illustrandum proverbium illud *Carbonem*, &c. composita esse videatur.' *Both.*

FABULA VII.

PRINCEPS TIBICEN.†

Ubi vanus animus, aura captus frivola,
Arripuit insolentem sibi fiduciam,
Facile ad derisum stulta levitas ducitur.
Princeps tibicen notior paulo fuit,
Operam Bathyllo solitus in scena dare.
Is forte ludis (non satis memini quibus)

Cum mens inanis, insolescens favore vano, assumsit sibi confidentiam superbam, levitas inepta incurrit facile in risum omnium. *Aulœdus*, cognomine *Princeps*, *erat alicujus nominis, quod solebat præstare industriam Bathyllo in scena. Hic*

† Mss. Pith. Rem. et Edit. Vet. *Procax tibicen.* Vid. Brot.—2 Ms. Pith. Nevelet. Rigalt. 2. *Abripuit.* Prasch. reponit, *Arripuit insolentem sui fiduciam.*

NOTÆ

5 *Bathyllo*] Bathyllus pantomimus fuit, Mæcenatis libertus.

Digitized by Google

Dum pegma rapitur, concidit casu gravi
Nec opinans, et sinistram fregit tibiam,
Duas cum dextras maluisset perdere.
Inter manus sublatus, et multum gemens,
Domum refertur. Aliquot menses transeunt,
Ad sanitatem dum venit curatio.
Ut spectatorum mos est, et lepidum genus,

ludis, non sat scio quibus, decidit imprudens casu gravi dum tollitur pegma, et sibi *rupit tibiam lævam, cum potius optasset amittere ambas dexteras. Elatus inter manus, et querens plurimum, effertur in ædes. Aliquot mensea abeunt, dum curatio adducitur ad sanitatem.* Tunc *pro more spectantium vicus est hic lepidus homo*

Both. *Abrip.*—7 Ms. Pith. *pecma.* Ita edid. Rittersh. Rigalt. Meurs. Ura. —8 Codd. Rem. et Pith. habent, *Nec opia sed*, vel, *Ne copia sed*, pro *Nec opinans et*. Vid. Nev. ad marginem Editionis. Grut. Salmas. Bentl. Bipont. reponunt, *Nec opinus*, post Nev. ut lib. 1. fab. 9. 6. quod recedit a vestigiis librorum scriptorum, qui favent τῷ *opinans*, recte judicantibus Burm. et Heusing. Litera enim s centies omissa, vel virgula superducta notata. Legitur etiam 'nec opinans' apud Terent. et Sueton. Aug. c. 10. Gud. lectionem Mss. *opia* retinere mallet, i. e. ὀπεῖα, instrumenta musica tibicinalia, foraminibus plena, quod cave retineas.—13 Etsi in vulgato nihil est, quod morari possit lectores; tamen varie tentarunt viri docti hunc locum. Coler. conjicit *en lepidum genus*, cui cur assentiat non videt Rittersh. Guyeto scribendum videtur, *Ut spectatorum moris est, lepidum genus*, i. e. tibicen; quia apud Ciceronem est, 'negavit moris esse Græcorum,' sed vide mox. Heins. *et cupidum genus*, quod, judicante Burm. non satis exprimit, cujus rei cupidum sit: nam durum esset subintelligere, cupidum videndi Principem. At sequitur *desiderari cœpit*. J. F. Gronov. malebat *ad lepidum genus*, i. e. ut solent esse affecti erga illud suave genus tibicinum. Sed vellet, Burm. illustrasset genus illud dicendi, *esse ad aliquem*, cujus, si non addatur adjectivum aliquod, exemplum ignorat. Van Bergen. Crit. Obs. c. 34. p. 76. si quid mutandum, pro *et*, scriberet *id*, atque explicaret: Id lepidum genus (tibicinis), cujus

NOTÆ

7 *Pegma*] Machina est artificiosa, in qua statuæ collocantur: erat varie adornata, pro diversitate argumenti.

8 *Sinistram fregit tibiam, Duas cum dextras maluisset perdere*] Ludit Phædrus in voce *tibia*. Cum enim dicit, *sinistram fregit tibiam*, intelligit pedem sinistrum: cum vero addit, *Duas cum dextras maluisset perdere*, debent referri ad tibias quibus excitabat tibicen saltantium vigorem. Sic in Eunuchi titulo apud Terent. legitur, 'eam fabulam actam fuisse tibiis duabus dextris.' Quod ut clarius fiat, res paulo altius est repetenda. Adhibebantur olim tibiæ in ludis scenicis, ad exhilarandos animos. Erant dextræ, erant sinistræ tibiæ. Quid autem dextræ, quid sinistræ, ambigitur. Scaliger vult dextras et sinistras appellari ab lateribus unde inflarentur. Victorius autem aliter sentit. 'Vocabantur,' inquit, 'tibiæ dextræ, quæ dextra parte oris et manus tenebantur: eodemque pacto sinistræ, quæ contraria parte oris et manus inflarentur. Tibicen autem dicebatur dextris et sinistris, et duabus dextris, uti, qui simul ambas inflaret. Sinistræ gravem sonum reddebant, dextræ acutum, utpote variis organis et inæqualibus foraminibus distinctæ.'

Digitized by Google

Desiderari cœpit, cujus flatibus
Solebat excitari saltantis vigor. 15
Erat facturus ludos quidam nobilis,
Et incipiebat ingredi Princeps. Eum
Adducit pretio, precibus, ut tantummodo

deesse, cujus sono ardor saltantium solebat excitari. Quidam haud ignobilis erat daturus ludos, et Princeps Tibicen *incipiebat ambulare. Illexit hunc mercede* et

flatibus solebat excitari saltantis vigor, cœpit desiderari, ut spectatorum mos est, si quid diu abest, quod antea semper adesse solebat. Quanquam, si quem exigua hæc mutatio *τοῦ et* in *id* offendat, sine ulla correctione eundem sensum elicere possit, si modo *et* sumat pro *etiam*. Sed ut omittam, *lepidum genus* melius referri ad spectatores, quam ad Principem, nescio, an *genus tibicinis* de uno tibicine recte dicatur. Certe Phædrus dixit 'pavidum genus' de ranis, non de rana; 'proprium genus,' de graculis; 'genus mortalium,' de hominibus. Ita 'genus piscium' apud Hor. Od. 1. 2. 9. etsi probe sciam, alio sensu dici posse *genus tibicinis* pro ejusdem prole, ut 'genus Adrasti' Ovid. Fast. 433. pro Diomede.—16 Præter J. F. Gronov. et Burm. ediderunt *nobiles* Bentl. Richt. Desb. Didot. sed vid. ad lib. v. fab. 5. 4. *nobilis* habent Rittersh. Rigalt. Nev. Fab. Urs. Scheff. prima Burm. Maitt. Lall. Brot. Jörd. al.—17. 18 Exhibent vetusti Codd. (etiam Edit. Vet. ut Nev.) *Et incipiebat Princeps abduci reum ingredi A se reducit pretio precibus ut tantummodo.* Rigalt. conjecit: *Et incipiebat Princeps ingredier. Eum Adducit, pretio, precibus.* Sic etiam emendandum censet Prasch. non tamen sensu concinno, et in exitu fere contra metrum, observante Tzschuck. Etiam Bentl. h. vers. ob malos numeros exsibilandum censebat. Quare cum Desbill. reposui: *Et incipiebat ingredi Princeps. Eum, &c.* Schwab. Bentl. *Et ut incipiebat posse Princeps ingredi, Inducit pretio, precibus,* in quibus me offendunt illa *et ut*; et deinde *posse ingredi,* quod nihil plus significat, quam *ingredi*. In Mss. non reperitur *posse;* licet non negem, probabiliter posse defendi loco illo Ciceronis, a Gudio adducto. Sed miror virum fastidiosum, qui lib. 1. fab. 27. 'conveniens esse potest,' quod est in scriptis, concoquere non potuit, hic contra auctoritatem scriptorum recipere avide illud *posse ingredi*. Sed licere, utroque modo loqui, et *posse* addere, vel omittere, sine sententiæ damno, patet ex Suet. Vesp. 7. de Basilide liberto, 'quem jam pridem propter nervorum valetudinem vix ingredi, longeque abesse constabat;' et ibi *vix ingredi posse* intelligitur, sed *τὸ posse* non exprimitur. Quid? si legamus continuatis verbis, *Erat facturus ludos quidam nobiles, Ut incipiebat Princeps ingredi:* i. e. eo tempore ludos erat facturus, quo incipiebat iterum ingredi. In reliquis, quæ in cod. exhibentur, *a se abduci,* et Glossa Gudii, latet aliquid, quo Principem sine adminiculo jam ingressum significatur; *a se ingredi* vero vix Latinum putem; sed cum *ingredier* fuisse in Mss. potuit, hinc in ultimis illis *er*, et etiam in *reum*, vestigia veræ lectionis, et *per* absorptæ, latere possunt, et forte ita posset constitui locus: *Erat facturus ludos quidam nobiles, Ut incipiebat per se Princeps ingredi. Adducit pretio, &c. per se* enim obvium est pro, solus, sine adjutoribus, ut lib. III. fab. 10. 58. 'per te cognoveris,' ubi v. Scheff. et ad Ovid. Medicam. 27. et Suet. Cæs. 56. Verba autem transposita fuisse, ex antiquis edd. satis patet. *Burm.* Ursin. seqnens propius vestigia scripturæ: *Et incipiebat ingredi Princeps, eum Reducit pretio, precibus, ut tantummodo;* Heins. *Ut incipiebat Princeps ingredier, eum Inducit pretio et precibus, ut tantummodo;* Toll. *Et incipiebat Princeps jam ingredier. Eum A. p. p.* [Edidit Anton. *Ut inc. a se Princeps ingredi, Perducit eum pretio, precibus, tantummodo ut Ipse, &c.* Etiam proponit: *Ut inc. P. absque duce ingredi, &c.*] *Adducit.* Brot. e libris scriptis et Plin. H. N. VII. 48. tuetur *Reducit*, quod alienum est h. l. cum repugnet sensui, et nexus orationis requirat *Adducit*, vel *Inducit*.—

Digitized by Google

Ipso ludorum ostenderet sese die.
Qui simul advenit, rumor de tibicine
Fremit in theatro: quidam affirmant mortuum,
Quidam in conspectum proditurum sine mora.
Aulæo misso, devolutis tonitrubus,
Di sunt locuti more translatitio.
Tunc Chorus ignotum et modo reducto canticum

precibus, qui in conspectum prodiret solummodo ipso die ludorum. Ut statim venit, rumor spargitur in theatro de Tibicine. Quidam contendunt illum esse *fato functum; quidam* contra, *statim se ostensurum. Demisso aulæo, factis tonitrubus, Dii sunt locuti modo vulgari. Chorus et canticum usitatum tunc* temporis *imposuit*

23 Ita Ms. Rem. et Edit. Vet. In Ms. Pith. legitur *miso*. Philipp. emendavit, *demisso aulæo*. Sine necessitate.—24 Heins. *Diis collocutis*, probante Walch.—25 sq. In Mss. Pith. Rem. et Edit. vet. Pith. Rittersh. Nev. Urs. legitur: *Tunc chorus ignotum more ducto canticum Imposuit*. Obscura hæc; unde aliquid lucis emicare videtur Tzschuckio. Opinatur *Imposuit* explicari posse, intexuit: *ducto* capiendum ait, ut ante 'translatitio.' Pari modo libr. scriptorum lectionem strenue defendit de Schirach. Sed cum significatio verbi *imponere*, sensu, quo volunt, nondum certa sit, et exemplis, ad probandum idoneis, confirmata; nondum moveri possum, ut viris doctis accedam. Desbill. proponit: *Tunc Chorus ignotum et modo reducto canticum Imposuit*. Quam recipiendam duxi; ita tamen, ut paululum recederem ab interpretatione Desbillonii. Non enim videtur credibile, Chorum ideo Principem nihil præmonuisse, quo eum ludificaret certius. A lectione Codd. Mss. non multum abhorret Brot. *Tunc chorus et ignotum reducto canticum Imposuit*. Permultæ Editiones, etiam Burm. major, habent: *Chorus reducto tunc et notum canticum Imposuit*, quam, præter alios, vindicant Schulz. et Lang. Statuit Burm. *notum* sine dubio tenendum. Sed *ignotum*, quod est in libris scriptis, non temere abjiciendum arbitror. Fac enim canticum ejusdemque argumentum et consilium notum fuisse Principi, qui tandem fieri poterat, ut deciperet hominem, ita, ut gratulationem populi ad se, non ad Cæsarem, pertinere crederet, sicque se exponeret risui omnium? An tibicen tam insigni impudentia fuisse censendus est? Quare *ignotum* recte retinent Bipont. qui legunt: *Tunc chorus ignotum modo reducto canticum Imposuit*; quæ ita intelligo: Chorus imposuit, i. e. injunxit tibicini, modo in theatrum reducto, canticum, quod ei ignotum erat. Ita etiam locum capit Tollius, sed

NOTÆ

23 *Devolutis tonitrubus*] Quæ vocabantur et Claudiana; quia Claudius Pulcher instituit, ut ludis post scenam conjectus lapidum ita fieret, ut veri tonitru sonum imitaretur. Nam antea leves admodum et parvi sonitus fiebant, cum clavi et lapides in labrum æneum conjicerentur.

24 *Di sunt locuti*] Ut præsentia Deorum sentiretur magis, devolvebant tonitrua, et Dii loquebantur. Unde natum istud, Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς: *Deus e machina*. Inducebantur autem Dii, cum dignus aliquis vindice nodus incidisset.

More translatitio] Non sibi nativo et proprio.

25 *Chorus*] Multitudo canentium et saltantium cum tibicine.

Tunc C. i. et m. r. c.] [*Reducto tunc et notum canticum*] Verior hæc videtur lectio, quanquam et aliam probem: *Tunc chorus ignotum mox reducto canticum Insonuit*. Cum enim Princeps

Digitized by Google

Imposuit, cujus hæc fuit sententia:
Lætare, incolumis Roma, salvo Principe.
In plausus consurrectum est. Jactat basia

tibicini *reduci, cujus hic fuit sensus: Lætare, incolumis Roma, salvo Principe. Applausum est: Tibicen protendit manus, credit amicos* sibi *gratulari. Equites*

ita, ut pro *modo*, reponat *mox*. Sed jam olim non inepte quærebat Heins. Epist. ad J. Frid. Gronov. in Burmanni Syll. Epp. tom. III. p. 482.: 'An chori erat, imponere canticum? at supra dixit, divitem illum nobilemque virum, qui ludos erat facturus, cum tibicine pepigisse, ut tantum se ostenderet in theatro: cur ergo hic canticum illi imponitur?' Ipse Heins. l. c. legendum putat: *Chori reducto tunc ignotum canticum Imposuit*. Bentl. *Tunc chorus ignotum more docto* (i. e. de more) *canticum Insonuit*, ad quæ v. Burm. qui proponit: *Tunc Chorus; et notum mox* (vel *modo*) *reducto canticum Imposuit*. [Sequitur Anton. nisi quod *ac* pro *et* substituit.] Freinsh. *Tunc chorus ignotum mox reducto canticum Insonuit;* Prasch. *Tunc chorus, ignoto more, ludo canticum Imposuit;* Rigalt. *Tunc chorus notum moro educto*, i. e. Principe, moro et inepto tibicine, *canticum;* Idem in altera edit. edidit: *Chorus reducto tunc, et novum* (Richter. *ignotum*) *canticum;* Scheff. *Tunc chorus ignotum ac reducto canticum;* Grut. teste Nev. *Tunc chorus ignotum amore ductus canticum;* Cuningh. *Chorus tunc ignotum ore docto canticum Insonuit;* Kohl. Comment. Crit. Pentad. II. l. 49. p. 203. *Chorus reducto tunc et notum canticum Imposuit*, laudans præter alia Ovid. Met. XIV. 20. sq. Editor Edit. stereot. *Chorus tunc et notum reducto canticum Imposuit.*—28 Burm. conjectura Scriverii et Heinsii deceptus, edidit, *Jactant basia*, ut hæc verba referat ad spectatores: quod mihi quidem absonum videtur. Nam ut stultus error Tibicinis intelligi posset, aliquos ille gestus edere debuit, quibus significaret, a se plausus spectatorum, tanquam sibi uni datos, accipi; hoc autem ut præstaret, quid opportunius fuit, quam jactare basia, id est, manum et ori admovere, et ad spectatores porrigere? id quod facere solebant Romani, ut gratos se et memores ostenderent. Sana est ergo lectio Mss. Codd. et edd. fere omnium, quam exhibemus. *Desbill.* Præter Heins. et Burm. *Jactant* tuentur Santor. Heusing. de Schirach. [Anton.] At stare potest Bentleii et Desbill. sententia. Non enim subest causa, quare lectionem Mss. repudiandam putemus; maxime cum moris esset scenicis, adorare populum. Neque objici potest a Burm. non sine copula *putat* subjuncturum fuisse Phædrum; cum et alibi per asyndeta procedat oratio. Vid. ad lib. IV. fab. 17. 16. 20. et ad lib. IV. fab. 21. 16. Neque etiam obstat, si Princeps jactasset basia, non equites tantum visuros fuisse, sed etiam populum. Utique enim populus videbat hominem, basia jactantem, et mox in pulpito totum se prosternentem, sed veram causam, quare hoc faceret, nescio quomodo, non intelligebat; mox enim Phædrus narrat, populum existimasse, coronam rogare tibicinem; donec res patefacta per equites, qui stultum errorem statim intellexerant, cuneis innotesceret omnibus, et ille ab universis foras protruderetur. Cf. vs. 32. sqq. ex quo

NOTÆ

Tibicen detentus fuisset lecto propter acceptum vulnus, potuerat nescire canticum in honorem Imperatoris. Ordoque horum verborum talis est: Tunc chorus insonuit canticum ignotum reducto Principi Tibicini. Quo factum est ut erraverit vehementer, sibi dictum putans, quod imperatori dicebatur.

28 *Jactat basia*] Id est, adorat populum.

Digitized by Google

Tibicen; gratulari fautores putat.
Equester ordo stultum errorem intelligit,
Magnoque risu canticum repeti jubet.
Iteratur illud. Homo meus se in pulpito
Totum prosternit: plaudit illudens eques;
Rogare populus hunc coronam existimat.
Ut vero cuneis notuit res omnibus,
Princeps, ligato crure nivea fascia,
Niveisque tunicis, niveis etiam calceis,
Superbiens honore divinæ domus,
Ab universis capite et protrusus foras.

subodorantur illius *errorem ineptum, et effusi in risus imperant iterari canticum. Repetitur. Meus homo se totum prosternit in pulpito. Equester* ordo *irridens* consurgit *in plausus. Populus credit illum postulare coronam. Cum autem res fuit cognita omnibus cuneis, Princeps crure revincto fascia candida, veste candida, et soccis candidis, insolescens majestate domus imperatoriæ, pulsus est capite foras ab omnibus.*

apparet, in omnibus fere edd. recte *Jactat* legi.—29 Harius post Walch. *Jactat basia....putans*, quod receperunt Cuningh. Jörd.—32 Distinguit Bentl. *Iteratur : illic homo:* quia *hic* et *illic* eleganter pro *tunc* sumi solet: quod debuisset probare vir doctus de τῷ *illic*. Sed producit exemplum, ut sunt ad manum plurima certe, de τῷ *hic*, de quo hic non agitur; quo modo si liceat emendare, nihil unquam nos morabitur. Multo verosimilius Heins. *illico ;* sed servemus *illud*, sc. canticum. *Burm.*—37 Gud. præfert *Nivea tunica*, nisi quis accipere velit de duplici tunica.—38 Sic optime Paris. sublatis etiam notis lacunæ ante hunc versum (quæ habentur in Editt. Rittersh. J. F. Gronov. al.) Deest enim nihil. Edebatur antea, *honorem vidit divinæ domus* (ita Nev. Urs.) *Freinsh.* Gud. legit, *honorem in divinæ domus*, de veteri hac formula, quæ siglis etiam ita notatur IN H. D. D. erudite disputans. Vs. 33-39. hoc ordine legi vult Rigalt. *T. p. plaudit illudens eques: Princeps ligato crure nivea fascia, Niveisque tunicis, niveis etiam calceis, Superbiens honorem invidit divinæ domus ; Rogare populus h. c. e. Ut vero cuneis n. r. o. Ab universis c. e. p. f.*

NOTÆ

30 *Equester ordo*] Erat in theatro certus equestri ordini assignatus locus.

32 *In pulpito*] Pulpitum, pars theatri ubi personæ canere agereque fabulam solebant.

35 *Cuneis*] Erant spectatorum sedilia in theatro, ubi sedebat populus.

Digitized by Google

FABULA VIII.

OCCASIO DEPICTA.†

CURSU volucri, pendens in novacula,
Calvus, comosa fronte, nudo corpore,
Quem si occuparis, teneas; elapsum semel
Non ipse possit Jupiter reprehendere,
Occasionem rerum significat brevem. 5

Homo *calvus gradiens super novacula cursu volucri, nudis membris*, et *sincipite crinito, quem si arripias, possidebis; si* sinas *elabi semel, non ipse Jupiter valeat occupare.* Hæc pictura *demonstrat occasionem rerum* esse *momentaneam. Prisci*

† In Mss. Pith. Rem. et Editt. Vet. legitur: *Tempus;* pro quo recentiores habent: *Occasio depicta.*—1 Sic vulgo legitur: in qua lectione nil mutandum censeo; varie tamen locum solicitant Critici. Pith. corrupte ediderat, *Cur sit*, unde Rittersh. fecit, *Vir sit*, h. e. pingatur; formula, a Mathematicis sumta, qui lineam vel circulum pingere jubentes dicere soleant *sit*, vel *esto;* sed fere omnes deinde *Cursu* ediderunt. Bentl. *Cursu ille volucri;* sine necessitate. [Ei tamen accedit Anton.] Buchner. volebat *Cur sic*, et post *reprehendere* vs. 4. ponebat interrogationis punctum, et pro *pendens* legebat *pendet. τὸ sic* etiam reponit Cuningh. Burm. 'Posset et aliquis hic reponere, *Cursu volucris, pendens in novacula;* ut *cursu celer* et similia occurrunt: quia variare voluisse videtur noster occasionis, sive temporis, dotes. Sed servo vulgatam, et distinguo cum aliis post *volucri*: ita mox, *comosa fronte, nudo corpore.* Et præterea huc credo respexisse Senec. Nat. Quæst. VI. c. ult. 'in puncto fugientis temporis pendeo.' *Cursu volucri pendens in novacula*, scribendum et interpungendum, docet Drakenb. ad Sil. IV. 179. Nam 'pendentem in cursus,' dixisse Stat. ad Crispin. Sylv. v. 2. 115. et *pendere in cursus* dici, ut 'pendere in verbera,' de auriga, ap. Virg. Æn. v. 147. et Sil. Quem Virgilii locum Desbill. affert ad firmandam conjecturam suam, *pendens in novaculam*, non quæ pedibus ejus subjecta sit, quemadmodum plerique recte explicant, at quam gerit manu. Quam inconcinne vero Jakob. reposuerit *pedes in novacula*, docet Censor doctus in A. L. Z. ann. 1785. II. p. 281. [Burmanni major editio, quid mirabilius? habet mero errore typoth. *pedens.*] Broukhus. ad Prop. IV. 2. 28. distingult: *Cursu volucri, pendens, in novacula;* alii: *Cursu volucri pendens, in novacula.*—2 Bipont. ediderunt *nudo occipitio.*—4 Nevelet. *reprendere.* Sic in uno Statii libro invenit Barth. quem v. ad Theb. VI. 568.

NOTÆ

Hæc non est fabula, sed ὑπογραφή. Est enim Occasionis descriptio, quam invenies apud Ausonium Epigram. XI.

1 *Cursu volucri, pendens in novacula*] Id est, tanta velocitate, ut posset incedere in novacula.

Digitized by Google

Effectus impediret ne segnis mora,
Finxere antiqui talem effigiem Temporis.

pinxerunt talem imaginem Temporis, ne cunctatio pigra moraretur eventus.

—6 Heins. mallet: *Effectus impediatur ne segni mora*, quod placet Hoogstratano. Kohlius Pentadec. I. 49. p. 117. ad hosce versus acute hæc observat: 'Phædro, nisi me animus fallit, postremus fabellæ versus hic erat: *Occasionem rerum significat brevem.* Sic enim argute satis et rotunde fabella claudi-tur. Qua brevitate, nescio quis, offensus inficetus adjunctor, cum accessionem scilicet afferendam Phædrinis versibus putaret, aptæ satis et concinnæ vesti laciniam, ut pluribus aliis locis factitatum, inconcinnam subtexuit.'

FABULA IX.

TAURUS ET VITULUS.

Angusto in aditu Taurus luctans cornibus,
Cum vix intrare posset ad præsepia,
Monstrabat Vitulus, quo se pacto plecteret.
Tace, inquit, ante hoc novi, quam tu natus es.
Qui doctiorem emendat, sibi dici putet.

Bos enixus cornibus in transitu arcto, cum vix posset ingredi in bovile, Vitulus ostendebat quomodo se flecteret. Sile, ait; scio id antequam fuisses procreatus. Sibi id *pro dicto habeat, qui docet peritiorem.*

3 *Plecteret.* Ita recte Mss. et libri editi. Vid. Brot. *Schw.* Rittersh. Buchner. (etiam Urs. Walch. Danet. J. F. Gronov. Bentl. Guy. Cuningh. de Schirach.) volunt *flecteret.* Sed nihil temere mutaverim. Nam et *plecteret* est *flecteret*, cum utrumque sit a πλέκειν. Sic Juv. Sat. VI. 496. 'plectitque comas,' ut legit Ruben. Elect. II. c. 26. Inde *plectra*, navium gubernacula, quia flectunt navem. *Scheffer.* Eadem ratio, quam sæpe dedimus (nempe librarios, aut glossatores rarioris significationis vocabula notis supposuisse, non contra) suadet, ne hic *flecteret* legamus. Vid. Scheffer. de Re Veh. lib. I. c. 4. (p. 30.) et ad Ov. Fast. I. 345. et Met. XIII. 894. *Burm.* Plaut. Bacch. I. 1. 37. 'Pro insigni sit corolla plectilis.' Gell. lib. XVIII. c. 2. 'Coronam (ponebat) e lauro plexam.' *Desbill.* Barth. Adv. XLIV. 6. legit *plicteret;* Heins. *inflecteret.* [Anton. *plect.*]—4 *Tu* deest in Mss. Pith. et Rem. Recte illud addidit Pith. *Brot.*—6 Cuningh. sine auctoritate edidit: *sibi dictum hoc putet.*

Digitized by Google

FABULA X.

VENATOR ET CANIS.

ADVERSUS omnes fortis veloces feras
Canis cum domino semper fecisset satis,
Languere cœpit annis ingravantibus.
Aliquando objectus hispidi pugnæ suis,
Arripuit aurem: sed cariosis dentibus
Prædam dimisit. Hic tum venator dolens
Canem objurgabat. Cui Latrans contra senex:
Non te destituit animus, sed vires meæ.

Cum Canis acer præstitisset semper suam operam hero contra cunctas celeres feras, cœpit deficere ætate devexa. Commissus vero *postea in pugnam cum apro hirsuto, corripuit illius aurem; verum reliquit prædam dentibus adesis carie. Hic tum Venator mœstus increpabat Canem: cui senex* Canis *allatrans: Animus* meus

1 *Fortis veloces.* Ms. Gud. i. e. Pith. *fortes et veloces*, et vs. 2. *tum.* Schw. Heins. *fortis et velox*, quod recepit Bentl. (et placet Hoogst. et Walch.) quia *fortis* adversus apros et leones, *velox* contra lepores et cervos erat; sed quis unquam dixit, *velox contra lepores?* cum rectius fortis posset intelligi duplici de dote; viribus, pugnando contra leones, &c. cursu, insequendo veloces, ad quod etiam viribus opus, ut noster supra fab. 2. ridiculi causa dixit, 'quantis fugias viribus,' et ut ille canis apud Ovid. Met. III. 219. 'cursu fortis Aëllo.' *Burm.* qui plura dabit. Heinsii et Bentl. emendationem probari posse putat Heusing. si *velox adversus* Latine diceretur.—3 Bentl. more suo *Languere ut cœpit.*—5 Heins. *aure*, quem iterum sequitur Bentl. credo, si *aure* fuisset in vulgata, malnissent Critici *aurem*: nam æquo jure utrumque se tueri potest, ut hoc ostendi pluribus ad Ovid. Met. II. 476. *Burm.* Etiam van Bergen. Obs. Crit. c. 33. p. 74. sq. rejicit emendationem Heinsii atque Bentl. Nil in vulg. lect. mutandum, quæ etiam tuetur locum suum auctoritate Codd. Mss.—6 Ms. Pith. *tunc.* Vid. Gud. *tunc* edidit Nev.—7 Heinsius *objurgare. Cui Latrans contra senex.* Olim (e Mss.) legebatur, *Cui senex contra latrans* (ita Rigaltii 2. Nev.) sed cum prima in *latrans* sit longa, ut hoc operose satis ostendit Hoog. (cf. Wasius in Senar. p. 32.) subventum fuit versui sola transpositione verborum, qua et nos, et omnes in Phædrum interpretes et Bentl. centies usi fuerunt; quæ medicina certe est mollissima: neque video, quid versui ita constituto insit scabri aut duri; sed vir doctus hic excudit nobis, *Cui senex contra Lacon*, et eleganter poëtam,

NOTÆ

7 *Latrans senex*] *Latrans*, pro cane dixit, ut supra 'laniger,' pro agno: 'barbatus,' pro capro: 'sonipes,' pro equo.

Digitized by Google

Quod fuimus, laudasti; jam damnas, quod sumus.
Hoc cur, Philete, scripserim, pulchre vides. 10

non defuit tibi, sed meæ vires. Probas quod fuimus; jam vituperas quod non sumus. O Philete, judicas recte quare finxerim istud.

cum prius *canis* dixisset, postea inferre *Laconem* jactat. Sed quis crederet Phædrum, qui fere bestias ornat epithetis, quibus maxime ab aliis dignoscuntur, hic usum designatione canis ex origine aut genere, qua nunquam usus fuit? Sic cum 'barbatum' pro hirco, 'bidentem' et 'lanigerum' pro ove, 'auritum' pro asino, et similia dedisset nobis, multo vero similius est *latrantem*, quam *Laconem* dixisse. In Horatii loco alia res est; ibi de diversis generibus canum agitur, non de uno; 'Molossus, aut Lacon.' Alia attulit Harius, quibus *Laconem* illum exegit loco. Sed nec ille felicius mihi videtur obtrudere *hirriens*, quod nulli poëtæ usitatum scio, et inter illa vocabula, quæ rarissime in poëtarum aut oratorum scriptis occurrentia, apud Grammaticos fere solos nobis sunt reliqua. Sed quia fastidiosi Critici nolunt in sedem quartam bisyllabam vocem admittere, nisi sit prima brevis, legamus: *Canem objurgabat, latrans cui contra senex.* Burm. [Quod quidem legit Anton.] Bentl. conjectura, ut judicat Both. est 'elegans, sed non necessaria.'—8 Ita Mss. Pith. Rem. et Edit. Vet. *Brot.* Heins. legebat *Non nos.* Sed voculæ duæ, tres n habentes, offendunt; quare Hoog. ex P. Francii sententia, *Non me*, et ita Walch. et Bentl. Credo, parum interesse; nam canis vires, non animus destituebat dominum, quod per ejus infirmitatem præda caruerit: canem vero ipsum destituebant vires, quæ abierant, non animus, qui manebat, sed inutilis. Ov. Ep. XV. 136. 'Tam cito me somnos destituisse queror,' i. e. abiisse, reliquisse. Et posset huc aliquo modo facere illud Ex Pont. III. 9. 18. 'Judicium vires destituuntque meum.' Vid. ad lib. I. 21. *Burm.*—9 In Mss. Pith. Rem. legitur: *Quod fuimus laudas, jam damnas quod sumus*, claudicante versu; sic tamen edidit Nev. At ego e Romulo et Anon. Nilantii reposui: *Quod fuimus, laudasti; jam damnas, quod sumus.* Sic et olim conjecerat Burm. et recte recepit Hartman. sensu optimo. Romulus enim Ulm. quem male appellant *Rimicium*, habet, *Fuimus aliquando fortes, laudasti quod fuimus, jam* (Romul. Divion. *nunc*) *damnas quod sumus;* sed Anon. Nilantii: *laudasti quod fui, mihi jam damnas quod sum.* Pro lectione *laudasti* pugnat quoque *jam*, quæ sequitur, opponenda iis, quæ olim fecerat venator. Accedit, quod hic in præsenti canem non laudaverat, bene observante Leonh. At plurimi, etiam Burm. in Edit. majori et Bipont. legunt: *Quod fuimus laudas, jam damnas, quod non sumus;* τὸ *non* perperam intrusit Pith. Sed sic metrum displicet Criticis, disyllabæ vocis spondeo in quartam sedem incurrente. Hinc varie locum emendare ausi sunt. Barth. Adv. XLIV. 6. *Quod fuimus laudas? jam damnas quod sumus;* quam conjecturam gloriatur et fulcire versum, et poëta dignam esse, et sensui aptissimam. Heins. *Quod fuimus laudas, dum damnas, quod nunc sumus.* Idem quoque conjiciebat: *Quod fuimus lauda, non damna, quod jam sumus.* Gud. et Bentl. quibus obsequuntur Maitt. et Schirach. Clav. P. I. p. 305. [et Anton.] *Quod fuimus lauda, si jam damnas, quod sumus;* Faber, *Q. f. laudas, damnas, quod jam nos sumus;* Scheff. lectionem *jam damnas quod non sumus* retinet, sed hoc ordine vult construi: damnas, quod jam non sumus, sc. id quod fuimus; Desbill. *Quod fuimus laudas, etiam damnans, quod sumus.* Equidem in lectione nostra veteris scripturæ vestigia satis expressa

NOTÆ

10 *Hoc cur scripserim, vides*] Nempe quia senex sum, et annorum depræ-

dationem ac damna sentio.

Delph. et Var. Clas. *Phædr.* S

Digitized by Google

esse putaverim; etsi verum sit, quod scribit Burm. 'quocumque modo scripserit Phædrus, sensus semper fere idem exit.'—10 *Philete*. Ita scriptum invenias in Cod. Rem. sed recentiore manu superlitum, *Fili descripserim*, teste Rigalt. Quæ docent, quantopere libri scripti, cum Rem. tum maxime Pith. interpolati fuerint a manu secunda, ut non uno loco in hoc opere intelleximus. *Philete* scribendum esse, non *Filete*, ex inscriptionibus antiquis probat Gud. Occurrit tamen *Filetus* apud Gruter. p. CCCXLVI. 2. Nev. Urs. al. ediderunt *Filite*; perperam; est enim a Græco φιλητός. In Ms. Pith. et Excerpt. Rigalt. inveniri *Filete*, testatur Heim.

Digitized by Google

APPENDIX

FABULARUM ÆSOPIARUM

XXXIV.

E MSS. DIVIONENSI, ANONYMO ET ROMULO NILANTII, ET ALIIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

APPENDIX

FABULARUM ÆSOPIARUM.

FABULA I.

MILVUS ÆGROTANS.

MULTOS cum menses ægrotasset Miluus,
Nec jam videret esse vitæ spem suæ;

NOTÆ

Burmannus, si non omnes hujus Appendicis fabulas, maximam tamen partem, olim a Phædro fuisse versibus senariis conscriptas credit, in quo tamen alii aliter sentiunt. Paucas Nilantius etiam tentavit versibus exprimere, in uno, judicante Burm. peccans, quod sexto pede spondæum posuerit, quod nec Phædrum, nec alium poëtam, in senariis fecisse, ei persuasissimum est. De ceteris rebus observandum, Notas, quæ sine auctoris nomine, in hac Appendice exhibentur, Burmannum habere auctorem. *Schwab.* [qui monet in memoriam revocanda esse quæ in sua Notit. Liter. de hac re notat. Ea huc in tuos, Lector, usus transtulimus. ' Phædri Fabular. libri v. cum nova fabularum Appendice, ex Ms. Divionensi, Rimicio, Romulo, et aliis. Cura et studio Pet. Burmanni. Hagæ-Comitum. apud Henr. Scheurleer. 1719. 12. Hæc editio, minor Burmanni prima, textum, ab ipso recensitum, exhibet sine notis, et habet appendicem fabularum XXXIV. Primum nempe Gudius fabulas quinque, e Ms. Divionensi descriptas, in senarios redegerat. Quatuor ex his subjecit Burmannus editioni suæ ann. 1698. Reliquas XXIX. idem e Rimicio, i. e. Romulo, Anonymo et Romulo Nilantii numeris suis redditas, juris publici fecit in editione ann. 1718. adjectis fabulis quinque, a Gudio in metrum redactis. Has igitur fabulas XXXIV. repetitas in hac editione minori I. appellat novam appendicem. Sed ipse in præfatione ad editionem ann. 1727. libens agnoscit, longius sæpe se a Phædri ma-

Digitized by Google

Matrem rogabat, sancta circumiret loca,
Et pro salute vota faceret maxima.
Faciam, inquit, fili; sed, opem ne non impetrem,
Vehementer vereor; sed qui delubra omnia
Vastando, cuncta polluisti altaria,
Sacrificiis nullis parcens, nunc quid vis rogem?

NOTÆ

nu aberrasse, licet multæ voces et locutiones sint servatæ. Interpolatores illi enim, quos secutus fuit, verbosiores Phædro, qui brevitatem semper jactat, extitere. Lege quæ hanc in rem scribit in Præf. Edit. ann. 1718. Appendix ista Gudiana multoque magis Burmanniana vix ullam, quæ Phædro digna sit, Desbillonio visa est fabulam continere, in Præf. Disp. III. p. XXVIII. Sed quinque e Cod. Divion. descriptæ fabulæ haud Phædro plane indignæ videntur Bipontinis Editoribus, quorum vide Not. Liter. de Phædro p. XXVII.']

Hæc fabula ap. Rimicium l. I. 19. legitur. *Burm.* Apud Romulum Divion. et Ulmens. est lib. I. fab. 18. *Schwab.*

2 *Esse vitæ spem suæ*] Lege, *esse vitæ spem super.* Virgil. 'dum vita supersit.' Plautus etiam eleganter per tmesin separat: 'si quid super illi fuerit.' *Gud.*

3 *Sancta circumiret loca*] Sic Ms. *Sancta loca* apud Auctores nondum reperi. Forte scripsit *sacra.* Sic apud Ciceronem, 'locus sacer:' oppositus profano. Virgil. 'lucus sacer,' et 'aræ sacræ.' Tamen Virgil. etiam 'flumen sanctum,' et 'Numina sancta.' Ovid. 'Di sancti.' Martial. 'Aula sanctior.' Lucret. 'Sancta Deum delubra.' Recte ergo se habet locus. *Gud.* Et si *augusta* dicantur templa et alia loca, *augusta* vero idem notet, quod *sancta*, teste Ovid. Fast. I. 609. quidni liceret *sancta loca* dicere?

Circumiret] Ut in periculis constituti solebant etiam privatorum domos circumire. Tac. Annal. lib. II. 'Libo veste mutata cum primoribus fœminis circumire domos, orare affines, vocem adversus pericula poscere.' *Gud.*

4 *Et pro salute*] Lege: *Ejusque pro salute vota necteret.* Lucret. 'Votis vota nectere.' *Gud.*

7 *Vastando, cuncta*] Lege; *Vastasti culta polluens altaria.* Sic Claudian. 'Culta altaria,' forte Phædrum imitatus. *Gud.*

8 *Nunc quid vis rogem*] Scilicet hoc ipsum vult mater dicere, quod Cato apud Nonium: 'Nullam profecto accessi ad aram, quin Deos, suppliciis, sumtu, votis, donis, precibus, ploratu obsecrans nequicquam fatigarem.' Egregie Cato apud Sallust. Cat. c. 52. 'Non votis, neque suppliciis mulieribus auxilia Deorum parantur; vigilando, bene agendo, bene consulendo, prospere omnia cedunt: ubi socordiæ tete atque ignaviæ tradideris, nequicquam Deos implores: irati infestique sunt.' *Gud.*

Digitized by Google

FABULA II.

LEPORES VITÆ PERTÆSI.

Qui sustinere non potest suum malum,
Alios inspiciat, et discat tolerantiam.
Aliquando in sylvis strepitu magno conciti
Lepores clamant, se propter assiduos metus
Finire velle vitam. Sic quendam ad lacum
Venerunt, miseri quo se præcipites darent.
Adventu quorum postquam ranæ territæ
Virides in algas misere fugientes ruunt:
Heu, inquit unus, sunt et alii, quos timor
Vexat malorum. Ferte vitam, ut ceteri.

NOTÆ

Fabula est apud Rimic. II. 8. et Romul. Nil. 24. *Burm.* Apud Romul. Ulmens. et Divion. est lib. II. 9. *Schew.*

1 *Sustinere*] Phædri plane est: lib. I. fab. 2. 'Hoc sustinete, majus ne veniat malum.' *Gud.* Malim, *Ut sustinere quis possit suum malum, Aliorum mala respiciat, et discat pati.*

2 *Alios inspiciat*] Terent. Adelph. 'Vitas hominum inspicere.' Plin. jun. 'inspicere hominem propius.' *Gud.*

Discat tolerantiam] Forte totus versus ita constituendus: *Aliorum exemplo toleranter discat pati.* Sic Cicero: 'Toleranter dolores pati.' Reliqua ita forte melius constitui possunt: *In sylva quondam strepitu magno conciti Lepores, assiduos velle se propter metus Finire vitam, clamitant: sic proximum Venere ad stagnum, quo se præcipites darent. Adventu quorum postquam ranæ territæ Confestim in imos trepidantes fugiunt lacus: Heu, inquit unus, similis illarum est timor; Sequamur et feramus vitam, ut ceteri.* Gud.

6 *Præcipites darent*] Terent. Andr. III. 4. 'Utinam mihi esset aliquid hic, quo nunc me præcipitem darem.' *Gud.*

9 *Heu, inquit*] Lib. I. fab. 31. 'Heu quanta nobis instat pernicies, ait.' *Gud.* Mallem hoc modo: *In sylvis sæpe metu lepores arborum Pavefacti consilium ceperunt, ut semel Perire vellent propter assiduos metus. Hinc fugientes ad ripam veniunt fluminis, Ubi ranæ multæ, qua se præcipites darent. At illæ, leporum numero et turbatæ sono, Profunda saltu fluminis celeri petunt. Lepus tunc unus: Alios ecce territos; Sequamur vitam, ut ceteri, quam sors dedit.*

Digitized by Google

FABULA III.

VULPIS ET JUPITER.

NATURAM turpem nulla fortuna obtegit.
Humanam in speciem cum vertisset Jupiter
Vulpem, regali pellex ut sedit throno,
Scarabeum vidit prorepentem ex angulo,
Notamque ad prædam celeri prosiluit gradu.
Superi risere, magnus erubuit pater,
Repudiatam turpemque pellicem expulit;
His prosecutus: Vive, quo digna es, modo,
Quæ nostris uti meritis digne non potes.

NOTÆ

Hanc fabulam nusquam reperi.
9 *Quæ nostris*] Forte: *Decore nostris moribus quæ uti nequis.* Nam, *uti meritis*, an recte dicatur, dubito.

FABULA IV.

LEO ET MUS.

NE quis minores lædat, fabula hæc monet.
Leone in sylva dormiente, rustici

NOTÆ

Hæc fabula est ap. Rimic. 1. 18. Anon. Nil. 18. Romul. 16. *Burm.* Ap. Rom. Div. et Ulm. est lib. 1. 17. *Schwab.*
1 *Ne quis*] Aliter est; *Qui casu peccat, habeat veniam, si rogat: Licet minor sit, ubi potest, reddat vicem.* Vel, *Licet misellus*, vel *pusillus.* Gud.
2 *Rustici mures*] An ita dicti a rore? Sic musca formicam vocat 'rusticam' apud Phædrum. *Rusticus*, Ciceroni idem, quod *agrarius*, vel

Digitized by Google

Luxuriantes mures, unus ex iis
Super cubantem casu quodam transiit;
Expergefactus miserum leo celeri impetu
Arripuit; ille veniam sibi dari rogat,
Crimen supplex fatetur, peccatum imprudentiæ.
Hoc Rex ulcisci gloriosum non putans,
Ignovit et dimisit. Post paucos dies
Leo, dum vagatur noctu, in foveam decidit.
Captum ut se agnovit laqueis, voce maxima
Rugire cœpit; cujus immanem ad sonum
Mus subito accurrens, Non est, quod timeas, ait;
Beneficio magno gratiam reddam parem.
Mox omnes artus, artuum et ligamina,

NOTÆ

agrestis: 'rustici et agrestis vitæ.' Postea pro *unus ex iis* legi potest, *adhuc rudis*, i. e. parvulus, novitius, insciens. *Gud.*

4 *Cubantem*] Vel leonem. *Gud.*

Casu quodam] Ms. *non voluntate*, quod versus respuit. Scribo, *non libenter*, quod Ciceronis est. *Gud.* Mallem *Super cubantem sponte non transit sua.* Nam *non voluntate* habent omnes, quod ex Livio recte Nilantius asserit, sed versui senario non æque convenire suadebat Gud. Posset tamen ex Rimicio in versum alium admitti, hoc modo: *Leo excitatus celeri corripit impetu Miserum murem, veniam qui sibi dari Rogabat, quia voluntate haud peccaverat.*

7 *Fatetur*] Vel *fatendo.* Gud.

Peccatum imprudentiæ] Cic. ad Attic. 'Peccatum stultitiæ.' *Gud.*

10 *Dum vagatur noctu*] *Pervagando nemora.* Gud.

In foveam] *In casses.* Gud.

In foveam decidit] Sic lib. III. fab. 3. Vel, *Leo, dum vagatur, cæcam in foveam incidit.* 'Fossæ cæcæ' apud Columellam. 'Plagæ cæcæ' apud Lucret. latentes, coopertæ, quæ non apparent. 'Vada cæca,' ap. Virgil. et 'vestigia cæca.' *Gud.*

11 *Captum laqueis*] Virgil. Geo. I. 'Tum laqueis captare feras.' *Gud.*

Voce maxima] Cicer. de Orat. I. 'Hypseus maxima voce,' &c. *Gud.*

12 *Immanem ad sonum*] Vel, *cujus ad sonum mus advolans.* Gud.

13 *Non est, quod timeas, ait*] Sic plane noster lib. II. fab. 2. *Gud.*

14 *Beneficio magno*] Ms. *Beneficii non immemor.* Gud.

15 *Mox omnes artus*] Ms. Divion. *Dixit et omnes artuum illius ligaturas lustrare cæpit, cognovit loco rodendo, et sumsit laborem oris sui, et dentibus nervos cæpit secare, et laxare artis illius ingenia.* Ms. Pet. *Dixit et omnes artis illius ligaturas lustrare cæpit* . . . (erasa hic sesqui linea) . . . . *nervos secando laxat artuum ingenia. Artus* sunt nodi et juncturæ, ut articuli, noduli, parvulæ juncturæ. Cic. de Sen. 'Articuli sarmentorum.' Et Plin. H. N. 'Articuli segetum,' pro, nodis; et 'articuli montium,' pro, summitatibus. Eleganter autem Phædrus *nervis* conjunxit *artus;* quemadmodum enim in humani corporis fabrica in-

Digitized by Google

Lustrare cœpit, cognitosque dentibus
Nervos rodendo laxat ingenia artuum.
Sic captum mus leonem sylvis reddidit.

NOTÆ

cisis nervis laxantur artus; (nam 'artus nervis contineri' Cicero ait) ita in laqueis, e nervo ferino contextis, artus sive nodi, quibus feræ mirifico quodam artificio constringuntur, laxantur, si nervos seces. Eleganter quoque et venuste dixit *ingenia artuum*, pro artificioso et ingenioso apparatu nodorum currentium, quibus statim implicabatur fera, atque in latentes illos gladios incidebat. Sic Plinius in Epist. dixit 'ingenium cœnæ,' pro, artificioso apparatu convivii; et 'ingenium soli.' Et Gellius: 'Ingenia lactis et proprietates.' Ingeniosam hanc inventionem ejusmodi capturæ Gratius ipse vix satis laudare posse sibi visus est; dicit enim: 'O felix tantis quem primum industria rebus Prodidit auctorem, Deus ille, an proxima Divos Mens fuit?' &c. Ipsam autem artem paucis, iisque non satis perspicuis, verbis, indicat magis, quam docet: 'Nam fuit et laqueis aliquis curracibus usus; Cervino jussere magis contexere nervo; Fraus teget insidias, habitu mentita ferino. Quid qui tentatas illigno robore clausit Venator pedicas, cum dissimulantibus armis. Sæpe habet imprudens alieni lucra laboris.' Locus vero leviculo mendo laborat, nec satis cohæret; an enim ea ætate jam desierant esse in usu laquei ejusmodi, quos *curraces* vocat? immo vero contrarium ex aliis patet. Ut ergo sensus versui constet, et sequens apte cohæreat, legendum censeo: *Nam fuit ut laqueis aliquis curracibus usus.* Hoc est: nam postquam in aliquo usu laquei curraces esse cœperunt, jussere artis hujus magistri, cervino nervo contexere. *Gud.* Plurima hic corrupta in Rimicio. *Cognovit loca rodenda*, quod certe pro *lora* librarius supposuit, in reliquis Divionensi consentit. Romulus plura de suo intermiscet, et plures mures advocasse fingit; *artus* autem pro nodis et junctures dici non puto. Ego vero Anonymum hic Nilantii sequendum judico, qui plerumque pressius retinuisse verba Phædri videtur. Quare ita constituerem: *Mox ut lustravit omnes nodos artuum, Laxare cœpit dentibus ligamina Artisque vafræ ingenia morsu solvere. Artuum nodos*, pro nodis, quibus artus Leoni erant illigati; *ingenia artis* sunt machinæ, retia, laquei, quos ars venatoria excogitat, ut recte Gudius, nisi quod male *artuum ingenia* capiat, nullo sensu. Ovid. Met. VIII. 155. 'Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis.' Tertull. de Spect. X. 'artium ingenia.' Ita 'ingenium scelerum fraudisque nefandæ,' Stat. II. 482. 'Ingenium necis,' III. 153. et ita, præsertim inferiore sæculo, *ingenia* pro machinis posuerunt. Vide Barth. ad Guilielm. Briton. Philip. VII. 159. Salmas. ad Tertull. Pall. p. 131. Marcil. ad Martial. Spectac. Ep. 10. Buchel. ad Bekæ rea Ultraj. p. 82.

Digitized by Google

FABULA V.

HOMO ET ARBORES.

PERRUNT, suis auxilium qui dant hostibus.
Facta bipenni quidam ab arboribus petit,
Manubrium ut darent e ligno, quod foret
Firmum: jusserunt omnes oleastrum dari.
Accepit munus, aptans et manubrium
Cœpit securi magna excidere robora.
Dumque eligebat, quæ vellet, sic Fraxino

NOTÆ

1 *Qui dant*] Sic, 'consilia qui dant prava,' Phædrus. Et: 'Qui fert malis auxilium, post tempus dolet.' 'Auxilium dare' est Virgilii. *Gud.*

2 *Facta bipenni quidam*] Melius forte: *Facta securi quidam ab arboribus petit.* Nam *homo*, quod in membranis est, videtur ex glossa esse, et relative quidem apud Phædrum occurrit, sed non simpliciter pro eo, quod Gallis *un homme*; Germanis *ein Mensch*. Sed illud *quidam* proprium in ejusmodi fabulis Phædri est. Lib. II. fab. 2. 'Laceratus quidam morsu,' &c. Lib. III. fab. 4. 'Pendere apud laninm quidam vidit simium.' Lib. III. fab. 5. 'Æsopo quidam petulans lapidem impegerat.' Lib. III. fab. 8. 'habebat quidam filiam.' Lib. III. fab. 13. 'Puerorum in turba quidam.' Lib. IV. fab. 4. (5.) 'Quidam decedens tres reliquit filias.' 'Gelu rigentem quidam.' 'Quidam immolasset.' 'Facturus ludos quidam.' *Homo* tamen est lib. IV. 'necuit hominem protinus,' et eodem libro, 'Homo perturbatus excitat Simonidem.' Et eodem libro fab. 3. 'Auxilium petiit hominis.' *Gud.*

Petit] Est pro, petiit, ut *perit*, pro, periit, apud Phædrum lib. IV. 'Vos quod rapuistis, perit.' Atque hinc apparet, *postulat*, quod in membranis est, a monacho esse, qui non animadvertit, *petit* præteriti esse temporis; itaque interpretatus est *postulat*, cum debuisset *postulavit*. Gud.

3 *E ligno*] Sic Plaut. 'e ferro fabricatum est.' 'Lorica ex ære,' Virgil. Vide tamen, an pro *e ligno* scribendum sit *iligneum*: nam 'iligna manubria' laudat Plinius. Dicebant veteres *ilignus* et *iligneus*. Hor. Sat. II. 4. 40. *Firmum* proprie de ligno durissimo ad imitationem Virgilii sui Æn. lib. II. 'firma cavavit Robora,' i. e. dura, quæ Plinius vocat 'inflexibilia.' *Gud.*

5 *Aptans*] 'Aptare facta manubria' est apud Col. lib. XI. *Gud.*

6 *Excidere robora*] Est apud Ovid. 'securi cædere:' apud Virg. 'cædere arbores.' Cic. de Divin. 'qui robur illuc cecidit.' Id. in Divin. *Gud.*

Digitized by Google

Dixisse fertur Quercus: Merito cædimur.

NOTÆ

6 *Merito*] *Dixisse fertur: Digne et bene patimur.* Sic idem Ms. membranaceus Codex lib. I. fab. 31. in fin. 'merito plectimur,' plane simillime ineptissime circumscribit, *digne et bene patimur, qui in os prædoni commisimus.* Ex quo apparet, recte h. l. nos restituisse, *Merito cædimur*, atque hæc tantum Phædri esse, cum cetera sint Glossatoris inepti. *Gud.* Vide ad Phædri I. Prol. 6. *Schwab.*

FABULA VI.

MUS ET RANA.

Mus, quo transire posset flumen facilius,
Auxilium ranæ petit. Hæc muris alligat
Lino priorem crus ad posterius pedem.
Amnem natantes vix medium devenerant,
Cum rana, subito fundum fluminis petens,
Se mergit, muri ut vitam eriperet perfide.
Qui dum, ne mergeretur, tendit validius;
Prædam conspexit Miluus propter volans,
Muremque fluctuantem rapuit unguibus,
Simulque ranam colligatam sustulit.
Sic sæpe intereunt, aliis meditantes necem.

NOTÆ

Hæc fabula est ap. Rimic. I. 3. Anon. IV. Romul. III. *Burm.* Eandem fabulam narrant Romul. Div. et Ulm. lib. I. fab. 3. *Schwab.*

2 *Ranæ*] Ita habet Anon. Nilant. Alii *a rana.* Sed illud magis e more Phædri, qui lib. IV. fab. 4. (5.) 'Auxilium petiit hominis.' Vid. et infra fab. 25. Reliqua facilia et Phædri stylo convenientissima.

Digitized by Google

FABULA VII.

GALLI DUO ET ACCIPITER.

GALLUS, cum Gallo sæpe pugnam conserens,
Accipitrem victus judicem litis petit.
Hic, ambo si venirent, mente concipit
Spem devorandi, qui exhiberet se prior.
Mox cum venisse, causam ut orarent suam,
Vidit, prehendit illum, qui primus forum
Deduxit ad suum litem. Ille clamitans:
Ne plectar ego, sed ille, qui fugam petit.
Cui ales: Hodie ne te credas unguibus
Posse eripi meis; quos alteri dolos
Tendebas, æquum te nunc est ipsum pati.
Qui sæpe tractat aliorum secum necem,
Ignorat, triste quid sibi fatum paret.

NOTÆ

Hanc fabulam solus habet Anon. Nil. n. VI.

2 *Judicem*] *Vindicem* Anon. sed *judicem* prætulimus, quia postea ita vocat, et lis ad accipitrem deducta est.

4 *Exhiberet*] Verbum juris pro, judicio sistere. Mille exempla dabit Brissonius, et alii.

7 *Deduxit*] Phædr. lib. III. fab. 13. 'Lis ad forum deducta est.'

8 *Fugam petit*] Latinissime: vide Davies. ad Jul. Cæs. B. G. II. 24. ut et *fuga petere locum:* v. Gronov. ad Liv. VII. 2.

12 *Tractat*] De hoc verbo egimus ad Quint. XI. 1. et Schul. ad Decl. v. 2. Sic 'tractare sensu' Stat. Theb. VIII. 626. pro, cum aliis consilia capere, obvium apud Sueton. Justin. Florum, et alios.

Digitized by Google

FABULA VIII.

COCHLEA ET SIMIUS.

Amore tacta speculi inventi Cochlea
Fulgentis orbem scandens, cœpit lingere,
Nil illi melius contulisse se putans,
Quam si splendorem commacularet sordibus.
Ut inquinatum vidit speculum simius: 5
Qui se calcari talibus permiserit,
Meretur, inquit, tale dedecus pati.
Hæc illis est fabella scripta fœminis,
Ineptis quæ se jungunt et stultis viris.

NOTÆ

Et hanc Anon. habet n. VIII.
1 *Speculi*] Ita pro *speculo*, ut habet Nil. Anon. rescribendum putamus.

FABULA IX.

MUS URBANUS ET RUSTICUS.

Hospitio quondam mus urbanus rustici
Exceptus, vili glande cœnat in cavo.
Induxit precibus post, ut urbem rusticus

NOTÆ

Hæc fabula legitur et apud Rimic. I. 12. et Anon. XIII. Romul. X. et Horat. Sat. II. 6. 80.
2 *Exceptus*] Ita Anon. *Receptus* Romul. *Susceptus* Rimic. omnes bene. Vid. ad Ov. Ep. XII. 27. ubi plura dicemus.

Digitized by Google

Cellamque intraret plenam rebus optimis.
In qua dum variis perfruuntur reliquiis,
Impulso venit ostio Cellarius.
Quo mures diffugiunt strepitu perterriti,
Et notis facile urbanus se condit cavis;
At miser, ignota trepidans rusticus domo,
Timensque mortem, per parietes cursitat.
Ut, quæ volebat, sustulit Cellarius,
Clausitque limen, iterum urbanus rusticum
Hortatur: ille, perturbatis sensibus,
Vix, inquit, possum capere præ metu cibum.
Putasne, veniet ille? Quid tantum times?
Urbanus inquit; age fruamur ferculis,
Quæ frustra rure quæras. Contra rusticus:
Tu, qui timere nescis, fruere his omnibus;
At me securum pascat glans et liberum.
In paupertate tutum præstat vivere,
Quam divitiarum carpi solicitudine.

NOTÆ

4 *Rebus optimis*] Vid. ad Phædr. I, IV. 23.

6 *Impulso*] *Repulsis otiis* Anon. 'Ostium impulsum' Petron. 19. Vid. et ad cap. 16.

Cellarius] *Cellararius* reperit Nilant. in suo Cod. et alia loca JCtorum adducit, ubi ita aberrarunt scribæ. Vid. Brisson. Lexicon.

FABULA X.

ASINUS DOMINO BLANDIENS.

Blandiri domino Asellus ut vidit suo

NOTÆ

Occurrit apud Rimic. I. 17. Anon. XVII. Romul. (Nil.) XV. *Burm.* Apud Rom. Div. et Ulm. est lib. I. fab. 16. *Schw.*

1 *Blandiri domino*] *Dominum* Anon. quam infelicitatem vocat Nilant. Atqui J. Gronov. talia pro notabilibus et commodis acciperet. Vid. ad Min.

Digitized by Google

Canem, et de mensa saturari quotidie,
Et frusta largiter jactari a familia;
Sic est locutus: Si canem immundissimum
In tantum dominus et familia diligit,
Quid me futurum, si par illi fecero
Officium, multo qui sum melior hoc cane,
Rebusque pluribus utilis et laudabilis?
Alor qui sanctæ fontibus puris aquæ,
Ciboque nunquam soleo pasci sordido.
Sum sane catulo dignior vita frui
Beatiore, honorem et summum consequi.
Asellus hæc dum secum, stabulum conspicit
Intrare dominum: quare accurrens ocyus
Rudensque prosilit, et humeris ambos pedes
Imponit, osque lingua cœpit lingere,
Vestemque fœdis scindens ungulis, gravi
Herum fatigat, stulte blandus, pondere.
Clamore domini concitatur familia;
Fustesque et saxa passim arripiens obvia,
Rudentem mulcat; et mox membris debilem
Fractisque coxis, domini lapsum a corpore,
Semianimum tandem dejicit ad præsepia.
Fabella, ineptus ne se invitis ingerat,
Melioris aut affectet officium, docet.

NOTÆ

Fel. 8. Credebant, puto, librarii, perinde esse, an *blandiri*, an *adulari* scriberent, hoc vero accusativum admittere notum est. Immo et hic legi posset, *Dominum adulari Asellus ut vidit suum*. Quædam hic similia fabulæ Phædr. l. III. 7. occurrunt.

10 *Ciboque nunquam*] Posset et propius ad scripturam vulgatam legi *Paniaque semper cui mundus dari solet*. Nam *mundum* proprie panem dici, docuit Salmas. ad Alexand. Sever. c. 42. cui *sordidus* opponitur, de quo præter alios Pricæus ad Apulei. Met. p. 314.

17 *Gravi fatigat*] Phæd. lib. II. fab. 6. 'Gravi nequicquam te lassabis pondere.'

Digitized by Google

FABULA XI.

GRUS, CORNIX, ET DOMINUS.

Fœdus juratæ Grus et Cornix junxerant,
Cornicem Grus ab avibus ut defenderet;
Cornix futura, ut Grus caveret, diceret.
Hinc cum frequenter ad cujusdam rustici
Agrum volarent, atque evellerent sata
Radicitus; agri Dominus vidit, et dolens,
Saxum da, clamat, quo feriam Gruem, puer.
Cornix ut audit, illico monet Gruem,
Sibi quæ cavit. Alia dein die audiens
Cornix petentem saxum, rursus commonet
Gruem, ut vitaret sedulo periculum.
Avem divinam suspicatus rusticus
Audire jussa, puero, Si, inquit, dixero
Offam da, tu mihi clam lapidem porrige.
Grus venit, ille puerum offam jubet dare;
At ille lapidem, quo ferit Gruem, dedit;
Et crura fregit. Vulneratus Grus ait:
Divina Cornix, ubi nunc auspicia tua?
Cur non monere socium, ut juraveras,
Properasti, tale ne mihi veniret malum?
Respondit illa: Non meretur ars mea

NOTÆ

Hæc fabula apud solum Anon. Nil. n. XIX. occurrit.

1 *Juratæ*] *Conjuratione unita firmaverunt*, Anon. ubi *inita* mallem. Sed conjurationi hic nullus locus; ideo *juratæ*, i. e. cum jurassent, prætuli. Ita Plautus, Liv. Cic. Ovid. et alii utuntur.

3 *Diceret*] Id aptius, quam *narret* Anonymi. V. Heins. ad Ov. Ep. v. 33.

12 *Avem divinam*] Ita vocat Horat. Od. III. 27. De voce *divinus* vid. ad Petron. c. 7.

18 *Ubi nunc*] Vid. ad Ov. Ep. IV. 150.

20 *Veniret malum*] Vid. ad Ov. Ep. IV. 113. ad Phædrum I. 2. ult.

Delph. et Var. Clas. *Phædr.* T

Digitized by Google

Culpari, sed dolosa sunt bilinguium
Consilia, qui aliud dicunt, atque aliud agunt.
Promissis ducunt qui imperitos subdolis,
Mox fictis causis haud desistunt ludere.

NOTÆ

22 *Bilinguium*] Vid. ad Phædr. II. 4.

24 *Ducunt*] *Inducunt* Anon. sed *ducere* aptius. Propert. lib. III. 13. 'Promissis ducere amantes.' Vid. Broukhus. ad Tibull. lib. I. 7. 1.

FABULA XII.

AVES ET HIRUNDO.

Aves in unum cum devenissent locum,
Viderunt hominem seminantem linum agro.
Quod ut pro nihilo habere Hirundo intelligit,
Sic convocatas allocuta traditur:
Hinc nobis instat omnibus periculum,
Si semen ad maturitatem venerit.
Aves risere. Germinavit ut vero seges,
Hirundo rursus, Instat pernicies, ait;
Adeste, germen eruamus noxium:
Ne, si mox crescat, inde fiant retia,
Et nos possimus artibus humanis capi.
Ridere pergunt verba Aves Hirundinis,
Consilium et spernunt stulte prudentissimum.
At illa cauta ad hominem se mox contulit,

NOTÆ

Hæc fabula occurrit ap. Rimic. I. ult. Anon. fab. 20. Romul. 17. *Burm.* Apud Rom. Div. et Ulmens. est lib. I. fab. 19. *Schw.*

1 *Devenissent*] Anon. *cum essent in unum*, pro, issent, vel, ut Nilant. *venissent*: mihi *devenissent* placet, ut Phæd. lib. IV. 8. 'Devenit hircus sitiens in eundem locum.'

3 *Pro nihilo*] Ciceroni usitata locutio, qui *pro nihilo habere, putare, ducere* passim habet.

Digitized by Google

Ut tuta tignis nidum suspendat suum.
Sed, quæ salubre monitum Aves despexerant,
De lino factis captæ pereunt retibus.

FABULA XIII.

PERDIX ET VULPIS.

Resedit alta quondam Perdix arbore:
Advenit Vulpis. Deinde sic cœpit loqui:
O quanta vultus species est, Perdix, tui!
Coralla rostrum, crura vincunt purpuræ
Fulgorem: at si dormires, quanto pulchrior
Esses! Ut stulta clausit oculos, illico
Rapit credentem Vulpis. Illa fletibus
Hæc mixta gravibus verba supplex edidit:
Per o tuarum, Vulpis, artium decus,
Ut ante, quæso, nomen proferas meum;
Sic devorabis. Vulpis, ubi voluit loqui,
Aperuit os: at Perdix evasit necem.
Decepta Vulpis: Quid opus erat loqui mihi?
Respondet Perdix: Et dormire quid mihi
Erat necesse, somnus cui non venerat?
Hoc illis, qui loquuntur, ubi nil est opus,
Et qui, vigilare cum necesse, dormiunt.

NOTÆ

Hæc fabula apud solum Anon. n. XXX. legitur; multa vero cum Phædro lib. I. fab. 13. habet communia.

1 *Arbore*] *Loco eminentiori* Anon. sed nos *arbore* prætulimus, quæ 'excelsa' Phædro dicitur. Licet vero plerumque perdices propter humum volitent, et raro in arboribus sedeant, Poëtis hæc fingere permittitur. Ita Ov. Met. VIII. 237. 'Garrula ramosa prospexit ab ilice perdix.'

Digitized by Google

FABULA XIV.

ASELLUS, BOS, ET VOLUCRES.

Asellus et Bos, uno sociati jugo,
Plaustrum trahebant: Bos, dum tendit validius,
Confregit cornu. Asellus nil levaminis
Sentire jurat se a consorte debili.
Laborem intendens, cornu rumpit alterum,
Terræque tandem Bos procumbit mortuus.
Asinum bubulcus carne mox onerat Bovis,
Qui plagas inter mille ruptus concidit,
Et expiravit, media collapsus via.
Ad prædam Volucres convolantes inquiunt:
Si te precanti mitem exhibuisses Bovi,
Non immaturo pasceres nos funere.

NOTÆ

Et hanc Anon. habet solus n. XXXIV.
5 *Rumpit alterum*] *Alterum* latet in *atm* Anonymi, quod per compendium erat scriptum.

FABULA XV.

LEO ET PASTOR.

Errans in sylva spinam calcavit Leo,
Mox ad Pastorem cauda venit blandiens;

NOTÆ

Hæc fabula narratur a Rimic. III. 1. Anon. XXXV. Romulo 25. et ad veram historiam refertur. Vid. Senec. de Benef. II. 19. et Gell. III. 14. *Burm.* Eadem occurrit ap. Rom. Div. et Ulm. lib. III. fab. 1.

Digitized by Google

Ne perturberis, imploro supplex opem,
Non prædam quæro. Ponit in gremio pedem
Homo sublatum, et, eximens spinam, gravi
Levat dolore. Redit hinc in sylvas Leo.
Falso post tempus accusatus crimine
Pastor damnatur, atque ludis proximis
Jejunis projici jubetur bestiis.
Emissæ dum discursitant passim feræ,
Agnovit hominem, qui medicinam fecerat,
Leo, et sublatum rursus in gremio pedem
Pastori ponit. Rex ut cognovit, statim
Sylvis Leonem, et Pastorem reddit suis.

NOTÆ

7 *Post tempus*] *Post aliquantum tempus* Rimic. et Romulus, sed *post tempus* est a manu Phædri lib. IV. fab. 17. et 18.

9 *Jejunis*] *Emissis* Anon. quod facile ferre possumus. Ex caveis enim suis emittebantur feræ in arenam, sed *Jejunis* magis placuit, quo majus esset miraculum, si et illæ parcerent. *Emissæ* vero sequenti versui dedimus.

FABULA XVI.

CULEX ET TAURUS.

Culex cum Taurum provocasset viribus,
Cuncti venerunt populi, ut pugnam cernerent.
Culex tum: Satis est, quod venisti cominus:
Nam parvus mihi, judicio sum magnus tuo.
Hinc se per auras penna sustulit levi,

NOTÆ

Hæc est fabula ap. Anon. XXXVI.

1 *Viribus*] Recte. Ita in lucta et certaminibus, quæ nudi corporis viribus agebantur, loquebantur. Justin. XXXVII. 4. 'inter æquales aut equo, aut cursu, aut viribus contendebat.' 'Certamina virium' Liv. VII. 38. et XXXIII. 22. Virg. Æn. V. 67. 'Qui viribus audax.'

Digitized by Google

Lusitque turbam, et Tauri destituit minas.
Quod si fuisset validæ cervicis memor,
Et Taurus hostem contemsisset sordidum,
Fuisset vana inertis gloriatio.
Amittit famam, qui se indignis comparat.

FABULA XVII.

EQUUS ET ASINUS.

Asello Sonipes phaleris occurrit tumens,
Et lassus, multo tardius quod pondere
Viam dedisset transeunti, Vix, ait,
Me teneo, quin te sævis calcibus exteram.
Tacuit Asellus, gemitu testatus Deos.
Equus, currendo ruptus parvo in tempore,
Ad villam mittitur. Hunc onustum stercore
Ut vidit Asinus, tali derisit joco:
Quo, gloriose, phaleras has quondam tibi,
Modo ad despectam qui redisti miseriam?
Felix ne spernat, dubiæ sortis immemor,
Humilem, cum quid futurus ipse nesciat.

NOTÆ

Hæc fabula legitur ap. Rimic. lib. III. fab. 3. Anon. fab. 37. *Burm.* Ap. Rom. Div. et Ulm. est fabula lib. III. 3. *Schw.*

4 *Quin te sævis*] Potuissem facile, *quin te sævis rumpam calcibus;* sed arridebat illud *exteram* ex Phædr. lib. I. fab. 21. ubi vide.

6 *Ruptus*] Ita proprie de equo, nimio cursu fatigato, et inutili facto. Plin. XXVIII. 20. 'rumpi equos, qui vestigia luporum sub equite sequuntur.' Ita 'rupta mula,' Mart. IX. 58. et ipsi homines 'rupti,' X. 56.

Parvo in tempore] Sic Anon. recte; 'in diebus paucis,' Ter. Andr. I. 1. 77. Suet. Aug. 94. Tib. 60. Vid. ad Ov. Met. XI. 39.

9 *Quo tibi*] *Quid tibi faleris* Anon. quod servavit Nilant. Rimic. addit, *Quid tibi proderunt*, pro *proderant:* sed lege *Quo phaleras.* Vid. Heins. ad Ov. Ep. II. 8.

10 *Redisti*] Dubito an non præstet *recidisti.*

Digitized by Google

FABULA XVIII.

VOLUCRES, QUADRUPEDES, ET VESPERTILIO.

Bellum gerebant Volucres cum Quadrupedibus,
Et vincebantur versa victores vice:
At Vespertilio, dubios eventus timens,
Ad illos semper, quos superasse viderat,
Se conferebat. In pacem cum pristinam
Redissent, fraus utrique generi apparuit.
Damnatus ergo tam pudendo crimine,
Lucem refugiens, atris posthac condidit
Se tenebris, sola noctibus semper volans.
Qui se duabus venditabit partibus,
Utrisque ingratus vitam deget turpiter.

NOTÆ

Hæc fabula est ap. Rimic. lib. III. fab. 4. Anon. fab. 38. Romul. 27. *Burm.* Eadem occurrit ap. Rom. Div. et Ulm. lib. III. fab. 4. *Schw.*

10 *Venditabit*] Ita puto scribendum: *vindicari* est in Anonymo: *se venditare* Plauto, Justino, et aliis familiare.

FABULA XIX.

LUSCINIA, ACCIPITER, ET AUCEPS.

Accipiter in Luscinii nido dum sedet,

NOTÆ

Hæc fabula est ap. Rimic. lib. III. fab. 5. Anon. fab. 39. et Rom. fab. 28. *Burm.* Eandem habes apud Rom. Div. et Ulm. lib. III. fab. 5. *Schw.*

Digitized by Google

Aurito insidians, illic pullos invenit;
Mater, periclo mota prolis, advolat,
Supplexque, pullis ut parcat suis, rogat.
Accipiter, Quod vis, inquit, faciam, si bona
Cantabis voce carmen modulatum mihi.
At illa, quamvis excideret animus, tamen
Metu parebat, et coacta cantitat
Luctuque plena. Prædam qui captaverat
Accipiter, inquit: Non tu cantasti bene:
Et unam ex pullis apprehendit unguibus;
Cœpitque devorare. Ex diverso venit
Auceps, et calamo clam crescente perfidam
Visco contingit, atque in terram detrahit.
Quicumque fraudes alii tendit subdolas,
Timere debet, ne ipse capiatur dolo.

NOTÆ

2 *Aurito*] Anon. *ut specularetur auritum*; sed Rimic. et Rom. *ut specularetur auras*: corrupte. *Auritus* est lepus, ut et Avieno dicitur. Pro aselo vidimus ad Phædr. lib. I. fab. 11. Posset et legi, *Auritum speculans*.

7 *Excideret animus*] *Animus* Rimic. *se præcederet animo* Anon. *animo excederet* Rom. Ego Rimicii scripturam prætuli. Sic 'ingenium excidit,' Ov. Trist. I. 1. Vid. Heins. ad Remed. Amor. 348.

8 *Metu parebat*] *Pavebat* Anon.

13 *Clam crescente*] Hoc ex ipso aucupio reposuimus. *Silenter*, vel *silentio levato*, Rimic. et Anon. Vid. ad Petron. XL. et quos ibi laudavi.

[*Perfidam*] Sic Schwabius et Burmannus. Forsan emendandum *perfidum*.]

14 *Detrahit*] Vel *dejicit*, ut Rimic. et Anon.

FABULA XX.

LUPUS, VULPIS, ET PASTOR.

Lupus per tempus maximam congesserat

NOTÆ

Hæc fabula est ap. Rimic. lib. III. fab. 6. Anon. fab. 40. *Burm.* Legitur ap. Rom. Div. et Ulm. lib. III. fab. 6. *Schw.*

1 *Per tempus*] Recte hic Nilant. Dictum est eodem modo, ut 'post

Digitized by Google

Prædam in cubile, haberet ut cibaria,
Queis plures posset menses otio frui.
Vulpes ut novit, ad cubile abit Lupi,
Et voce tremula: An recte, frater, omnia?
Quod te non vidi sylvis venantem tuis,
Tristem per omnes exegi vitam dies.
Lupus, livorem postquam agnovit æmulæ:
Non tu solicita huc causa venisti mea,
Sed partem ut captes. Fraude quid petas, scio.
Irata Vulpis ad ovium Pastorem adit:
Agesne, Pastor, inquit, gratias mihi,
Inimicum si tradidero hodie gregis tui,
Ut nunquam sis solicitus? Pastor, Serviam
Tibi, inquit, tribuam et, quicquid volueris, lubens.
Cubile monstrat illa Pastori Lupi;
Qui clausum protinus peremit lancea,
Et gaudens de alieno saturavit æmulam.
Ut vero Vulpis in venantes incidit
Deprensa, canibus et laniata, sic ait:
Dedi vix alteri malum, et jam punior.
Timere debet, quisquis alii sustinet
Nocere, pejus ipsi ne eveniat malum.

NOTÆ

tempus' fab. 14.

3 *Otio frui*] Ut Phæd. lib. 1. fab. 25. 'lambe otio,' ubi vide Gud.

5 *An recte omnia*] Ex antiqua formula. Ter. Andr. IV. 5. 9. 'Quid vos, quo pacto hic? satin' recte?' Quint. Inst. VI. 3. 'Cicero cum Ovinium libertum Vatinii interrogasset, Rectene omnia? dicenti Recte, Mortuus est? inquit.' Similis est *satisne salve*, vel *salve*, ad quam alludit scriptura Rimicii *salve, frater*.

11 *Ad ovium Pastorem adit*] Ita locuti Nepos et alii; licet Donatus inimico et expostulatorio animo *adire* explicet ad Andr. III. 3. et IV. 1.

Digitized by Google

FABULA XXI.

OVES ET LUPI.

Oves Lupique cum certassent prælio,
Illæ vicerunt, tutæ præsidio canum.
Lupi legatos mittunt, et justam petunt
Hac lege pacem, utederent Oves canes,
Et obsides Luporum catulos reciperent.
Oves, æternam sic sperantes gratiam
Iniri, faciunt, quod poposcerunt Lupi.
Post paulo cum cœpissent ululare catuli,
Lupi, necari causantes natos suos,
Pacemque ruptam ab Ovibus, undique impetu
Invadunt facto nudas defensoribus;
Fidem quæ stultæ quod habuerant hostibus,
Consilium sera damnat pœnitentia.
Præsidium, quo quis olim tutus vixerat,
Si prodat aliis, frustra post desiderat.

NOTÆ

Hæc fabula legitur ap. Rimic. lib. III. fab. 13. Anon. fab. 43. et Romul. fab. 32. et Demosthenes hac vel simili narrata fabula obtinuit, ne oratores dederentur Alexandro. Vid. Plutarch. Alexandr. et alios. *Burm.* Occurrit hæc fabula ap. Rom. Div. et Ulm. lib. III. fab. 13. *Schw.*

6 *Æternam gratiam*] Ex Terent. Eun. v. 2. 33.

12 *Fidem*] Ita ex Anonymi corruptis verbis, *consilium quod dudum habuerant accusabant*, pro, *consilium quo fidem h. a. feci.*

Digitized by Google

FABULA XXII.

SIMIUS ET VULPIS.

Rogabat Vulpem Simius, caudæ suæ
De magnitudine aliquid ut sibi daret,
Nates velare quo posset turpissimas.
Quid enim, inquit, cauda tantæ longitudinis
Prodest? quo tantum pondus per terram trahis?
Cui Vulpis: Esset quamvis illa longior,
Majorque multo, mallem per terram et lutum
Spinasque trahere, quam partem tibi dare,
Meo ne tegmine videaris pulchrior.
Avare, te fabella hæc, et locuples, monet,
Qui, quamvis superest, nil tamen das pauperi.

NOTÆ

Est ap. Rimic. lib. III. fab. 17. Anon. fab. 46. et Rom. fab. 36. *Burm.* Legitur ap. Rom. Div. et Ulm. lib. III. fab. 17. Hanc fabulam, a Perotto concinnatam, et sine dubio Phædri verbis convenientiorem, dedit Burm. in Præf. ad Edit. ann. 1727. coll. Præf. Edit. Mitav. p. 42. *Avarum etiam quod ei superest non libenter dare.* *Vulpem rogabat partem caudæ simia,*
Contegere honeste posset ut nudas nates.
Cui sic maligna: Longior fiat licet,
Tamen illam citius per lutum et spinas
traham, Quam tibi impartiar parvum
*quamvis....*Ubi in titulo ex mente Burmanni legendum, *sibi superest*, et in ultimo forte versu, *Quam tibi impartiar parvum quamvis pilum.* Schw.

FABULA XXIII.

LUPUS, PASTOR, ET VENATOR.

Cum Venatorem fugeret instantem Lupus,

NOTÆ

Habet hanc Rimic. lib. IV. fab. 3. Anon. fab. 50. Rom. fab. 38. *Burm.* Legitur apud Rom. Ulm. et Div. lib. IV. fab. 3. *Schw.*

Digitized by Google

Et a Pastore visus, qua parte fugeret,
Et quo se conderet loco, plenus metu:
Omnes per, oro te, Bubulce, spes tuas,
Ne prodas innocentem, cui nihil mali
Fecisse me, per magnos adjuro Deos.
Noli timere, Pastor inquit, alteram
Monstrabo partem. Mox Venator advolat:
Non huc venire, Pastor, vidisti Lupum?
Qua parte fugit? Cui Pastor: Venit quidem,
Sed læva fugit, voce dixit maxima;
At oculis clam designat partem dexteram.
Non intellexit ille, et festinans abit.
Lupo tunc Pastor: Quas habebis gratias,
Quod te celarim? Maximas linguæ tuæ,
Lupus, ago, dixit; at oculis fallacibus
Æternæ cæcitatem noctis imprecor.
Qui, verbis blandus, fraudem celat pectore,
Hoc argumento se describi intelligat.

FABULA XXIV.

HOMINES DUO, FALLAX, VERAX, ET SIMII.

Agentes Mendax et simul Verax iter,
In Simiorum forte terram venerant;
E turba ut vidit unus, qui se fecerat
Regem, teneri jussit illos, sciret ut
De se quid homines dicerent: simul jubet

NOTÆ

Hæc fabula occurrit ap. Rimic. lib. IV. fab. 8. Anon. fab. 51. Rom. fab. 41. *Burm.* Legitur ap. Rom. Div. et Ulm. lib. IV. fab. 8. *Schw.*

1 *Agentes iter*] Ita Rimic. et Anon. Ovidiana phrasis A. A. II. 84. et Met. VIII. 225.

3 *E turba*] Ita pro *E multitudine*, quia Phædri magis mori convenit, qui ita lib. III. fab. 19.

Digitized by Google

Omnes astare Simios longo ordine
Dextra lævaque; sed sibi poni thronum,
Ut hominum reges quondam facere viderat.
Mox jussos homines in medium adduci rogat:
Qualisnam vobis esse videor, hospites?
Respondit Mendax: Rex videris maximus.
Quid hi, quos apparere nunc vides mihi?
Hi comites, hi legati, et militum duces.
Mendacio laudatus cum turba sua
Adulatori munus imperat dari.
Hic secum Verax, Tanta si mendacio
Sit merces, quanto non ego, dixit, munere
Donabor, verum si pro more dixero?
Hinc ad Veracem Simius. Et qualis tibi
Videor, et illi, quos stare ante me vides?
Respondit ille: Verus es tu Simius,
Et Simii omnes illi, qui similes tui.
Iratus illum dentibus Rex imperat
Lacerari et unguibus, quod vera dixerat.
Blandum laudatur a malis mendacium;
Bonis honesta fert exitium veritas.

FABULA XXV.

HOMO ET LEO.

Homo certabat cum Leone, fortior
Quis esset, litisque hujus testimonium
Dum quærunt, ad sepulcrum tandem venerunt,

NOTÆ

Habet hanc fabulam Rimic. lib. IV. fab. 15. Anon. fab. 52. et Rom. fab. 44. *Burm.* Ap. Rom. Div. et Ulm. est lib. IV. fab. 17. *Schw.*

8 *Venerunt*] Possit legi *venerant*; sed et Phædrum corripuisse similia, sæpe notatum a Commentatoribus.

Digitized by Google

Elisis in quo ab homine pictum faucibus
Leonem ostendit, argumentum virium.
Leo respondit: Humana hoc pictum manu.
Videres hominem dejectum, si pingere
Leones scirent. Sed ego testimonium
Dabo virtutis certius. Ad spectaculum
Induxit Hominem, monstrans ubi bona fide
Enectos a leonibus homines, ait:
Non est colorum testimoniis opus;
Hic exhibetur vera virtus actibus.
Colore frustra mendaces uti docet
Fabella, certa cum datur probatio.

NOTÆ

7 *Dejectum*] *Suffocatum* habent fabulatores, sed mihi placet *dejectum* ex Phædr. lib. II. fab. 1.

10 *Induxit*] *Induxit ad amphitheatrum*, Rimic. et Anon. Mallem *Duxit*, sed nolui mutare.

FABULA XXVI.

CICONIA, ANSER, ET ACCIPITER.

Venisset notum ad stagnum cum Ciconia,
Mergentem invenit se frequenter Anserem
Sub undis; quærit cur hoc faceret. Ille ait:
Hæc nobis consuetudo est, et in luto
Reperimus escam, et Accipitris simul impetum
Venientis ad nos tuti sic evadimus.

NOTÆ

Apud solum Anon. fab. 53. reperitur hæc fabula.

1 *Notum*] *Solitum* Anon. sed alterum Phædro gratius. Vid. lib. I. fab. 11. lib. II. fab. 5. et alibi.

3 *Ille ait*] Ap. Anon. fœminino genere Anser bis terve inducitur. Vid. Nilant. et Scheffer. ad Phædr. lib. II. fab. 4.

6 *Venientis ad nos*] Ipsa Phædri phrasis. Lib. I. fab. 21. 'Aper fulmineis ad eum venit dentibus.'

Digitized by Google

Sum multo Accipitre fortior, Ciconia
Inquit; amicitiam si vis mecum jungere,
Illi insultare victor poteris credulus.
Et protinus auxilium petens Anser, simul
In agrum prodit; illico supervenit
Accipiter, et comprensum sævis unguibus
Fugiente devorat Anserem Ciconia.
Cui Anser: Qui patrono se tam debili
Credit, pejore finiri debet nece.

NOTÆ

9 *Insultare victor*] *Victor* addidi, quia *insultare* proprie victoris est, et Virgilii illa imitari voluit Æn. II. 329. 'victorque Sinon incendia miscet Insultans.'

FABULA XXVII.

OVIS ET CORNIX.

In tergo Cornix otiosa considens
Ovis, tundebat illud rostro: cum diu
Fecisset, inquit patiens Ovis injuriæ:
Hanc si fecisses contumeliam cani,
Ejus latratum haud ferres. At Cornix Ovi:
Collo tam forti nunquam sedeo, nam scio
Quos debeam lacessere, annis callida;
Acribus amica, at importuna inermibus.
Sic me creatum Di voluerunt vivere.

NOTÆ

Hæc fabula legitur ap. Rimic. lib. IV. fab. 19. et Anon. fab. 55. *Burm.* Est ap. Rom. Div. et Ulm. lib. IV. fab. 21. *Schw.*

1 *Otiosa*] Hic est, sine ullo metu, secura, ut sæpe apud Terentium et allos. Vel etiam ut supra fab. 20. 'otio frui,' commodo suo. Terent. Andr. II. 3. 'alia otiosus quæret.'

6 *Collo tam forti*] Hæc corrupta. Rimic. *Collibus equidem fortibus sedeo.* Ego negationem addendam censui.

Digitized by Google

His, qui lacessunt innocentes infimi,
Vexare fortes metuunt, scripta est fabula.

FABULA XXVIII.

FORMICA ET CICADA.

Hyemis Formica grana tempore e cavo
Trahens siccabat, quæ prudens collegerat
Æstate. Esuriens hanc, ut aliquid sibi daret,
Rogat Cicada. Cui Formica, Æstate quid
Agebas? inquit. Illa: Non erat otium,
Ut de futuro cogitarem tempore:
Errabam cantans per sepes et pascua.
Ridens Formica, et grana referens, sic ait:
Æstate quæ cantasti, age, salta frigore.
Piger laboret certo semper tempore,
Ne, cum nil habeat, poscens accipiat nihil.

NOTÆ

Hanc fabulam reperies ap. Rimic. lib. IV. fab. 17. Anon. fab. 56. Rom. 44. *Burm.* Ap. Rom. Div. et Ulm. lib. IV. fab. 19. *Schw.*

FABULA XXIX.

EQUUS ET ASINUS.

Equum rogabat Asinus paululum hordei.
Libenter, ait; et, si superesset, largiter

NOTÆ

Solus Anon. hanc habet fabulam n. LVIII.

Digitized by Google

Pro dignitate nostra tribuerem tibi:
Simul sed nostra vespere ad præsepia
Venero, mox plenum farre sacculum dabo.
Asellus inquit: Nunc qui rem parvam negas,
Quid in majore te facturum existimem?
Qui, magna cum promittunt, parva denegant,
In dando se tenaciores indicant.

FABULA XXX.

LEO SENEX ET VULPIS.

Defectus annis, languorem finxit Leo.
Ægrotum ad regem visitandum bestiæ
Plures venerunt; devorat quas protinus.
Sed cauta Vulpis ante speluncam procul
Stabat salutans regem. Quam rogat Leo,
Cur non intraret. Video quod vestigia
Intrantium multa, at nulla exeuntium.
Prodesse cautis pericula aliorum solent.

NOTÆ

Legitur ap. Rimic. lib. IV. fab. 12. *Schw.* Anon. fab. 59. Rom. 43. *Burm.* Ap. Rom. Div. et Ulm. est lib. IV. fab. 12.

1 *Languorem*] Morbum, ut Ovid. et alii sæpe.

Digitized by Google

FABULA XXXI.

PULEX ET CAMELUS.

PULEX Cameli dorso forte considens,
Gravatus multis qui incedebat sarcinis,
Sibi placebat, longe visus altior.
Iter cum longum facerent; vespera simul
Ad stabulum venerunt, Pulex leviter statim
Ad terram saliens, Ecce, dixit, ocyus
Descendo, attritum ne gravem diutius.
At ille, Gratum est, inquit; sed nec pondere,
Te imposito, me gravari sentire potui,
Nec, te dejecto, habere quid levaminis.
Qui se sublimi, nullo cum sit ordine,
Jactat, notatus in despectum devenit.

NOTÆ

Legitur fabella ap. Rimic. lib. IV. fab. 16. et Anon. fab. 60. qui pro pulice *Culicem* habet, in memoria habens alteram de Culice et Tauro fabulam supra 15. *Burm.* Occurrit ap. Rom. Div. et Ulm. lib. IV. fab. 18. *Schw.*

3 *Sibi placebat*] Potuisset et *Sibi plaudebat*, ut Rimicius, et loquitur Horatius. Sed prætuli alterum, quia magis culici conveniret *alis plaudere*.

FABULA XXXII.

HÆDUS ET LUPUS.

CAPELLA, fœtum ut custodiret, exiens

NOTÆ

Est fabula ap. Rimic. lib. II. fab. 9. et Anon. fab. 61. *Burm.* Ap. Rom. Div. et Ulm. lib. II. fab. 10. *Schw.*

Digitized by Google

Pastum, imprudentem monuit Hædum, ne ostium
Aperiret, multas quod sciret stabula feras
Circumire pecorum. Ut abiit, advenit Lupus,
Assimulans vocem matris, et jubet fores
Sibi reserari: ut Hædus audivit, Lupo
Per rimam spectans inquit: Audio sonum
Matris, sed fallax atque inimicus es mihi;
Sub voce matris nostrum quæris sanguinem
Potare, et nostra carne satiari. Vale.
Laus magna natis, obsequi parentibus.

NOTÆ

2 *Imprudentem*] *Ignarum* alii. Sed Ita Justin. lib. v. 7. 'imprudentia.' *imprudentes rerum* ætate teneri sunt.

FABULA XXXIII.

PAUPER ET SERPENS.

Serpens in ædibus cujusdam Pauperis
Venire semper ad mensam consueverat,
Et inde micis pascebatur largiter.
Dives post paulo factus, irasci incipit
Serpenti, et vulnerat secure: tempore
Ad pristinam interposito egestatem redit.
Pro sorte varia Serpentis postquam videt
Fortunam mutari suam, blande petit,
Ignoscat ut peccanti; cui Serpens ait:
Te pœnitebit sceleris, usque dum mea
Cicatrix clausa fuerit; at tamen optima
Fide me posthac noli amicum credere.

NOTÆ

Habet fabulam Rimic. lib. III. fab. 10. et Anon. fab. 65.

Digitized by Google

Redire tamen hac lege in gratiam volo,
Securis nunquam perfidæ si meminerim.
Suspectus esse debet, qui læsit semel,
Et caute semper integranda gratia.

FABULA XXXIV.

AQUILA ET MILVUS.

In ramo tristis sederat cum Miluö
Aquila. Quid vultu te tam mœsto Miluüs
Conspicio? Quæro, dixit illa, conjugem
Parem, nec invenire possum. Me accipe,
Te multo qui sum fortior. Quid? an potes
Ex rapto victum quærere? Unguibus meis
Struthiocamelum rapui prensum sæpius.
Inducta verbis Aquila conjugem capit.
Parvo post nuptias transacto tempore
Aquila: Abi, et prædam promissam mihi rape.
Volans in altum, soricem immundissimum
Et longo Miluüs affert putridum situ.
Hæcne est polliciti, Aquila dixit, fides tui?
Cui Miluüs: Ego, ut pervenirem nuptias
Ad regias, nihil non posse me fidem
Dedissem, quamvis me nequire noverim.
Qui se majores cupidi quærunt conjuges,
Dolent decepti se post junctos vilibus.

NOTÆ

Solus Anon. n. 67. habet hanc fabellam.

Digitized by Google

REPERTORIUM

AD FABULAS

ROMULI DIVIONENSIS, PHÆDRI, ROMULI NILANTI, ET ANONYMI NILANTI.

AUCTORE

GOTTH. EPHRAIM LESSING.

Romulus Divionensis.	Phædrus.	Romulus Nilanti.	Anonymus Nilanti.
Liber I. 1	III. 12 — —	1 — —	— —
— — 2	I. 1 — —	2 — —	— —
— — 3	App. Burm. 6	3 — —	— —
— — 4	— — — —	4 — —	— —
— — 5	I. 4 — —	5 — —	— —
— — 6	I. 5 — —	6 — —	— —
— — 7	I. 6 — —	7 — —	— —
— — 8	I. 8 — —	8 — —	— —
— — 9	I. 19 — —	9 — —	— —
— — 10	IV. 18 — —	— — —	11 —
— — 11	I. 29 — —	— — —	12 —
— — 12	App. Burm. 9	10 — —	— —
— — 13	II. 6 — —	12 — —	— —
— — 14	I. 13 — —	13 — —	— —
— — 15	I. 21 — —	14 — —	— —
— — 16	App. Burm. 10	15 — —	— —
— — 17	App. Burm. 4	16 — —	— —
— — 18	App. Burm. 1	— — —	— —
— — 19	App. Burm. 12	17 — —	— —
Liber II. 1	I. 2 — —	18 — —	— —
— — 2	I. 31 — —	19 — —	— —
— — 3	I. 23 — —	20 — —	— —
— — 4	— — — —	21 — —	— —
— — 5	IV. 22 — —	22 — —	— —
— — 6	III. 15 — —	23 — —	— —
— — 7	V. 10 — —	— — —	62 —
— — 8	I. 28 — —	11 — —	— —
— — 9	App. Burm. 2	24 — —	— —
— — 10	App. Burm. 32	— — —	61 —
— — 11	App. Burm. 33	— — —	65 —
— — 12	I. 16 — —	— — —	— —
— — 13	V. 3 — —	— — —	66 —
— — 14	I. 26 — —	— — —	63 —
— — 15	I. 7 — —	— — —	— —
— — 16	I. 3 — —	— — —	26 —
— — 17	III. 6 — —	— — —	— —
— — 18	IV. 23 — —	— — —	27 —
— — 19	I. 10 — —	— — —	28 —
— — 20	I. 22 — —	— — —	29 —
— — 21	I. 24 — —	— — —	33 —

Digitized by Google

Romulus Divionensis.	Phædrus.	Romulus Nilanti.	Anonymus Nilanti.
Liber III. 1	App. Burm. 15	25 — —	— —
— — 2	— — — —	26 — —	— —
— — 3	App. Burm. 17	— — —	37 —
— — 4	App. Burm. 18	27 — —	— —
— — 5	App. Burm. 19	28 — —	— —
— — 6	App. Burm. 20	— — —	40 —
— — 7	I. 12 — —	29 — —	— —
— — 8	— — — —	— — —	— —
— — 9	— — — —	30 — —	— —
— — 10	— — — —	31 — —	— —
— — 11	— — — —	— — —	— —
— — 12	IV. 7 (8) —	— — —	42 —
— — 13	App. Burm. 21	32 — —	— —
— — 14	App. Burm. 5	33 — —	— —
— — 15	III. 7 — —	34 — —	— —
— — 16	— — — —	35 — —	— —
— — 17	App. Burm. 22	36 — —	— —
— — 18	— — — —	— — —	47 —
— — 19	II. 8 — —	— — —	48 —
— — 20	IV. 12 (13) —	37 — —	— —
Liber IV. 1	IV. 2 (3) —	— — —	— —
— — 2	IV. 1 (2) —	— — —	— —
— — 3	App. Burm. 23	38 — —	— —
— — 4	III. 18 — —	39 — —	— —
— — 5	III. 2 — —	— — —	— —
— — 6	— — — —	40 — —	— —
— — 7	— — — —	— — —	— —
— — 8	App. Burm. 24	41 — —	— —
— — 9	IV. 3 (4) —	— — —	— —
— — 10	I. 11 — —	42 — —	— —
— — 11	— — — —	— — —	— —
— — 12	App. Burm. 30	43 — —	— —
— — 13	— — — —	— — —	— —
— — 14	— — — —	— — —	— —
— — 15	— — — —	— — —	— —
— — 16	— — — —	— — —	— —
— — 17	App. Burm. 25	44 — —	— —
— — 18	App. Burm. 31	— — —	60 —
— — 19	App. Burm. 28	45 — —	— —
— — 20	— — — —	— — —	— —
— — 21	App. Burm. 27	— — —	55 —

Digitized by Google

NOTÆ VARIORUM

IN

PHÆDRI AUGUSTI LIBERTI

FABULAS ÆSOPIAS.

Digitized by Google

MONITUM.

FABULARUM ordinem paulo mutavit Schwabius. Tabulam, igitur, illius et veterum editorum rationem indicantem, subjicimus, ne citationes in sequentibus Notis falsæ videantur.

Vett. Edd.		Ed. Schw.
III. 20.	=	IV. 1.
IV. 2, 3.....12.	=	IV. 3, 4.....13.
IV. 13, 14.	=	IV. 14.
IV. 25.	=	III. Epilog.
V. Prolog. vv. 1—20.	=	IV. Prolog.
V. 5. vv. 39—47.	=	IV. Epilog.

Digitized by Google

NOTÆ VARIORUM

IN

PHÆDRI AUGUSTI LIBERTI

FABULAS ÆSOPIAS.

Ex Editione Petri Burmanni,
8vo. Amstel. 1718.

LIBER I.

Aug. Liberti] Tiberium intelligendum aiunt. Lipsius expresse in notis ad Senec. Cons. Polyb. c. 27. 'Phædrus Tiberii libertus.' And. Schottus lib. II. Obser. Hum. c. 19. 'Adjicio, alios pererudítos extitisse libertos, scriptis etiam claros. Augusti quidem Hyginum, Tiberii Phædrum.' Jacobus Bidermannus Utopiæ l. I. 'Phædrum legi, Tiberii principis libertum.' Olaus Borrichius in De lexic. Latinitate: 'Phædrum eum Augusti libertum fuisse constet, non Octavii putandum, quo vir quidam clarissimi nominis inclinat, sed Tiberii, id quod Sejani nomen et artes, quas leviter tangit Phædrus, facile persuaserint.' Similiter Demsterus. At Pithœus dubitat. Sic enim præfat. ad Franciscum fratrem: 'Reddo fabellas imperatorii liberti, et, quantum quidem conjicio, Tiberii, atque adeo post Sejanum damnatum.' Ut hoc sic conjiceret Pithœus, factum censeri possit per ea, quæ leguntur fine libri quarti. At ibi *præmii*, cujuscunque denique, fit mentio, non libertatis. Et jam ante libro III. conquestus Phædrus erat de injuria Sejani, accusantis eum, atque condemnantis. Quis vero credat accusatum a Sejano, tanto viro, mancipium? Ergo saltem illud falsum, quod *libertum* factum *post Sejanum damnatum* tradidit Pithœus. Sed nec quare a Tiberio tandem liber fieri debuerit, causa reddi potest. Quin potius, cum expresse Augusti libertus dicatur, de Octavio id intellexerim, cum propter causas alias, de quibus egimus in vita Phædri, tum quia is sic vulgo simpliciter appellabatur. *Schefferus.*

Æsopiarum] Recte. Sic enim nominabantur communiter, illæ etiam, quæ alios, quam Æsopum, haberent auctores. Adeo non audiendus Ta-

Digitized by Google

naquillus Faber est, quando ait in editione Phædri ultima p. 229. 'Ut Æsopius et Æsopeus promiscue usurpantur, non idem dixeris de Æsopicus; quod enim Æsopi est, id Æsopium dicere debemus,-quod autem more modoque seu stylo Æsopi conditum fuit, id Æsopicum dicendum fuit.' Fallit bonus Faber; adeo a me, quod putat ipse, dicta isthæc non oportuit. Si enim Æsopicum, quod stylo tantum Æsopi, cur Phædrus ipse fabulas hasce maluit Æsopias vocare? Verba clara sunt lib. v. c. 1. ubi de his suis fabulis: 'Quas Æsopias, non Æsopi, nomino. Quasi paucas ostenderit; ego plures disseruo, Usus vetusto genere, sed rebus novis.' Hic aperte facit alias Æsopi fabulas, alias Æsopias, contra quam dicendum Faber arbitrabatur, et Æsopias appellat eas quoque, quas præter paucas, ab Æsopo ostensas, ipse disseruit, et confinxit novas. Sane partem maximam has Phædri, non Æsopi esse, ipsa res testatur. Ergo optime doctissimus Menagius ad Laërtium p. 98. 'Fabulator dictus est Æsopus, non quod primus, sed quia præcipue hoc scribendi genus sectatus est, unde et fabulæ ΑΣΟΠΙΑΙ similes fabulæ dicuntur.' Sed et Priscianus aliter, ac Faber: nam Æsopias appellat non eas solum, quæ Æsopi sunt, sed quascunque. Prisciani verba sunt clarissima, desumpta ex Hermogene, (quo cum et Aphthonius consentit:) 'Nominantur autem ab inventoribus fabularum aliæ Æsopiæ, aliæ Cypriæ, aliæ Libycæ, aliæ Sybariticæ. Omnes autem communiter Æsopiæ, quoniam in conventibus frequenter solebat fabulis uti.' Habes simul causam in his verbis, ob quam, quisquis deinde fuit imitatus Æsopum, fabula utendo, etiam a se ac proprio ingenio conficta, Æsopiam referre diceretur. Atque isto sensu Æsopiæ, hæ quoque. Cæterum Æsopias num noster scripserit, an Æsopeas, dubium esse potest, cum præsertim in præfatione dicta libri quinti posteriore modo hoc vocabulum ediderit Rigaltius, priore Pithœus aliique: Æsopias vocavit Priscianus quoque, sic, ut vidimus, et Ausonius ep. 16. et Macrobius Som. lib. I. c. 2. Æsopias vero Seneca Cons. ad Polyb. c. 27. ut codicem Rigaltii, de quo ante dixi, omittam. Atque licet hæc sint eadem, propter diphthongum Græcæ vocis *Αἰσώπειος*, quam Latini nunc per *e*, nunc per *i*, reddere consueverunt, alterutro tamen modo scripsisse Phædrum necesse est. De quo cum nihil habeamus certi, miramur equidem, quod mirari sese dicat Faber, hac de re dubitationem nos movere. Quod vero Isidorus, et plerique ex recentioribus Æsopicas appellant, nescio, an bene faciant, cum alterutrum ex prædictis requirere vox Græca, qua plerique utuntur ex antiquioribus et melioribus, videatur. *Schefl.* 'Æsopi' tamen 'fabulas' dixit Quinctilianus lib. I. c. 9.

PROLOGUS.

1 *Æsopus Auctor*] Phryx fabulator Æsopus cæteris in hoc genere scribendi materiam præbuit, vel quod ex primis studium id tractavit, vel quod creditur *ἅρωτα πάντων* (ut ait Aphthonius) *συγγράψαι τοὺς μύθους*. Avienus sane cum Phædro materiæ ducem sibi Æsopum fatetur præposuisse, Præfatione ad Theodosium Imperatorem. *Nevelatus.*

Æsopus auctor] Hoc tamen in dubium vocat Fabius lib. v. 'Illæ quoque fabulæ, quæ, etiamsi ab Æsopo originem non acceperunt, (nam vide-

Digitized by Google

tur earum primus auctor Hesiodus,) nomine tamen Æsopi maxime celebrantur, ducere animos solent.' Theon quoque Sophista Homerum et Hesiodum, atque etiam Archilochum, Æsopo vetustiores, operibus suis Fabulas inseruisse observat. Verum id fuisse aliud fabularum genus, ac longe diversum ab Æsopeis fabulis, nemo non videt; atque ut recte observat Philostratus in Imag. *Φοινῶσιν οἱ μῦθοι παρὰ τὸν Αἴσωπον, ἀγαπῶντες αὐτὸν, ὅτι αὐτῶν ἐπεμελεῖτο· ἐμέλησε μὲν γὰρ καὶ Ὁμήρῳ μύθου καὶ Ἡσιόδῳ, ὅτι δὲ καὶ Ἀρχιλόχῳ πρὸς Λυκάμβην, ἀλλ' Αἰσώπῳ πάντα τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐκμεμύθωται.* Rigaltius.

Materiam] *Materia* est res ipsa, ex qua aliquid fit, aut politur: ea quidem a nemine efficitur, sed in naturæ operibus reperitur. Materiam construendi Fabularum operis reperit Æsopus, ab Æsopo repertam polivit Phædrus: quo utroque quid verius est? *Barthius* Adv. XLVII. c. 10. qui ibi pluribus de hoc loco agit.

Repperit] Usitatum verbum de primis rerum inventoribus, pro, excogitavit ingenio, diligenti meditatione adinvenit. Plinius lib. VII. c. 55. 'literas alii apud Syros repertas volunt.' Virgilius quoque, quem frequenter imitari Phædrus consueverit, quod statim ab initio notatum, observari debebit etiam in sequentibus, Æn. VI. 'Ipse repertorem medicinæ talis et artis.' *Scheff.*

2 *Versibus senariis*] Quos Phædrus senarios scripsit, ii medio quodam temperamento sunt inter accuratam veterum Græcorum (nam recentiores minus religiosi fuerunt) et solutam comicorum Latinorum negligentiam. Illi enim, quod nemini paulum modo humaniori ignotum est, studiosissime scriptitabant, hi pleraque omnia inertissime; (de metro loquor.) Itaque adeo nec dubitavit alicubi dicere Tullius, 'Comicorum senarios propter similitudinem sermonis' (ita dictum ut ab Horatio, 'Sermoni propiora') 'sic plerumque esse abjectos, ut nonnunquam in iis aut numerus aut versus vix possit intelligi.' In eo numero sunt Plautus, Terentius, et alii, quorum hodieque fragmenta passim et *σπαράγματα* apud veteres scholiastas reperiuntur. At Phædrus noster illis castigatior est et adstrictior, sed ita tamen, ut honesta quadam interdum libertate utatur. Quod a nobis ea gratia dicitur, ne quis omnia ejus carmina ad molestam illam purioris Iambici diligentiam postulet revocari. Nam, quod suspicatur Schoppius, ignorasse Phædrum leges metricas, cui, quæso, persuaserit? Eadem opera P. Syrum; eadem opera Plautum, Terentium, veteresque alios accuset, et Virgilium ipsum, si Diis placet: o Pudor, *τοῦ σε εἶναι φῶ*; Sed solens suo more facit Schoppius; qui Scaligeros ausus est, et Casaubonos insectari, *κολοιὸς πρὸς ἀετόν*. *Faber.*

3 *Duplex libelli mos*] Dion Petavius Præf. Ration. temp. hunc in modum citat: *Duplex libelli dos.* 'Quæ lectio ex iis est,' (ita vir magnus in litteris ad me datis,) 'quæ prima specie blandiuntur: nescio autem an excussa satis se probet eruditis. *Duplex mos libelli*, duplex lex est: satis eleganter, ut puto.' Et ita legit Cod. Pith. teste Neveleto: qui tamen, Rigaltium sequutus, edidit, *Duplex libellis os est.* Nihil durius. *Praschius.* Est et alia lectio, *Duplex libelli mos est*, quam explicat Schoppius; Quia, inquit, morem, id est, *ἦθος*, et ingenium rebus inanimatis tribuunt veteres. Quod vere a Schoppio dictum, eaque res est apud scriptores Latinos tralatitia. Sed hoc loco nil tale opus est. Nam quin *dos* quoque dicatur *ἐν ἐπιπλοκῇ* pro utilitate, fructu, ornamento, &c. nemo dubitabit, qui ap. Ovid. Met. v. 562. legerit 'dotem oris' pro eloquentia. In edi-

Digitized by Google

tione Rigaltii, quæ anno M.DC. prodiit, legitur, *Duplex libellis os est.* Hodiernam lectionem e codice, ut opinor, Remensi protulit postea idem Rigaltius, aut, neque enim satis commemini, clarissimum illud literarum decus Sirmondus. Sed unicus T. Livii restaurator Gronovius, scriptis ad me nuper epistolis, monebat, videri sibi legendum, *Duplex fabellis os est.* Faber. Ita ex Remensi cod. in posteriori editione scripsit Rigaltius. Editiones priores Pithœi, Rittershusii, et aliorum habuere *mos est.* Quod non paucis placuit, et nuper admodum Ludovico Praschio in elegantibus ad hunc auctorem notis, viroque una docto, quem in eis laudat. Quanquam forte rectius fecerit, qui vocem *moris* non pro lege, sicut ille, verum indole, conditione, qualitate quapiam acceperit. Quo modo Virgilius usurpavit Georg. I. quem ignoro, utrum noster non respexerit, cum hoc scriberet, ceu in plerisque aliis consuevit. Versus est 51. 'Ventos et varium cœli prædiscere morem.' 'Debes,' inquit Servius ad hunc locum, 'etiam cœli qualitatem nosse, utrum pluviis gaudeat, an tepore, vel frigore.' Sicut 'morem cœli' dixit Virgilius pluere, vel tepere, vel frigere, ita Phædrus *morem libelli* movere risum, monere vitam, potuit dixisse. At vero Tan. Faber id amplectitur, quod in cod. Rem. reperitur. Fecit idem prius et ampl. Freinshemius, qui non importune huc adduxit versum Martialis ex Epigr. XIII. 10. 'Nec poteris similæ dotes numerare, nec usus.' Dicit tamen Faber, unicum illum Livii restauratorem Gronovium, ex editione prima Rigaltii, in qua fuit, *Duplex libellis os est*, velle, *Duplex fabellis os est*, scribere. Atque ita ipse optimus Gronovius in suis ad me literis, e quibus ecce tibi ipsa viri doctissimi verba: 'Lego: *Duplex fabellis os est.* Fabulæ,' inquit, 'duplicem habent faciem sive personam; alteram, quæ ridicula apparet; alteram, quæ sapere docet. Nec *libellis* bene dicitur, pro, huic libello, nec, si de quibusvis libris sumas, verum est.' Hæc Gronovius. At cum Rem. cod. facit nunc et N. Heinsius (nam aliter censuerat in not. ad Ovid. Met. XII. 430.) quemadmodum per literas me docuit. Nec fortasse peccat, qui ab auctoritate tam vetusti libri temere non recedit. *Schef.* Τὸ *mos* tuetur Gebhard. Crepund. II. 6.

Duplex libelli dos est] Sic habet Remensis bibliothecæ Cod. Antea ediderat ex Pithœano, *Duplex libellis os*, ut esset *duplex os*, quasi duplex persona: quæ scilicet risum moveret, et quæ consilio vitam moneret. Sic enim Max. Tyrius, Or. XXX. ἐναντῶ, inquit, τὸν μῦθον τῆς χάριτος καὶ τῆς πρὸς τὸ ἀληθὲς ὁδοῦ. Atque hic demum est Horatii mos, ut misceat utile dulci. Sed nunc magis mihi placet illa Rem. lectio. *Rig.*

Duplex libelli dos est] Ita recte a Rigaltio restitutum ex vetustissimo Codice Remensi. *Duplex dos* veterem illam verborum vernilitatem sapit: quemadmodum enim in puellis elocandis duplex dos commendatur, unde Comicorum venustissimus Terentius in Adelphis de paupere corrupta dicit, 'Primum indotata est; tum præterea, quæ secunda dos ei erat, Periit; pro virgine nuptum dari non potest.' Sic Phædrus, fœtum suum elocaturus, eleganter libellum hunc a duplici dote commendat; cum enim Æsopi materiam aridam et incomptam videret, duplici dote, jocorum scilicet suavissimorum et consiliorum prudentium, eam locupletasse et ornasse dicit. Scilicet hæc illa est dos duplex, quam adeo in ejusmodi libellis desiderat Horatius inter artis suæ præcepta, 'Lectorem delectando pariterque monendo.' Quem locum Phædrus statim subjicit paulum mutatis verbis, et ad libellum suum egre-

Digitized by Google

gie transtulit. *Dos* vero hoc loco, ut passim, significatione latius patet, quam vulgo creditur. Notat enim decus et ornamentum. Ausonius inter dicta Biantis, 'Quæ dos Matronæ pulcherrima? vita pudica.' Et inter gnomas veteres Ethico-Politicas Gruteri versus senarius, 'Pudica vita dos matronæ gemmea est.' Plin. l. XXXVII. 5. 'Dos smaragdi,' pro decore et ornamento iis proprio. Sic apud Vopiscum in Aurel. 'Aureliano clementia, Imperatorum dos prima, defuit.' Eodem modo, ut ante apud Terentium, illibata virginitas, ἡ παρθενία, *dos*, id est, decus et ornamentum virginale, dos secunda appellatur. Neque aliter illud Ciceronis de Orat. I. accipiendum est, 'cujus artem, cum indotatam atque incomtam videres, verborum eam dote locupletasti et ornasti:' quem locum Nonius in voce *dotatum* citat; sed, ut solet, nugatorie explicat: quæ Ciceronis verba totius hujus loci παραφραστικὴ explicatio est. Et Ovid. Metam. v. 'Tantaque dos oris linguæ deperderet usum.' *Dos* proprie id, quod cuique datum est, sive id decus atque ornamentum, sive lucrum atque emolumentum. 'Virgo laudatissima dote formæ,' Ovid. Hinc ex veterum usu forma et pulchritudo puellarum dos tertia dici potest, quia pulchritudo semper inter dotes puellarum numeratur. Unde elegans formarum ille spectator de Chione ita canit Metam. XI. 301. 'Quæ dotatissima forma Mille procos habuit.' Afranius apud Nonium, 'Formosa virgo est, dotis dimidium vocant isti, qui dotes negligunt uxorias.' Martial. XIII. 10. 'Nec poteris similæ dotes numerare nec usus.' Valer. Max. v. 7. in pr. 'Det nunc vela pii et placidi affectus parentum erga liberos indulgentia, salubrique aura provecta gratam suavitatis secum dotem afferat.' Hoc est emolumentum et lucrum, ut solent navigantes, a quibus Valerius phrasim nimis affectatam petit more suo putidiuscule *Templorum dos*, Ovid. Met. lib. X. 'Templisque accedere dotem Hanc jussere meis.' Atque ita *dos* est emolumentum et commodum illud, quod sponsus cum nova nupta lucratur, et quod sponsa rei familiari affert. Solent autem poëtæ de libellis suis loqui, tanquam comptis politisque puellis et viro maturis: et eorum dotes, id est, decora, ornamenta, commoda, et emolumenta, lectoribus enumerare. Catull. 'Quoi dono lepidum novum libellum, Arida modo pumice expolitum.' Sic Virgilius ipso statim initio Georgicorum enumerat commoda, quæ est traditurus. Martial. Ep. II. 1. 'At nunc succincti quæ sint bona disce libelli.' Et Epig. III. 2. 'Cujus vis fieri, libelle, munus, &c. Faustini fugis in sinum? sapisti. Cedro nunc licet ambules perunctus, Et frontis gemino decens honore, Pictis luxurieris umbilicis, Et te purpura delicata velet, Et cocco rubeat superbus index.' Et Epig. I. 4. 'Æthereas, lascive, cupis volitare per auras; I, fuge, sed poteras tutior esse domi.' Sic libellum suum *vernam* et *vernulam* vocat Ep. lib. III. 1. 'Domina qui natus in urbe est: Debet enim Gallum vincere verna liber.' Et Ep. lib. V. 18. 'Præter libellos Vernulas nihil misi.' *Gudius.*

Libelli] Posset videri scribendum *libellis*, cum ipse Phædrus init. lib. III. dicat: 'Phædri libellos legere si desideras.' Et Avienus hos 'quinque libellos' vocet. Sed Phædrus lib. IV. de hoc suo opusculo scribit, 'Parvum libellum sustine patientia.' Hinc videtur nihil mutandum, ad exemplum Catulli, 'Cui dono lepidum novum libellum.' *Idem.*

Risum movet] Id est, voluptatem, quæ remittat utique, non quæ solvat. Neque enim proprium fabularum est γελοτοποιεῖν, sed χαριεντίζεσθαι. Transfer huc, quæ dixi ad fab. 7. Explicat ipse se in Prol. libri secundi, ubi id

Digitized by Google

quærere se profitetur, ut 'capiant aurem' argumenta ejus. Ita mox 'jocari' se, et infra 'calamo ludere,' prædicat. Quo etiam patet, caute accipiendam esse distinctionem Ang. Politiani in Panepistemone: 'Historia vel fabularis, vel ad fidem. Fabularis aut voluptatis, ut in argumentis comicorum, aut adhortationis gratia. Hæc aut argumentum habet ex ficto, ut in Æsopeis fabulis; aut ex veri soliditate, quæ aut per turpia contexitur, ut in quibusdam poëticis figmentis; aut pio tegitur velamine, quod solum genus philosophi veteres admiserunt.' Similia habet Isidorus Orig. I. 39. *Praschius.* Voluptatem, quæ remittat, non quæ solvat, ut bene locum hunc exponit Praschius. Puto rursum in animo habuisse Virgilium suum. Nam et ipse hoc sensu Æn. IV. 120. 'Annuit, atque dolis risit Cytherea repertis.' *Scheff.*

Risum movet] Avienus Theodosio: 'Habes ergo opus; quo animum oblectes, ingenium exerceas, solicitudinem leves; totumque vivendi ordinem cautus agnoscas.' Gellius lib. II. 29. 'Æsopus ille e Phrygia fabulator haud immerito sapiens existimatus est, quum, quæ utilia monitu suasuque erant, non severe, non imperiose præcepit et censuit, ut Philosophis mos est: sed, festivos delectabilesque apologos commentus, res, salubriter ac prospicienter animadversas, in mentes animosque hominum cum audiendi quadam illecebra induxit.' *Rig.*

Movet....monet] Ἀνταναπλασις. Sic lib. IV. fab. 3. 'Impune potius lædi, quam dedi alteri.' Et lib. I. fab. 4. 'Et quem tenebat, Nec quem petebat.' *Gud.*

Movet....monet] Ἀνταναπλασις elegans. *Ritt.*

4 *Prudentis*] *Prudenti* V. C. et pro *monet* forte legendum *fovet*. Heinsius. *Prudenti* etiam recte tuetur Gebhard. Crepund. II. 6. quæ enim superbia Phædri foret, si prudentem monere sibi sumeret? Durior autem locutio visa Heinsio, *vitam monere*, qui *fovet* volebat; sed æque insolens mihi apparet *fovere vitam consilio*: quare hic *vitam* capio, pro ipsis hominibus, qui cum maxime vivunt: quo sensu centies apud Plinium occurrit: ut lib. VIII. 16. 'vita non decreverit.' lib. XV. 1. 'cultum agrorum docenda vita:' ubi *docenda vita*, ut hic *monenda:* quod imitatus Orientius videtur Commonit. lib. I. 16. 'Vita docenda mihi est.' Idem Plinius lib. XXXIV. 'et vita ipsa non desiit honorem mitiorem ferro habere.' vide Gronov. ad præfat. lib. XIX. ita et Lucan. VI. 910. 'Nec sancto carnisset vita Catone.' Martial. VIII. 3. Agnoscat mores vita legatque suos:' et ita hoc et sequenti seculo alii; unde jam Phædri ætate cœpisse hanc vocem ita capi colligo, cum Ciceronem, et ejus æquales, ita vix usurpasse putem. Manilius tamen, qui ævo optimo proximus fuit, eodem modo usus lib. I. vs. 66. 'Nam rudis ante illos, nullo discrimine, vita In speciem conversa, operum ratione carebat.' *Burmannus. Cauti*, Avien. 8. *Rig.*

Monet] Commode ait, *monet*. 'Significat enim *alvos*' (loquor cum Melanchthone ad Hesiod. p. 74.) 'sermonem tecte aliquid monentem de moribus: unde et apologos *alvous* dixerunt;' scilicet ἀπὸ τοῦ αἰνεῖν, ἤγουν παραινεῖν, ut amplius explicat Cl. Dietericus in Hesiodea, quæ sub prælo jam est, Lexilogia, voce *alvos*. *Prasch.* Ut degat quisque ex præscripto honesti. Id enim est *monere*, fitque proprie consilio. Donatus ad Terent. Hec. Act. V. 1. 'Monemus consilio, hortamur impulsu.' *Scheff.*

6 *Arbores*] Miror, quare hæc excuset noster, cum tamen arbores loqui nusquam faciat hoc libro, ac ne in cæteris quidem. An vitium est in scriptura? Nobilissimus Nicolaus Heinsius non putat, maxime, cum

Digitized by Google

simile quid in præfatione Avieni extet. Phædri autem pluscula existimat intercidisse, relicta distinctione librorum, deletisque obscœnioribus ac lascivis, ut cætera ipsius tutius prælegi possent pueris. Quam sententiam lubentissime amplector. Idem suspicatus fuit etiam Rigaltius in ed. post. *Scheff.*

Arbores loquuntur] In C. Epidii commentariis arbores locutas notavit Plinius lib. XVII. 25. Sed hoc etiam inter ostenta prodigiosum. In hac vero fabularum Philosophia non utique est absurdum. Avienus: 'Loqui vero arbores, feras cum hominibus gemere, verbis certare volucres, animalia ridere fecimus,' &c. Isidorus: 'Æsopiæ fabulæ sunt, quum animalia muta inter se sermocinasse finguntur, vel quæ animam non habent, ut urbes, arbores, montes, petræ, flumina.' Certe in Avieni fabulis Quercus et Arundo loquuntur, et apud Camerarium quoque nonnullæ arbores quasi sermones miscent: at heic apud Phædrum non item. Dicendum igitur, arborum fabulas intercidisse. Iis autem in Philosophia sua usum fuisse Æsopum, docet Max. Tyr. Or. XXXIII. *Αἰσώπῳ τῷ Φρυγὶ πεποίηται λόγοι διὰ τῶν θηρίων τῆς ξυνουσίας. Διαλέγεται δὲ αὐτῷ καὶ τὰ δένδρα, καὶ οἱ ἰχθύες, ἄλλο ἄλλῳ, καὶ ἀνθρώποις ἀναμίξ.* Est et in libro Judicum cap. IX. arborum inter se disceptantium super eligendo Rege parabola, et Paralip. II. c. 25. Carduus filiæ Cedri nuptias filio suo expetit. *Rig.*

Arbores loquuntur] Ubi vero in his quinque libris arbores loquuntur? Certe hinc discimus, plures Phædri fabulas desiderari; inter alias autem, quæ interciderunt, etiam reperi in veteri Ms. hanc fabulam Phædri, a Monacho mirum in modum interpolatam et deformatam, in qua arbores loquuntur. De Securi et Manubrio: 'Aliquanto dantes auxilium hostibus suis pereunt. Homo secure facta ab arboribus postulat, manubrium ut darent de ligno, quod esset firmum: omnes Oleastrum jusserunt dare. Accepit homo manubrium, apta secure robora cœpit decidere, magna truncabat et eligebat. Sic quercus fraxino dixisse fertur: Digne et bene patimur, quia manubria dedimus.' Ex Phædri Iambis hanc fabulam interpolatam esse mihi dubium non est, eamque sic numeris suis restituendam puto. *Auxilia qui dat hostibus suis, perit. Secure facta ab arboribus homo postulat, Manubrium ut darent de ligno, quod foret Firmum: jusserunt omnes Oleastrum dari. Accepit ille; oblatum et manubrium Aptans securi magna cædit robora, Et eligebat arbores. Tunc Fraxino Dixisse fertur Quercus: Merito ferreas Patimur bipennes: quia dedimus manubria.* Aliter et melius ad vestigia veteris libri; *Pereunt suis auxilium dantes hostibus. Facta bipenni ab arboribus homo petit, Manubrium ut darent e ligno, quod foret Firmum. Jusserunt omnes oleastrum dari. Accepit ille munus, et manubrium Aptans securi magna cædit robora: Dumque eligebat, quæ vellet, sic Fraxino Dixisse fertur Quercus: Merito maleficas Patimur bipennes, quibus adjumento sumus.* Aliter adhuc; *Pereunt, suis auxilium qui dant hostibus. Facta bipenni quidam ab arboribus petit, Darent manubrium e ligno, quod firmum foret. Subito jusserunt omnes oleastrum dari. Accepit munus, factumque aptans manubrium Cœpit securi magna excidere robora. Hic dum truncanda eligeret, Fraxino Dixisse fertur Quercus: Merito cædimur.* [V. ad Append. fab. 5.] *Gud.*

Non tantum feræ] Satyrici nomina scriptis suis convenientia procudunt; puta si in luxuriosas mulieres invehuntur, nomina inserunt Migales, Medullinæ, Tryphænæ, Quartillæ, Quintillæ, Lyciscæ, Phiales, Tibiæ, Floræ; si in molles, semiviros, Trypheri, Trimalcionis, Hedymeles, et sic deinceps. Fabulatores quoque moribus

Digitized by Google

hominum notandis bestiarum personas producunt, quia iis quoque insunt vitia et virtutes quædam. Sic hominem rapacem lupum vocant: simplicem, ovem aut columbam; astutum, vulpem; violentum aut generosum, Leonem, &c. Philostratus Imaginibus: Αἰσώπῳ πάντα τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐκμεμύθευται, καὶ λόγου τοῖς θηρίοις μεταδέδωκε λόγου ἕνεκα. Πλεονεξίαν τε γὰρ ἐπικόπτει, καὶ ὕβριν ἀλαζόνει καὶ ἀνάπτῳ καὶ ταῦτα λέων τις αὐτῷ ἐποκρίνεται καὶ ἀλώπηξ καὶ ἵππος νὴ Δία, καὶ οὐδὲ ἡ χελώνη ἄφωνος.

Adamantius lib. II. Φυσιογνωμονικῶν. Ἕκαστα γὰρ ἤθη τῶν θηρίων ἐοίκοτον καταφανῆ ἐστι τοῖς εἴθεσιν, ἤθεσι τοῖς ἐκείνοις ἕκαστα ἐοικότα. Οἷον λέοντος ἦθος θυμικὸν καὶ ἄλκιμον, καὶ τὸ εἶδος τοιοῦτον· παρδάλεως δὲ ἀβρὸν καὶ ὀργίλον, καὶ λοχητικὸν, καὶ ἐπίβουλον, δεινὸν ἅμα καὶ θρασὺ, καὶ ἡ μορφὴ τούτοις ἕπεται· ἄρκτος δὲ ἀμύθρων, δολία, σκαιά. Καὶ τοῖς ἄλλοις δὲ ζώοις κατὰ τὰ αὐτὰ ἐπιφαίνεται τὸ οἰκεῖον κέρδος· σὺ ἀγρίῳ ὀργὴ ἀπρονόητος· βοὶ σεμνότης, ἀκακία· ἵππῳ μεγαλαυχία, φιλοτιμία· ἀλώπεκι τὸ δολερὸν, καὶ ἐπίβουλον· πιθήκῳ τὸ βωμολοχικὸν, καὶ εἰρωνικόν· προβάτῳ τὸ εὔηθες· τράγῳ τὸ μάργον· ὗτ τὸ μιαρὸν καὶ γαστρίμαργον· καὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως ἀρετῶν τε καὶ κακιῶν τὰ εἴδη τοῖς ἤθεσιν ἔοικεν.

Nemesius lib. de natura hominis cap. 2. Εἰκότος γὰρ Πλάτωνος τὰς μὲν θυμικὰς καὶ ὀργίλους καὶ ἀρπακτικὰς ψυχὰς λύκων καὶ λεόντων σώματα μεταμφιέννυσθαι, τὰς δὲ περὶ ἀκολασίαν ἠσχολημένας ὄνων καὶ τῶν τοιούτων ἀναλαβάνειν σώματα, οἱ μὲν κυρίως ἤκουσαν τοὺς λέοντας καὶ τοὺς λύκους καὶ τοὺς ὄνους, οἱ δὲ τροπικῶς αὐτὸν εἰρηκέναι διηγοῦσαν τὰ ἤθη διὰ τῶν ζώων παρεμφαίνοντα. Pisides Κοσμουργίᾳ. Καὶ πτηνὰ μὲν δείκνυσι τὰς κούφας φρένας, σὰς δὲ πόρνους, καὶ λύκους τοὺς ἁρπαγας, σφῆκας δὲ πλήκτας, θυμικοὺς δὲ παρδάλεις. Ποιεῖ δὲ τοὺς εἱρωνας ἀθλίους κύνας, Ἀλαὸν δοκοῦντας, καὶ δάκνειν ἡτοιμένους. Ὄφεις δὲ πικροὺς ἐκτελεῖ τοὺς βασκάνους Τὸν ὃν ἐνθεὶς τῇ κακῇ περιτλάσει. Sic μυθολογικῶς intelligenda, quæ de Circe, item quæ de metempsychosi et metensomatosi priscarum religionum confinxit superstitio. 'Nam etsi quidam homines bestiis adæquantur pro qualitatibus morum, et ingeniorum, et adfectuum, quia et Deus, Adsimulatus est, inquit, homo irrationalibus jumentis: non ideo milvi ex rapacibus fient, et canes ex spurcis, et pantheræ ex acerbis, aut oves ex probis, et hirundines ex garrulis, et columbæ ex pudicis, quasi eadem subsantia animæ ubique naturam suam in animalium proprietatibus repetat.' Tertullianus lib. de Anima c. 12. Quod hic semel ad sequentes omnes fabulas notasse sufficiat. Æsopei Philosophi moribus hominum notandis ferarum quasi personas inducunt, quibus a natura indita sunt vitia et virtutes quædam. Deque hoc philosophandi modo eleganter Artemiderus lib. IV. Oneirocr. χρὴ δέ γε, inquit, καὶ τὰ ἤθη τῶν ζώων ἀντιπαραβάλλειν τοῖς ἤθεσι τοῖς ἀνθρωπίνοις. Festive autem et lepide Philostratus præcipuas partes in Æsopia scena tribui Vulpeculæ ait, quemadmodum in Comœdia Davo: Κομῳδίᾳ δὲ τοῦ χοροῦ ἡ ἀλώπηξ γέγραπται, χρῆται γὰρ αὐτῇ ὁ Αἴσωπος διακόνῳ τῶν πλείστων ὑποθέσεων, ὅσπερ ἡ κωμῳδία τῷ Δάῳ.

7 *Fictis fabulis*] Epithetum, ut ap. Cic. pro Mil. cap. 8. et alibi, παράλογον. Ita h. l. vim habet confutandi Momos ex ipsius natura rei, cujus velut ὑπογραφὴν continet. Infra, 'fictos jocos,' et rursum, 'arte fictas fabulas' nominat. *σεσοφισμένους μύθους* Græce dixeris, verbo S. Petri Ep. 2. 16. *Prasch.* Quid opus addere *fictis*? dixerit aliquis; nam τὸ *fabulis* sufficerat. Sed maluit proprie loqui Phædrus, ut Cicero in Miloniana. Fabula enim ex earum vocum numero est, quas vulgo *mêras* vocamus, ut *gratis*, ut *dolus*, &c. verumque et falsum significat, unde infra legitur, 'vera fa-

Digitized by Google

bella.' Quare proverbium illud, quod apud Terentium his verbis conceptum est, 'Lupus in fabula,' apud Plautum sic concipitur, 'Lupus in sermone.' Ita apud Græcos μῦθος est fabula, seu narratio falsa; sed et aliquando vera narratio est; quin etiam apud gravissimum scriptorem, et quem tanti faciebat Plato, Isocratem dico, μῦθοι pro sermonibus aut libris religiosis et mysticis sumuntur; et apud Homerum nec non Callimachum μῦθος pro sermone vero sumitur; ita etiam apud Plutarchum in vita Agidis et Cleomenis P. DCCCCVI. edit. Paris. μυθολογεῖν, pro διηγεῖσθαι seu narrare, in re vera ponitur. Satis est locum ipsum indicasse. *Faber.* Proprie, quia *fabula*, a fando dicta, est narratio rei cujuscunque, etiam veræ: adeo hoc non abundat, ut non nemo putat. Sic Terentius Hecyr. Act. IV. 3. 'Jam nos fabulæ sumus, Pamphile.' h. e. sumus ii, de quibus loqui joco consueverunt, quos sermonibus suis exagitare. Sic enim intellexit et Guietus, dixitque, significationem ludibrii habere, sicut apud Tibullum, 'ne turbis fabula fiam, Cum mea ridebunt vasa magisteria.' Cicero etiam alicubi: 'fabula Trojæ,' pro historia, et rebus gestis eo loco. Similiter Suetonius in Domit. c. 16. 'Evenit, ut id ei cœnanti inter cæteras diei fabulas referretur.' *Fabulæ diei*, sunt narrationes rerum variarum, quæ de die acciderunt. Habet similem locutionem cap. 70. Vitæ Augusti. Sulpitia: 'Fabellam permitte mihi detexere paucis.' Historiam innuit, de pravo statu reip. sub Domitiano. Vopiscus: 'Non inepta, neque inelegans fabula est, scire quemadmodum imperium Probus sumserit.' Adde Sidon. ep. lib. VII. 2. ibique Savaronem. Cum ergo *fabula* sit rei etiam veræ, ad illius differentiam recte *ficta* dicitur. Cicero de Fin. lib. V. 'Quid? cum fictas fabulas, e quibus utilitas nulla duci potest, cum voluptate legimus.' *Schef.*

Fictis fabulis] Sic lib. II. fab. 9. 'Arte fictas fabulas' dicit. Isidor. lib. I. 39. 'Fabulas Poëtæ a fando nominaverunt, quia non sunt res factæ, sed tantum fando fictæ, quæ ideo sunt inductæ, ut ficto mutorum animalium inter se colloquio imago quædam vitæ hominum nosceretur.' *Gud.*

Fictis fabulis] Sic etiam loquitur lib. II. fab. 9. et lib. III. Prol. 'fictis jocis:' exemplo Ciceronis, qui et De Offic. et alibi 'fictas et commentitias fabulas' dixit. *Ritt.*

Jocari] 'Jocos Phædri' dixit Martialis. Ipse Phædrus lib. III. 'Calumniamque fictis elusit jocis.' Lib. IV. 'Et hoc jocorum legere fastidis genus.' C. Mellissus Grammaticus libellos inscripsit *Ineptiarum, Jocorum.* Tranquill. cap. 21. de illust. Gram. *Rig.*

FABULA I.

Lupus et Agnus] Fabula hæc πρὸς τοὺς ἀδεῶς φανερῶς ἀδικοῦντας narratur a Babrio, 17. et Camerario, 263. Vetus liber fabularum Ms. in Bibliotheca Victoriana Paris. 'Est lupus, est Agnus; sitit hic, sitit ille; fluentum Limite non uno quærit uterque sibi. In summo bibit amne Lupus, bibit Agnus in imo. Hunc timor impugnat, verba movente Lupo: Rupisti potumque mihi rivoque decorem. Agnus utrumque negat, se ratione tuens: Nec tibi nec rivo nocui, nam prona supinum Nescit iter, nec

Digitized by Google

adhuc unda nitore caret. Sic iterum tonat ore lupus: Mihi damna minaris? Non minor, agnus ait; cui Lupus: Imo facis: Fecit idem tuus ante pater sex mensibus actis: Cum bene patrisses, crimine patris obi. Agnus ad hæc: Tanto non vixi tempore; prædo Sic tonat: An loqueris, furcifer? hunccque vorat. Sic nocet innocuo nocuus, causamque nocendi Invenit: hei regnant qualibet arte Lupi!' Hom. Il. X. Οὐδὲ λύκοι τε καὶ ἄρνες ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσιν, Ἀλλὰ κακὰ φρονέουσι διάπερθες ἀλλήλοισιν. Horat. Epod. IV. 'Lupis et agnis,' &c. *Rig.*

2 *Superior*] Livius XXI. 27. 'Adversi fluminis impetum parte superiore transmittens, tranquillitatem infra trajicientibus lintribus dabat.' Ibid. c. 47. 'superiora Padi vada.' *Heins.*

3 *Face improba*] Quid si *voce improba?* Lupus latro incitatus improba voce causam jurgii quæsivit. Nisi pro *Latro*, legendum sit, *Lucro*, ut prædæ spem intelligat. *Scioppius.* Id est, desiderio improbo. Utuntur hac translatione scriptorum probatissimi. Retinenda est igitur, non *fame* legendum. Siti potius urgebatur lupus. In agnum autem forte quum incidisset, ex repentino adspectu natum est repentinum potiundi desiderium: quod a fame plurimum distat. Taceo, quod nec Gabrias fab. 35. nec Æsopus fab. 233. nec Fabulator Anonymus fab. 2. famis meminit. *Prasch.* Rittershusius suspicatur legendum *fame improba;* Schoppius, *voce improba*, jungendumque cum iis, quæ sequuntur, *jurgii causam intulit.* Rigaltius olim legit *face improba*, per *facem* iram intelligens, quod minime omnium probem. *Faber. Fauce improba*] Sic Faber et Rigalt. edidere ex Rem. cod. Pithœus cæterique habent *face*, quod cur respuant tantopere, non video. Sane *causam inferre fauce*, num dicatur apud Latinos, ignoro, neque *incitare fauce* reperio. At *face incitari*, sicut 'incitari ira' apud Ciceron. Off. I. 'incitari studio' apud Cæsarem Civ. Bell. lib. III. Nam et *fax* hic nihil aliud significat, quam stimulum cupiditatis. Quomodo Quintilianus, vel quicunque denique opusculi de causis eloq. corruptæ auctor, cap. 40. 'Quantum ardorem ingeniis, quas oratoribus faces admovebant?' Adde Barthium Adv. lib. XLVII. 10. Quanquam, ne quid hic dissimulem, in animo habuisse Noster videatur locum Virgilii, qui est Æn. II. vs. 355. et seq. ubi 'improbam ventris rabiem,' et 'fauces siccas' Poëta in lupis commemorat. Quod si verum est, per *faucem improbam* famis magnitudinem, et studium devorandi, hoc in loco intelligere debemus. Et huc quidem inclinat cum Freinshemio Gebhardus Crepund. lib. II. 6. Quanquam vero valde verisimile sit, ita scripsisse Phædrum, vel propter allatum locum Virgilii, quem in suis amat sequi, tamen stat pro lectione altera Pithœi codex. Cujus cum ne ipsius quidem sensus aut loquendi formula sit inepta, caussa utique non potest dari certa, cur probari tandem, quod vult Tan. Faber, altera, repudiata ista, debeat. Dicit quidem Faber: 'nam per *faucem improbam* intelligit ferocitatem, seu acrem lupi famem:' quod illud ipsum est, quod jam olim etiam nos indicavimus. At quis hinc concludat, ergo lectio hæc vera est infallibiliter? Nemo de interpretatione dubitat; de voce ipsa *fauce*, num sit Phædri, necdum constat. Sane *incitari fauce* licet non repudiem, sine exemplo tamen dici credam eo usque, donec aliquod a Fabro fuerit allatum. *Schef. Fauce* ex V. C. recte legitur. Male alii *face*, cum quibus et Barth. Adv. XXIV. 10. et l. XLVII. 10. facit. *Heins.* Vide Cuper. observ. II. 20. Qui *face* defendere volet, posset capere pro rabie ventris, quæ βουλιμία Græcis dicitur, de qua plurima

Digitized by Google

Illustris Spanhemius ad Callim. Hym. in Cerer. 68. Claverius ad Persii Satyr. III. in fine, de Furiis capit, quod an huic loco conveniat nescio. De siti Senec. Thyest. 171. 'Qua cum percaluit sanguis et igneis Exarsit facibus.' Ego tamen *fauce improba*, id est, insatiabili, prætuli. Ita enim de Lupo Virgilius, et Statius, quorum loca adduxit Gudius, quibus adde Lucan. VI. 553. 'Morsusque luporum Exspectat siccis raptura e faucibus artus.' Et de siti Lucret. IV. 1018. 'Flumen item sitiens, aut fontem propter amœnum Adsidet, et totum prope faucibus occupat amnem.' *Burm.*

Face improba] Nolim quicquam mutari. Camerar. 'Torvo vultu et minacibus verbis.' *Face improba*, ira improba. Pers. Sat. III. 'Nunc face supposita fervescit sanguis, et ira Scintillant oculi.' Lucretius III. 'Nec nimis iraï fax unquam subdita percit Fumida.' Idem: 'Est etiam calor ille animo, quem sumit in ira; Cum ferviscit, et ex oculis micat acribus ardor,' &c. Hinc irati, *incensi* et *accensi*. Phædrus lib. III. 'Incensus ille falso uxoris crimine.' Idem: 'Rursus admota prece Accensa magis est.' Seneca de Ira, I. signa irascentium notat. 'Flagrant et micant oculi, multus ore toto rubor, exæstuante ab imis præcordiis sanguine.' Arnobius Adv. G. I. 'Et quid ergo sequitur necessario, nisi ut ex eorum luminibus scintillæ emicent, flammæ æstuent, anhelum pectus spiritum jaciat ex ore, et ex verbis ardentibus labiorum siccitas inalbescat?' Virgil. Æn. XII. 'Totoque ardentis ab ore Scintillæ absistunt, oculis micat acribus ignis.' Recte autem Phædrus lupum iratum fingit, quo scelestiorem indicet. Lupus enim iratus magis Lupus est. Seneca: 'Nullum est animal tam horrendum, tamque perniciosum natura, ut non appareat in illo, si ira invasit, novæ feritatis accessio.' Quo pertinet Virgilianum illud: 'et se suscitat ira.' Verior tamen mihi videtur scriptura Remensis: *fauce improba*. Rig.

Fauce improba] Varie hunc locum tentarunt Viri eruditi. Salmuriensis Magister, postquam Rittershusii et Scioppii infelices conjecturas annotasset, tandem addit: 'Rigaltius olim legit *face improba*, per *facem* iram intelligens, quod minime omnium probem.' Vide hominis judicium; minime omnium probat, quod certe præ his aliis conjecturis maxime omnium merebatur: quid enim Latinius dici potest? Sic plane Valerius ille Maximus, lib. VIII. 14. Phædro *σύγχρονος*: 'Animum ejus Marathon et Salamis tacitis facibus incitabant.' Et lib. V. c. 7. 'Novercæ Stratonices infinito amore correptus memor quam improbis facibus arderet.' Pers. Sat. III. 'Nunc face,' &c. Zeno Veronensis, 'Prædonum corda face furiali succensa.' Palladius Julio Tit. IV. 'Ut facem libidinis augeat dilatio voluptatis.' Lucret. 'fax irai.' Valer. Flac. lib. III. 'fax odii.' Claud. Stilich. II. 'facibus pudoris.' *Fax* igitur est accipienda pro ardore, fervore, et pro eo, quod ignis instar accendit atque urit. Tale est in affectibus animi cupiditas gloriæ, ira, amor, furor, et in corporis sustentatione magna fames, quæ *ignea* dicitur. Quintil. Declamat. XII. 'Postquam omnem patientiam vicerat ignea fames.' Talem famem apposite *facem* dixisset. neque etiam, in quo Faber fallitur, hæc Rigaltii conjectura, sed lectio libri Pithœani. Sed quanquam hæc Pithœi lectio et valde Latina est, et Ms. ejus niti videatur, mihi tamen placet illud ex Rem. cod. a Rigaltio vulgatum, *fauce improba*. Nam, præterquam quod sensus nativus et sanus est, non dubium mihi est, quin Phædrus hæc scribens in mente habuerit Virgilii sui illum locum ex Æn. II. 'Raptores atra in nebula, quos im-

Digitized by Google

proba ventris Exegit cæcos rabies, catulique relicti Faucibus expectant siccis.' Quem Virgilius *Raptorem*, hunc Phædrus *Latronem*, (Sic Manilius eadem facie *Leonem prædatorem* appellat) et quod ille *Ventris rabiem improbam*, hoc noster *faucem improbam* dixit. Sic alibi Virgil. Æn. IX. dixit, *fauces sanguine siccas*. 'Ac veluti pleno lupus insidiatur ovili, Cum fremit ad caulas, ventos perpessus et imbres. Nocte super media, tuti sub matribus agni Balatum exercent: ille, asper et improbus ira, Sævit in absentes, collecta fatigat edendi Ex longo rabies et siccæ sanguine fauces.' Respicit fortasse et hunc locum Phædrus, nam siti compulsum eo venisse lupum dixerat; poterat tamen sitim ex rivo extinguere, neque etiam propter sitim agno insidiabatur; itaque melius est explicare de rabie ventris et magna fame, quæ 'maxime bestias accendit,' inquit Livius lib. XXV. Hincque proprie Phædrus *incitatus*, i. e. accensus, dixit. Hinc Ovid. Metam. l. VIII. fin. 'Dira fames implacatæque vigebat Flamma gulæ.' Plaut. Curcul. Act. II. Sc. 3. dixit 'Lupiunt fauces fame,' i. e. imitantur lupos. Locum Virgilii imitatus est Silius Italicus in fin. lib. II. quanquam ad Leonem transtulit: 'Ceu stimulante fame, cum victor ovilia tandem Faucibus invadit siccis Leo.' Id est, faucibus sanguinem sitientibus. De lupis Stat. Thebaid. lib. X. 'Sub noctem coiere lupi, quos omnibus agris Nil non ausa fames longo tenuavit hiatu, Jam stabula ipsa premunt, torquet spes irrita fauces, Balatusque tremens, pinguesque ab ovilibus agnæ.' *Improba*, i. e. insatiabili, ut Servius ad Georg. I. 'Improbus, ingluviem:' ubi et Philarg. 'Improbus, hic, avidus.' Ovid. Epist. X. 'Qui laniant avido viscera dente lupi.' *Fauce*, i. e. gula. Sic alibi, 'Os devoratum fauce quum hæreret lupi.' Quam postea gulam ibi vocat. Avienus fab. ult. vs. ult. 'Quam rapidi fauces exsaturare lupi.' *Gud.*

4 *Latro*] Scioppius *Lucro*. Non placet. Ut hic *latronem* lupum, sic posterius *raptorem* milvium, *calumniatorem* canem vocat. *Prusch.* Leonem, qui pueros duos arenam renovantes peremerat, *prædonem* vocat eodem sensu Martialis Ep. II. 75. 'Exclamare libet: Crudelis, perfide prædo, A nostra pueris parcere disce lupa.' *Nev.* *Latrones* quoque lupos vocat antiquus Scholiastes Statii lib. V. 167. ubi vide Barth. Eadem ratione venatorem *Latronem* dixit Virgil. Æn. XII. 7. *Burm.*

Latro incitatus] Lupum *latronem* vocat, ut infra de eodem Lupo: 'Rapere atque abire semper adsuevit Lupus.' Homines rapaces, crudeles, et immodestas usuras exigentes Lupi nomine significantur. Martialis XI. Ep. ult. Et Apuleius lib. I. Lupi cujusdam meminit negotiatoris magnarii. Deque templo Jovis Lycæi sive Lupini in Arcadia Plato lib. VIII. de Republ. ubi homini, qui humana viscera degustaverit, necesse est esse Lupo. De Lycaone Ovid. *Incitatus*] Virgil. 'Se suscitat ira.' 'Irasci, incitari, impingi:' Seneca I. de Ira c. 3. Sic 'proritaverit, incitaverit,' Anian. ad tit. XVII. lib. I. Pauli sentent. *Rig.*

Jurgii causam intulit] *Inferre caussam* dixit, sicut elegans scriptor, Cornelius Nepos, pro, aliquid caussari. *Schiop.* Cæsar de Bello Gall. I. 39. 'Alia caussa illata;' etsi Fr. Guietus in notis adhuc ἀνεκδότοις malit *allata*. Dictys Cretensis de Bello Trojano lib. I. 'Hæc atque alia hujusmodi inferens.' Et scriptor ad Herennium 4. 35. 'inferre crimina' dixit. *Prusch.* Optime et Latinissime, de eo, qui non accipit, sed facit. Hirtius de bell. Hisp. c. 1. 'Propter pecuniæ magnitudinem aliqua ei inferebatur causa, ut, eo de medio sublato, ex ejus pe-

Digitized by Google

cunia latronum largitio fieret.' *Schef.* Vide Gronovium Diatrib. Strat. c. 45. Jul. Cæs. de Bell. Gal. I. 39. 'Alius alia caussa illata, quam sibi ad proficiscendum necessariam esse diceret, petebat:' quod recte D. Vossius vindicat contra illos, qui *allata* malebant. Sic 'inferre sermonem' Cicer. de Orat. I. 8. et de Off. I. 40. ut ita Lucas εἰσφέρειν utitur Act. XVII. 20. ubi vide Pricæum. *Burm.*

Jurgii causam intulit] Id est, rixam affectavit. Sicut 'sermonem,' vel 'mentionem inferre' Cicero et Livius dixerunt. *Ritt.*

Jurgii causam] Pro jurgio: ut 'res cibi,' infra pro cibo. *Caussa* pro re apud Jurisconsultos et alios. Sic 'res voluptatum' apud Plautum pro voluptatibus. *Inferre jurgium*, ut 'inferre litem' apud Ciceronem. *Gud.*

6 *Istam bibenti*] Totus locus ita constituendus: *Cur, inquit, turbulentam fecisti mihi, Age hanc, bibenti.* Sic sæpe Noster. Infra fab. 25. 'age crede, pota leniter.' Sic enim legendum. Lib. III. fab. 7. 26. 'Age ire quo fert animus.' *Heins.* Nescio quas turbas excitent viri, quasi non satis intelligatur, *aquam* innui, quam θεωτικῶς lupus indicat: ut millies solet fieri, et bene indicavit Hoogstratanus noster. Vid. ad Petron. CXII. *Burm.*

Laniger] Ita pro ariete etiam Ov. Met. VII. 313. et in Catalectis Pithœi p. 168. codices habent 'Laniger astrorum ductor.' Vulgo *Corniger.* Burm.

Laniger] 'Lanigeras greges,' Ovid. lib. VI. et VII. 'fœtus laniger,' 'lanigeris gregibus.' *Gud.*

8 *A te decurrit*] *Recurrit* Rimicius, sed male; *decurrunt* flumina a superiore parte fontis ad mare. Pomp. Mela I. 18. 'Caicus decurrens:' et ita passim Poëtæ. Ov. Met. III. 568. Stat. Theb. VI. 409. VII. 405. et Silv. I. 2. 127. et alii. *Burm.*

9 *Repulsus*] De hoc verbo pluribus ad Ov. Met. I. 759. agemus. *Burm.*

Repulsus veritatis viribus] 'Ισχυρότατον γὰρ πάντων ἀλήθεια. Vincit super omnia verum. Vide Polyb. Eclog. lib. XIV. Æschinem contra Timarchum, et Ciceronem pro M. Cœlio. Prudentius: 'Vox veritatis testis extingui neqnit.' Sed fortasse gratiam a lectoribus imibo, si et illorum verba adscripsero. Sic igitur ait graviss. auctor Polybius Eclogis lib. XIV. Καί μοι δοκεῖ μεγίστην θεὸν τοῖς ἀνθρώποις ἡ φύσις ἀποδεῖξαι τὴν ἀλήθειαν, καὶ μεγίστην αὐτῇ προσθεῖναι δύναμιν. πάντων γοῦν (forte γὰρ) αὐτὴν κατηγωνιζομένων, ἐνίοτε καὶ πασῶν τῶν πιθανοτήτων μετὰ τοῦ ψεύδους ταττομένων, οὐκ οἶδ' ὅπως αὐτὴ δι' αὐτῆς εἰς τὰς φυλὰς εἰσδύεται τῶν ἀνθρώπων. καὶ ποτὲ δὲ πολὺν χρόνον ἐπισκοτισθεῖσα τέλος αὐτὴ δι' αὐτῆς ἐπιφαύει καὶ κατηγωνίζεται τὸ ψεῦδος. Hoc est: *Videtur mihi Natura maximum Deum hominibus ostendisse veritatem, maximumque ei attribuisse robur. Nam utut eam omnia oppugnent, interdum etiam omnes probabiles rationes eam inter mendacium collocent; tamen nescio quo pacto ipsa per se animos hominum subit; ac interdum quidem statim demonstrat, quantam vim habeat; nonnunquam vero diu tenebris involuta, tandem ipsa sua vi obtinet, ac mendacium superat.* Æschines autem ita: Ὅτων ἰσχυρόν ἐστιν ἡ ἀλήθεια, ὅστε πάντων ἐπικρατεῖν τῶν ἀνθρωπίνων λογισμῶν. Quem locum ante oculos habuisse videtur M. Tullius, cum pro Cœlio ista diceret: 'O magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam, contraque fictas omnium insidias facile se per se ipsam defendat!' *Ritt.*

10 *Hos*] Latinissima et elegantissima particula, vim habens monstrativam, innuensque tempus proxime præcedens. Ad eundem modum Terentius Eun. II. Sc. 3. 'his mensibus Sex septem prorsum non vidisse.' Plautus ab initio Persæ. 'Continuo tibi reponam in hoc triduo, aut quatriduo.' *Schef.* Livius XXVII. 11.

Digitized by Google

'Decretum, ut C. Hostilius Prætor Ludos Apollinares, sicut his annis voti factique erant, voveret faceretque.' Quinct. VI. 3. 'dies hi longiores sunt.' Vide ad Petron. c. 38. *Burmann.*

Hos] Eleganter apud Latinos παρέλκει pronomen *hos*. Designat autem proxime præcedens tempus. *Ritt.*

At maledixisti mihi] Convitiis injuriam feciati. Terent. Eun. 'Cave sis, nescis cui maledicas nunc viro.' Cæterum egregii viri, cujusque eruditio singularis pridem indicio nob. N. Heinsii mihi cognita, Marquardi Gudii lectionem a Cl. Petro Axenio laudatam, non possum non amplecti, qui sic scribit: *Ante hos sex menses male, ait, dixisti mihi.* Schef. Marcilius ad Horat. Epist. I. 3. delet *ait*. *At* est in V. C. Rigalt. *Heins.* Grande piaculum et morte piandum, quod Gudius, et qui magna conspiratione ejus transpositionem laudarunt, commiserunt; sed quod egregie vindicavit doctus Hoogstratanus, qui videndus: sæpe vero animadverti, quosdam Mssctorum religionem ad invidiam crepare, ubi alius quis conjectura probabili et non molesta medicinam affecto loco facit; sed nulla veneratione antiquorum codicum moveri, ubi ridiculas et ineptas lectiones ipsi effingunt: sed cur ipse censor fab. 3. 7. secutus transpositionem Gudii? *Burm.*

At maledixisti mihi] Mss. Rem. et Pith. *ait*, quod cum versus respueret, editores inde fecerunt *at*: perperam sine dubio: levi quippe transpositione scribendum censeo, *male, ait, dixisti mihi.* Tmesis elegantissima ad imitationem Catulli. Epigram. XCIII. 'Lesbia mi dicit semper male, nec tacet unquam De me.' Quemadmodum et *benedicere* modo conjunctim, modo divisim. Plaut. 'bene quæso inter eos dicite, et mi absenti tamen.' Similiter *contradicere* eleganter separatur apud Ciceronem de Orator. 'Si contra te dixeris, mihi male es dicturus,' ut ex fide Mss. legendum est. Nec *male dicere* magis una vox est, quam *male loqui*, quod est apud Plautum quatuor locis. Tmesis hæc frequentissima est apud Poëtas. Terent. Andr. I. Sc. 1. 'cum quibus erat cunque una.' Sic sæpissime apud Plautum, 'per mihi gratum.' Et Truculent. 2. Scen. 7. vs. 39. 'Quem per nam novi hominem nihili,' ubi ex sententia Taubmanni et Gronovii duplex Tmesis est, pro quemnam pernovi. Crebro etiam Virgilius Tmesi utitur. Sic Æn. lib. I. 'Arida circum Nutrimenta dedit.' Quem locum in animo habuit Gratius princ. Cyneg. 'Altaque circum Firmamenta dedit,' quod diligentissimum Vitium fugit. Idem Æn. II. 'Jamque adeo super unus eram.' Et Ecl. VI. 'Namque super tibi erunt.' Sic etiam in prosa oratione sæpe Tmesin deprehendas. Tacit. Hist. I. 'Illis vix decimæ super portiones erant.' Imprimis autem Phædrus videtur imitatus Catulli locum, quem ante adduximus, quem, ut meretur, in deliciis habuit, unde et illa, quæ proxime antecedunt, mere sunt Catulliani saporis, 'Qui possum quæso facere, quod quereris, Lupe,' quæ respiciunt illa Catulli carm. 68. 'Sed facere, ut quivis sentiat et videat, Qui possum?' Delectatur etiam Phædrus sæpe Tmesi. Sic lib. I. fab. 28. 'quem stans Volturius super,' pro, cui superstans. 'Galli Cybeles circum in quæstus ducere,' sic enim ibi legendum. *Gud.*

11 *Equidem natus non eram*] Lego, *ne quidem natus tum eram.* Heins. Hoc argumentum inter probationes inexpugnabiles refert Quinctil. Instit. v. 10.

12 *Pater*] Ita solent peccata parentum, quæ sæpius nulla sunt, filiis imputari. 'At nihil iniquius est, quam aliquem hæredem paterni odii fieri,' ait Seneca lib. II. de Ira. *Nev.*

Pater hercle tuus] Anon. meus leg.

Digitized by Google

Pater tuus inquit hercle maledixit mihi. Gud.

Hercle tuus inquit] Barth. Adv. XLVII. 10. *Hercule.* Heins.

13 *Injusta nece*] Sunt hæc judiciosa scriptoris verba, idcirco distinguenda a præcedentibus. Non enim *lacerare nece* dicitur. Sensus: Lacerat eam, ut sequeretur nex seu mors, atque illa injusta. *Schef.*

15 *Qui fictis causis innocentes opprimunt*] Respicit statim initio opusculi ad suos adversarios: de quibus infra plenius. Similis Apologus de Fele et Gallo narratur. Vide Faërn. XLIII. Ubi hoc ponit ἐπιμύθιον: 'Vim qui inferre parat, cupidus certusque nocendi, Frustra illum ratione premas, aut jure refellas.' *Ritt.*

Qui fictis, &c.] Satyrica hæc sunt et Tiberium respiciunt, de quo e Suetonio et Seneca notum, eum fictis criminibus sub nomine justitiæ, quos vellet, peremisse. *Causæ* autem hic sunt crimina, ut Græcis αἰτία. Gloss. 'Αἰτία, caussa, materia, querela, culpa, noxa.' *Gud.*

Fictis causis] Supra dixit 'illatis.' Est ellips. *de.* Porro, fictis de causis, pro, fictas ob causas, ut sæpissime. *Schef.*

Opprimunt] Lupini hujusce facinoris sexcenta exempla occurrere olim, occurruntque etiamnum hodie: adeo ut 'Hi regnent qualibet urbe lupi,' ut bene fabulator noster Anonymus fabula 2. *Nev.*

FABULA II.

Ranæ Regem petentes] Hanc fabulam retulit etiam Camerarius, tit. De Ranis et Jove: et consimilem de Asino et Olitore. Vid. Artemidor. lib. II. c. 15. Liber Ms. Biblioth. Victor. 'Dum nihil auderet ludentes lædere ranas, Supplicuere Jovi, ne sine Rege forent. Jupiter huic voto risum dedit; ausa secundas Rana preces, subitum sensit in amne sonum. Nam Jove dante trabem, trabis ictu flumine moto, Demersit subitus guttura rauca timor. Placato rediere metu, videre tigillum: Stando procul Regem pertimuere suum. Ut videre trabem per se non posse moveri, Pro Duce fecerunt tertia vota Jovi. Ira Jovem movit, Regem dedit, intulit hydrum. Hydrus hiante gula cœpit obire lacum. Clamitat ecce lacus: Morimur, pie Jupiter, audi; Jupiter exaudi, Jupiter adfer opem: Nos sepelit venter, nostri sumus esca tyranni: Aufer cædis opus, redde qnietis opes. Ille refert: Emptum longa prece ferte magistrum: Vindicet æternus otia spreta metus. Omne boni pretium nimio vilescit in usu, Fitque mali gustu dulcius omne bonum. Si quis habet, quod habere decet, sit lætus habendo. Alterius non sit, qui suus esse potest.' *Rig.*

1 *Athenæ*] Nota; Democratica licentia desinit ac migrat in tyrannidem. Rationes ex Politicis petendæ. Eleganter Cicero de Divinat. 2. 'Id enim ipsum a Platone Philosophiaque didiceram, naturales esse conversiones quasdam rerum publicarum, ut eæ tum a principibus tenerentur, tum a populis, aliquando a singulis.' Sic easdem Athenas Demetrius quoque Phalereus alias etiam occupavit imperio improbo: ut Phædrus noster ait infra lib. v. De Pisistrato autem, qua arte Athenarum acropolin bis occuparit, vide Herodotum lib. I. Justinum lib. II. Plutarchum ac Laërtium in Solone. Ejus posteri quoque, Pisistratidæ dicti, Athenis per

Digitized by Google

XXXVI. annos imperitarunt, ejecti tandem a Lacedæmoniis, duce Cleomene: de quo vide eundem Herodotum Terpsichore. *Ritt.*

Athenæ cum florerent æquis legibus] Gravis descriptio democratiæ: sicut sequentes duo versus ochlocratiæ faciem exhibent. Commentarii vicem his præstabit Dissertatio Cl. Bœoleri, præceptoris patronique summe venerandi, de Notitia Reipubl. *Prasch.* Non simpliciter, ut opponantur iniquis, sed in respectu ad cives, quos et faciebant æquales, et æquali jure continebant, Cicero de Offic. I. appellat 'æqualitatem juris,' quod jam Faber observavit. Senecæ est 'æquum jus,' Diogeni Laërtio ἰσονομία, quod eruditissime, ut omnia, ad ipsum observavit Cl. Menagius recentissimæ editionis suæ pag. 25. ubi plura legas. *Schef.* A Solone recens natis. Vide Plutarchum Sol. c. 49. et seqq. cujus comparatio totum hunc locum illustrabit egregie. *Freinshemius.* 'Ισονομίᾳ, id est, juris æqualitate, Cic. Offic. lib. I. *Faber.* 'Æquatæ leges' sunt Livio passim, ut in republica. Hinc 'Αθῆναι ἰσόνομοι, in Alcæi fragmento de Harmodio et Aristogitone, quod citat Vorst. ad Valer. Max. lib. II. c. 10. ext. 1. *Heins.* Vid. Gronov. Diatr. Stat. c. 11.

Æquis legibus] Ut scilicet in Democratia assolet: quam juris æquabilitatem esse rem oppido bonam putat Herodotus lib. V. contra tamen disputante Megabyzo et Dario apud eundem lib. III. *Ritt.*

2 *Procax*] Hoc est, petax. Sic enim Servius ad Æn. I. 'Procax, proprie petax est. Nam *procare* est, petere.' Eleganter ergo, *procax libertas*, quæ, suo ac præsenti haud contenta, semper plura expetit et aliena, nec unquam satiatur. Cæterum hic totus locus grandis est, ob argumenti dignitatem. *Schef.*

Procax libertas civitatem miscuit] Quintil. de Orator. cap. 4. 'Apud Athenienses omnia populus, omnia imperiti, omnia, ut sic dixerim, omnes poterant. Nostra quoque civitas, donec erravit, donec se partibus et discursionibus et discordiis confecit, donec nulla fuit in foro pax, nulla in senatu concordia, nulla in judiciis moderatio, nulla superiorum reverentia, nullus magistratuum modus, tulit sine dubio valentiorem eloquentiam.' Et idem cap. 36. 'Tamen ista perturbatione ac licentia plura sibi assequi videbantur, cum, mixtis omnibus et moderatore uno carentibus, tantum quisque orator saperet, quantum erranti populo persuaderi poterat. Hinc leges assiduæ, popularе nomen, hinc conciones, hinc procerum factiones, et assidua Senatus adversus plebem certamina. Quæ singula etsi distrahebant rempublicam, exercebant tamen illorum temporum eloquentiam.' *Gud.*

Miscuit] *Miscuit civitatem* dixit, pro, turbavit; sicut contra dicunt veteres, *turbare*, pro, miscere. *Schiop.* Pro, cives miscuit, grandius. *Miscere* porro recte usurpatur de mixtura partium inconvenienti per turbas et seditiones. Cic. Orat. cont. Rull. I. 'Homines non inerant in urbe, qui malis concionibus, turbulentis senatus consultis, iniquis imperiis rempublicam miscerent.' *Schef.*

3 *Licentia*] Lege *licentiæ*. Heins. Non est primus casus, verum ultimus, quem caussæ nominant; vult enim ostendere, quid mixturam illam Athenis pepererit, videlicet licentia, per quam immodicum intelligit libertatis usum, ad impunitatem eorum etiam, quæ iniqua sunt et inhonesta. *Schef.*

4 *Hinc*] Leg. *Hic* ex Ms. Remensi, quod pro, tunc eleganter dicitur. v. Scheffer. ad fab. 15. *Gud.*

Conspiratis factionum partibus] Active, pro, conspirantibus, quasi diceret, interea dum illæ conspirant; quod jam alii observarunt. Sic Macrob. Sat. præf. I. 'Multarum in hoc

Digitized by Google

libro ætatum exempla sunt; sed in unum conspirata.' *Conspirata* autem *partes*, non de conjunctis, sed divisis sunt intelligendæ, nec enim conspirabant inter se, sed adversus se mutuo, per factiones. Sensus: Dum unaquæque factio partes sibi adsociat, et firmare sua adversus alteram parat, Pisistratus id egit. Mallet tamen eruditissimus Gronovius, *Hinc conspiratæ factionis partibus*, legere, ut per literas significavit. *Scheff.* Justinus III. c. 5. 'eo conspiratius ad arma currunt.' Qui locus male variis modis tentatur. Suet. Cæs. 82. 'Assidentem conspirati specie officii circumstetere.' Dictys Cretensis, lib. VI. 'Itaque conspirati inter se cum magna manu Mycenas veniunt.' Sic V. C. non *conspirato*. Heins. Claudianus Bell. Gil. 313. ut in Mss. legitur, 'Vos conspiratis opibus junctosque tulissent.' Amm. Marcel. XV. 4. 'omnes suos conspiratis mentibus ciebant ad pugnam.' XXI. 5. 'in crebritate bellorum contra conspiratas gentium copias consideratus et cautus.' Tertul. de Spectac. cap. 10. 'duo ista Dæmonia conspirata et conjurata inter se sunt, ebrietatis et libidinis.' *Burm.*

Conspiratis factionum partibus] *Conspiratis*, active accipe, pro, cum conspirassent partes. Sic *ventus*, pro eo qui venit: *successa*, id est, quæ successerunt; *discessus*, qui discessit; *antecessus*, pro eo qui antecessit, &c. Vide Verisimil. G. Schoppii lib. II. 2. *Ritt.*

Conspiratis factionum partibus] Viri docti explicant hic *conspirati* qui conspiraverant: quod etsi Latinitas ferat, et aliis in locis concedam, hic non habet locum. *Conspirare* in prima notione significat, ut ejus simplex *spirare*, flare, conflare, et est verbum activum. Sic apud Virg. Æn. VII. 'Æreaque assensu conspirant cornua rauco.' Ubi Servius notat, 'nam et tubæ simul inflabantur,' ita ut ex mente Servii *conspirare cornua* est, tubas simul inflare. Ita Cic. pro Ligar. 'Quis est, qui horum consensum conspirantem et pene conflatum hac prope æqualitate fraterna non noverit?' Deinde si activum est *spiro*, ut apud Virgil. 'Divinum vertice odorem Spiravere:' Horat. Carm. III. 'Quod spiro et placeo, tuum est:' Apul. Metam. 5. 'Deam spirat mulier:' Propert. 'Qui nunc magnum spiramus amantes;' sic cætera ejus composita activa sunt, ut *exspiro*: Arnob. lib. I. 'Suas animas exspiravere venti:' *inspiro*: Virgil. 'Occultum inspires ignem:' Statius, 'Tacitum inspirat amorem:' unde 'inspirantur,' apud Columellam, 'granaria aquilonibus:' et Auson. Epist. 22. 'Inspirata dehinc vento cantavit arundo:' *adspiro*: Quintil. 'Adspirat Deus mentem aut ingenium hominibus:' Virg. 'Adspirat primo fortuna labori,' subaudi *se*: *respiro*: Cicero de Nat. Deor. 'Aspera arteria excipit animam meam, eandemque a pulmonibus respirat ac reddit:' Stat. 'Palus respirat spatiosum aëra:' *suspiro*: Tibull. 'Alios suspirat amores:' Lucan. 'Suspirare nebulas;' quidni ergo etiam *conspirare*, ut ex Virgilio et Cicerone docuimus. Sunt vero hæc verba, ut Græcorum μέσα, quod cum Latini non habeant, ubique tamen exprimere sategerunt. Unde *copulor*, *mulctor*, *objurgor*, *juror*, *prorumpor*, et sexcenta alia promiscue, nunc ἐνεργητικῶς, nunc παθητικῶς usurpavere, eadem ratione, qua Græcis desinentia in ομαι agendi et patiendi ἐν τῷ μέσῳ habent significationem. Indidem sunt participia ista, de quibus nunc agimus, quæ, licet passivam habeant terminationem, activa tamen sunt, ut Græci in participiis mediis perfectum et plusquamperfectum et Aoristum 1. et 2. adhibent. Sic Valer. Max. IV. c. 1. §. 7. 'Utraque parte perorata,' id est, cum utraque pars perorasset. Gellius lib. XVII.

Digitized by Google

c. 2. ex Claudii Annal. lib. I. 'Sole occaso.' Horat. Sat. II. 4. 'Perna magis ac magis hillis Flagitat immorsus refici,' quod Lambinus non intelligens depravavit. *Immorsus*, in Gloss. est *jejunus*, qui nondum momordit. Persius Sat. VI. 'Qui prior es cur me indecursum lampada poscis;' nam ita in Mss. legi testatur Casaubonus. Ergo *indecursus*, qui nondum decucurrit. Sic in iisdem doctissimis Glossis *impeccatus* pro, irreprehensibilis. Plaut. Amph. I. 1. vs. 2. 'Nam injurato scio plus credet mihi quam jurato tibi.' Vetus poëta apud Ciceron. 'Usurpata duplex cubile.' Lucret. lib. II. 'Intervallis magnis consulta resultant.' Nam ita in Ms. haberi Giphanius docet, qui ingenue eam loquendi rationem sæpe repertam testatur. Nemesianus Eclog. II. 'tosto sub sole canebant.' Ita Mss. quod rectissime. *tostus*, qui totum diem calore homines torruit. Sic 'sol assus' Ciceroni. Sic infra 'defectus,' qui deficit. Hinc ergo patet, recte dici posse *conspiratos* de iis, qui conspiraverant: sed hoc loco melius passive sumitur, et interpretatur de iis, qui in unum collecti et conflati sunt; nam *conspirare* proprie est, in spiram colligere, metaphora ducta a serpentibus, qui in spiram et circulum se concludunt, et inde 'conspirare' apud Plin. juniorem dicitur. Hinc intelligendus Macrobius, in præfat. Saturn. qui expressit locum Senecæ Ep. 84. ubi, ad Musicum concentum respiciens, dicit, 'Multarum ætatum exempla, sed in unum conspirata,' ubi male Schefferus exponit *conspirantia*: nam *conspirata* eo loco esse videtur collecta, conglobata. Glossæ veteres Divionenses, toties laudatæ Salmasio in membranis vetustis, '*conspirati*: collecti, condensati.' Hinc emendandus atque explicandus Cæsar Bell. Civ. III. c. 46. 'Milites legionis nonæ subito constipati pila conjecerunt.' Scribe ex Ms. Petavii et Cujacii *conspirati*, id est, veluti in spiram et globum collecti et condensati: *constipati* est a Glossatore, idque Scaliger male in textum recepit. Priores editiones habent *conspicati*, quod propius ad veram lectionem accedit, et eodem modo apud Sueton. Jul. Cæs. cap. 28. corrupte quædam editiones habent *conspicati* pro *conspirati*, ut recte Casaubonus edidit: 'Assidentem conspirati specie officii circumstitere.' Ubi *conspirati* sunt qui conspiravere, conspirantes, nisi mavis intelligere de condensatis, et quasi in spiram collectis, ut nemo posset perrumpere. Eodem ergo modo hic apud Phædrum debet exponi, *conspiratis factionum partibus*, de factionibus in unum conflatis, collectis: nam quid est illud *conspirantibus factionum partibus*, si vulgarem explicationem sequaris? nam partibus et factionibus semper inest tacita conspiratio et consensus, sive in bonum sive in malum: postquam vero factiones conspirarunt, an partes, an factiones adhuc dantur, quæ non conspirant? *Partes* sive *factiones conspirant*, idem ac æque otiosum est dicere, ac si quis dicere vellet, discidia, sive discordiæ dissentiunt. Id si Phædrus voluisset, dixisset potius, *hinc factiones, hinc partes*, ut Quintil. loco citato c. 36. 'Tali perturbatione ac licentia, mixtis omnibus, atque uno moderatore carentibus, &c. Hinc procerum factiones.' Tacit. Ann. XVI. c. 22. 'Thraseæ objectabatur triennio curiam non introiisse, privatis clientium negotiis vacavisse, secessionem jam id et partes.' Idem lib. IV. 17. 'incusabat Sejanus diductam civitatem ut civili bello; esse qui se partium Agrippinæ vocent:' et Hist. IV. c. 17. 'nunc easdem omnium partes:' et ita Ann. IV. 40. et 44. Si vero *conspirare* est idem quod conflare, quidni simpliciter Latine dici potest *conspirare factiones*, aut *factionum partes*? quemadmodum

Digitized by Google

Cicero dixit de Arusp. 'Scelerum pactiones, societates conflare,' immo vero ut Cic. pro Cluent. dicit, 'seditionem esse conflatam.' Sic eodem sensu Phædrus, *Hic conspiratis factionum partibus*, dixit, pro tali tempore conflatis, simul inflatis et accensis, collisis et invicem excitatis partibus factionum; *conspiratæ partes*, *παθητικῶς*, ut 'inspirata vento arundo' apud Auson. Deinde *conspirare* per metaphoram pro, consentire dicitur, unde apud Ciceronem conspiratio, consensus et concordia conjunguntur: 'Magnas utilitates adipiscimur conspiratione hominum et consensu.' deinde in malam partem deflexa; idem: 'illa conspiratio conflata restricta est:' ubi notandum est 1. *conspirationem* pro conjuratione dici, et 2. dici *conspirationem conflatam*, quasi dixisset conspirationem conspirare. Est enim idem *conspirare* et *conflare*. Gud.

Factionum partibus] *Partes* hic seditiones, *διχοστασίαι*. Aliam occupatæ a Pisistrato tyrannidis viam explicat Herodoti Musa prima. Dux autem illarum partium fuisse videtur Solon. Sic enim Laërtius: *ἦξας γὰρ Σόλων ἐς τινα ἐκκλησίαν μετὰ θόρυβος καὶ ὀστίδος προεῖπεν αὐτοῖς τὴν ἐπίθεσιν τοῦ Πεισιστράτου.* *Rig.*

5 *Arcem*] Dominationem *arx* h. l. signat *μετωνυμικῶς*. Ausonius: 'Primus regalem patefecit Julius aulam Cæsar, et Augusto nomen transcripsit et arcem.' Clapmar. Arc. rer. I. 9. jus imperii arci comparat; arcana vero imperii muris ac propugnaculis, quæ hanc arcem a factiosorum injuriis defendunt. *Prasch.* Revera, et ex fide historiæ. Docet Meursius in Pisist. c. 3. Quanquam simul *occupare arcem* sit, statuere ac firmare sibi dominationem in civitate libera. Valer. Maxim. VI. c. 1. 'Quo interfecto aliquanto tetrior arcem occupavit.' *Schef.* Justin. XXI. 2. 'Exul a Locrensibus exceptus, velut jure regnaret, arcem occupat.' *Heins.*

Arcem] Non tantum *ἀκρόπολιν*, ut hic vir doctus adscripserat, sed rempublicam invadebat. Valer. Max. de Siciliæ Tyrannis lib. VI. 2. 'Certa est ratio propositi mei. puella enim, cum gravem tyrannum haberemus, carere eo cupiebam. quo interfecto aliquanto tetrior arcem occupavit.' Scilicet quod, qui rempublicam tyrannus invadebat, ante omnia arcem occuparet, hinc factum est, ut *arcem occupare* pro, rempublicam invadere dixerint. Habes sexcenta exempla in Senecæ et Quintiliani Scholasticis declamationibus et apud Calpurnium Flaccum Declam. VI. 'Sceleratis ingeniis et plus quam civilia cupientibus non dominari instar servitutis est; jam pridem arci nostræ tua fortuna minatur.' *Gud.*

Arcem tyrannus occupat] Arx proprie tyranni sedes, ut monet Asconius in Divin. et observare est passim apud Rhetores. Juvenalis Sat. X. 'Nullus ephebum Deformem sæva castravit in arce tyrannus.' *Rig.*

6 *Tristem servitutem*] Fab. 3. Ipse Phædrus: 'Repulsus tristem sustinuit notam.' lib. II. fab. 6. 'occidit tristi nece.' lib. II. 20. 'non vitam modo tristem decurrit.' lib. IV. fab. 5. 'Populum tristis eventus premit.' lib. V. fab. 1. 'gementes tristem fortunæ vicem.' *Idem.*

7 *Non quia crudelis ille*] Hinc nata Ciceroni distinctio inter Pisistratismum et Phalarismum. *Prasch.*

Non quia crudelis ille] Miltiadem Æmilius Probus 'tyrannum' appellatum fuisse ait, sed 'justum.' *Rig.*

8 *Sed quoniam grave omnino insuetis onus*] Quam graviter et iniquo animo servirent Athenienses, indicat Epimenidis epistola ad Solonem apud Laërtium: *Μεμαμένοι*, inquit, *γᾶς Σόλωνος μανύσιος ἀλγέοντι παῖδα αἰσχύνας, οὐδὲ ἀνέξονται τυραννούμενοι.* *Rig.*

Digitized by Google

Omnino insuetis] Lege *Omne insuëtis*, ut *insuëtis*, sit quadrisyllabum. Sic fab. 11. *insuëta voce*. Et prolog. libri tertii, *Ut adsuëtam fortiter præstes vicem*. Et fab. 65. *Omne adsuëvi ferrum quæ corrodere*. Heins. Hæc non placent J. Gronovio, qui Poëtica a Poëtis captari jubet; sed mihi necessaria videtur emendatio: nam, quid *Omnino* hic notet, non video: non enim erat re vera grave onus Tyrannis Pisistrati, sed leve per ejus clementiam et humanitatem: sed libertati adsuetis *omne* onus, etiam leve, erat grave. *Burm.*

Cæpissent queri] Questi essent. Sic ipse loquitur infra: 'Corripere cœpit singulas.' Item: 'Redire mœrens cœpit ad proprium genus.' Et passim deinceps. Petron. Satyr. 'Cœpit me præcedere,' 'cœpi fugere,' 'cœpit rogare.' Vid. Collectanea. Catull. 'Nemone in tanto potuit populo esse, Juventi, Bellus homo, quem tu dilligere inciperes?' *Rig.*

9 *Æsopus talem*] Nisi ita in numeris dissolutus foret Phædrus, nihil ut pensi habeat, et hic et aliis multis in locis dicere possemus, *τὸ s* more veterum elidi. Sed neque Phædrum ego hoc spectasse puto, et illa, qua ipse scripsit, tempestate jam desierant hanc elisionem. *Ritt.*

10 *Ranæ vagantes*] Hanc Phædri fabulam legisse videtur, qui hæc adnotavit ad illud Virgilii; 'Et veterem in limo ranæ cecinere querelam:' 'Æsopus sequendus est, qui dicit hoc: Quum Jupiter omnibus animalibus Reges daret: et ranis, ni fallor, colendum brevissimum tignum dedisset, illæ questæ et aspernatæ sunt eum: et tunc eis hydrum iratus dedit, qui vescitur ranis.' Quæ tamen Serviana esse vix puto. Ceterum huic consimiles apologos narrat Aristoteles Rhet. II. *Rig.*

Liberis paludibus] Omissa præpositione; exemplo Virgilii, qui Æn. v. 'totaque vagatur Urbe furens.' *Schef.* Scite dictum: ut liberæ civitates sunt ab imperio regio immunes. *Ἀναρχίας* voce utitur Æsopus fab. 170. *Prasch.*

11 *Petierunt a Jove*] Puto scribendum, *petierunt Jovem*. Sed video scriptorem hunc leges metricas minus calluisse, vel certe insuper habuisse. Sic statim 'dintius' trisyllabon fecit. *Schiop.* Al. *petierunt*, sed ita male habet versus. Schoppius legit: *petierunt Jovem*, sed hoc non Latinum videtur doctis. Legerem igitur, *petiere a Jove*. Imo nihil mutandum. Forte in secunda regione anapæstus est, *magno* prima correpta. Sic *agnus*, *cygnus* et talia, de quibus vide Andr. Schott. Observat. II. 37. *Buchnerus*. Sed hoc videtur parum probabile, sequutus igitur hic sum editionem Rigaltii. *Freinsh.* Nos *petiere a Jove* prætulimus; quia, licet duplex accusativus posset admitti, hic dubiam sententiam faceret, quasi ipsum Jovem sibi regem voluissent habere. vid. ad Ovid. Met. VII. 200. *Burm.*

12 *Ut compesceret*] Cod. Pith. habet *vi compesceret*, quod retinendum videtur. Neque avulsum arbitror suo loco hunc versum, ut visum est viro doctissimo: sic enim Rimicius quidam, qui Phædri fabulas soluta oratione reddidit, servatis ut plurimum verbis, hac eadem de re loquens ait, *Ranæ vagantes in liberis paludibus et stagnis, clamore magno ad Jovem facto petierunt sibi rectorem, qui errantes corrigeret*. Rimicii hujus exemplar mihi e Palatina Bibliotheca suppeditavit V. A. Janus Gruterus, Ulmæ olim impressum. Fabulas Æsopi, Avieni et Anonymi nostri fabulatoris Latina Germanicaque oratione exposuit. Id monendum hoc loco duxi, quod aliquoties hujus Rimicii facturus sum mentionem. *Nev.* Recte *vi*; non, quod alii leg. *ut*. Nempe fine suo externo caret jus, nisi vires ministras habeat: sicut Solon res confecit maxi-

Digitized by Google

mas, ut ipse prædicabat, *δμοῦ βίην τε καὶ δίκην συναμῶσαι.* Grot. de J. B. et P. Proleg. ex Plutarchi Solone. *Prasch.* Bono sensu, pro potestate ac imperio. Ita Cicero de Reg. 3. ' Magistratus hæc est vis, ut præsit, præscribatque recta.' Vlitius scribit *ut* in not. ad Gratium, ex Pith. cod. aitque eleganter abundare. Vide ipsum p. 196. *Schef.* Recte *vi* explicat Schefferus: ita passim etiam JCti *vim* pro potestate, auctoritate, et imperio ponunt. V. Alciat. Parerg. I. 26. et Jan. a Costa ad Instit. de Tutel. §. 1. Ita ' vis imperii summi,' Cicer. Verr. II. 5. est, auctoritas: et cap. 10. ' Quæ vis erat in Volcatio tanta:' et millies. Libraries vero sæpe hanc vocem permutasse cum *ut*, docet Gudius ad fab. 11. et ipse centies deprehendi. Ita apud Ovid. Epist. XVII. 186. et Met. VI. 690. pro *vi* quidam codices habent *ut*. Apud Stat. Achil. II. 361. pro ' aspernatusque tonantem est Ut generum,' Barth. et alii legunt *Vi generum:* et hoc fraudi fuit Vlitio hoc loco idem tentanti. Vid. etiam ad Quinctil. X. 1. *Burm.*

18 *Risit*] Martial. Ep. I. 104. ' Riserunt faciles, et tribuere Dei.' *Gud.*

14 *Parvum tigillum*] Sic ipse lib. IV. ' Parvum libellum.' Hinc vero contra viros bonos Nonium et Lambinum firmanda veterum librorum scriptura apud Plaut. Aul. II. 4. ' De suo tigillo fumus si qua exit foras.' Sic Græci *μικρὰ ἀνθρακία. Rig.*

Parvum tigillum] Hirtius de bello Afric. cap. 54. ' Parvulam modo casulam nactus Cæsar:' et Cæsar alibi: ' parvulam naviculam conscendit.' Sic Cic. Verrin. ' litterulas minutas.' Et I. de Legibus, ' perpauculis passibus.' Valer. Max. 8. ' parvuli filioli:' et idem lib. I. 5. §. 3. dixit non tantum ' parvulam filiolam,' sed ' admodum parvulam filiolam osculatus est.' Tertull. lib. I. 20. ad Nationes: ' Patet jam hinc vobis, (quantum aperire potuerim) e pauculis istis libellulis.' Sic diserte vetustissimus ille Codex Ms. Agobardi, sed Gothofredus perperam edidit *paucis;* perperam; ut ex adductis potest patere. *Gud.*

Tigillum] A tigno, quod a tegendo dictum putat J. C. Leg. I. §. 1. D. de tigno juncto. Aliud Aldhelmo est tigillum, cujus ratio ex hac ipsa etymologia pendet. Vide Cl. Grodov. Observ. in script. eccl. cap. 20. p. 222. *Prasch.* Poterat Phædrus non addere *parvum*. Ita Terentius in Andria ' minutos pisciculos;' sed Aristophanes, ille Græcarum Venerum parens, rem ipsam impendio minorem effecit, cum in Vespis scripsit *δικαστηρίδιον σμικρὸν πάνυ.* Satis enim esse poterat per sese *τὸ δικαστηρίδιον*, addidit tamen ille *σμικρόν.* Neque id satis habuit, sed, ut rem minima minorem faceret, subjecit *πάνυ.* Itaque adeo pæne factum est, ut ex dicasterio fieret nihil. *Fab.* Romulus *valde magnum truncum dedisse* scribit; sed Anonymus Nielantil *tigillum* quoque habet. Rimicius *lignum magnum tigillum.* Servius ad Virg. Georg. I. 178. ubi hanc fabulam laudat, ' brevissimum lignum ' exhibet: ubi et *tignum* posset legi, nisi noster etiam mox *lignum* vocaret. *Burm.*

Missum] Scribit Rittershusius, *immissum.* Causa nulla, quia simplex hic, ut sæpe alias, vim habet compositi. Pariter et Statius, *mittere corpus sepulturæ* dixit. Imo *missum* hic est *demissum*, non *immissum*, propter id, quod sequitur. *Schef.* Male *immissum* Rittershusius; sic infra fab. 34. legendum *Tinctum cruore panem misit maleſico.* Et fab. 57. *vocem miserit.* Dixi ad Propertium. *Heins.* *Missum* hic dictum, ut inf. lib. V. 7. *missum aulæum.* et ut Juppiter fulmen *mittere* e cœlo etiam dicitur; vid. Ovid. Met. II. 312. et passim: ita

Digitized by Google

idem Ovidius Met. v. 12. absolute *mittere* pro, hastam jacere dixit. Vid. et fab. 22. *Burm.*

Missum] F. *immissum*. Sic erratum puto et apud Celsum lib. III. 12. 'In his autem cum veteraverunt, utilis fames non est.' Videtur enim legendum, *cum inveteraverunt:* ut mox c. seq. 'Si res inveteraverit:' et c. 21. eod. lib. 'At si malum inveteraverit, non sine magna molestia discutitur.' Sic et in lib. LII. §. si quis ex sociis. D. pro socio: 'sumptus qui in eam pensi sunt:' videtur legendum, *impensi*. Taceo alia ex eodem fonte. *Ritt.*

Missum] Fuge mutare. Non spernenda cod. Rem. scriptura: *missum quod subito vadi Motu sonoque*. Rig.

Missum quod subito vadis] Ritterah. *immissum*, frustra. nam lege *subito vadi Motu sonoque*, ex Rem. Cod. quam lectionem confirmat vetus Anonymus, cujus fabulas nonnullas, ex Phædro expressas, Rigaltius notis prioris editionis inseruit: 'Juppiter huic voto risum dedit, ausa secundas Rana preces, subitum sensit in amne sonum.' Ita ibi legendum. Perperam Rigaltius ediderat; leg. *inane*. Sensus Phædri est: Parvum tigillum cum a Jove Ranis mitteretur, subito vadi motu sonoque terruit pavidum genus, sive, ut elegantissimis Statii verbis hæc exponam, ad subitum vadi motum sonumque 'Fugit omnis in imos Turba lacus, viridesque metu stipantur in algas.' *Gud.*

Quod subito vadis Motu sonoque] Meursius *Totum sonore*. Prius a Phædro esse reor: sive is motu visum, sono auditum vult exterritum, sive causam et effectum junctim ponit. Habet etiam utrumque Anonym. fab. 21. *Prasch.* Joannes Meursius V. CL. 'Rescripserim,' inquit, 'Totum sonore terruit pavidum genus:' sed nihil necesse est. *Fab.* Rem. cod. habet *vadi*, optime: vult enim, cum daretur cœlitus, delapsum commovisse aquas, et in iis edidisse sonum, atque ita terruisse *motu vadi*. Pro *Motu sonoque* frustra Gebhardus et Meursius, *Totum sonore*, quod jam Faber quoque monuit. Buchnerus quoque circa mentem auctoris: '*Motu sonoque* dixit, pro, sono motus. Ita *dolor et mens* pro, dolore mentis usurpatur Horatio.' Freinshemius: 'Simplicius acciperem territas decidentis, deinde fluctuantis, motu tanquam viventis tigilli esse ranas, sed et sono, quem excitaverit illisum aquis.' Optime Praschius: 'Motu visum, sono auditum vult exterritum.' *Schef.* Gebhardus Crepund. III. 10. non legit cum Meursio *Totum sonore*, sed *Motus sonore;* sed vitio operarum editum ibi *sonoret*. Johannes Clericus Biblioth. select. tom. XXIII. p. 445. ut libidini maledicendi satisfaceret, et Hoogstratani nostri landibus obstreperet, et omnes livore et malignitate Criticos detrectaret, hunc quoque locum tetigit; sed nihil novi afferens, Remensis tantum codicis scripturam probat. Heinsii conjecturam quod rejiciat, facile ignosco, quia vitio operarum olim editum, quasi legeret *Moto sonore*, cum scribendum esset *Moti sonore;* ut nunc emendavi. Recte vero Gudius *subito* conjunxit cum *Motu sonoque:* ita enim et Ov. Fast. II. 501. licet in alia re, 'Cum subito motu nubes crepuere sinistræ.' Quomodo et legi posset eodem libro, 439. 'Cum subito motu tremnere cacumina silvæ.' Richterus quoque in specimine Animadv. Criticar. p. 63. legit *missum quod subito levi Motu sonoque:* sed an *leviter* mittere solet Jupiter ex cœlo? vel an, *levis* si motus fuisset, opus addere *sono*, quo terreret pavidum genus? nos scriptis propius hic inhærendum putamus, unde nihil absurdi sensus oriri potest. *Burm.*

16 *Mersum limo*] Vadi scilicet. Porro *mersum* pro, demersum, sicut

Digitized by Google

supra 'missum.' *Schef.*

17 *Profert e stagno caput*] Dixeris, hæc luxata, et in sedem suam ita danda: *Hoc mersum stagno quum jaceret diutius, Forte una tacite profert e limo caput.* Stagnum quid sit proprie, docet Ulpian. Leg. un. §. 4. D. Ut in flum. publ. nav. lic. et ibi Gothof. *Prasch.*

Profert e stagno caput] Ovid. Met. VI. de Lyciorum in ranas transformatione, 'Nunc proferre caput.' *Gud.*

18 *Explorato Rege*] Ligneo scilicet. Alio sensu 'Lignarium regem' dixit Tertullian. lib. advers. Judæos. *Rig.*

Evocat] *Advocat* legit Rimicius. *Nev.* Ita et Anonymus Nilant. Male. Sic fab. II. 'Asinum evocat.'

20 *Lignumque*] Prorsus eleganter, non *tigillum*, ut ante, vel *tignum*, appellat, voce viliori, ut ostendat, quam contemptus fuerit rex ille a ranis. *Schef.* Subest documentum, divinæ contraire sanctioni, qui veneratione Regibus detrahit. Elegans hac de re emblema suggerit Melanchthon Phys. I. p. m. 127. *Prasch.*

Lignumque supra] Quod supra *tigillum*, nunc *lignum*. Glossæ Philoxeni; 'Tignum; Ξύλον, Δοκός.' *Rig.*

21 *Quod cum inquinassent omni contumelia*] Can. Apost. LXXXIV. Punitur, quisquis Regem vel Principem contumelia afficit: ὅστις ὑβρίζει τὸν βασιλέα ἢ ἄρχοντα παρὰ τὸ δίκαιον. Matthæus Blastaras cap. ὅτι βασιλέα ὑβρίζειν οὐ δεῖ. β'. κεφ. ζ'. Παρὰ τὸ δίκαιον δὲ προσθεὶς, καὶ γὰρ αὐτὸν ἀμεταβλήτως τὸν ἱερὸν ἐξεθέμην κανόνα, τὴν μὲν ἀπεοικυῖαν ὕβριν ἀνεῖλον, οὐ μέντοι καὶ τὸν ὑπὲρ τοῦ δικαίου ἔλεγχον, ὅτε τούτων καθάπτοιτό τις, ὡς τινὰ παρὰ τὸ προσῆκον δρώντων, κἂν εἰς ὕβριν αὐτοῖς οἱ λόγοι ἔλεγχοι λογίζωνται. Photius Nomocan. tit. IX. c. 36. Optat. Milevitan. II. advers. Parmen. *Rig.*

Omni] Omnis generis. Cic. in Ver. II. c. 17. 'omnibus insidiis.' *Contumelia* non verborum modo, sed rerum. Huc enim maxime spectat verbo *inquinantes*, quasi diceret, conspuisse in id, ac concacasse. Atque ita voce hac utuntur optimi scriptores. Vide Plautum in Asin. Terent. in Eunuch. et alios. Seneca de Ira, III. c. 38. 'Contumeliam tibi fecit aliquis. Numquid majorem, quam Diogeni, Philosopho Stoico? cui de ira cum maxime disserenti adolescens protervus inspuit.' *Inspuere*, hic contumeliam appellat, et sic apud nostrum ponitur. *Schef.*

22 *Misere*] Proprie de legatis et oratoribus. Vult enim ablegasse aliquas, quæ hanc petitionem earum deferrent ad Jovem. Curtius lib. v. c. 3. 'Suppliciorum metu perculsi, ad Sisygambim Darii matrem occulto itinere ignotóque hostibus mittunt, qui peterent, ut ipsa regem mitigaret.' *Schef.* Suet. Aug. 44. 'Cum quosdam etiam libertini generis mitti deprehendisset.' Corn. Nepos Themist. II. 'Miserunt Delphos consultum.' Vide Manut. ad Cicer. ad Fam. v. 20. Gronov. ad Liv. VIII. 23. *Burm.*

24 *Tum misit illis hydrum*] Notat Phædrus ferum Caligulæ ingenium. Sueton. *Quod sagacissimus senex ita prorsus perspexerat, ut aliquoties prædicaret, exitio suo omniumque Caium vivere: et se natricem (serpentis id genus) populo Ro. Phaëthontem orbi terrarum educare. Hydrus*, natrix, χέρσυδρος. Vetus Gloss. '"Υδρος ὄφις, aquatilis.' Nec translatitie Jupiter ranis petulantioribus hydrum Regem misit. Est enim ranis maximo terrori. Ælianus περὶ ζώων, XII. 15. Βάτραχος ὕδρον μισεῖ καὶ δέδοικεν ἰσχυρῶς. *Rig.*

Hydrum] Caligulam innuere putat Rigaltius. Ego vixisse nostrum ad Caligulæ tempora non opinor. Saltem quomodo convenire prior fabulæ pars possit, non invenio, cum Tiberius speciem tigilli, quale nostro memoratur, minime retulit. Etiam Freinshemio Rigaltii suspicionem displicuisse nunc cognosco. Ipsum vide.

Digitized by Google

Schef. Bursus φιλοσοφικῶς. Audiendus Augustinus de Civ. Dei IV. 23. et V. 19. Adde Mel. lib. III. in Pol. Arist. *Prusch.* Caligulam quoque inuri, immo Phædrum post Caligulæ imperium scripsisse, censet Tristan. comment. tom. II. p. 803.

Dente aspero] Serrato, παρχάρῳ δήγματι. Ælian. XVI. 8. Plinius XIX. 'In orbe terrarum,' inquit, 'pulcherrimum anguium genus est, quod in aqua vivit: hydri vocantur, nullis serpentium inferiores veneno.' *Rig.*

25 *Corripere*] Proprie de Serpentibus. Propert. Eleg. lib. III. 8. 'Ille sibi admotas a virgine corripit escas.' Ovid. Metam. XII. init. 'Matrem circum sua damna rotantem Corripuit serpens, avidaque recondidit alvo.' Valer. Max. lib. I. c. 8. fin. de ingenti serpente Atilii Reguli. 'Multisque militibus ingenti ere correptis, compluribus cauda voluminibus elisis.' *Gud.*

Corripere capit] Sic Terent. Andr. Act. III. sc. 2. 'Itane tandem idoneus Tibi videor esse, quem tam aperte fallere incipias?' Noster mox c. 4. vs. 10. 'redire mœrens cœpit.' *Schef.*

Corripere singulas] Ad hunc locum annotat Rittershusius, ut est circa Latinitatem diligentissimus, ea quæ sequuntur: 'Singulas pro, omnes. Sic infra aliquoties. Videndum igitur,' pergit idem Rittershusius, 'ne Muretus injuria suggillaverit Perionium, qui 'singulis diebus' vel 'annis' dixerit, pro quotdiebus, quotannis.' Hæc ille: At, mea quidem sententia, fallitur. Primum enim hoc ipso loco, quo de nunc agitur, *singulas* non significat *omnes*, sed quod Gallice dicimus *les unes après les autres*, id est, Liviano more 'alias post alias.' Sed fortasse, quod est in Proverbio, δευτέρων ἀμεινόνων: itaque hunc alterum locum affert, quo sententiam suam probet: 'Magno dolore victus cœpit singulas Inlicere pretio.' Verum sibi plane adversatur. Quid porro tertius? 'Qui regnum adeptus cœpit vesci singulas:' Tantundem profecto agit. Quid quartus denique? 'Dum scrutatur singula, Cervi quoque,' &c. Ibi quoque τὰνν ἐνηθικῶς χάσκοντα, nam τὰ *singula* itidem, ut in locis ante allatis, converti et intelligi debet plane contra ipsius sententiam. *Fab.* Non *omnes*, ut exponit Rittershusius, sed *unam post alteram*, ut dicit Faber. Virgilius Geor. III. 'Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus, Singula dum capti circumvertantur amore.' *Schef.* Ita Vegetius art. Veterinar. I. c. 26. 'Hujusmodi autem cura nunquam nisi singulis pedibus adhiberi debet.' Justinus II. 2. 'majore labore ei singulas consectandas.' Horat. III. Od. 11. 'Quæ, velut nactæ vitulos leænæ, Singulos eheu! lacerant.' Vid. inf. ad fab. 31. Dictum vero hoc velut illud Flori, I. 9. 'proximis quibusque correptis.' *Burm.*

26 *Fugitant inertes*] *Inermes* mallet Gudius, sed rectius hic *inertes* dici puto, quia ignaviam eorum tangit, ut ita passim *inertia* pecora dicuntur. Vide Philarg. ad Virgil. Georg. IV. 25. et Serv. ad Æn. IV. 158. *Inertes* ergo, qui non audent resistere regi, qui se non movent, ut ita fortibus opponi docuit Muret. ad Cicer. in Catil. I. 2. Sæpe vero *inertes* et *inermes* a librariis confundi patet ex Heinsii notis ad Ovid. Met. V. 175. *Burm.*

Vocem præcludit metus] Ex Sophocle Antig. 511. Εἰ μὴ γλῶσσαν ἐγκλείσας φόβος. Senec. Œd. 736. 'Continet vocem timor.' *Burm.*

Vocem præcludit metus] Eleganter, atque ex iis, quæ in terrore fieri assolent, hoc dicit. Sic Virgilius Æn. 2. 'Vox faucibus hæsit.' Guntherus lib. III. 'Vix fauces in verba solutæ Vocis iter præstare valent.' *Ritt.*

Vocem præcludit metus] Ita Terent. Eunuch. 'Lingua hæret metu.' Achil. Tat. lib. II. φόβος γὰρ γλώττης δεσμὸς ἐστὶ δεσμός, eleganter; *Metus est vinculum linguæ.* Gud.

Digitized by Google

27 *Furtim*] Vid. Valer. Max. lib. VI. c. 3. §. 9. ubi locus corruptus a Pighio, qui *fustim* substituit. Sic apud Lucan. lib. IV. 'Rapit agmina furtim.' *Gud.*

29 *Noluistis vestrum ferre bonum*] Rex bonus: Εὐεργέτης. Εὐεργεσία, regius character. Græci Theologi: τέλος βασιλεῖ τὸ εὐεργετεῖν· διὸ καὶ εὐεργέτης λέγεται, καὶ ἡνίκα τῆς εὐεργεσίας ἐξαυτήσαι, δοκεῖ κεβδηλείων κατὰ τοὺς παλαιοὺς τὸν βασιλικὸν χαρακτῆρα. *Rig.*

Vestrum ferre bonum] Virg. Georg. I. 'Sua si bona norint.' Cicer. ad Q. Fr. III. 'Ut bona nostra norimus.' *Gud.*

Ferre, inquit, bonum] Τὸ *bonum* ponitur neutraliter et absolute, pro re bona, de qua elegantissime usurpatur illud *ferre*, in respectu ad curam, studium, laborem, quæ requiruntur, ut secundis et utilibus recte utamur. Curtius III. 12. 'Orientem fortunam moderate et prudenter tulit.' Et Cicero Off. I. 'Immoderate res secundas ferre levitatis est.' *Schef.*

30 *Malum perferte*] *Malum*, id est, δύσκολον, et truculentum, inquit N. Rigaltius; sed fugit eum ratio. Neque enim τὸ *malum* ad principem seu regem ἀναφορὰν suam habet, sed ἁπλῶς significat τὰ κακὰ, seu τὸ κακῶς ἔχειν. Ita Terentius dixit, 'ferre suum malum.' Videlicet non existimabat Rigaltius, dici posse Latine, *Ferre bonum suum*, de quo tamen dubitare desiisset, si locus hic Plauti ei in mentem venisset, ex quo apparet tam eleganter dici posse, *bonum suum pati*, ac, *pati malum*. 'Hem, ista virtus est, quando usu'st qui malum fert fortiter; Fortiter malum qui patitur, idem post patitur bonum.' Nempe, *pati*, ut *ferre*, tam ad læta quam injucunda pertinet: nam quod quidam in illo Plauti loco legendum existimarunt *potitur*, melius profecto, melius, si Harpocrati et Angeronæ litassent. Meminisse decebat, Aristophanem, Theognin, ceterosque bonos scriptores, usurpare τὸ πάσχειν non solum κακῶν πέρι, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀγαθῶν. Ceterum ad historiam quod attinet, huic addi possit, quod apud Græcos anicula illa de Dionysio Siciliæ tyranno dicebat: res nota est. *Fab. Malum* opponitur præcedenti *bonum*. *Perferre*, non solum est ferre, sustinere, sed cum æquabilitate animi ac constantia ferre: quasi diceret: Non potuistis animum vestrum sic componere, ut posset ferre bona et secunda; facite nunc, ut melius sciatis ferre mala. Terentius Hecyr. Act. III. sc. 1. 'Tum uxori obnoxius sum, ita olim suo me ingenio pertulit.' Aliter, et priori sensu, idem in Phorm. Act. II. sc. 1. 'Non causam dico; quin, quod meritus sit, ferat.' *Schef.* Senec. Thyest. v. 307. 'Leve est miserias ferre, perferre grave.'

31 *Hoc sustinete, majus ne veniat malum*] 'Syracusana quædam sola quotidie tempore matutino votis expectantibus a Diis salutem gravissimi et importabilis tyranni Dionysii devotissime exorabat. Quod ut is cognovit, non debitam sibi admiratus benevolentiam, ad se vocatam, cur, aut quo suo merito id faceret, interrogavit. Tum illa: Certa est ratio, inquit, propositi mei. Puella enim, cum gravem tyrannum haberemus, carere eo cupiebam. Quo interfecto, aliquanto tetrior arcem occupavit; ejus quoque finiri dominationem magni æstimabam. Tertium te superioribus importuniorem cœpimus habere rectorem. Timens itaque, ne, si et tu absumptus fueris, etiam tibi succedat deterior, caput meum pro salute tua devoveo.' Jo. Sarisberiensis Policrat. VII. cap. 25. ex Valerio Maximo lib. VI. 2. *Rig.*

Digitized by Google

FABULA III.

Graculus] Theophylactus Simocattus Epist. Themist. ad Chrysip. hunc Graculum ad sensum perelegantem transtulit, quem vide, et Achill. Tatium quoque lib. II. *Gud.*

Graculus superbus] Simile quid de Cornicula fabulantur Horatius et Babrius, Aphthonius fab. 31. Æsopus, Theon Sophista fab. 3. et Camerar. de Monedula et Columba. De Graculo vero expressim Theophylactus Simocata in Epist. Ὁ κολοιὸς τὴν οἰκείαν δεδιὼς ἀμορφίαν, τὴν τῆς φύσεως δημιουργίαν ἐνόθευσεν, ἀλλοτρίῳ κόσμῳ τὴν ἑαυτοῦ καλλωπίζων εὐπρέπειαν. Ἀλλ' ἤλεγξε τὴν ἀμορφίαν ἡ γλαὺξ, καὶ τὸν ἐπίπλαστον κόσμον ἐδείκνυε· τὸ γὰρ οἰκεῖον ἐπιγινῶσα πτερὸν, ὃς ἴδιον ἀφείλετο, καὶ τοῖς ἄλλοις ὀρνέοις ἔδιδου παράδειγμα, ἕκαστον ἀφαιρεῖσθαι τὸ ἴδιον, καὶ γέγονεν αὖθις ὁ κολοιὸς κολοιός. Diversum deinceps a Phædri mente, sed tamen elegans subnectit ἐπιμύθιον. Vid. Tertul. lib. advers. Valentin. c. 12. *Rig.*

1 *Ne gloriari*] Simile quid monuit Aristippus, qui Αὐχοῦντός τινος ἐπὶ τῷ κολυμβᾷν, οὐκ αἰσχύνῃ, εἶπεν, ἐπὶ δελφῖνος ἔργοις ἀλαζονευόμενος. *Nev.*

Gloriari alienis bonis] Senec. Epist. 41. 'Nemo gloriari nisi suo debet.' *Gud.*

Libeat] Absolute; pro, ne quis sit, cui lubitum sit, qui velit hoc facere. Virgil. Æn. IX. 'Cum tamen omnes Ferre libet subter densa testudine casus.' *Schef.*

4 *Tumens*] Hinc natum proverbium notiss. 'Alienis plumis se exornare:' de vanitate et ἀλαζονείᾳ, qua quis alienis bonis sese jactat et effert. *Rilt.*

Graculus] Hanc fabulam Nicephorus Basilaces habet num. 3. ab Allatio in Excerptis Variis Sophistarum editus, sed qui ambitione ductum Graculum, ut regnum obtineret in Aves, se exornasse fingit, et, cum creatus esset rex, demum fuisse spoliatum. *Burm.*

Superbia] Spe regni: si explicare fas est ex Æsopi fab. 191. vel victoriæ ἐν ἀγῶνι κάλλους ex Aphthonii fab. 31. et Gabr. fab. 26. *Prasch.*

6 *Seque exornavit*] *His sese exornat:* vel *Seque his ornavit.* Heins. Anonymus habet *seque exinde ornavit;* unde forte conjici posset, Phædrum scripsisse *Seque inde ornavit:* notum enim est, illa adverbia *hinc, inde,* pro pronominibus poni. Ita *inde* apud Ovid. Met. VI. 650. VII. 515. et alios. *Burm.*

7 *Immiscuit se pavonum*] Metrum vult, ut legamus, *pavûm; pavus* et *pavo,* notum. *Schiopp.* Statuenda est συνίζησις in voce *immiscuit,* quæ hoc loco τρισύλλαβος est; ita Virgilius τὸ 'miscuerunt' trium syllabarum fecit. Ita et hic noster lib. II. fab. 6. 'præbuerunt,' in trium syllabarum modum coëgit: 'Felisque catulis largam præbuerunt dapem.' Neque vero hæc scriberem, nisi Schoppium, qui sibi argutissimus est, vidissem legere, *pavûm* pro *pavonum* (nam et *pavus* et *pavo* dicitur) ut versui, quem laborare existimat, remedium aliquod afferat. *Fab.* Buchnerus post *immiscuit* tollendum putat *se,* ut ex glossa natum, nec cum Schoppio *pavûm* legendum. At vero tribus syllabis, conjunctis duobus postremis vocalibus, efferendum esse, Faber contra Schoppii emendationem monet; jamque ante Barthius Adv. XLVII. 10. id fecerat. Verum rectius nob. Heinsius statuit, trajiciendas esse voces, isto modo: *Se immiscuit pavonum formoso gregi:* cum illud *miscuerunt,* ex Virgilio quod allegat Faber, sit dac-

Digitized by Google

tylus; *præbuerunt* vero ex Nostro, anapæstus; veteresque talia tam correpta, quam producta, tertia syllabâ enunciaverint. *Schef.* Marcil. ad Horat. Epist. I. 3. legit: *immiscet se.* Buchnerus *immiscuit* retinet, sed τὸ *se* delendum censet; nos Gudii lectionem recepimus. Posset tamen legi, *Se miscuit pavonum formoso gregi:* nam Anonymus habet, *Miscuit se p. f. g.* Burm.

Immiscuit se pavonum formoso gregi] Omisso *se* legendum: *Immisc. pavonum for. gr.* Alias redundat Versus. Τὸ *se* ἀπὸ κοινοῦ ex superioribus repetendum, non autem huc infarciendum fuerat. *Ritt.*

Immiscuit se formoso pavonum gregi] Prorsus nihil agunt, qui metri caussa *pavûm* substituunt, pro *pavonum*, neque etiam audiendi sunt, qui *immiscuit* trisyllabum hic esse contendunt, et ita Virgilium ‘ miscuerunt,’ Phædrum ‘ præbuernnt’ in trium syllabarum modum coëgisse pronuntiant; sed ut versus constet, omnino scribendum est, *Form. se pavonum imm. gr.* Sic numerus non tantum constabit, sed auribus etiam rotunda quadam suavitate gratior erit. Vulgata dispositio est descriptoris monachi, qui artis poëticæ imperitus, et syntaxeos regulas sequens, mutationem hanc ineptam instituit, ut substantivo quam proximum ad latus esset adjectivum Epitheton, quod Tyrones solent facere in explicandis versibus. *Pavonum gregi*] ‘ Graves Pavonum greges,’ Varro apud Non. *Gud.*

8 *Illi*] Scilicet pavones. Aliter accepit vir doctus, tanquam referretur ad graculum, essetque singularis numeri dativus. Nec enim aliud cogitare potuit in fine versus, pro *avi* rescribens *aves.* Freinsh.

Eripiunt] Rimicius habebat *vi eripiunt.*

9 *Fugantque*] Suspicatur Heinsius, *Figuntque rostris*, quia id proprium hac in re verbum. Ovid. Met. XIV. de pico Martio, ‘ duro fera robora rostro Figit.’ *Schef.*

Male multatus] Male. *Mulcatus* Cod. Rem. *Mulcare* elegans et antiquum verbum est. Terent. Eun. ‘ Male mulcabo ipsam.’ et Adelph. Suetonio id restituit Torrentius; alii aliis auctoribus, ut Victorius Ciceroni non uno loco, Tacito Beroaldus junior. Gloss. Isidor. ‘ *Mulcat:* percutit.’ Rigalt. in secunda editione inter errata monuit, ‘ scribe *mulcatus.*’ Gud.

Multatus] Leg. *mulcatus.* Heinsius. Vide de hoc verbo Gronov. ad Liv. XXVIII. 30. et Græv. ad Sueton. Cæs. 17. Reddendum id etiam Valerio Max. I. 4. 6. ubi de Aquila; ‘ ea, quæ a parte Bruti fuerat, male mulcata fugit.’ *Burm.*

10 *Redire cæpit*] Anon. fab. 35. latuisse præ pudore fingit, et fugisse socios. *Prasch.*

Ad proprium genus] ‘ Ordinem’ dixit Plautus simili in fictione Aul. Act. II. sc. 2. 51. quem locum prolixum nimis vide. *Nev.*

11 *A quo repulsus*] *Repulsæ* legit Jacob. Tollius ad Auson. pag. 337. cui non possumus non adsentiri, præcipue cum non refragentur ductus literarum: *repulsæ* enim facile abire potuit in *repulsus;* quod si retineatur, nihil opus est addi *tristem notam;* significantius multo *nota repulsæ:* id quod etiam confirmatur versu ultimo, ubi eadem vox. *Hoogstratanus.*

Sustinuit] Sustulit, pati coactus fuit. Quomodo Plautus in Milite, ‘ sustinere suspicionem’ dixit. Vult autem Graculos reliquos hunc variis et acerbis contumeliis proscidisse. *Schef.*

Sustinuit notam] V. C. *Notitiam.* Theon: ἐγυμνοῦτο τοῦ κολοιοῦ τὸ εἶδος. Theophylact. καὶ γέγονεν αὖθις ὁ κολοιὸς κολοιός. *Rig.*

13 *Sedibus*] Rimicius habet, *si has vestes amasses.* Inde Neveletus conjectabat, *vestibus* pro *sedibus* hic legendum. Verum ego nihil muto. Nam

Digitized by Google

respexit verbis hisce, quod de graculo præcedit, *Immiscuit se gregi pavonum.* Quod autem vestes attinet, id innuitur verbis sequentibus, *ei vehisses pati, quod natura dederat.* Nempe reprehendit duo, et quod plumis alienis sese exornarit, et quod, desertis suis, contulerit se ad alios. *Schef.* Lege *cœtibus* vel *dotibus.* Heins. Nihil mutandum. Sic Senec. Herc. Œt. 1632. 'Sedibus pulsæ suis Volucres pererrant nemore succiso diem Quæruntque lassis garrulæ pinnis domos:' ita enim recte constituerunt viri docti hos versus. Sic et de piscibus Ovid. Halieut. 92. 'Descripsit sedes varie natura profundi.' Et Virgilius, imitatus Lucretium, eadem ratione dixit secundo Georgicorum, 'Antiquas domos avium.' Sic pro nido 'domum' posuit Valer. Flac. IV. 48. Stat. Theb. IX. 360. et eodem modo Græci, ut Lycophron δῶμα σφηκῶν: *Vesparum domus:* et Homerus Iliad. II. 261. Vespis οἰκία tribuit: et in Antholog. I. 20. rami arborum οἰκία τετρήγων dicuntur. Vide Pricæum ad Lucæ Evan. XIII. 19. et Ampliss. Cuper. Obser. III. 18. *Burm.*

Sedibus] Nevelet. ex Rimicii sterquilinio gemmulam, ut putat, eruit, *vestibus.* Sed potius vetustissimorum codicum lectionem retinebimus, quæ sana est et elegans. Natura enim unicuique animalium generi sedes et receptacula sua dedit. Virg. 'Principio sedes Apibus statioque.' Idem, 'Statio tutissima mergis.' In Ms. nostro Rimicii est *sedibus,* ut et in Rem. et Pith. *Gud.*

14 *Pati*] Plane eleganter, *pati, quod natura dat,* sicut Plautus dixit 'pati bonum.' Est autem admodum accommodatum huic loco, propter comparationem munerum, quæ natura habent alii majora, alii minora. Nam istheoc respectu qui minora acceperunt, optime dicuntur ea *pati,* cum iis sunt contenti, et majora non affectant. Alexander apud Curtium lib. IV. 1. 'Libet scire, inopiam qua patientia tuleris?' Respondet Abdolonymus: 'Utinam eodem animo regnum pati possim.' *Schef.* Vide ad fabulam præcedentem.

Pati] Id est, contentus esse; Seneca in Thyeste. *Gud.*

FABULA IV.

2 *Canis per flumen*] Eadem fabula apud Babrium, Aphthonium, Theon. Soph. et Simeonem Settum lib. de Regni gubernatione Animalium exemplo, qui μυθολογίαν ad ambitiosos humanarum gloriarum sectatores transtulit. *Rig.*

Per flumen] Ita et Æsop. fab. 213. et Anon. fab. 5. Pro quo Gabr. fab. 22. et Aphth. fab. 35. *propter flumen.* Prasch.

Per flumen] Babrius, Ποταμοῦ πλησίον. Aphthonius, παρ' αὐτὴν δίψει τὴν ὄχθην τοῦδε ποταμοῦ. *Rig.*

Dum ferret] Nescio num non esset melius, *cum ferret.* Nisi malis, *dum fert, et natans.* Schef. Vid. ad lib. III. fab. 9.

3 *Lympharum in speculo*] Sicut infra cervus fab. 22. Corydon apud Virg. Ecl. II. qui sumsit a Theocrito, Bucoliastis. Idem speculum Narcissum formæ, Actæonem deformitatis admonet, apud Ovid. Met. III. 6. et 2. Scite nonnemo, nihil aqua commodius esse, dixit, quæ et monstret sordes, et tollat. Ejus rei φυσιολογίαν exhibet Alex. Aphrod. quem Psellus de

Digitized by Google

Lapid. ad omnia, etiam naturæ, enucleanda promptissimum vocat, probl. 134. *Prasch.* *Nympharum* Anonym. vid. Heins. ad Ovid. Epist. v. 31. Salmacis similiter apud Ovid. Met. IV. 312. ' Et quid se deceat spectatas consulet undas.' *Burm.*

Lympharum in speculo] Naturalia specula sunt in undarum æquore et saxorum lævore. Seneca Natur. Quæst. I. c. 17. ' Rerum natura facultatem nobis dedit nosmetipsos videndi. Fons cuique perlucidus aut læve saxum imaginem reddit. Nuper me in littore vidi, Cum placidum ventis staret mare.' Pentadius de Narcisso: ' Se puer ipse videt, patrem dum quærit, in amne: Perspicuoque lacu se puer ipse videt.' Lucretius lib. IV. ' Postremo in speculis, in aqua, splendoreque in omni Quæcunque apparent nobis simulacra,' &c. Vid. XII. Scholastic. Poëtarum Imaginem in unda IV. Epigram. vett. et Apul. Apol. Nec ausim ineptiæ continuo damnare, Virgilium, Theocritum, Senecam. Etenim Servianæ in Eclogam II. inquisitioni pertinacius favere mihi videtur Jo. Meursius doctissimus adolescens, quem sæpe miror. Et certe supra suos annos litterarum dote ditescit: Βλάστημα καλλιπρωρον, ἀνδράσιν ἀνήρ. Vid. Aristotel. Problem. Sect. XXIII. 8. et 38. *Rig.*

Lympharum in speculo] Nemesian. Eclog. I. ' Quin etiam speculo fontis me mane notavi.' Macrob. Saturn. VII. c. 14. ' Grandescit imago ejus, tanquam in aquæ speculo visatur.' Isidor. lib. XII. cap. 1. de ovibus Jacob. ' Umbras arietum desuper ascendentium in aquarum speculis contemplabantur.' Scholiast. Theocr. ad Idyl. Ξ. εἰς τὴν θαλάσσαν ἐμφανίζειν καὶ δοκεῖν ἐν κατόπτρῳ δειχθεῖν. *Gud.*

Vidit simulacrum] Seneca Nat. Quæst. I. ' Quid sibi rerum natura voluit, quod, cum vera corpora edidisset, etiam simulacra eorum aspici voluisset?' Cæterum illud πλεονεξίας exemplum dabit Demetrius, qui, ' dum aliena affectat, ut assolet fieri, propria per defectionem Syriæ amisit.' Justin. lib. XXXIX. cap. 1. *Nev.*

4 *Aliamque prædam*] Elementum *M* in fine τοῦ *prædam* extritum non est, more veterum. Ita Lucretius, divinus vir atque incomparabilis, (Scaligeri Patris testimonium est comment. in hist. Anim. Aristotelis) ' Expressit multa vaporis Semina, seque simul cum eo commiscuit ignis.' Adi, si tanti est, Gifanii indicem, cui addes locum Lucilii, qui apud Isidorum, ' Multorum magnis tuditantium ictibu' tundit.' Legendus quoque Paulus Merula ad Annales Ennii pag. DXVII. *Fab.* Elementum ultimum hic non eliditur, ut olim recte contra emendationem Meursii notavit Barthius, Adv. 47. 10. et in suis Faber repetiit. *Schef.* Lege, *Aliamque prædam ab alio se ferri putans;* id est, ab alio ac diverso cane, ac ipse erat. Sic Horat. Od. IV. 10. ' Quoties te speculo videris alterum:' Si cui hæc lectio vero dura videatur, potest legere, *ab alio ac se.* Ita Terentius Phorm. IV. 4. ' Aliud mihi respondes ac rogo.' Sæpe autem auctores eleganter *alius* bis eadem periodo repetunt. Sic Virgil. Georg. I. ' Ipsa dies alios, alio dedit ordine luna.' Sallustius, ' Aliud alii iter natura ostendit.' Et ita Cicero passim. *Heins.* Mareil. ad Horat. d. l. legit *ferri deputans.* Danetus secutus editionem Meursianam exhibet, *Aliamque prædam ab alio perferri putans;* et tamen *M* non elidi notat: quare merito insignem rei metricæ peritiam in eo miratur Hoogstratanus. *Burm.*

Aliamque prædam ab alio ferri putans] Ut versus constet, hic *m* non elidi debet, ut in pluribus apud Phædrum locis. Sic lib. I. fab. 11. ' Qui postquam cæde fessus, Asinum evocat.' Sic V. C. Ad fulciendum versum intruserunt *est.* Eod. lib. fab. 12. ' Tunc moriens vocem hanc dedisse

Digitized by Google

dicitur.' Sic Cod. P. Daniel. Sed Rem. *edidisse: vocem dare*, ut 'vocem mittere,' fab. 10. lib. IV. Prol. lib. III. 'Et laude invicta in hanc vitam incubuerim.' Ibid. fab. 6. in Ms. est, 'Nam ubi strigandum et ubi currendum est scio.' Lib. IV. fab. ult. ex Ms. Rem. 'Primum esse tibi ne videar molestior.' Ibid. fab. 8. ex Ms. Rem. 'Reperire effugium alterius quærit malo.' Ibid. fab. 5. ex eodem Ms. 'Historia quorum in tabernis fingitur.' Lib. V. prol. 'Quum destinassem operis habere terminum.' *Gud.*

5 *Eripere voluit*] Scilicet *illi alii*. Ellipsis notanda, quia casus alius subaudiendus, quam qui præcedit. Ita supra, 'Illi impudenti pennas eripiunt avi, Fugantque rostris:' scil. *avem*, non *avi*, quod præcessit. *Schef.*

6 *Et quem...Nec quem*] Eleganter jungitur affirmativa cum negativa particula: ut apud Ciceronem sæpissime.

Demisit] Ita habuerunt veteres. Rigaltius in suis edidit, *dimisit*; causam nullam video. *Demisit ore* idem est ac, misit de ore. Sic plane Virgilius, quem nescio utrum non respexerit noster, lib. VI. 'Demisit lacrymas, dulcique affatus amore est.' Et Georg. IV. 'et sacrum jugulis demitte cruorem.' *Schef.*

7 *Nec quem petebat adeo*] Vel isthæc una vocula *adeo* tam concinne, tam eleganter, usurpata, et loco tam suo posita, satis ostenderit, quam veræ fuerit genuinæque Latinitatis sciens Phædrus. Gallice verteres *et avec tout cela il ne pût, &c.* Scio aliter interpretatum esse doctissimum illum et politissimum virum, qui hunc scriptorem Gallice nuper convertit: neque tamen sententiam meam mutatam velim. Servius ipse ad lib. VII. vers. 427. Æneidos non est assecutus vim hujus particulæ, quæ ibi quidem paulo diversa est, sed non significat *valde*, uti ille existimavit. Eundem errorem erravit ad versum 629. ejusdem libri. *Fab.* Particula est elegantissima, et ex media Latinitate sumpta, jungendaque non verbo *petebat*, sed particulæ *Nec*. Vis ejus plane singularis. Hoc vult, etiamsi jacturam fecerit prioris cibi, non potuisse tamen id sufficere ad præsens infortunium, sed præterea etiam illo, quem appetebat, cibo carere coactum. Habet Noster ex Virgilio, qui passim sic usurpat. Ut Æn. IV. 'Nec me adeo fallit.' *Schef.* Heinsius margini conjecturam adscripserat *e vado*, sed postea, ut videtur, meliora doctus, nihil mutandum subjecerat. Elegantissimus hic usus est particulæ *adeo*, quæ significat, Canem non tantum cibum, quem tenebat ore, non obtinuisse, sed et multo minus aliam prædam potuisse adtingere. Sic apud Tacit. Annal. III. 34. 'Panca feminarum necessitatibus concedi, quæ ne conjugum quidem penates, adeo socios non onerent;' id est, multo minus socios. Et lib. VI. 15. 'ne tecta quidem urbis, adeo publicum consilium numquam adiit.' *Burm.*

Nec quem petebat adeo] In 5. sede hujus versus debet esse ⏑⏑–⏑. Gud.

Nec potuit attingere] Nec enim corpus erat, sed simulacrum. *Rig.*

Digitized by Google

FABULA V.

Vacca et Capella] Æsopus. Babrius. Omnium optime ad Phædri mentem Camerarius 173. Liber Ms. Biblioth. Victor. *Ut ratione pari fortunæ munera sumant, Sumunt fœdus Ovis, Capra, Juvenca, Leo. Cervus adest: Cervum rapuit Leo: sic ait: Heres Primæ partis ero, nam est mihi primus honor: Et mihi defendit partem vis prima secundam; Et mihi dat major tertia vota labor: Et pars quarta meum, ni sit mea, rumpet amorem. Publica solus habet fortior, ima premens. Ne fortem societ fragilis vult pagina præsens: Nam fragili fidus nesciet esse potens.* Rig.

1. *Nunquam est fidelis*] Avienus XI. *Pauperior caveat sese sociare potenti; Namque fides illi cum pari melior.* Porro hanc fabulam auctor glossarum in Institution. I. 'Nam et ita coiri,' De societate, Avieno tribuit. Joan. Faber ad eum Instit. locum, quis fuerit Avienus, nescire se fatetur. Nec sane in Avieno hæc fabula legitur, adeoque nec in tribus manuscriptis. *Rig.*

Cum potente societas] Euclio prudenter apud Plautum Aulul. III. 4. 'Dii immortales, facinus audax incipit, Qui cum opulento pauper homine cœpit rem habere aut negotium.' *Nev.*

Cum potente societas] Ea ex hac ipsa fabula appellata est a Cassio J. C. 'Leonina societas,' l. 29. 'si non fuerint.' §. Aristo. D. pro socio. Huc pertinet fabula altera de olla ænea et fictili, quam hoc ἐπιμυθίῳ Faërnus clausit: 'Potentiorum semper est vicinitas Vitanda tenuioribus.' Et Scaliger ad eandem allusit Epidorpid. lib. I. tit. 'Par societas:' 'Ætate opibusque atque animo para sodalem. Æreæ comitatu crepuit fictilis olla.' *Rit.*

2 *Propositum meum*] Propositionem, sententiam præmissam intelligit. Vide Quinctil. lib. VII. c. 1. et quæ nos in Gymnasio Styli pag. 121. prodidimus. *Schef.* Φάσις vel effatum, dictum. Quo sensu *proponendi* verbum familiarissimum est Cornelio Celso. Ut ecce, initio statim: 'quos tamen Homerus vulneribus tantummodo ferro et medicamentis mederi solitos esse proposuit.' *Prasch.* Scopus. Glossæ: 'Propositum, προσκείμενον.' *Axenius.* Ovidio familiaris quoque vox, ut Fast. III. 544. 'Fabula proposito nulla tacenda meo.' Ea expulsa *promissum* restituit Heinsius lib. I. 296: nescio an bene: nam sæpius Naso ea utitur. Vide Heins. ad Metam. II. 104. *Burm.*

Propositum] Id est, propositionem: ut enunciatio et enunciatum idem valent. *Rit.*

3 *Vacca et capella*] Easdem personas introduxit Anonymus fab. 6. diversas Babr. fab. 9. Æsopus fabula 229. Adde fab. 38. *Prasch.*

Patiens injuriæ] Dictys Cret. II. 'Ad omnia, quæ dicebantur, tanquam injuriæ ejus patientes, annuere.' Ita V. C. meus, non *participes*. Heins.

4 *Socii fuere*] Leg. *Sociati*, vel *Sociatim iere*, vel *ivere*. Heins. Nob. Heinsius *Sociati iere*. Quod si admittimus, sequens *in saltibus* ad *cepissent* referendum fuerit. *Schef.* Ego *in saltibus* cum *fuere* conjungendum puto. Rimicius *cum in saltibus silvis venissent* habet; *esse* autem pro venire eleganter dicitur: ita 'obvius esse' passim occurrit; 'in conspectum fuisse' Snetonio in Aug. XVI. restituit Casaubonus et Modius Curtio VI. 5. qui 'in Ciliciam fore' pro venturum dixit III. 15. Ordo vero est: Vacca, &c.

Digitized by Google

cum Leone fuere in saltibus. Societas vero hæc ficta ad morem venatorum: ita Claudian. Stilic. I. 34. 'Si quando sociis tecum venatibus ibant:' et hos esse, qui ἐπὶ λείαν οἰχόμενοι in l. 4. ff. de colleg. et corporib. dicuntur, bona cum venia virorum doctissimorum, quos hæc lex exercuit, puto. *Burm.*

Saltibus] Locis, venationi aptis. Plin. pag. 81. 'Quæ remissio tibi, nisi lustrare saltus, excutere cubilibus feras?' *Schef.*

6 *Partibus factis*] Dict. Cret. lib. I. uno verbo extulit 'quadripertire.' *Prasch.* Alludit ad partes in conviviis. Sic infra fab. 32. 'Prædator intervenit partem postulans.' *Heins.*

Partibus factis] Portionibus divisis. Ciborum κλάσματα, μερίδες, *partes* dici notum est ex II. et X. Asini Aurei. Petron. Satyric. de Ovo: 'Ego quidam pene projeci partem meam, nam videbatur mihi jam in pullum coisse.' Non mediocriter fallitur H. Stephanus cap. 1. Expost. de Latin. susp. cum autumat Peniculum parasitum de se et uxore sua loqui in Menæchmis, Act. 3. Sc. 2. 'Satur nunc loquitur de me et de parte mea.' *Pars*, prandii portio, qua carere Peniculus cogebatur, quia nec opportune sublatis mensis advenerat. Sic 'participare opsonio,' 'prandio,' &c. Plaut. Apul. *Rig.*

Partibus] Lib. II. fab. 7. 11. V. Gronov. Diatr. Statiau. c. 18. *Gud.*

Nominor quia leo] Produci ultimam syllabam, contra vulgarem consuetudinem, opportune hic notavit Praschius. At vero vir clarissimus Marquardus Gudius post *nominor* inserendum putat *rex*, ut hoc observat litteratissimus Axenius in Addendis p. 13. *Schef.* In *quia* ultimam producit, quam mox corripit. Jampridem observatum eruditis, multa (Grosippus mavult, pleraque) ancipitia esse, quæ vulgo brevia aut longa tantum credantur. Vide Mariang. a Fano Bened. Auct. Gramm. Gros. p. 73. *Praschius.* Speciosa sunt, quæ Gudius profert pro lectione sua, *nominor quia Creon*, sed vix persuadet: si enim *Creon* sit idem quod rex, pariter languet oratio, sive dicas *nominor quia Leo*, sive *Creon:* si vero proprii vicem nominis fungatur, insolens certe, nomen hominis tribuere animali, ideo, quia, ut Creon sic dictus fuerit absolute post regnum, licet antea aliud habuerit nomen, ita quoque Leones, (non hunc vel illum, sed in eo omne genus Leonum) *Creontes* vocare. Cujus rei an exemplum alibi exstet, vehementer dubito. Præterea eadem difficultas in ultimæ syllabæ vocis *quia* modo manet, nisi illam produci propter sequentes literas *Cr* dicamus; quod æque procedere, atque ante *Leo*, puto. Contrahi in unam syllabam *quia* apud Terent. Maur. notavit Barthius Adv. XV. 2. Sed nec hoc juvat: quare, quia et Anonymus habet *quia nominor Leo*, et tres illæ causæ, quas Leo adducit, cur præferatur, sint imaginariæ, et possent ad unam referri, ideoque Phædrus ex Leonis persona ταυτολογεῖ, ego vulgatam hactenus retineo; nam *quia sum Leo, quia sum fortis, quia plus valeo*, unum idemque argumentum, non a jure, sed a vi et potentia desumtum, efficiunt; ut autem versui consulatur, ex Anonymo una modo litera mutata posset legi, *Ego primam tollo partem, quia dominor Leo:* et ita componi omnes fluctus, quos nimis longe petito acumine excitavit Gudius. Nam medicina, quam facit Richterus in Specim. Animad. *nominor quoniam Leo*, talis est, ut simili omnia affecta loca possimus sanare. *Dominor* vero lucem capit ex lib. IV. fab. 12. *Burm.*

Nominor quia Leo] Ultimam in *quia*, natura sua brevem, hic produci volunt propter sequentem liquidam, quod non est admittendum, cum liquidarum vis et natura alia plane sit apud Latinos, ac apud Græcos, nec

Digitized by Google

eam licentiam in liquidis Latini sibi arrogent: alibi certe eam Phædrus corripit, etiam sequente liquida. Fab. 22. hujus libri. 'Nunc qùia laboras ut fruaris reliquiis.' Deinde in aprico est, sententiam ipsam jacere, et omni sale destitui, quæ enim hæc jejuna ratio, Primam tollo, quia Leo nominor? frigidiusculum id quidem est, quid si capella replicasset, Primam capio, quia nominor capella? imo φόσις erat *Leo*. Sed in fabulis *Leo* plerumque rex ferarum nominatur, unde Phædrus ipse libro IV. *Quum se ferarum regem fecisset Leo*. Quare ut sua Phædro constet gratia, meo judicio et sensum efficies vividiorem, et numero pristinum decus restitues, si duabus literulis restitutis scripseris, *nominor Rex quia Leo*. Ita certe videtur legisse Anonymus, qui Phædri fabulas versibus aliis transcripsit; 'Leo sic ait: Hæres Primæ partis ero, nam mihi primus honos.' Primus honos est τὸ βασιλεῦον, ἡ τιμὴ βασιλική. Qua autem ratione Phædro monosyllabum illud *Rex* periit, statim animadvertent, qui sequiorum temporum compendiosam scribendi rationem non ignorant. Scriptum enim fuit NOMINOREX, quomodo sæpe etiam in Pandectis scriptum videas. Id Monachi exscriptores animadvertentes, et ignorantes simplex illud R geminandum esse legentibus, quod supererat τὸ EX veluti παράλογον et otiosum ejecere. An potius legendum est *nominor quia Basileus*, ut alibi *sophus? βασιλεὺς* potuit facile corrumpi, nam secundo tertioque post natum Christum seculo scribebant *Vasileus*, atque illud *Vasi* absorptum videtur ab altera voce *quia*. Sed omnium verosimillimum esse puto, quod, etiam invitis illis, quas hodie habemus, membranis, scribendum puto, *nominor quia Creon*. Græcis Creon simpliciter Rex dicitur, ut *Creusa* Regina. Hinc apud Homerum aliquoties κρέων Ἀγαμέμνων, *Rex Agamemnon*, dicitur: Etymolog. magn. κρέων ὁ βασιλεὺς, κρέουσα ἡ βασίλισσα. Hoc nomen origine sua fuit appellativum, nam moris erat vetustissimis populis et etiam hodiernis plerisque familiaris, ut regem suum ἀνωνύμως absque nomine proprio appellarent; hinc uxor Jasonis proprio nomine dicta fuit *Glauce*, quæ tamen etiam *Creusa* appellatur. v. Hygin. fab. 25. Unde illud illiteratis illis temporibus plane extinctum esse video: neque enim dubium est, quin primus Atheniensium Rex, antequam imperium capesseret, aliud nomen proprium habuerit, sed adepto regno simpliciter Rex sive *Creon* dictus fuit, quo nomine postea innotuit, proprio vetustate et incuria temporum obliterato: hoc igitur nomen regium, pueris etiam Romæ ea significatione notum, in tragœdiis et veterum fabulis adeo celebre, ut Phædrus, qui diligenter tragœdias veteres legerat, inde in ferarum fabulis suis eleganter transtulerit. Sic *Creon* Rex Corinthiorum dicitur apud Euripidem in Medea, qui in ea fabula præcipuas partes agit. Sic *Creusa* Regina, uxor Xanti Regis Atheniensis, qui cum uxore regnum acceperat, apud Euripid. in Ion. Præcipue vero huc referri debet Creon tyrannus Thebanorum, de quo Euripides in Phœniss. et Statius in Thebaid. qui regnum Œdipi invasit, et mutuo bello consumptis sororis filiis Eteocle et Polynice, se regem Thebanorum fecit. Pluribus locis ex Statio posset violentum ejus et tyrannicum ingenium ostendi; ut huc respexisse Phædrus credi posset; sed præcipue ubi Statius Creontem eleganter Leoni comparat. Sic lib. XII. non aliter de Creonte loquitur, ac de immani Leone, aut certe de crudeli homine in Leonem converso; vix aliter illum quam 'sævum, dirum, immansuetumque Leonem' appellans. Sic fin. lib. XI. ubi Antigone sic Creontem alloquitur, 'Nec longa preca-

Digitized by Google

mur Dona, Creon: miserere senis (Œdipi) mæstique parentis.' Paulo post addit, sine dubio ad locum Phædri lib. I. fab. 22. respiciens, 'Qualis Leo rupe sub alta, Quem viridem quondam silvæ montesque fremebant, Erigitur, meminitque sui, viresque solutas Ingemit,' &c. Et lib. XII. inducit Creontem ex homine Leonem factum, et nova quadam transformatione in hominem esse transmutandum canit. Sic enim ait, vs. 166. 'Bello cogendus et armis In mores hominemque Creon.' Hinc ergo eleganter Phædrus personam et nomen in fabulas suas transtulit, nam *Creon* hic esse scribendum multis rationibus asseri potest. Ac primo, quod jam ante annotavimus, languet oratio, si vulgata servatur, *nominor quia Leo*; quia in eo *Leo* nihil singulare præ cæteris animantibus habet, neque debuisset dicere *nominor*, sed *sum quia Leo*; nam cum *nominor* dixit, respicit certe ad nomen aliquod, quo in fabulis cæteris præstantiores, atque adeo reges, appellabantur, quale est illud *Creon*, quo nullum aptius Leoni potest dari, utpote ferarum regi, ut ipsi Phædro etiam dicitur lib. IV. fab. 12. Deinde, inexcusabilis ταυτολογία esset, quod brevissimo spatio in paucis versiculis ter nomen *Leonis* repetisset, et duos se proxime sequentes versus eadem voce, *Leo*, clauderet; quæ non tantum vitiosa et auribus ingrata, sed maxime fabulatori nostro fastidita est. Hinc lupus illi mox 'latro' et 'prædator.' Rana mox 'stagni incola.' Ovis mox 'bidens,' lib. I. fab. 16. quem locum etiam superiorum temporum barbaries corrupit. Hircus mox 'barbatus,' lib. IV. fab. 8. Equus mox 'sonipes,' lib. IV. Asellus mox 'Auritulus.' Ciconia mox 'peregrina volucris,' lib. I. fab. 27. Agnus mox 'Laniger,' lib. I. fab. 1. Aper mox 'sus nemoricultrix,' lib. II. fab. 5. Mittam alia. Hæc certe ratio post diligentem disquisitiunculam indicio mihi atque argumento fuit, laborantis hujus versus vitium latere in voce *Leo*. Tertio, hinc emendationis nostræ ratio demonstratur, quod in vulgata metrum non constet, quia ultima in *quia* semper brevis sit; quare, cum primum ad locum hunc emendandum accederem, syllabam quandam excidisse existimabam; sed reperta tandem vera lectione, qua ἀντὶ τοῦ *Leo* substituitur *Creon*, veritatis vis ex omni parte se ostendit, et sponte natum est simul remedium versui laboranti; nam ultima in *quia*, quæ alias, ut dixi, brevis est, fit longa propter duas consonas vocis *Creon*, atque ita metrum sibi constans pulchre procedit. Quarto, vulgatam lectionem manifestæ corruptelæ arguunt alii, qui eandem fabulam, sive ante, sive post Phædrum, literis consignarunt. Sic Camerarius, qui fabulas ex optimis auctoribus collegit, ut in earum præfatione fatetur Philippus Melanchthon, eas ex Mastis antiquis desumpsit, et plerasque iisdem verbis ornavit, certe eo ordine eas exhibuit, quo in membranis Divionensibus leguntur. Hujus igitur fabulæ locum ita reddidit: 'Prima, ait, mea erit: debetur enim hæc præstantiæ meæ.' Quibus verbis videtur respexisse ad dignitatem regiam; sive quod ita in codicibus suis reperisset, sive quod certe ipsi non placeret nimis frigida illa ratio, *nominor quia Leo*. Idem supra in Anonymo, quem Rigaltius notis inseruit, vidimus, qui dicit, 'Nam mihi primus honor.' Quinto, accedit quod descriptores Monachi, egregie rudes et linguæ Græcæ imperiti, ut illa ferebant tempora, ignorantes quid sibi vellet nomen *Creon*, ex antecedentibus statim arripuerunt ex ipsa fabula notiorem vocem, et propter affinitatem literarum et soni vicinitatem *Leo* scribendum putaverunt; idque verissimum esse sentiet, qui in memoriam revocabit, scriptum fuisse in membranis, ut solet, Creō,

Digitized by Google

lineola ita adjecta n denotante; qua lineola neglecta, sive annorum lapsu deleta, cum quid sibi vellet *Creo* non intelligeret scriba librarius, quid aliud pro captu suo comminisci potuit, quam scribendum esse *Leo?* Ultimo, quod Phædrus *Creon* scripserit, sive ad significationem nominis, sive appellativi, sive proprii, in Græcorum fabulis respiciens, cum utroque modo Rex denotetur, etiam hinc confirmari potest, quod Phædrus Græcis vocabulis, literatæ quippe Græciæ propior, delectetur. Libenter autem usurpare Poëtas peregrina verba, et ea etiam ratione fabulas suas solere ornare, quis nescit? Sic Catull. in carmine de Aty, 'Ait hæc minax Cybele, religatque juga manu; Ferus se ipse adhortatus rapidum incitat animum.' Non solum autem Ms. sed nonnulli etiam formis excusi libri primis illis annis, quibus hæc ratio scribendi libros inventa est, habent, *Ferus sese adhortatus lis rapidum incitat animum.* Quæ vera et germana lectio, quam vidit Victorius in Castig. ad Epist. Cic. lib. XII. epist. 18. et probat Francisc. Robortellus de arte Critica, et ignoratione vetusti verbi corruptam fuisse ait. *Lis* autem Poëtis Græcis est *Leo;* λὶς idem quod λέων Homero, Hesiodo, Theocrito; quod qui ignorant, parum in lectione Græcorum Poëtarum versati sunt. Theocritus in Idyllio, quod appellavit Hylam, ter ipsa usus est. Achilles Statius notat, in Ms. omnibus idem vitium insidere *Adortalis;* sed non vidit, quid sibi velit. Imo etiam in MSto meo est *Adorta lis.* Sic sive appellative positum est Græcum vocabulum *Creon*, regem significans: similiter apud nostrum 'sophus,' pro sapiente vel sapientiæ doctore, est lib. III. fab. 15. et lib. IV. fab. 16. et 'pyctes,' Græcis πύκτης, pro pugile coronato, lib. IV. fab. 24.; sive *Creon* hoc Phædri loco proprii nominis instar pro rege, ut in Græcorum fabulis; sic alibi 'Cato' pro moroso censore lib. IV. fab. 6. 'quid possum facere tibi, lector Cato?' uti in Mss. nostris. Simile peccatum ex Monachorum schola, quod primus recte correxit optimus Pithœus. Deinde Græcis vocibus abundat Phædrus. Sic lib. III. Prol. 'Mnemosyne' pro Dea memoriæ; et lib. IV. fab. 14. 'Tribas,' quam Latini subagitatricem vocant, quæ misere a Monachis corrupta, et ad Latinas voces detorta. Sic pro *Mnemosyne* illi *nemo sine, trivadas* pro *tribadas.* Sic et lib. III. fab. 19. 'melos,' Latinis *carmen*, et 'Deus Pelagius,' πελάγιος, Latinis *æquoreus;* lib. V. fab. 7. 'pegma;' et lib. II. fab. 5. 'xystus.' Neque tantum verba a Græcis est mutuatus Phædrus, sed et ex fabulosa vetustate, et veteribus præsertim tragicis, dramata sive fabulas in exemplum citat. Sic lib. III. fab. 11. 'Hippolytus obiit, quia novercæ creditum est. Cassandræ quia non creditum, ruit Ilium.' Lib. III. Prol. 'Sed hoc quodcunque fuerit, ut dixit Sinon.' Sed valde memorabilis est locus lib. IV. fab. 6. ex Euripidis Medea expressus. Atqui, ut jam diximus, in illa fabula Creon Rex Corinthiorum præcipuas partes agit. *Gud.*

8 *Quia sum fortis*] *Fortis* hoc loco non ἀνδρείαν σωματικὴν, sed ψυχικὴν notat, ut Platonici nostri optime distinguunt. Marinus in vita Procli pag. 418. et hic est animosus et acriter morti se offerens, ut apud Horat. 'animosus atque Fortis appare,' et Cic. pro Milone: 'vir fortis et animosus.' Atque ita non ταυτολογεῖ Phædrus: sequitur enim tum, *quia plus valeo;* quod ad corpus debet transferri. Hæc non intellexit Gallicus Phædri interpres. *Gud.*

9 *Plus valeo*] Valentior sum. Sic 'valentissima bestia,' Cic. Epist. 'Leones ferarum generosissimi,' Plin. lib. X. cap. 21. *Rig.*

Me sequetur tertia] Mea erit. Cur-

Digitized by Google

tius lib. v. c. 1. 'Omnia sequi armatos.' *Schef.* Ita sæpe Quinctilianus. Lib. IV. 6. 'refert autem in quantum dictus tropus auctorem sequatur;' et alibi. Vid. ad lib. II. 14. et latius de hoc loquendi genere Barthii Advers. LII. 16.

10 *Malo adficietur*] Gudii conjecturam *affligetur* recepit in textum Hoogstratanus: nollem factum: vindicavit enim egregie Gronov. ad Senec. de Ira lib. I. cap. 16. et quid magis obvium apud Ciceronem, quam *affici calamitate, morte, ignominia, exilio, &c.* quorum exempla Nizolius suppeditabit? Terent. Phor. II. 4. 'quanta me cura atque solicitudine adficit gnatus.' 'Difficultatibus adfectus atque adflictus,' Cicer. pro Quinct. 2. 'Afflictum malo' dicit Fabius Inst. VI. procem. sed longe alio sensu, atque hic. *Burm.*

Afficietur] Legendum *adfligetur*, ut fab. 11. 'Leonis adfliguntur horrendo impetu;' ita omnino legendum ex schedis Danielis, ut monuerunt viri docti. *Adfici malo* vix reperias; sed *adfligi malo* est Quintiliani. *Gud.*

11 *Prædam*] Proprie de eo, quod venatione capitur. Vide Vlitium ad Nemes. vs. 50. Noster infra lib. II. cap. 8. 'Cervum convocata jubet occidi familia, Prædamque tollit.' *Schef.* Vid. infr. ad lib. II. fab. 1.

Sola improbitas] Grandius, et ut sententia esset apertior, sic loquitur, nec hic ullo modo Mearsius est audiendus. Noster supra fab. 5. 'verum decepta aviditas,' et sic sæpissime. *Improbitas* porro est, nimietas, ut sic dicam, ac insatiabilitas cupiditatis. Neque Barthium hic sequor, qui crudelitatem explicat, quando non est sermo de crudeli hoc in loco, sed de eo, qui, fiducia potentiæ, avarus est, et cupidus, raptorque alieni. Virg. Georg. I. 'Hic piscibus atram Improbus ingluviem ranisque loquacibus explet.' Servius ad hæc verba: 'Improbus; insatiabilis:' et Philarg. 'Improbus; hic avidus.' *Schef.* Nil vidi melius, tamen audi Meursium: 'Malebam,' inquit, '*solus improbiter abstulit*;' sed quis versui quiritanti subveniet? neque enim erit versus trimeter, si ita legas: idque πάσης μουσικῆς ἄτοπον sentient. *Fab.* Nihil mutandum esse docet imitatio Auctoris Queroli p. 26. 'omnes fructus paucorum improbitas capit.' *Burm.*

FABULA VI.

Ranæ ad Solem] Babrius. Camerarius. Liber Ms. Biblioth. Victor. de femina et fure. 'Fœmina dum nubit furi, vicinia gaudet. Vir bonus et prudens talia verba movet: Sol pepigit sponsam; Jovis aures terra querelis Perculit, et causam, cur foret ægra, dedit: Sole necor solo; quid erit, si creverit alter? Quid patiar? quid aget tanta caloris hiems? Hic prohibet sermo cœtum præbere favorem His male qui faciunt, vel mala facta parant.' *Rig.*

1 *Vicini*] Illud *Vicini* dicitur in respectu ad *Æsopum*, cujus erat vicinus, et ob furta infamis. *Schef.*

3 *Uxorem quondam sol cum vellet ducere*] Ita V. C. Festive in hanc Phædri sententiam de Lunæ quoque nuptiis fabulatur Camerarius 265. *Rig.*

Solem velle] Correxeram de conjectura: *sol cum vellet ducere;* cum ecce

Digitized by Google

videō id jam ante me fecisse ex vetere libro eruditissimum Rigaltium. *Meurs.*

4 *Clamorem*] Mox 'convicium' et 'querelam' dixit. Sic 'clamorem' et 'convicium' conjunxit Plautus: 'Vis tibi ducentos nummos jam promittier, ut ne clamorem hic facias neve convicium.' *Gud.*

5 *Convicio*] Vid. Cl. Bœcl. Chrestom. Terent. voc. *Convicium.* Prasch. Proprie loquitur Phædrus: *Convicium* enim non a *vitiis*, ut alicubi dubitat Festus, dictum est: neque porro a *concitatione*, ut ridicule censebat Labeo I. C. sed a *conlatione vocum*, ut optime alii Themidos *lεροφάνται*, quasi *convocium*, unde et syllaba secunda longa est, neque hoc loco maledictum aut contumeliam significat. *Faber.* Collatione, conjunctione vocum, proprie. Et sic exponit Labeo apud Ulpianum l. xv. §. 4. ff. 'de Injur.' quem, nescio, quare Valla, et post eum Faber, ridicule hic dicant censere. Verba Labeonis hæc sunt: 'Convitium dicitur a concitatione, vel a conventu, hoc est, collatione vocum. Cum enim in unum plures voces conferuntur, convitium appellatur, quasi convocium.' Nihil melius, nec quidquam aliud hic affert Faber. Quod autem illud *concitatione* sugillat, in eo, nescio, an perceperit Labeonis mentem. Nam *concitare*, et *citare*, est a ciere, vel cire, quod sæpe apud veteres reperitur pro, vocare. Virg. Æn. iv. 'Nocturnosque ciet manes.' Tacit. Histor. iii. c. 10. 'Ut quemque notum, et aliquo militari decore insignem aspexerat, ad ferendam opem nomine ciens.' Atque hinc *concire*, ac *concitare*, i. e. *convocare*, quod Labeoni voces jungere. Ait quidem Faber in editione Phædri ultima, 'Labeonem persuadere nobis cupere, *convicium* dici a *concitatione vocum*:' ego vero nihil tale apud Labeonem video. Hoc ait potius, '*convitium* appellari, quasi *convocium*, cum in unum voces plures conferuntur.' Quid his Faber melius? '*convicium* non a vitiis, neque porro a *concitatione*, sed a *conlatione vocum*, quasi *convocium*.' Dicas, exscripsisse Labeonem, et eum nihilominus ridere. Sed scripsit tamen ridicule Labeo, '*convitium* dicitur a *concitatione vocum*.' Quasi vero Labeo ab hoc vocabulo *concitatione* derivaverit vocabulum *convicium*. Aliud sequentia, quæ superius attulimus, ostendunt. Hoc voluit, quia in hoc est *citatio* quædam *juncta* collataque, quam appellat *concitationem*, quia vocum veluti conventus aliquis, ideo respectu ejus *concitationis* dictum esse *convicium*: est enim convicium *convocium*, quod significat idem, atque concitationem, sive collationem et conventum vocum. Facit ergo Faber longe aliud ex verbis hisce, quam quod Labeo intendebat. Ideo et *concitationem vocum* junxit, cum *concitationem* ille posuerit simpliciter. Et hoc erat, quod volebam. B. August. in Gram. 'A *cio*, *cito*, quod significat, frequenter vocito. Unde nunc aliquos *voce præconis citatos* dicimus, id est, frequenter vocatos.' Cæterum hoc sensu vocem *convicii* usurpasse veteres, ostendit quoque Ovidius, quando et ipse de ranis Met. lib. vi. 378. 'dilatant patulos convicia rictus.' Item Columella quando lib. x. v. 12. 'Perpetitur querulæ semper convicia ranæ.' Adde inf. lib. iii. cap. 16. *Schef.*

Convicio] Clamore, coaxatione, collatione vocum, et quasi convocio. Labeo lib. xv. §. *Convicium.* D. 'de Injur.' Vetus Gloss. 'Καταβόησις, *Convicium.* Καταβοῶ, *Convicior.*' Rig.

6 *Querelæ*] Anon. fab. v. querelam hanc terræ tribuit, non ranis: quas non questas, sed lætatas scribit Gabrias fab. 20. *Prasch.*

Stagni incola] Cicero Tuscul. v. 'Namque alias bestias nantes aquarum incolas esse voluit.' Velit, nolit

Digitized by Google

Grammaticorum natio, confiteatur necesse est, *incolam* etiam fœminini generis esse, cujusdem 'advenam' dixit Martian. Capella in libro III. de Analogia p. 71. edit. Grot. Grotius quidem in notis putat esse vitiosam lectionem; sed inveni eam in tribus οὐ ποιητοῦ κόμματος chirographis codicibus, quos Romæ vidi. Potest tamen τὸ *quædam* referri ad Ranam, ut Rana dicatur incola, sicuti Aquila Rex. *Axen.*

Stagni incola] Ex Cicerone desumptum, cujus est Tuscul. v. 'Bestiæ nantes, aquarum incolæ.' Sic idem in Arateis dixit, 'Aquaï dulcis alumnæ, Cum clamore paratis inanes fundere voces, Absurdoque sono fontes et stagna cietis.' Muretus putat esse ex Arato de Ranis in Diosem. vs. 214. Δειλαὶ γενεαὶ, ὕδρωσιν ὑπειαρ, Αὐτόθεν ἐξ ὕδατος πατέρες βοόωσι γυρίνων. Id est: *Infelix natio, aquaticis serpentibus lucrum, Illinc ex aquis patres clamant ranunculorum.* Ubi nota illud ὕδρωσιν ὑπειαρ, *hydris lucrum*, ad eam fabulam, quæ est de ranis et hydro hujus libri secunda, Aratum præivisse. *Gud.*

7 *Omnes unus*] Catullus: 'Omnibus una omnes surripuit veneres.' *Rig.*

Unus] Solus, etsi plures non extent: refertur ad solem. Virgilius Æn. XII. 'spes nunc una senectæ.' *Schef.* Terent. Eun. I. 2. 'Ego cum illo, quo cum tum uno rem habebam hospite, Abii huc.' Liv. I. 18. 'Quo præsidio unus per tot gentes pervenisset.'

Exurit] Iterum in animo Virgilium habuit, qui Georg. III. 'Postquam exusta palus, terræque ardore dehiscunt.' Scio, alios *exhausta* legere; sed frustra sunt, quando pro hac lectione pugnant codices antiquissimi. Imo ipse Poëta, quoniam ita Geor. I. 'Et cum exustus ager morientibus æstuat herbis.' Nam et hic *exustus* est, exsiccatus, absumpto per calorem humore omni. Quomodo et Columella VI. c. 8. 'Caseus aridus provenit, si sole exustus est.' *Schef.* Κατάχρησις. Lacus definitur L. un. §. 3. D. 'ut in flum. pub. nav. lic.' 'Hebræis lacus appellatur mare, ut mare Cinnereth.' *Prasch.* Eadem varietas, quam Schefferus in loco Virgilii notat, est apud Stat. Theb. III. 259. 'tacent exhausti solibus amnes:' ubi Mss. alii *exusti*. Burm.

8 *Cogitque miseras arida sede emori*] Ablativus causæ, propter aridam sedem, seu quia sedes est arida: *sedem* vocat paludem, quasi locum commorationis, ubi degunt. Quomodo supra cap. 3. 'Contentus nostris si fuisses sedibus,' et Curtius l. III. c. 2. 'excitam sedibus suis molem' dixit. *Schef.*

Emori] Sic, ut nulla reliqua maneat, *auszsterben.* Sed mallem *mori.* Nam plus est, saltem intentione dicentis, quod mox metuit. At si *emori*, eo quidem sensu, sicut dixi, legamus, majus nihil esse potest. *Schef.*

Mori] Legendum est *emori*, ut est in Mss. Similiter apud Publium Syrum, 'Bis enim mori est alterius arbitrio mori.' Lege, *Bis emori est alterius arbitrio mori.* Gud.

9 *Quidnam futurum est, si crearit liberos*] Babrius: Εἰ γὰρ μόνον τρέφοιμεν αἰγὰς ἠλίου, Τίς, εἰ γε τεκνόσειε, τοῦτον βαστάσει; Querolus: *Vicinus mihi malus est.* Lar. *Ecce rem vere malam. Tamen, Querole, de uno isto, quantum etiam hic præstiterim, vide. Vicinum malum pateris unum tantum; quid faciunt illi, qui plures habent?* Quer. *Conserva istum quæso, Lar familiaris, ex voto meo. Tuere quem præstitisti, ne forte nascantur duo.* Nimirum ex doctrina præstantissimi Hippocratis lib. περὶ ἑκταμήνου, similia in similibus longissimo tempore similiter perstant: ὅμοια ἐν τῷ ὁμοίῳ ὁμοίως ἐστι. Sic, quæ fructuum quærendorum caussa seponuntur a rusticis, optima et pulcherrima eligi debent. Bassus Geoponi-

Digitized by Google

cis: Τὰ καλὰ σπέρματα ὅμοια τὰ ἐξ αὐτῶν ἐσόμενα ποιήσει. Etenim sicut mali corvi malum ovum, ita τῶν πονηρῶν σπερμάτων ἄξια τὰ γεώργια. Niceph. Gregoras 22. Eademque ratione Proclus Archimedi apud Theophylactum Simocatam scribit: Ἔξεις πατρικῆς κακίας εἰκόνας ἀληθεῖς καὶ ἐνδάλματα· οὕτω γὰρ καὶ τὰ τῆς ἐχίδνης κυήματα μητρικὴν ἀνοσιότητα διαδέχεται, τὴν κυοφόρον καὶ τιθηνὴν γαστέρα διαῤῥηγνύοντα. Maxime vero ad hanc Ranarum fabulam allusisse videtur osor ille mulierum in Libani Declam. Κατὰ γυναικὸς λαλίας. Λογίζομαι γὰρ τίς ἔσται τὴν γλῶτταν, ἐπίτεξ γενομένη, τίς ἀδίνουσα, τίς τεκοῦσα; Εἰ δὲ καὶ πολλά μοι τέκοι, καὶ ταῦτα αὐτῇ παραπλήσια, δεικνύοντα ἧς ἐστι, πῶς βιώσομαι, μέσος εἰλημμένος τοιούτου χοροῦ; Huc pertinet, quod ait Juvenalis de Julia, quæ abortivis fœcundam solvebat vulvam, atque offas patruo similes futuras effundebat: Sat. 2. *Rig.*

Crearit] Optime. Livius lib. I. cap. 3. 'Is Æneam Sylvium creat.' Virgilius Æn. X. 'Sulmone creatos Quatuor hic juvenes rapit.' *Scheff.* Vid. inf. fab. 54. De feminis quoque hoc verbum usurpatur. Flor. I. 6. 'matre serva creatum.' In lapide apud Gruter. DCCLXIX. 9. et Catal. Pithœi pag. 121. de Claudia: 'Gnatos duos creavit.' V. Munker. ad Hygin. fab. 3. *Burm.*

Crearit liberos] Nec fabulose quoque. Sol creare liberos dicitur. Et solus multorum pater audit. Nemo scilicet homo patrem suum, nisi matris testimonio fidem adhibeat, agnoscere potest: fatetur Telemachus Ὀδυσ. Α'. Μήτηρ μέν τ' ἐμέ φησι τοῦ ἔμμεναι αὐτὰρ ἔγωγε Οὐκ οἶδ'. οὐ γάρ πώ τις ἑὸν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω. Quos autem Venus volgivaga et πάνδημος varie procreavit, iis nec mater ipsa certum patrem adsignare potest. Sed evenit etiam, ut quis aliquando nec patrem noscat; Solem unicum certo sibi sciat parentem. Hominem enim a Sole et homine generari, Physici adfirmant. Estque elegans in hanc rem Plautinus jocus Epidico Act. IV. scen. 3. 'Abi modo intro, atque hanc adserva Circam Solis filiam.' Lambini et Douzæ editiones *Circam Solis filiam* interpretantur, veneficam, nec vere, nec apte. Quin potius more suo fecit Comicus, lusit in nomine Circes, quæ Solis filia perhibetur: ideoque fidicinam *Circam Solis filiam* nuncupavit, quia, ut Circe a Poëtis Sole prognata fingitur, ita hæc fidicina, quam et pater et mater (ut paret ex ejusdem scenæ superioribus versibus) nosse negabant, Solem sibi tantummodo parentem poterat nominare, ex illo vulgari Philosophorum pronunciato. Sic eleganter et acute *Circam Solis filiam* Plautus indigitavit. *Rig.*

Crearit] Etiam de brutis animantibus; sic lib. III. fab. 16. 'quum crearer masculus.' *Gud.*

FABULA VII.

Vulpis] Ita legendum, non *Vulpes*, et sic sæpe auctores. Sic Avienus e Mss. fabula 40. 'Pardus et vulpis.' Sic Bongarsius in variis lectionibus ad Justinum lib. XII. notat, in Mss. Justini inveniri *cædis*, *Alcibiadis*, *indolis*, *subolis*, *cladis*. Ita et apud Propert. *torquis* pro, torques: 'Torquis ab incisa decidit unca gula.' Contra *canes* pro, canis reperitur. Vide Vossium de Analogia lib. I. cap. 15. Pierium ad Virgil. Æn. v. 198. et nos ad Petron. LVIII. *Burm.*

1 *Personam tragicam*] Recenset hoc

Digitized by Google

de capite et lupo Anon. fab. 24. *Prasch.*

Personam tragicam] *Persona* scenicorum artificum, a *personando;* quoniam indumentum illud oris clarescere et resonare vocem facit. Ut autem *persona*, sic in Glossario vet. 'Ἠχώ, Resona.' *Personare*, claros et canoros sonitus edere. Satyricus: 'avorum magna sonates Nomina.' Et ita sæpe apud Martial. Alias *personare*, χαρακτηρίζειν. Vetus Glossarium: 'Διαχαρακτηρίζει, personat.' 'Χαρακτηρίζω, note, persono.' 'Χαρακτὴρ, vultus, titulus, figura, luminamentum.' Lege: *lineamentum*. Notandum vero, *personam* minus recte dici σκιμάτιον vel oscillum: etenim caput et os cooperimento Personæ undique tectum. *Persona*, caput. Et in Æsopi fabulis, κεφαλὴ μορμολυκείου, κεφαλὴ ἢ ἐγκέφαλον οὐκ ἔχει. Videatur Gellius lib. v. cap. 7. *Persona* in scenicorum artificum supellectile non esse σκιμάτιον vel oscillum, sed totius oris et capitis cooperimentum, ex Fabio Basso probavit Gellius lib. v. 7. *Rig.*

2 *O quanta species, &c.*] In respectu ad externam majestatem. Nam augustam et venerabilem intelligit speciem, quam ut rebus aliis, sic ore vultuque exprimebant in tragœdiis, ut in quibus reges aliique viri magni ab actoribus inducebantur. Neveletus malliet ex Rimicio: *O quanta species, ait, et cerebrum non habet!* Quid? si scripsit: *O quanta species, et cerebrum non habes!* ut illud *inquit* vel *ait*, sit a glossis. Ea solet fere noster omittere. *Schef.* Græca dulcius: ὦ οἷα κεφαλὴ, καὶ ἐγκέφαλον οὐκ ἔχει, Æsop. fab. 11. *Prasch.* Horat. Od. I. 18. vocat 'vacuum verticem.'

O quanta species cerebrum non habet] Sic Homerus Odyss. Θ. Οἵην καὶ κεφαλὴν θυγάτηρ, ἀτὰρ οὐκ ἐχέθυμος. Id est: *Filia pulchra ipsi fuerat, sed mentis egena.* Venustissime exposuit etiam Gabr. Faërnus LXVI. et hoc Fabellam hanc Epimythio clausit: 'Sordet bonos formæ, nisi cui sapientia juncta est.' *Ritt.*

3 *Illis*] Supra fab. 1. 'propter illos,' id est, in illorum usum. *Schef.* Bene Syrus: 'Fortuna nimium quem fovet, stultum facit.' Juvenalis itidem Sat. VIII. 'Hæc satis ad juvenem, quem nobis fama superbum Tradit et inflatum, plerumque Nerone propinquo: Rarus enim ferme sensus communis in illa Fortuna.' 'Communem sensum' præterea dixit Horat. Serm. I. 3. 66. *Nev.*

Quibus, &c.] Res secundæ animos hominum plerumque fatigant et infatuant, fitque tunc illud, quod Psalmus sit 49. 'Homo, cum in honore esset, non intellexit. Comparatus est jumentis quæ intereunt.' Et quod Publius Syrus in Mimis: 'Fortuna nimium quem fovet, stultum facit.' *Ritt.*

Sensum communem] Intellectum, qualem communiter de rebus homines habere solent, quo qui destituti sunt, stupidi vocantur. Sic vocavit ante Phædrum etiam Lucretius, et Horat. Serm. I. 3. Hinc Fabius I. cap. 3. 'Sensum ipsum, qui dicitur communis, ubi discet, quum se a congressu, qui non hominibus solum, sed mutis quoque animalibus, naturalis est, segregavit?' *Schef.* Juvenalis: 'Rarus enim ferme sensus communis in illa Fortuna.' Fortasse ex Phædro, quem scimus illa tempestate lectitari solitum, Martialis testimonio. *Fab.* Vide Budæum ad l. I. ff. 'de Instit. et Jur.'

Sensum communem] Ἐνοίησε κατὰ τὴν ψυχὴν ἀλογίστους. Tertullianus de Resur. c. 3. 'Et quidem et de communibus sensibus sapere in Dei rebus,' &c. Item c. 5. 'Igitur quoniam et rudes quique de communibus adhuc sensibus sapiunt, et dubii et simplices per eosdem denuo inquietantur,' &c. Idem 'sensum publicum' dixit de Anima cap. 11. 'sed et natura ple-

Digitized by Google

raque suggeruntur quasi de publico sensu, quo Deus animam dotare dignatus est.' Et ita 'communem Deum' dixit Auson. in Gratiarum act. 'Mens ista aurea, quam de communi Deo plus quam ullus hausisti.' 'Publicam venam' Juven. Sat. VII. D. Hilarius Fragmentis ex op. hist. 'conscientiam publicam' vocat symbolum, quod populus Dei conscire et consciscere debet. 'Communes et publicas literas' Tertullian. de Testim. an. c. 1. Horatius Serm. I. 'Communi sensu plane caret.' Juv. Sat. VIII. 73. *Rig.*

FABULA VIII.

Lupus et Gruis] Habes hanc fabulam apud Æsopum, Aphthonium fab. 25. Babrium et Camerarium. *Rig.*

Lupus et Gruis] Ita allegat hoc lemma Salmas. ad Histor. Aug. p. 413. et recte: dicitur enim *gruis* et *grus*. Sic *sepes* et *seps*, *neces* et *nex*, *plebis* et *plebs*, *suis* et *sus*. Apud Ciceron. Disputat. Tuscul. v. ad fin. 'grunnitum cum jugulatur suis:' sic recte Codex Regius omnium optimus et vetustissimus, itemque alter Pithœanus; perperam hactenus *cum jugulantur sues*. *Gruis* etiam est scriptum in vetustissimo Mss. inter Ænigmata Symposii titulo XXVI. Glossæ; 'γεραυὸς, gruis, grus.' Sic etiam dicitur *faucis* et *faux*. Gloss. Philox. 'φάρυγξ, faucis.' Item *lentis* et *lens*. Eædem; ὁ φακὸς, lentis: ἡ φακὴ, lens.' Glossæ nostræ Græcolatinæ; 'λὶγξ, lyncis.' Eædem; λὰξ, calcis.' *Gud.*

Gruis] Ita legendum est. Sic in Notis Tyronis pag. 179. *Gruis* legitur. Vide de similibus his nominativis Muncker. ad Hygin. fab. 139. et Rittershusium ad hanc fabulam. *Burm.*

Gruis] Antique pro, Grus: ut infra 'plebes' pro, plebs. Et 'vulpis' pro, vulpes, l. I. f. 10. et 27. l. IV. f. 19. Sic alicubi legi 'turturis,' pro, turtur. Sic 'mentis' pro, mens, et 'pedis' pro, pes apud veteres reperio positum. Ennius Epicharmo, citante Prisciano: 'Terra corpus est: at mentis ignis est.' Nævius apud Nonium: 'Est pedis unus Ingens in naso.' Videnda. Giphan. Index Lucretianus in voce, *Sanguinis*. Ritt.

Pretium meriti] Absolute *meritum* pro benemerito, id est, beneficio. Virg. Æn. I. 'Tum pietate gravem, ac meritis.' *Schef.* 'Ευεργετήματος. Inde pro, beneficium collocare, dictum alicubi memini, 'meritum collocare:' et, nisi fallor, apud Ciceronem est, 'meritum dare:' quod ut ad vulgi palatum non facit, ita Latinis auribus placebit. *Fab.* *Pretium meriti* hic est merces beneficii et operæ alicui præstitæ. Multis exemplis hujus vocis *pretii* usum illustrat Illustrissimus Nic. Heinsius ad Ovid. Epist. VI. 146. et Metam. II. 701. *Meritum* autem hic beneficium et gratam operam denotat; plus autem quam, officium valet, ut ostendit Manut. ad Cicer. Famil. Epist. I. 1. aliquando etiam pro munere apud auctores sumi docet Donatus ad Terent. Eunuch. III. 2. *Burm.*

2 *Bis peccat*] Malefacit, sive in respectu ad id, quod est justum honestumque, sive in respectu ad id, quod conducibile: quo qui peccat, imprudenter potius, quam iniquе, agit committitque, quod appellat Cicero in Ep. ad Att. 'stultitiæ peccatum.' Plautus in Epidico Act. III. sc. 4. loquens de argento; 'stulte datum Reor, atque peccatum largiter.' *Schef.*

Indignos] Quod qui facit, vitia sce-

Digitized by Google

leraque illorum hactenus promovet. Quo intuitu et Ennius apud Cicer. de Offic. II. 'Benefacta male locata, malefacta arbitror.' Pro *malefactis* noster *peccata* dixisset. *Scheff.*

3 *Impune*] Sine detrimento, nocumento. Virgil. Æn. XI. 'Per sylvas Teucri, mistique impune Latini Errare jugis.' Servius ad hunc locum: 'Impune, hoc loco, sine periculo.' Imo sine noxa, sine damno, ut in cæteris poëtæ locis. Vult, neutrum læsisse alterum propter inducias, licet essent hostes. Curtius v. c. 3. 'Natantium manus stipitibus saxisque lacerabant, donec debilitati impune navigiis excipi possent.' Eleganter autem hoc vocabulum usurpat noster, quia peccati illius sui hanc velut pœnam subire coguntur, qui hoc faciunt. Vide infra cap. 21. *Scheff.*

Impune abire deinde quia jam non potest] Non video quo modo, Phædre; nam prius ut tibi concedam, certe posterius non possum. Impune enim abire non posse, peccatum non est, sed potius infelicitas e peccato nata. Itaque te fugit ratio. *Meurs.* Responderet Phædrus, sibi rationem constare. Peccatum esset adjuvare improbum, etiamsi fieri sine periculo posset. Alterum igitur peccatum est, sua culpa in periculum venire. *Freinsh.* Hoc alterum est peccatum. Efficit, inquit, qui pretium meriti ab improbo desiderat, ut non possit abire impune. Quid ita? quia improbi pro gratia damnum referunt. Isocr. ad Dæmon. 'Improbi non minus eos, qui bene de ipsis merentur, quam qui eis nocent, lædunt.' Porro, facere, ut, qui meruit gratiam, reportet damnum, id haud dubie est peccare. Meursius hic frustra nostrum sugillavit. *Scheff.* Supple: quod tamen provideri poterat ac debebat. Primum ergo peccatum, improbitas; alterum imprudentia. Hanc βραχυλογίαν assequutus non videtur Meursius. *Praschius.* Barthius vero Advers. XLVII. 10. putat, vocem *peccati* hic ambiguæ significationis esse, et priore loco culpam, posteriore errorem designare. Errorem autem in eo consistere, quod, deinde in societatem mali veniens et liber demissus, non videt, se satis magnum beneficium accepisse, quod a perfidi hominis consortio integer et inviolatus redire potuerit. Hoc ex Lupi ad Gruem verbis in fine hujus fabulæ recte effici putat; sed ut ea sententia his verbis affingatur, legendum monet, *jam nunc potest*; vel concinnius, *jam tunc*; quod tamen nemini huc usque persuadere potuit. Heinsius margini adscripserat, legendum: *quisnam non potest*. Gebhard. Crepund. III. 10. legit, *Impune abire deinde inanis non potest*: sed nec ille facile lectores in suam sententiam trahet. Non animadverterunt viri docti vim particularum *jam non*: quæ notant: Jam non potest abire impune, ut ante quam se improbo venditaverat. Vide quæ ad Quinctil. lib. VI. præf. notavimus, et ad Ovid. Art. II. 98. *Burm.*

Jam] Lectissima iterum particula, et ex intimis recessibus Latinitatis deprompta. Vim habet singularem, quasi dixisset: Statim inde in periculum hujusmodi talis incidit, nec malum effugere ulla posthac ratione potest. Varro de R. R. II. cap. 4. 'Quum porci depulsi sunt a mamma, a quibusdam *delici* appellantur: neque jam *lactantes* dicuntur.' Male Barthius sollicitat hunc locum Adv. XLVII. cap. 10. *Scheff.*

4 *Os devoratum*] Simile quidpiam de Crocodilo narrat Apuleius Apolog. 'Bellua immanis Crocodilus ille, qui in Nilo gignitur; ea quoque, uti comperior, purgandos sibi dentes innoxio hiatu præbet. Nam quod est ore amplo, sed elingui, plerumque in aqua recluso multæ hirundines dentibus implectuntur: eas illi, cum egressus in præripia fluminis hiavit, una ex avibus fluvialibus amica avis,

Digitized by Google

injecto rostro, sine noxæ periculo excalpit.' Vid. Herodot. Euterpe. *Rig.*

Os devoratum fauce quum hæreret lupi] Longe gratioris animi exemplum suggerit Leo ille, de quo Plinius lib. VIII. cap. 21. 'Os morsu avidiore inhæserat dentibus, cruciabatque inedia, tum pœne in ipsis ejus telis, suspectantem, ac velut mutis precibus orantem: dum fortuitu fidens non est contra feram, multo diutius miraculo, quam metu cessatum est. Degressus tandem evellit præbenti et quam maxime opus esset accommodanti. Traduntque, quamdiu navis ea in littore steterit, retulisse gratiam venatus aggerendo.' *Rig.*

Fauce lupi] Sic supra ex Cod. Rem. 'tunc fauce improba Latro incitatus.' *Rig.*

8 *Tandem persuasa est jurejurando Gruis*] Hiatum h. l. quærit Meursius, qui forsan haud respexit perpetuam Phædri brevitatem, aut præceptum Fabii lib. IV. cap. 2. 'Quoties exitus rei satis ostendit priora, debemus hoc esse contenti, quo reliqua intelligantur.' Agit ibi de narratione: cujus sub ditione fabulæ sunt. *Prasch.*

Persuasa est jurejurando] Galatea Thetidi apud Theophil. Simoc. Πρὸς ἀνάγκην ὅρκος σοφιστὴς ἐστιν ἀξιόχρεως. *Rig.*

Credens] Eleganter in respectu ad antecedens lupi jusjurandum, et rei periculum, pro, committens et immittens. Virgilius Æn. XI. 'rex nostra reliquit Hospitia, et Turni potius se credidit armis.' *Schef.*

Colli longitudinem] Longum collum; ut infra, 'corvi stupor,' pro corvo stupido, Fab. XIII. Ibi congesta exempla leges, non injucunda cognitu. *Fab.* Pro, collum longum. Utitur autem hoc locutionis genere, quoniam in collo maxime attendebatur ad ejus longitudinem, ut idoneam faciendæ medicinæ. Quomodo et Cicero alicubi in Verrem, 'noctis longitudinem consumebat stupris.' Atque ita fit et in aliis huic similibus locis, quod est semel observandum. *Schef.* His videtur reclamare primus versus: *Os devoratum fauce quum hæreret lupi:* utique cum ciconiæ rostrum non sit adeo breve. Esse autem fabulas debere πιθανὰς, dictum ad digress. post fab. 64. Cautius egerunt Aphthon. Fab. 25. Æsop. Fab. 144. Anon. Fab. 8. *Prasch.*

Colli longitudinem] Pro, longum collum; ita vice versa supra fab. 1. dixit 'fauce improba' pro, insatiabilitate et improbitate faucis. *Gud.*

9 *Periculosam*] Quomodo? num respectu gruis, collum inserentis lupi faucibus? num respectu lupi, versantis mortis in periculo, et ossis male devorati? Potest utrumque intelligi; verum prius puto magis nostrum respexisse. Præcedit namque, *persuasa*, item *credens.* Schef.

Periculosam fecit medicinam] Periculosa medicina, cujus erat πεῖρα σφαλερή. Hippocrat. Aphorism. Simile quidpiam de Crocodilo et Trochilo narrant Plinius lib. VIII. Solin. cap. 30. Apuleius in Apol. *Rig.*

Fecit medicinam] Sic Latinos loqui, docuit ex Cicerone Rittershusius, cui ego nunc et Plautum antiquiorem addo, qui sic Cistell. A. I. sc. 1. 'Si medicus veniat, qui huic morbo facere medicinam potest.' *Schef.* Eodem sensu Cicero pro Quinct. 'Medicinæ faciendæ locus non erit.' 'Facere medelam' dixit Gellius lib. XII. cap. 5. *Prasch.*

Fecit medicinam] Sic infra Fab. 14. Cicero ad Terentiam: 'Ita sum levatus, ut Deus mihi aliquis medicinam fecisse videatur:' Ep. l. XIV. 7. Sic aliquoties et Symmachus noster. *Rittersh.*

Pro quo cum facto] Recepimus certissimam Gudii emendationem: *Pro quo cum pactum flagitaret præmium.* Et ita Faërnus hanc fabulam expressit: 'Ea pacta pretium.' Confirmat quoque Anonymus a Nielantio editus.

Digitized by Google

Sæpe hanc vocem a librariis in *factum* mutatam, docebunt notæ Heinsii ad Ovid. Her. III. vs. 115. et Grævii ad Flor. I. 15. Minime etiam necessarium est cum quibusdam legere *A quo*: nam pro medicina petit præmium, et satis intelligitur a Lupo petiisse. *Burm.*

Pro quo cum facto flagitaret præmium] Ms. Rem. *factum*: scribe *pactum*. Dixerat enim Phædrus, lupum singulos illexisse pretio, et tandem convenisse cum Grue: præmium ergo erat *pactum*. Atque ita apud Phædrum fuisse confirmat Anonymus fabulator; 'Grus promissa petit, de faucibus osse revulso.' Immo etiam vetus ille glossator, sive metaphrastes fabularum Phædri, quem rectius Phædrum barbare glossatum dixeris, Romulius, *sanus cum esset lupus, rogabat Gruis reddi sibi promissa præmia*. Sic ille in Ms. Divionensi. Quod isti *petere promissa præmia*, id elegantius dixit Phædrus *pactum præmium flagitare*; plane ut apud Valerium Maximum lib. IV. c. 3. 'Pactumque victoriæ præmium flagitantibus:' et Cicer. Ep. ad Q. fratr. III. 3. 'Propter suspicionem pactorum præmiorum.' Sic alibi noster lib. III. fab. 14. 'Si pactam fuci non recusassent fidem.' *Pactum præmium* Noster lib. I. fab. 14. dixit 'positum præmium,' et l. v. 'propositum præmium.' *Gud.*

11 *Ore quæ nostro*] Pro ex, vel ab ore; cui scilicet immiseras. Præpositionem omittit ob verbum subsequens, *abstuleris*, cui vis ejus inest. *Schef.*

Ore quæ nostro caput incolume abstuleris] Ita etiam Crocodilus beneficium et mercedem Trochilo se dedisse putat, cum illi permisit incolume caput referre. Ælian. III. cap. 11. Τὸ μηδὲν ἀδικῆσαι τὸν τρόχιλον, λογίζεται μισθόν. Philes: Καὶ τὴν γε κεφαλὴν ἀντὶ μισθοῦ λαμβάνει, Μηδὲν κακὸν παθοῦσαν ἐκ τοῦ θηρίου. Tale 'Iatronum beneficium, iis se dedisse vitam, quibus non ademerint:' M. Tul. Phil. II. *Rig.*

Quæ nostro] Quid? si scribatur *quam nostro*, propter subsequens, *abstuleris*? Schef.

Caput] Supra 'collum' dixit. Nempe hic respectus fit ad vitam et salutem, quæ vulgari consuetudine loquendi posita est in capite. Unde illa: 'capite suo dimicare,' 'defendere caput alterius,' et similia. Alias utrumque junctum intelligit, et caput, et collum. Neque video, quomodo repugnet fidei, quod nonnemo hic putavit. Nam nec fauces sunt tam breves in quadrupedibus, nec rostrum gruis (de grue sermo est, non ciconia) tam procerum. Et quid? si dicamus os hæsisse in imis faucibus? Denique Æsopus ipse ideo scribit gruem esse potuisse lupo saluti hoc in negotio, quod haberet longum collum. Adeo non major est in ipso cantio, quam auctore nostro, si incautus Noster fuit, de quo nihil adhuc, qui suspicabatur, idonee probavit. *Schef.*

12 *Postulas*] Ego nihil muto: nam, conjunctionem, *et*, non τὸ *abstuleris*, sed *Ingrata es*, cum verbo *postulas* conjectere, existimo. Sensus est: Tu pro hoc meo beneficio non ingrata solum es, non laudando videlicet raram hanc et singularem meam clementiam, sed insuper et mercedem postulas, quasi non satis sit mercedis, quod vitam tibi concesserim. *Schef.*

Digitized by Google

FABULA IX.

Consiliator] Sic lib. II. 6. 'Si vero accessit consiliator maleficus.' Avienus fab. XXVI. 'Nam quamvis rectis constet sententia verbis, Suspectam hanc rabidus consiliator habet.' Plinius Epist. lib. IV. 17. 'Ille in inchoandis deductor et comes, ille gerendis consiliator et rector.' Vetus Interpres Juven. Sat. III. 46. *consiliaribus* dixit pro, consiliatoribus. *Consiliator*, consiliarius, *βουληφόρος*. Cujac. Paratit. I. Cod. De Adsessorib. domestic. &c. et ad Novel. CXIX. *Rig.*

1 *Sibi non cavere*] *Cavere alicui* proprie de Jurisconsulto dicitur, cum amicum vel consultorem instruit monitis et consilio, ne suam conditionem faciat deteriorem, sed potius meliorem. Hinc Cicero in præfat. Topicorum ad Trebatium JC. 'Cum tu mihi meisque sæpe multa cavisses.' Eundem tamen suggillat in Epistolis: 'Melius ei cavere volo, quam ipse aliis solet.' Sic De Offic. 'In jure cavere et consilio juvare.' Sed de hoc ut et de cæteris duobus JCti muneribus vide Fr. Hotomanni libellum, quem 'Jurisconsultum' inscripsit. Notum est autem illud Euripideum, quo et Cicero utitur: *Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός· Odi sapientem qui sibi ipsi non sapit.* Ovidius quoque in Jurisconsultum amore captum ita ludit: 'Illo sæpe loco capitur consultus amore. Quique aliis cavit, nec cavet ipse sibi.' *Ritt.*

Sibi non cavere, &c.] Imitatur Terentium Heaut. act. V. sc. 1. 'Nonne id flagitium est, te aliis consilium dare, Foris sapere, tibi non posse auxiliarier?' *Gud.*

3 *Oppressum ab aquila*] Proxime huc accedit Abstem. Fab. 141. *Prasch.*

Fletus] Omissa conjunctione, pro, et fletus. Varro Myster. 'Una pestilentia, hostica acies puncto temporis immanes acervos facit.' Curt. V. 1. 'Euntibus a parte læva Arabia, odorum fertilitate nobilis regio, campestre iter est.' *Schef.*

Fletus edentem graves] Sic Noster infra: 'Tunc moriens vocem hanc edidisse dicitur;' quem locum male sollicitant viri docti. Sic Cicero Tuscul. Quæst. II. 'Videmus rudem illum et inexercitatum, quamvis levi ictu, ploratus turpissimos edere.' Et paullo ante Sophoclis verba vertens: 'Heu virginalem me ploratum edere!'

4 *Ubi pernicitas*] Elegantissimus in exprobrationibus et irrisionibus est usus particulæ *ubi*. Exempla plurima congessit Heins. ad Ovid. Epist. IV. vs. 150. et Freinshem. ad Tacit. Annal. II. 2. Sic et Tacit. Ann. XV. 62. 'Ubi præcepta sapientiæ? ubi tot per annos meditata ratio adversum imminentia?'

5 *Quid ita*] Locutio elliptica, pro, Ob quid ita, hoc est, Ob quam causam ita cessarunt? Sicut in illo Terentii Andr. act. II. sc. 2. 'Lætus est, nescio quid.' Ubi Donatus 'Deest, propter; ut sit, propter nescio quid.' Et Adelph. act. III. sc. 3. 'S. atque iratum admodum. D. quid autem?' Ubi idem Donatus: 'Quid pro, quare, vel, ob quam causam.' Et sic optimi scriptores. Cicero pro Roscio: 'Accusatis Sextum Roscium; quid ita? quia de manibus vestris effugit.' *Schef.* Id est, pigri et tardi facti sunt. *Fab.* *Cessare* non tantum significat hic, quid pigri et tardi facti sunt? sed cur officium suum, strenue currendo, et te exitio

Digitized by Google

eripiendo, non fecerunt? nam *cessare* etiam significat, languide et negligenter aliquid facere, ut notavit doctissimus Vavassor de vi et usu quorundam verborum. Ita apud Virgilium Æn. VI. ' cessas in vota precesque, Tros, ait, Æneа?' id est, languide agis? Sic Horat. Epist. I. 2. versu penult. opponit ' cessare' et ' strenuum anteire.' V. Calp. ad Ter. Heaut. III. 1. *Burm.*

6 *Nec opinum*] *Nec* hoc loco, *Non* est. Ut apud Ciceronem de Leg. III. ' Senatori, qui nec aderit, aut causa, aut culpa esto.' Adde Asinium Capitonem apud Festum. *Opinum* dicitur, ut *supinum*; significat autem id, quod opinatur. Nam ut a *divino* est *divinus*, qui exercet divinationes; a *festino*, *festinus*, qui festinat; sic plane ab antiquo *opino*, quod ex Plauto, Cæcilio, aliisque citat Nonius, est *opinus*, qui opinatur. Ita *inopinus* legitur apud Ovid. Met. VI. 465. in Mss. teste Nobiliss. Heinsio; itemque Pacatum nostrum c. 2. ubi plura secundis curis. *Schef.* Sic *nec opinans* Cicer. ad Famil. XIII. 18. ubi Manut. Vid. inf. v. 7. *Burm.*

Necopinum] Vetus Gloss. ' *Necopinanter*; ἀπροσδοκήτως.' *Rig.*

8 *Semianimus*] Pro, Semianimis, imitatione Ennii, qui sic apud Cicer. Divin. I. de aquila: ' unguibus anguem Semianimum, et varia graviter cervice micantem,' &c. *Schef.*

Mortis in solatio] Mendum hic latere puto; quod quale sit, quæramus. *Sciopp.* Scripserim *mortis in solatium*. Sed nihilominus hæc hiulca sunt, et exciderit versus: *Hæc conspicatus, infit: O bone, Qui modo securus, &c.* Certe talis aliquis: nam non hæc verba solatium mortis lepori afferebant, sed aspectus similis fortunæ, in quam passer incidebat. *Meurs.* Fortasse legendum *in solatium*; id est, ut solaretur; Publ. Mimus: ' Didicere flere fœminæ in mendacium.' *Buchn.* Facilis emendatio. Videlicet scripsit Phædrus, *mortis in solatium*, more veterum, cujus hodieque apud Plautum, Terentium, Lucretium et Catullum vestigia supersunt, et in omnibus fere Mss. Codd. sed sciolus aliquis, aut negligens exscriptor, *solatio* scripsit. Sensus est: Tum lepus moriens, quo tristem atque acerbum ultimæ necessitatis casum solaretur, dixit: Qui, &c. *Fab.* Recte Meursius, *in solatium*. Sed hiulci nihil video. Abunde solatii est, amaris dictis amara vindicare. *Prasch.* Id *solatio*, quod suspectum habet Schoppius, mutat Gebhardus et Meursius in *solatium*, ut sit dictum, sicuti ' in spem,' ' in contumeliam;' hoc est, ad vel propter tale quid. Posset propius a scriptura veteri *solatia* hic poni, sensu parili. Quod autem Meursius hic putat aliquid deesse, in eo frustra est haud dubie. Nam solent crebro sic omittere verbum, *inquit* (vid. Amplis. Cuper. Observ. II. 20.), quod et hic fit. Virgil. Æn. v. ' Tum pius Æneas: Equidem sic poscere ventos Jam dudum, et frustra cerno te tendere contra.' Hæc notaveram, cum incomparabilis Gronovius in literis ad me suis: ' Non patior hæc corrigi. Est enim: Lepus accepto in media morte solatio mortis, vel quum ei adhuc semivivo hoc solatium et levamentum sui mali offerretur, (nempe, quod derisorem suum videbat ante oculos interfici) dixit nempe, quæ sequuntur.' Atque ita et in politissimis observationum libris nuper editis. Vide lib. III. 8. Sed et Freinshemius vulgatam putat posse ferri, nec hiulcam esse orationem. At vero Tan. Faber, cujus postea eruditissimas in Phædrum notas Argentorato ad me misit juvenis elegantissimus doctissimusque, Dn. Ericus Lindemannus Ostrogothus, emendationem Meursii retinet, nisi quod pro *solatium*, *solatium* antique scripsisse Nostrum putet. Praschius quoque Meursium sequi-

Digitized by Google

tur. Heinsius sic locum totum scribit: *Lepus semianimus: Mortis ex solatia!* ut sint verba leporis. Ingeniosissime, ut solet. *Schef.* Lege *mortis ex solatia:* Livius XXV. 16. 'Qui eam victimam præ se ad inferos misisset, eum decus eximium egregiumque solatium suæ morti inventurum.' Vel *mortis i solatia.* Vid. ad Metam. IV. 603. *Heins.* Vide Barth. Adv. XLVII. 10. et Periz. ad Sanct. Miner. IV. 4. 27. qui *in solatio* vindicat. Sic 'ultionis solatium,' et similia, de quibus vide Pricæum ad Apul. Miles. lib. II. et quæ huc affert A. Axenius. Quibus adde locum Ovid. Metam. IV. 191. 'Magna feres tacitas solatia mortis ad umbras:' et Lucan. VIII. 315. 'Sed magna feram solatia mortis.' Quis vero ferat Gebh. Crepund. III. 17. attentantem Phædrum, et legentem *mortis sit* (vel *init*) *solatium?* Burm.

Mortis in solatio] *In solatium*, Meursius et alii: et ita Salmasius conjecit ad marginem libri: sic Panegyricus incertus Constantino dictus cap. XVI. 'ad solatium suæ mortis voluit secum trahere quam plurimos.' Tollendum est et Glossema e Valerio Maximo lib. III. 2. 'Pœnus enim in victoria obnoxius morienti, Romanus in ipso fine vitæ vindex sui exstitit:' deletis ex Ms. vocibus *solatio fuit*, quæ glossemata sunt. *Gud.*

Mortis in solatio] Quale illud est solatium? Nempe hoc: παραμυθίαν γὰρ φέρει τὸ κοινωνὸς εἶναι τῶν συμφορῶν: ut ait D. Chrysostomus Hom. 10. Epist. ad Tim. I. Et vulgo quoque sententia nota est: Solatium esse miseris, habere calamitatum socios. Hinc illud in Consolationibus τῶν ἔξω frequentissimum: 'Non tu solus: Non tu primus, neque ultimus es, cui hæc accidant.' Quæ tamen revera misera et frigida consolatio est. Symmachus Ep. lib. VIII. 27. 'Adversa, quæ cum pluribus perferimus, more ingenii humani habent aliquod de societate solatium: quæ vero speciatim alicui casus durus adjecit, altius imprimi solent.' *Ritt.*

Mortis in solatio] Seneca Natur. Quæst. VI. 'Nullum est majus solatium mortis, quam ipsa mortalitas.' Idem paulo post: 'Non quia fas est optare publicam cladem, sed quia ingens mortis solatium est, terram quandoque videre mortalem.' Libanius Sophista, κατὰ γυναικ. λαλ. Εἰ ταῖς ἦν μοι τεθνεώσαις, ἦν ἂν ἐκ τῶν τὰ αὐτὰ πεπονθότων ἡ παραμυθία, καὶ ταῖς ἐπιγιγνομέναις τέρψεσιν ὑπεχάρουν ἂν αἱ λύπαι. τὸ καινὸν δὲ τοῦτο πρῶτον μὲν μόνῳ μοι συμβέβηκεν, καὶ οὐκ ἔστι πρὸς παράδειγμα βλέψαντι λαβεῖν παραμύθιόν τι τῆς ψυχῆς. Joh. Tzetzes Hist. Chil. X. Τῶν ἀνιάντων τι παθεῖν τινα μόνον, ἢ πρῶτον, Ὀδύνην ἔχει περιττήν. τὸ δὲ σὺν ἄλλοις, πρῶτον, &c. Μετὰ τῶν ἄλλων καὶ αὐτὰς φέρε μετριωτέρως. Vide fab. Æsopi, cui epigraphe, Ἐχθροί. *Rig.*

10 *Deploras*] Barthius ad Claud. p. 220. et Advers. XLVII. c. 10. legendum putat *deplores.* Sed male. *Heins.*

FABULA X.

Lupus et Vulpis, &c.] Extat ap. Camerar. p. 178. *Rig.*

Barth. Advers. XLVII. 10. 'Fabella hæc longe elegantissime concepta est a Phædro; nec puto rectius eum quicquam aut faventioribus Musis concinnasse.' *Gud.*

1 *Turpi fraude*] Ablativus causæ, pro, propter turpem fraudem: *turpi* sententiose, ut fere solet in talibus.

Digitized by Google

Schef. Similem apud Cæsarem de Bel. Gal. I. 28. 'quod egregia virtute erant cogniti,' locum illustrat hoc loco Daviesius, et ex altero Phædri lib. v. fab. 5. 'scurra notus urbano sale.' *Burm.*

2 *Etiamsi verum dicit, amittit fidem*] Hoc Aristoteles quoque aiebat, lucrifacere mendacem, ut ne vera quidem dicenti quisquam credat. *Ritt.*

Amittit fidem] Vide Horatium de plano crus fregisse fingenti. *Freinsh.*

4 *Furti*] V. C. Pithœi, *forti*. Heins. Mss. *forte*. Gud.

Crimine] Ita Cicero in Ver. 'Non modo te hoc crimine arguo.' Adde Cornel. Nep. Pausan. c. 3. *Schef.*

5 *Culpæ proximam*] Pro, culpæ propinquam, i. e. ream. Cicero sic 'affinem culpæ' posuit, ut bene Rittershusius notavit. *Proximum* pro propinquo habes sæpe alias. Ut apud Apuleium Apolog. 1. 'Respondeat mihi Æmilianus, quo proximo signo ad accusandum magiæ sit inductus.' Hic *proximum signum*, manifeste propinquum est. Porro *propinquum rei*, quod ejusdem est cum ea indolis. Sic 'propinqua pars amicitiæ' apud Terentium in Heaut. I. sc. 1. 'vel virtus tua, me, vel vicinitas, Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto, facit.' Mallet tamen Heinsius, *culpæ obnoxiam*, de quo vide politissimas ejus notas ad Ovidium A. A. I. 395. *Schef.* Communis tamen lectio defendi potest ex Cicerone, qui sæpe 'adfinis culpæ' dixit, et Valer. Max. III. 7. 8. cui similis est locutio apud eundem lib. I. 1. 10. 'Propior publicæ religioni, quam privatæ charitati.' Auctor Declamationis, quæ nomine Sallustii in Ciceronem circumfertur, is 'erat calumniæ proximus.' An non ita Sophocles in Trachiniis v. 259. dixit ἀγχιστῆρα τοῖδε τοῦ πάθους? pro auctore hujus calamitatis. Vide Heins. ad Val. Flac. III. 391. *Burm.*

Culpæ proximam] In Mss. est *culpa*: recentior manus correxit *culpæ*: malle *obnoxiam*. Apud Tertull. tamen de Pall. c. 4. princip. est, 'Culpæ prope est habitum transferre;' ubi v. Salmas. p. 277. Pindarus: Ἔγγυα τῆς μανίας ἔλαβε. *Gud.*

Culpæ proximam] Arnobius IV. 'Nequis posthac hominum id, quod esset turpitudini proximum, loqueretur:' et VII. 'Atqui ego contumeliæ proximum, quinimo esse plenam contumeliam, judico.' Apul. Apolog. 'Cujus magnitudo vel minimam reprehensionem proximam crimini aspernatur.' Marius Victorinus in Rhetor. Cic. II. 131. 'Quoniam innocentem probare non possumus, ab hoc tantum facinore, quod in judicio est, remotum esse doceamus.' *Rig.*

6 *Judex inter illos sedit*] *Sedere* proprium judicum est: ut alias pluribus docui. Nunc unicum Lactantii locum adduco e lib. VI. 18. 'Sedet enim maximus et æquissimus judex, speculator ac testis omnium.' *Ritt.*

Inter illos] Ut apud Ciceron. de Div. I. 'Judicavit inter Deas tres.' *Schef.*

Sedit] Hoc sermonis genere notio, quam vocant, signatur. Quod vero sedent judices, prima caussa est in majestate: alteram expedit Lil. Gyrald. ad illud Pythagoricum, 'Adoraturi sedeant.' *Prasch.* Proprie de judice, ut observat Rittershusius. Innuit autem majestatem, et quieti animi ac perturbationis nullis obnoxii tranquillitatem, quod non incommode Praschius monuit. *Schef.* Propert. Eleg. IV. ult. 'Aut si quis posita judex sedet Æacus urna.'

7 *Causam perorassent suam*] Hoc quoque Ciceronianum est, ut totius libelli elegantissima est. *Ritt.*

Perorassent] Orationem deduxissent ad finem, ac, quantum necesse videbatur, proposuissent. Ita sæpe optimi auctores. Proprie. *Schef.* Propert. Eleg. IV. ult. 'Caussa perorata est.' *Scioppius.*

Digitized by Google

Dixisse] Etiam hoc proprie ac solenniter. Brissonium consule. *Schef.*

9 *Tu non videris perdidisse*] Similiter respondet Diogenes apud Laërtium lib. VI. n. 54. δυοῖν ποτε νομικοῖν ἀκούσας, τοὺς δύο κατέκρινεν, εἰπὼν, τὸν μὲν κακλοφῆναι, τὸν δὲ μὴ ἀπολωλεκέναι. *Cum duos aliquando audisset legis peritos, ambos damnavit, dicens alterum quidem furatum esse, alterum vero non perdidisse.* Gud.

Tu non videris, &c. Te credo] Ulpianus ad Olynth. I. Τὸ ΝΟΜΙΖΩ, καὶ τὸ ΔΟΚΕΙΝ, καὶ τὰ τοιαῦτα, οὐ πάντως ἐπὶ ἀμφιβόλου τάττουσιν οἱ παλαιοὶ, ἀλλὰ πολλάκις καὶ ἐπὶ τοῦ ἀληθεύων. οὕτως οὖν καὶ τὸ νομίζω ἐνταῦθα ἀντὶ τοῦ κρίνω, καὶ ΠΙΣΤΕΥΩ. Persimilis exstat Diogenis sententia apud Laërtium. *Rigalt.*

Non videris perdidisse] *Videri*, vel *non videri*, erat formula in sententiis judicum: de qua Cicero in Academ. 4. Brisson. Select. Antiquitat. II. 1. et lib. V. de Formulis; et ante hunc Budæus in Annotat. posteriorib. ad Pand. Item Cujacius Observ. III. 26. *Ritt.*

Videris] Est et hoc solenne verbum judicum, sententiam dicentium, ut Rittershusius notavit. Puto autem usurpare modestiæ causa consuevisse. *Schef.* Immo quia sæpe etiam falli judices solent, et in rebus humanis incerta plurima esse solent, quæ pro certis tamen haberi debent. Plin. Hist. XIV. 13. 'Cn. Domitius judex pronuntiavit, mulierem videri plus bibisse, quam valetudinis caussa.' *Burm.*

Videris] Sic apud Cicer. Verr. V. statim initio, de judice sententiam dicente: 'fecisse videri pronuntiavit.' *Gud.*

10 *Surripuisse*] Heinsius malebat *surpuisse*, Catulli, Horatii, et aliorum exemplo, ut sit mitior numerus. *Schef.* In diversum abit Anon. Fab. 39. *Prasch.*

Pulchre] Speciose, callide, scite. Sic apud Ciceronem alicubi in Epist. 'Is pulchre asseverat,' &c. *Schef.*

FABULA XI.

Asinus et Leo] Similes fabulæ apud Æsopum, Avienum, Babrium, et Camerarium. Vide Proverb. 'Asinus apud Cumanos.' *Rig.*

1 *Virtutis expers*] *Virtus* pro fortitudine, viribus, et robore: ut infra fab. 13. 'Virtute et semper prævalet sapientia.' Quomodo et Theognis ἀρετῆς verbo utitur in versu valde similis sententiæ: Κρείσσόν τοι σοφίη καὶ μεγάλης ἀρετῆς. Sic lib. III. fab. 6. 'Qui sine virtute vanas exercet minas:' id est, sine viribus. Sic lib. V. fab. 2. Sic usurpat Statius Papinius, qua usum ait Capaneum Thebaid. lib. III. in illa impia sententia: 'Virtus mihi numen, et ensis, Quem teneo.' *Ritt.*

Verbis jactans gloriam] Pro, jactans gloriosa verba, ut Virgilius, Æn. X. 'Voces jactare inertes' dixit. *Schef. Gloriam* pro gloriatione poni notarunt jam Taubman. ad Plaut. Milit. Glor. I. 1. 22. et Gebhard. ad Nepot. Agesil. 5.

2 *Ignotus fallit, notis est derisui*] Veteres habuerunt *Ignotos*. Quod si Rigaltius ex codice antiquo immutavit, bene est. Sin minus, puto illud *Ignotos* posse retineri. Monet enim recte Vlitius ad Cyneg. p. 396. *Ignotos* hic active accipi, de iis, qui non

Digitized by Google

nescunt, quomodo et in aliis est factum. Avien. Fab. 5. ‘ Forsitan ignotos imitato murmure fallas.’ Etiam ante Cicero sic ‘ producere ad ignotos’ usurpavit in Verrina v. 29. quod in indice Freinshemii notatum est. Et profecto ipse Noster supra ‘ conspiratos’ ita posuit. Quod autem Barthius (Ablegm. Critic. II. 5. et Adv. XXX. 5. et XLVII. 10.) existimat, *Ignotus fallit, notus est derisui;* eo minus placet, quia *notis* est in omnibus codicibus. *Schef. Ignotos*, id est, quibus erat ignotus. Sic infra fab. 14. ‘ Ignoto loco:’ et fab. 54. ‘ Omnes ignotum.’ Ovid. Epist. IX. 155. ‘ Exultat ignotis Tydeus germanus in oris.’ Et Epist. VII. 117. ‘ Applicor ignotis.’ Vid. Mannt. ad Cicer. Famil. Epist. v. 12. et nos ad Petron. CXII. *Burm.*

Ignaros fallit] Ita quidem utraque Salmuriensis editio, quæ magna aut oscitantia, aut inscitia, editoris est; quid enim necesse veterem facilemque, imo id loci valde concinnam, lectionem corrumpere? Omnes membranæ et editiones aliæ, *Ignotos;* quod et Avienus confirmat. *Ignoti* hic sunt, non qui tibi sunt ignoti, sed quibus tu es ignotus, qui te non noscunt. Cicero in Verr. V. ‘ producere ad ignotos:’ quem locum in indice notavit Freinshemius. Cic. Famil. v. 12. ‘ Corporis simulacra ignotis nota faciebant,’ &c. Plaut. Menæch. I. 2. ‘ Qui mihi molestus homini ignoto.’ V. Æmil. Port. Lex. Pindar. *Gud.*

5 *Ut insueta voce terreret feras, Fugientes ipse ut exciperet*] Mss. Rem. *ut ipse exciperet.* Pithœi Codex similiter, *ipse ut exciperet.* Scribe *Fugientes vi ipse exciperet.* Dispartitis operis, ut solet in venationis societate, monebat Asellum, ut insuetæ vocis inerti nequitia ipse Leo vi et virtute rem ageret. Scilicet ut Phædrus lib. II. fab. 7. ait: ‘ Vis et nequitia quicquid oppugnant, ruit.’ *Vis* autem, ut notum est, proprie de leonibus dicitur. Lucretius: ‘ Imprimis vis est violenta Leonum.’ ‘ Fraus quasi Vulpeculæ, vis Leonis videtur,’ Cic. de Offic. I. Itaque *vi exciperet* respicit illa, quæ statim sequuntur, ‘ Leonis adfligantur horrendo impetu.’ Ita enim scribendum ex vetustissimis P. Danielis schedis supra ostendimus. Et probat Gronov. Obs. IV. 8. et Guyetus, et Salmasius ad marginem libri. Deinde *fugientes vi excipere* valde concinne et proprie de venatione; quemadmodum ‘ insidiis caprum excipere,’ ex Virgil. Ecl. II. notavit Schefferus: ‘ venabulo aprum excipere,’ Quintiliano: et ‘ fugientes excipere,’ Ciceroni in Catilin. et pro Rosc. Sic ‘ bestiam vi conficere,’ est Valerii Maximi; sed locus est corruptus: lib. VI. cap. 3. §. 5. ‘ Interrogatumque qua vi eam bestiam confecisset:’ sic lego cum antiquissimis membranis optimi et omni laudum genere eminentissimi Cardinalis Francisci Barberini. Vulgo *qui eam*, quod ferri quidem potest, sed nobis magis arridet lectio vetustissimi libri. Sane multis auctorum locis excidit aut corrupta est vocula illa *vis*. Similiter erratum est fab. 2. hujus libri: ‘ Qui dissolutos mores ut compesceret.’ Sic Rem. et Pith. ubi recte a Vlitio restitutum *vi*. Sic Torrentius eam ex uno Ms. recte restituit Suetonio Aug. cap. 10. ‘ Confestim ut Apollonia rediit, Brutum Cassiumque et vi nec opinantes aggredi statuit,’ &c. Reddamus eandem, quia bella est occasio, aliis auctoribus. Justin. lib. I. c. 6. ‘ Ingens post necessitatem pugnandi animos exercitui ejus accessit.’ Vetus Codex Bongarsii optime, *exercitui et vis accessit.* Quæ sane vera et elegans lectio est: debent enim pugnanti exercitui et animus et vis adesse. Sallustius Catil. init. ‘ Diu magnum inter mortales certamen fuit, vine corporis, an virtute animi, res militaris magis proce-

Digitized by Google

deret.' Cic. pro Milone: 'Magna in hoc certe vis, et incredibilis animus, et non unius viri vires judicantur.' Valerio Maximo iterum eadem vocula excidit, l. I. c. 8. §. 8. 'Non occideras tu quidem Cæsarem, neque enim exstingui ulla divinitas potest.' Sic hactenus omnes editiones; sed Mss. Codices omnes, quos vidimus, atque inter eos tres Remenses, *neque enim exstingui ulla vi divinitas potest*: quomodo Valerium scripsisse non dubitamus. Periit in multis libris vocula illa *vis*, absorpta a proxime antecedentibus literis, quippe eam quidam ita transposuerant: *neque enim extingVI vi divinitas potest*. Vis autem, ut in bello, ita maxime ad venationem, necessaria. Sic Romæ in tabula marmorea duabus statuis subscriptum vidimus; alteri,

DIANÆ SACRUM IMPER.

alteri,

VIRIBUS SACRUM:

et ibidem marmor quadratum, in cujus uno latere canis cervam persequitur; in altero illa est inscriptiuncula,

VIRIBUS SACRUM:

apud Gruter. p. LXXXIX. 9. Sic et in alia inscriptione apud Gruter. p. MXI. 1. conjungitur

DIANÆ. ET. VIRIBUS.

Hinc etiam apud Phædrum lib. v. fab. ult. senex ille canis venaticus objurganti venatori respondet: 'Non te destituit animus, sed vires meæ.' *Gud.*

Terreret] Allusit Artemid. II. 12. ubi de asinis: Καὶ πρὸς τοὺς φόβους δὲ ἀγαθοὶ διὰ τὴν περὶ αὐτοὺς ἀκοήν, καὶ τὸν ἐν συνηθείᾳ λόγον. *Prasch.*

Feras] Æsopus Fab. 230. ἄδος exprimit, silvestres capras. *Prasch.*

Ut exciperet] Verbum proprium venatorum. Videtur autem imitatus esse id Virgilii, quod extat Ecl. II. 'Non ego te vidi Damonis, pessime, caprum Excipere insidiis, multum latrante Lycisca?' Servius hoc loco: '*Excipere*, Dolo capere: ut, Excipit incautum insidiis.' Intelligitur hinc, quam posuerit accommodate. *Schef.* Vide, quæ nos ad Quinct. II. c. 12. notamus: sed nihil hic esse novandum, ut Gudius voluit, censeo: propter locum Ciceronis Catil. III. 4. 'Præsto esset ille, qui et fugientes exciperet,' &c. Certe Virgilii locum, quem adduxit Schefferus, non respexisse Phædrus ex Gudii sententia potest: cum diversa sint *vi excipere*, et *insidiis*. Burm.

6 *Hic*] Eleganter. Vide, quæ mox scribo, fab. XV. vs. 5. *Schef.*

Hic auriculas Clamore subito] Veteres Membranæ: *hic auriculas Clamorem sub. &c.* Chartula Danielis: *hic auriculus Clamorem subitum tollit, &c.* An leg. *auritulus?* Sic 'asellus auritus' Ovidio Amor. II. Eleg. 7. 'Aspice, ut auritus miserandæ sortis asellus,' &c. Aristotelis Physiognom. c. 6. Οἱ τὰ ὦτα μικρὰ ἔχοντες, νήφοντες. οἱ δὲ μεγάλα, ὑβρίσεις. Phædrus 'Auritulum' pro Asino dixit, 'Lanigerum' pro Agno, 'Barbatum' pro Capro, 'Latrantem' pro Cane. Non displicebit, si quis ope veterum exemplarium scribere malit: *hoc auritulus Clamorem subitum tollit totis viribus.* Festus: '*Auritus*: a magnis auribus, ut sunt Asinorum.' *Rig.*

Auriculas] Τὸ u in penult. syllaba scandendo evanescit, quasi scriptum foret *auricla*. Ritt.

Auriculas Clamore subito tollit] Ms. Rem. *Clamorem*. Optime. Unde minus dubium, quin Rigaltius, ductu veterum schedarum Petavianarum, recte restituit: *hic Auritulus Clamorem subito tollit. Auritulus* pro asello illo, eleganter; ut 'barbatus' pro hirco, lib. IV. fab. 8. 'sonipes' pro equo, lib. IV. fab. 3. 'bidens,' ex egregia emendatione Heinsiana, pro ove, lib. I. fab. 17. 'laniger' pro agno, lib. I. fab. 1. communi Poëtarum exemplo, qui animalia ab ea parte corporis, qua maxime cognoscuntur,

Digitized by Google

denominare solent. '*Auritus:* ab auribus, quales sunt asinorum:' Festus. V. Torrent. ad Horat. Od. I. 12. atque ita Afranius apud Macrob. lib. VI. c. 5. 'Nam quod vulgo prædicant aurito me parente natum, non ita est.' Asinus itaque κατ' ἐξοχὴν *auritus* dicitur. Si qui sunt alii auribus longiusculis, *auriti* quidem dici possunt, sed addito suo nomine. Sic apud Virgil. Georg. I. 'Auritosque sequi lepores.' *Gud.*

Auriculas Clamore, &c.] Scripserim, *hic auriculans Clamorem subito tollit. Asinus auriculans* erit dictus Phædro, sicuti 'luna corniculans' Ammiano Marcellino. *Meurs.* Bis in hac scriptura peccatum est; nam *auricula* secundam syllabam brevem habet; dein illepide videtur dictum, *tollit auriculas clamore summo totis viribus.* Itaque necessario revocanda est veterum librorum lectio, quæ talis fuit: *Clamorem subitum tollit totis viribus.* Ut lubet, inquies; sed quid fiet τῷ *auriculas?* Nil facilius. Nam iidem veteres libri habent, non *auriculas*, sed *auriculus:* quod quid sit aliud, quam *auritulus?* neque enim dubium est, quin Phædrus prægrandes aselli aures, quasi lepidum aliquod χαρίτιον ἀθυρμάτιον, velit ὑποκορίζεσθαι. Itaque eadem forma effectum fuerit *auritulus*, (id est, auritus) qua 'barbatulus,' 'eruditulus,' 'limatulus,' 'politulus,' et sexcenta alia apud Ciceronem, Catullum, alios. Meursius quidem V. C. existimavit legendum esse *auriculans*, quemadmodum dicitur *corniculans.* Sed criticam non recte advocavit Doctor ille quondam Historiæ Græcæ. Ejus enim conjecturam si admittamus, tum certum exitium versui. *Fab.* Meursius emendat, *hic auriculans*, quasi qui motaret aures. Longe melius Rigaltius in editione ultima, *auritulus*, quasi per jocum, ut 'nasutulus,' 'barbatulus.' Et legitur in schedis Sereniss. Christinæ *auriculus*, quod ab *auritulus* abeat proxime. Vide Heinsium ad Ovid. Amor. II. El. 2. vs. 15. Idem, sive inventum apud Rigaltium, sive a se excogitatum (nam non indicat), Faber quoque probat. Quod si *auriculas* ex lectione veteri esset retinendum, (neque enim officit, quod vulgo habeat secundam brevem, cum hic, ut in *canicula* et similibus possit produci, ut jam alii notarunt,) et mox legeretur *Clamores*, omissa foret conjunctio, plane ut in capite decimo præcedente, nec non congruerent omnia. Adde quoque infra fab. XV. solet quippe Noster hoc modo. *Schef.* Egregie Hoogstratanus noster vindicavit veram lectionem contra eos, qui vim faciunt rei metricæ. Sic *auritos* Asellos dixit et Ovid. Fast. VI. 469. et ὄνον *ovaréas* Asinus dicitur in Epigrammate Anth. Græcæ, lib. II. 40. p. 236. *Burm.*

7 *Clamore subito*] Meursius *Clamorem subito* legit. Faber *Clamorem subitum.* Mihi placet inhærere proxime scripturæ veteri, ac legere *Clamores subito.* Nil frequentius in libris Mss. hoc errore, ex similitudine literarum. Hoc scripseram, cum nob. Heinsius per literas mihi indicat, in prædictis reginæ schedis legi: *Clamorem subitum totis tollit viribus:* quod probo. *Schef.*

Clamorem subito] *Clamorem subito* mallem cum Remensi, quam *Clamorem subitum* cum Petav. *Subito*, id est, improviso, quod et Terentii est. Plautus dixit alicubi, 'de subito.' Cicero 'de repente.' Ea significatione *subito* utitur passim Phædrus. Sic 'Venantum subito vocibus conterritus:' et lib. IV. fab. 6. 'Æsopus media subito in turba astitit.' Et lib. IV. fab. 17. 'Canes confusi subito quod fierat fragor.' Et lib. I. fab. 2. 'Missum quod subito.' Lib. IV. fab. 24. 'Ruina cameræ subito oppressit cæteros.' Lib. II. fab. 7. 'Subito latrones ex insidiis advolant.' Venantium autem esse clamorem ejusmodi,

Digitized by Google

nemo ignorat. Senec. Hippol. Act. I. 'Tu præcipites clamore feras subsessor ages.' De subsessore vid. Arnob. p. 162. Virg. dixit bis, 'premere clamore feras:' 'Ingenti clamore premes ad retia cervum.' Idem: 'Aut spumantis apri rursus clamore prementem.' Sic et ad hostes terrendos clamor subito tollitur. Phædr. lib. I. fab. 16. 'Hostium clamore subito territus.' *Gud.*

8 *Novoque turbat*] Avien. 'Mitibus ille feris communia pabula calcans, Turbabat placidos per sua rura boves.' *Novo miraculo*] Avien. *Ne detracta gravem faciant miracula risum.* Miraculum erat reliquis feris Asinus, quia velatus alieno et incongruo tegmine: ideoque illis ignotus. *Mirari* veteres dicebant nescire. Ignorantia enim admirationis mater. Donatus in Andr. Act. v. Sc. 4. Carfilius: Ἐπηρέτησεν τί τετραπόδοτερον δοκεῖ εἶναι τῶν θηρίων; Ὁ δὲ εἶπεν, ὃ οὐδεὶς ἐπίσταται. *Rig.*

Turbat] Exterret. Ita sæpe Virgilius. Unde et *turbidus* apud eum, pro terribili, ut Servius interpretatur. Tac. Ann. XII. 16. 'Ductæque altius turres, facibus atque hastis turbabant obsessos.' *Schef.*

9 *Exitus notos*] Vias elabendi. Sic et Cicero usurpavit. Cornel. Nep. vita Hannib. c. 12. 'Cum omnes exitus occupatos ostendisset.' Velut de fera loquitur; quod notandum. *Schef.* Editio Amstelodamensis habet *novos*; quod sphalma typographicum puto. *Axen.* Certe: nam nihil frequentius apud Poëtas et alios, quam res *notas* vocare, quibus quotidie utimur, quas videmus, audimus, &c. frequenter: inf. II. fab. 5. 'Noti flexus.' Horat. Od. I. 2. 'Nota quæ sedes fuerat columbis.' Ovid. Met. I. 360. 'Adeunt pariter Cephisidas undas, Ut nondum liquidas, sic jam vada nota secantes.' VII. 576. 'Notis Semianimes errare viis.' Manil. IV. 415. 'Et notis fugientia flumina ripis:' ut et Petron. 'Flumina per notas ibant morientia ripas.' *Exitus* vero eleganter vocantur angusti tramites et loca, per quæ et in bello milites, et in venatu feræ, elabi solent. Vide Gronov. ad Livii lib. IX. 15. editionis prioris. *Burm.*

10 *Adficiuntur*] Putabam olim *adfici impetu* sic dici pro, impeti, sicut 'adfici pœna' pro, puniri; 'adfici honore' pro, honorari, 'adfici terrore' pro, terreri. Et retinebat Barthius (Adv. III. 9.) quanquam per, vexare explicaret. Verum suadet aliud codex Petri Danielis, et Sereniss. Christinæ, qui post ad manus Vossii pervenit, in quo *adfliguntur* legitur. Vide Heins. ad Ovid. Amor. II. El. 7. 16. (et ad Met. XII. 139.) Faber quoque, licet alteram lectionem non omnino rejiciat, magis tamen hanc sibi ait arridere. Quod facit et Freinshemius, allato pro vulgata lectione Flori loco ex lib. II. 20. ubi auctor: 'Numantia Romanum exercitum pudendis fœderibus adfecit.' Incomparabilis Gronovius in observationum optimarum lib. IV. c. 8. 'Apud Phædrum legebatur de bestiis: *Leonis adficiuntur horrendo impetu*, cum vera lectio esset in Mss. *adfliguntur*.' Cæterum *adfligi horrendo impetu* sic dicitur, ut 'primo impetu pelli,' vel 'opprimi.' *Adfligi* enim est, allidi terræ; sicut optime Gronovius prædicto loco monstrat. *Schef.* Genuina lectio est in Ms. *adfliguntur*, teste Gronovio Obs. IV. 8. ubi fines regit, sive differentiam tradit, inter *adfligi*, *adfigi*, *adfici*. Prasch.

Adficiuntur horrendo imp.] Verior mihi videtur lectio in exemplari Danielis: *adfliguntur horrendo impetu.* Rig.

11 *Fessus est*] In Ms. deest *est*. Igitur *m* in *asinum* non est elidendum, ut constet versus. V. supr. ad fab. IV. Vel legi potest *defessus*, absorpta syllaba *de* a præcedenti voce *cæde*. *Evocat*] Scilicet, e frúticibus. *Gud.*

Digitized by Google

12 *Jubetque vocem premere*] An *Jubetque voce cervum premere Ille insolens?* Ut apud Virgilium, cujus locos supra adduximus, ‘ clamore premere cervum.’ *Gud.*

Premere] Comprimere, id est, tacere; quomodo apud Virgil. Æn. lib. IX. de Mnesteo: ‘ Sic memorat, vocemque premit.’ Pulchre autem ac convenienter leo ita, tanquam superior, et pro auctoritate sua et imperio. Nam *premit*, qui hoc facit, quoquo modo coactus. *Schef.*

Tunc ille insolens] In hoc versu vitium est. A Ms. abest *Tunc*, quod primus editor Pithœus excogitavit ad fulciendum versum, imo ipsam orationem: sed audacter nimis, ut puto; nam eadem licentia posset alius aliam ejusdem sensus particulam obtrudere. Itaque, librorum veterum vestigiis inhærentes, ex compendiosa scribendi ratione, non dubitamus, quin propter tres ultimas literulas verbi *premere* exciderit et revocandum sit *EA RE*. Sic enim pulchre habebit se versus, *Jubetque vocem premERE: EA RE ille insolens.* Elegans et vetustus, sed prope obliteratus, usus illarum vocalarum, *ea re*, pro, ideo, ea de causa. Veterum elegantiarum amantibus lectionis nostræ veritatem facile probabo. Curtius lib. v. c. 9. ‘ Ea re paruit Artabazo.’ Mutant hoc, sed absque ratione. Corn. Nep. Miltiad. c. 4. ‘ Vidit hostes eadem re fore tardiores.’ Idem Datam. c. 2. ‘ Qua ex re majoribus copiis præesse cœperat.’ Quos locos adduxit Schefferus ad lib. IV. fab. 9. Sic Plaut. ‘ eam rem,’ pro, ob eam rem. A. Gellius Noct. Att. IV. 1. ‘ Etsi ignoro, an hordeum sit ex penu, aut quibus verbis penus definiatur, non ea re literas quoque alias nescio.’ Petrus Lambecius in juvenilibus suis Lucubrationibus Gellianis, quid voces istæ, *ea re*, sibi velint, se non videre, inquit, et ideo legendum credit *propterea*; sed fallitur. Utitur præter citatos auctores ea sæpissime Ammianus lib. XVI, XVII, XXIII. &c. Nihil igitur mutandum. Aliter etiam posset in Phædro legi, *Ille exin insolens:* nam ejusmodi particulis frequenter noster utitur in suis narratiunculis; sic ‘ dein’ et ‘ dehinc,’ &c. et interpretari, asinum post præstitam operam insolentem et paulo superbiorem factum; alioqui haud dici potest *insolens* abjectum et vile naturæ dedecus, ignavus sanguis. *Gud.*

13 *Qualis videtur tibi opera hæc vocis meæ*] In Mss. abest vocula *hæc*; legendum itaque, *Qualis videtur opera tibi vocis meæ?* Ita ex Danielis chartulis ad marginem libri sui Salmasius. *Gud.*

Opera hæc vocis] Propter quam tubicen creatur in prœlio quadrupedum, apud Laur. Abstem. fab. 95. *Prasch.* Labore et auxilio, quomodo Cornel. de Alcibiade c. 4. ‘ Ejusdem opera Ioniam a societate averterunt Atheniensium.’ *Schef.*

14 *Nisi nossem tuum Animum*] Avien. ‘ Forsitan ignotos imitato murmure fallas: Ast mihi, qui quondam, semper asellus eris.’ *Rig.*

15 *Genusque*] Sic hic usurpat, ut Virgilius Georg. II. ‘ Genus acre virum,’ de Marsis Sabellisque, ubi pariter qualitatem notat. *Schef.*

Fuissem] Vet. Cod. Petr. Dan. *fugissem*; idque, et ad marginem libri, probat Salmasius. *Gud.*

Fuissem in metu] Metri ratio postulat, ut legas, *simili fuvissem in metu.* At, inquies, ad Carmentam nos et Evandrum remittis: ‘ Sed pax sit rebus,’ ait Ille; ita enim Plautus in Pœnulo dixit ‘ fuverim:’ ‘ Quo genere guata, qui parentes fuverint.’ Est iambicus trimeter. Ita et Lucilius apud I. Rufinianum dixit ex emendatione Douzæ: ‘ Vellem in concilio vestro, quod dicitis, olim, Cœlicolæ, vellem, inquam, adfuvissemu’ priore.’ Idque a verbo *fuo*, quod nec Virgilius ipse in Æn. refugit:

Digitized by Google

'Tros Rutulusve fuat, nullo discrimine,' &c. Format autem ex esse *fuvi* ad eundem plane modum, quo dicebatur 'pluo, pluvi.' Plautus alicubi in Mensechmis: 'Nam rus ut ibat forte, ut multum pluverat.' Ita ex *adnuo* 'adnuvi' apud Eanium Merulæ p. 10. Et, quod scio magis mirum visum iri quibusdam, ex *geno* veteres faciebant 'genuvi.' Apud eundem p. 3. et 9. Ceterum P. Danielis exemplar habebat, *simili fugissem metu*. Quod in prima editione monuerat Rigaltius V. Clar. Possis et alio confugere, ut primum dicas τὸ *fuissem* esse disyllabum, per συνίζησιν scil. dein τὸ *M* extritum non esse a Phædro. *Fab.* Metri causa scribit Faber *fuissem*, sicut Plautus 'fuverim,' et Lucilius 'adfuvissemus,' ab antiquo *fuo* extulere. Nescio tamen, annon præferendum sit, quod habet codex Danielis teste Rigaltio: *simili fugissem metu*. Nam præcedit, 'Fugientes ipse exciperet.' Item: 'Exitus notos petunt.' Probant sane Neveletus, Freinshemius, et Ursinus. *Schef.* Hanc lectionem etiam probat Heinsius, qui eam in Mss. Vossii extare ad marginem notavit: et ita *fuit* et *fugit* in Mss. confusa esse apparet et notis Heinsii ad Ovid. Epist. XVII. 192. *Burm.*

FABULA XII.

Cervus ad fontem] Aphthonius fab. 18. Babrius: Περὶ δορκάδ. τὴν τῶν ποδῶν λεπτότητα μεμφομένης. *Rig.*

1 *Laudatis utiliora, &c.*] Locus obscurior, propter ellipsin. Totus sic se habet: Narratio hæc exerit, inveniri sæpe, utiliora esse ea, quæ contemseris, laudatis, hoc est, quam ea, quæ laudantur. *Laudata* hic, quæ opponuntur *contemtis*, sunt, æstimata, magni facta. Cæterum hi versus aliter se habent in laudatis Sereniss. Christinæ schedis, uti comperi a nob. Heinsio; sic nempe: *Sæpe esse utiliora quæ contemseris, Ejusce rei testis hæc narratio est.* Faber in editione nupera sic notat ad hæc verba: 'Sed hoc didicerim libens, quod hoc novum trimetrorum genus fuerit.' Item: 'An hic quoque versus Iambicus, *Sæpe esse utiliora, quæ contemseris:* vos dicite, Musæ.' Scilicet hoc nobis fuit propositum, ut versus illi crederentur Iambici, omnibusque numeris absoluti. Quo autem verbo hoc tradidimus? Ergo hoc haud sane bene. Licebat interim, opinor, afferre lectionem veterem, si quis ingeniosior excuipere ex ea posset, quod huic loco conduceret. *Schef.* Forte legi melius posset: *Sæpe esse factu utilia, quæ contemseris: Ejusce reji testis hæc narratio est:* producta prima in *reji*, ut sæpe apud Lucretium. Vid. Giphan. Indic. in *reji*. Vel melius forte ad vestigia libri Vossiani: *Sæpe esse utilia, more quæ contemseris: Ejusce reji testis hæc narratio est. More*, id est, de more, ut apud Plaut. Trinum. 1. 4. 'More habent licentiam.' Et ibid. 'More fit.' Cicer. ad Fam. II. 29. 'Tu, mi Oppi, conservabis amorem tuum, etsi more magis hoc quidem scribo, quam quo te admonendum putem.' Virgil. Æn. 7. 'Hoc Priami gestamen erat, dum jura vocatis More daret populis.' Vel *more* hic positum, ut alibi sæpe Noster, *stulte*. Sic præfat. libri tertii: 'Stulte nudabit animi conscientiam:' et sæpe alibi. *Heins.* Ingeniosa quidem Heinsii conjectura, et ita *more* sumitur

Digitized by Google

apud Quinct. XI. 3. ' Cultus non est proprius Oratoris aliquis, sed magis more conspicitur,' ut legendum ibi esse ostendimus. Sed pro *stulte* poni a nostro non credimus, immo vulgatam retinendam censemus. *Laudata* vero sunt, pulchra, quæ vulgo laudari solent. Vid. Heins. ad Ovid. Met. v. 59. et nos ad Quinct. Declam. v. et ita idem hæc verba volunt, quod de alia re Florus dixit, III. 12. ' Ut non in usum, ita ad speciem :' et Justin. XIV. 6. ' Speciosus magis quam utilis grex.' *Burm.*

2 *Inveniri*] Eleganter, in respectu ad inopinatum eventum. Quomodo Germani mei : *Ich befinde dich anders.* Et Galli : *Je trouve cela bien autrement.* Sic Terent. Eunuch. Act. v. Sc. 8. ' Scis Pamphilam meam inventam civem ?' Donatus hic : ' *Inventam*, cognitam.' *Schef.*

Hæc exerit narratio] Mss. Rem. *hæc erit narratio.* Pithœus *exerit* edidit. Sic Seneca : ' mentis secreta ore exerit.' Si quis tamen scripti libri lectionem tueri malit, ne in metro quid desideret, præstabit aspirationis ratio. Senec. in Octavia : ' Tristes Philippi, hausit et Siculum mare.' Idem in Agamem. ' Hinc scelere Lemnon nobilem, hinc Chalcida.' *Gud.*

Exerit] Prodit, aperit, notum facit : de eo, quod latebat, ignorabatur. Sic Ovid. ad Pison. ' Tu, Piso, latentem Exere.' Et apud Senecam in Herc. Œt. ' Mentis secreta exerere' invenias. Heinsius legit *asserit*, vel *disserit*. Schef.

3 *Cervus*] Hæc etiam fabula inter Arabicas Locmanni pag. 3. legitur. *Burm.*

Restitit] Est, stetit. Plaut. Trinum. III. sc. 2. ' Stasime, restas solus.' Terent. Phorm. v. 6. ' Id quidem jam tibi fiet, nisi resistis, verbero.' Virgilius Æn. I. ' Restitit Æneas, claraque in luce refulsit.' Curtius v. c. 2. ' Donec, ut considerem, annueres, restiti.' Adde Terent. Eun. A. II. Sc. 3. Ipse noster infra lib. III. 8. ' Salutantes dein invicem Ut restiterunt.' *Schef.*

4 *Et in liquore vidit, &c.*] Ipse s. f. 4. *Lympharum in speculo vidit simulacrum suum.* Rig.

5 *Ramosa cornua*] Etiam hoc ex Virgilio expressisse vult in notis suis Faber, qui alicubi : ' Cornibus arboreis.' Ramos tamen dici eos cornuum aculeos vulgare est. Plinius VIII. c. 32. ' Indicia ætatis in illis [cornibus] gerunt, singulis annis adjicientibus ramos.' *Schef.*

Ramosa mirans laudat cornua] Dositheus magister : καὶ μάλιστα μὲν ἐπῄνει τὴν φύσιν τῶν κεράτων ἀναστησαμένων εἰς πολὺν ἀέρα. *Rig.*

7 *Venantum*] Pro, Venatorum. Lucret. lib. IV. ' Venantumque canes in molli sæpe quiete Jactant crura tamen subito.' *Schiop.* Pro, venantium ; hoc est, venatorum ; ut apud Virgilium, ' natantum,' ' peccantum,' ' recusantum,' atque plura alia. *Schef.* Ita ' volantes' Virgilio sunt, aves ; ' natantes' pisces ; ' medentes ' Lucretio et aliis medici ; qui Celso ' curantes.' Veteres enim nominis loco interdum participiis utebantur, et vice versa, ut : ' Hinc populum late regem.' Cæterum Æsopo Fab. 184. venator ille est leo. *Prasch.* Vid. Giphan. Indic. Lucret. in *medentes.*

Subito] Puto legendum *subitis :* vel, ut fabula superiore exposuimus, accipiendum ex abrupto. *Gud.*

Vocibus] Consueto clamore, quo hortantur canes ; vide Ovid. Met. II. v. 241. et ibi Heins. *Schef.*

8 *Cursu levi*] Facili, celeri. Mallem tamen, *levis.* Nam sic Virg. lib. XII. de Messapo, ' Levis cursu,' &c. Et solet proprie de cervis usurpari. Idem Ecl. I. ' Ante leves ergo pascentur in æthere cervi.' *Schef.* Non damno illud Schefferi *levis :* ita ' Levis ense nudo,' Virg. Æn. IX. 548. de quo plura ad Valer. Flac. I. 382. sed et vulgata potest ferri ; sic ' volu-

Digitized by Google

crem cursum' dixit Stat. Theb. v. 167. quam 'volucrem levitatem' dixit Lucret. IV. 204. et, quod propius accedit, Silius VII. 645. 'Nunc dexter levibus flexo per devia gyris Ludificatur equo:' ubi frustra *brevibus* reponunt viri docti: sed quocumque modo legatur, *levis* hic pro agili sumitur, et Græco ἐλαφρὸν respondet. *Burm.*

9 *Elusit*] Elegantissime, de illis flexibus circuitibusque implicitis, et in se redeuntibus, quales faciunt in fuga, et sic insequentes canes fallunt. Virgilius eodem modo Æn. lib. XI. 'Orsilochum, fugiens magnumque agitata per orbem, Eludit gyro interior, sequiturque sequentem.' *Schef.* 'Deludit' in re simili utitur Val. Flacc. VI. 239. 'Mollique per æquora Castor Anfractu levioris equi deludit anhelos:' quo loco et Schefferi correctio posset firmari: sed *eludit* etiam recte, quo et Ovid. Met. VIII. 687. utitur. *Burm.*

Ferum] Cervum. Ita infra lib. II. fab. 8. Imitatur iterum Poëtam suum, qui sic Æn. VII. usurpavit. *Scaef.* Non temere prætereunda vox est: ita enim dicitur *ferus* ἁπλῶς, ut *fera*. Sic apud Virgilium pro equo: 'In latus, inque feri curvam compagibus alvum.' Ita apud Catullum in Galliambo *ferus* sumitur pro leone; iterum pro cervo apud Virg. 'Pectebatque ferum.' Ita apud Nostrum hunc: 'Tum gaudens ferus Bobus quietis agere cœpit gratias.' *Fab.* Hæc fere Rittershusio debentur. V. et Herald. ad Arnob. pag. 144. et Erhard. ad Petron. cap. LXXXIX.

Ferum] *Ferus* pro fera aliquoties a Phædro usurpatur substantive: hic et infra lib. II. fab. 8. de cervo: mox lib. I. fab. 21. et lib. II. fab. 1. de leone: et lib. IV. fab. 3. de apro. At Virgilius de equo utitur Æn. II. Quanquam idem et de cervo. *Ritt.*

10 *Retentis impeditus cornubus*] Nescio, an rectius esset, *retentus impeditis*: nam de cornibus hic potissimus est sermo. Et *impedita cornua* essent, ramis implicatis devincta; quomodo Cicero de Divin. I. 'impediri vinculis' dixit. Potest tamen idem et ex recepta lectione hauriri. *Schef.* Ego vulgatam retinendam esse censeo. Nam cornua feri inter densos arborum ramos hæserunt, et his quasi vinculis impeditus fuit Cervus. Sic Veget. Art. Veter. I. c. 10. dixit, 'impeditum animal:' et Colum. VI. 2. 'Ne arboribus aut objacenti cuilibet rei se implicent.' Val. Flac. VI. 421. 'Hærentes cornibus altis Invenit.' Salust. Jug. 53. 'Elephanti impediti ramis arborum.' Apud Ovidium in re alia Fast. lib. v. 15. Mss. 'Sol quoque cum stellis nulla gravitate retentis, Et vos Lunares exsiluistis equi:' vulgo *retentus*. Burm.

Retentis] Forte retensis; id est, repandis. Sic supra dixit 'ramosa cornua.' Ovid. Metam. X. 110. 'Ingens cervus erat, lateque patentibus altas Ipse suo capiti præbebat cornibus umbras.' *Gud.*

12 *Vocem hanc edidisse*] Quæ abest ab Anon. Fab. 47. et Aphthon. Fab. 18. *Prasch.* Cicer. Tusculan. II. 'Quas hic voces apud Sophoclem in Trachiniis edit.' Valer. Max. lib. VI. 4. 3. extern. 'Alexander illam vocem nobiliter edidit.' Vide supra ad fab. 9.

Vocem hanc edidisse dicitur] V. Danielis: *vocem hanc dedisse d.* Sic Petron. Satyr. 'Reddidi illi voces suas.' *Rig.*

14 *Ut illa*] *Ut* est, quantum. Itaque mox sequitur, *quantum luctus*. Non dissimulandum est, in schedis regiis hæc ita legi: *Utilia mihi quam fuerint*. Atque sic et Danielis habuit exemplar, teste Rigaltio. Verum prius probo. *Schef.*

Ut illa mihi profuerint] Ms. *quam profuerint:* hinc Daniel. Cod. *Utilia mihi quam fuerint;* quod non displicet Salmasio; neque mihi. Nam tunc respondet principio fabulæ; deinde

Digitized by Google

favet Rem. codex, qui habet *Utilla* pro Utilia; nam sæpissime in eo codice I mutatur in L. Sic fere semper, ubi legendum est *jocus*, scripsit *locus*. Gud.

Ut illa mihi profuerint] V. C. *Ut illa mihi quantum p.* Rig.

FABULA XIII.

Vulpis et Corvus] Exstat apud Babrium et Aphthonium fab. 29. *Rig.*

1 *Qui*] Ms. Vossii, *quæ*. Heins.

Laudari verbis subdolis] Vetus Glossarium: '*Ἐλρωνεία*, Blanditiæ.' *Rig.*

Gaudet] Codex Danielis ista in plurali effert. Pariter et schedæ regiæ, quas easdem esse cum dicto codice, non male ex his cæterisque locis suspiceris. *Schef.*

Subdolis] Dolo formatis et compositis ad voluntatem audientis. Ita Plautus in Capt. Act. III. Sc. 3. 'subdola mendacia' usurpat, et in Trinum. Act. II. Sc. 1. de amore: 'Eos cupit, eos consectatur, subdole blanditur.' *Schef.*

2 *Fere dant pœnas turpi pœnitentia*] Longe mihi rectius videtur, quod in codice Danielis reperit Rigaltius, *Sera*. Nam *seram pœnitentiam* dici receptum est; non ita, *turpem*. Curtius lib. III. 2. 19. 'Sera deinde pœnitentia subiit Regem.' Livius lib. XXIX. 'Celerem enim pœnitentiam, sed seram et inutilem, sequi.' Et sic passim alii. In schedis regiis fuisse aiunt *Seræ pœnitentiæ*, quod non probo. Pro *turpi* in prædicto Danielis codice *turpeis* legitur, ut ad *pœnas* referatur. Optime, nisi fallor. *Turpes* intelligit, ob turpitudinem et dedecus ex eis, quia fere, qui sic puniuntur, simul risui aliorum sunt expositi. *Schef.* *Ἀνταναπλασις*, aut allusio ad *ἔτυμον pœnitentiæ*: de quo sic Auson. Epigr. 12. 'Sum Dea, quæ facti non factique exigo pœnas; Nempe ut pœniteat, sic Metanœa vocor.' Turpe quidem, pœnitenda committere; non vero turpe, commissorum pœnitentiam agere. *Ἡ μετάνοια φιλοσοφίας ἀρχὴ γίνεται*, ait Hierocles. Inde (quod notat approbatque Heraclides Allegoriis Homericis) *ἡ σὺν φρονήσει μετάνοια ἐν τοῖς ποιήμασιν Ἀθηνᾶ νομίζεται*. Alexander M. apud Julianum Imp. in Cæsaribus; *Ἡ μεταμέλεια, σώφρων πάνυ, καὶ τῶν ἐκπεπτωκότων σώτειρα δαίμων*. Quare ab eo, quod præcedit, Phædrus hoc epitheton sumit. *Τὸ γὰρ σαθρὸν τῆς αἱρέσεως τῇ μεταμελείᾳ ἐλέγχεται*, ut iterum Hierocles. *Prasch.* Codex Vossianus habet: *Seræ dant pœnas turpes pœnitentiæ*. Lege: *Sera dant pœnas turpes pœnitentia*. Heins. Jornand. de Reb. Get. cap. 31. 'Sera pœnitudine in campis munitiones efflagitant.'

Fere dat pœnas turpi pœnitentia] Cod. Danielis, *gaudent verbis subdolis, Sera dant pœnas turpes pœnitentia*. Hoc Guyeto placet; sed Salmasius legit, *Sero dant pœnas turpi pœnitentia;* vel *Sere* pro *Sero*. 'Pœnitentiam agere' est apud Valer. Maxim. *Turpis pœnitentia* est, quia decipitur, qui verbis subdolis laudatur. *Gud.*

Fere dat pœnas turpi pœnit.] Non abre quibusdam rectius videbitur, quod exemplar Danielis suggerit: *Qui se laudari gaudent verbis subdolis, Sera dant pœnas turpeis pœnitentia*. Rig.

3 *Quum de fenestra corvus*] Huc pertinet Horatianum illud Epist. II. 'Sed tacitus pasci si posset corvus, haberet Plus dapis, et rixæ multo minus invidiæque.' Eandem vero fabulam sic paucis narrat Apuleius lib.

Digitized by Google

de Deo Socrat. 'Corvus, ut se vocalem præberet, quod solum deesse tantæ ejus formæ vulpes simulaverat, crocitare adortus, præda, quam ore gestabat, seductricem compotivit.' *Rig.*

De fenestra] Idem saxum volvit Æsopus fab. 208. Gabrias fab. 19. Aphth. fab. 29. Anon. fab. 15. Experitur hic adulationis laqueos corvus, cujus ipse alias imago, tam rapacitatis ratione, quam similitudine Græcæ vocis. Vide Agapet. Diac. cap. 12. *Prasch.* Latinissime Testamentum Vetus Porcelli: 'Adfer mihi de culina cultrum.' Ennius apud Nonium in *prognaviter:* 'Animam de corpore mitto.' Sic 'fugere de civitate,' Fabius usurpavit. Ulpianus lib. VII. ff. de furt. 'furtum facere de domo.' Pro *fenestra, canistro* Heinsius maluisset. Possumus tamen *fenestram* accipere de quocunque foramine in muro aut pariete. Virgilius Æn. II. vs. 482. 'Ingentem lato dedit ore fenestram.' Donatus: 'Allusit de hostio ad fenestram; cæterum cavernam dicere debuit factam.' Sic Vitruvius lib. X. 22. 'Qua machina accessura erat, ea regione murum pertudit, et jussit omnes publice et privatim, quod quisque habuisset aquæ, stercoris, luti, per eam fenestram, per canales effundere ante murum.' Habes manifeste *fenestram* pro foramine, pertusione facta in muro. Sic interpres Bibliorum ad Cor. II. 11. 'Per fenestram in sporta dimissus sum per murum:' Græca ita habent: Καὶ διὰ θυρίδος ἐν σαργάνῃ ἐχαλάσθην διὰ τοῦ τείχους. Nihil aliud intelligitur, quam foramen in mœnibus, qualia habebant multa, ad emittenda tela. Hesychius: Θυρὶς, ὀπὴ μικρά. H. e. *Θυρὶς est parvum foramen.* Scheff. Heinsii emendationem optimam esse nullus dubito: in canistris enim edulia et cœnarum reliquiæ reponebantur. Horat. Sat. II. 6. vs. 104. apposite de mure: 'Multaque de magna superessent fercula cœna, Quæ procul exstructis inerant hesterna canistris.' Ubi Vetus Commentator a Cruquio editus: 'Canistrum sportula est, panibus, frustulis, et reliquiis cœnæ excipiendis.' Ita et Virgilius Æn. I. vs. 701. 'Dant manibus famuli lymphas, Cereremque canistris Expediunt.' Val. Flac. I. 253. 'Exta ministri Rapta simul veribus, Cereremque dedere canistris.' Juv. Sat. v. 74. 'Vis tu consuetis audax conviva canistris Impleri?' Stat. Theb. I. 528. 'His cumulare canistris Perdomitam saxo Cererem.' Nisi *fenestram* hic capimus, in qua cibi venales proponebantur, vel pendebant, ut inf. III. fab. 4. *Burm.*

4 *Residens*] Ut supra fab. 12. 'restitit.' Virg. Æn. v. 'Siccaque in rupe resedit.' *Scheff.*

Hunc vidit vulpes] Hæc enim Æsopii chori veluti dux est. Χρῆται γὰρ αὐτῇ ὁ Αἴσωπος διακόνῳ τῶν πλείστων ὑποθεσέων, ὥσπερ ἡ κωμῳδία τῷ Δαΐῳ, ut est in Iconibus, Philostrato adscriptis. *Prasch.* Forte leg. *Vulpes adivit, deinde sic cœpit loqui.* Heins. *Vidit* bene se habet. Æsopus fab. 208. Ἀλώπηξ δὲ τοῦτον θεασαμένη. Et ita quoque Aphthonius. *Deinde sic cœpit loqui* non rejicio.

Hunc vidit vulpes, dehinc sic occœpit loqui] Mss. Rem. *Vulpis hunc vidit, dehinc sic cœpit loqui.* Salmas. *Vulpes ut vidit, sic dehinc cœpit loqui.* Mss. Wissenb. *Vulpis hunc vidit, deinde sic cœpit loqui. Vulpis* pro *vulpes*, error describentium est; quamvis autem *occœpit* Plautinum sit, tamen Phædrus semper aliis in locis *cœpit*, græcismo ipsi familiarissimo. Sic lib. I. fab. 2. 'Corripere cœpit singulas.' 'Fugere cœpit,' lib. I. fab. 12. 'Inlicere cœpit,' lib. I. fab. 8. Fab. sequenti: 'facere cœpisset.' 'Flagitare cœpit,' lib. I. fab. 19. 'Cœperunt bibere,' lib. I. fab. 20. et eodem fab. 26. Lib. I. fab. 29. 'Orare incipit.' Lib.

Digitized by Google

II. fab. 2. 'Cœperunt legere.' Lib. II. fab. 5. 'Cœpit conspargere,' et infinitis aliis locis. Porro illud *deinde*, quod extat in Ms. Wissenb. præterquam quod metrum id postulet, vera est atque huic loco conveniens lectio; hoc enim dicit Phædrus: Quum corvus, quod rapuerat, vellet comedere, vulpes hunc vidit, *deinde*, hoc est, post brevem meditatiunculam, qua potissimum astutia corvo caseum eriperet, cœpit oratione ad fallaciam composita sic loqui. Eleganter sic sæpe Phædrus utitur illa particula. Sic lib. I. fab. 3. 'Seque exornavit, deinde contemnens suos:' et lib. IV. fab. 19. 'Des primum veniam, deinde si pulchre vides.' Sic lib. III. fab. 7. 'Lupus forte occurrit; deinde salutantes invicem, Ut restiterunt: Unde sic, quæso, nites?' Ita enim ibi legendum est: et contra mentem Phædri et Codices Mss. transposuit Pithœus. *Gud.*

6 *Qui*] Qualis, quam magnus atque admirabilis! Nam intendit sensum. Cicero de Divin. I. 'Xenophon Socratius, qui vir et quantus!' *Schef.* Ms. Vossii habet, *quis pinnarum.* Heins. Ita perpetuo variant codices, et quamvis non multum interesse censeam, præferrem tamen *qui.* Ita apud Ovid. Art. II. 361. 'Qui stupor hic, Menelaë, fuit?' Trist. III. 11. 5. ex Mss. 'Qui gradus ulterior.' Trist. IV. 1. 23. 'Qui me deceperit error.' Valer. Flac. IV. 704. ut ante Carrionem legebatur: 'Heu qui datus iste Deorum Sorte labor nobis?' Vid. Pier. ad Virg. Æn. VI. 561. qui recte et lib. IX. 728. 'qui casus agat res,' ex auctoritate Charisii reponit: quod firmat Ovidii locus Met. XIV. 162. 'Qui te casusve, Deusve, Servat, Achæmenide?' *Burm.*

Nitor] Splendorem intelligit, quamvis paulo minus sit *nitor*, quam *splendor:* cum hic quasi radios emittat, *nitor* minime; id quod volebat Plinius, quando lib. XXXVII. 2. de vasis myrrhinis: 'Splendor his sine viribus, nitorque verius, quam splendor.' Vires enim eas intelligit, quæ, velut fulguris aut radiorum solis, oculos percellunt. *Schef.*

7 *Geris*] Ex germana et ingenua Latinitate, *gerere* pro habere. Ita Virgil. 'Gerens vocem Methysci.' Ita Terent. 'Infirmum animum gerunt.' Ita Salustius, et optimi quique. *Fab.* Ex germana et ingenua Latinitate *gerere* posuisse pro, habere, ait Faber. Bene, quanquam *gerere* non solum sit sic simpliciter habere, id est possidere, quam sic habere, ut et tu præferas, et alii id respiciant ac observent. Et huc spectat ille locus Virg. a Fabro laudatus ex Æn. XII. 'Cuncta gerens, vocemque, et corpus, et arma Metisci.' Cui nunc adjungo alium similem ex Æn. I. ubi pariter sic usurpatur: 'Virginis os habitumque gerens, et virginis arma.' Curtius quoque ita lib. III. 3. 'Eminebant duo aurea simulacra cubitalia, quorum alterum Nini, alterum Beli, gerebat effigiem.' *Schef.* Locis Scriptorum a Fabro congestis adjicio Plautinum, qui est in Truculento, IV. 4. 17. de mure. 'Qui, si unum ostium obsideatur, aliud perfugium gerit.' *Axen.* Vide ad Calpurn. Flacc. Decl. XIII.

8 *Nulla prior ales*] Usitatius est Poëtis *ales* genere masculino. Aliquando tamen et feminino reperitur. *Ritt.*

Prior] Puta *te*, quod intelligendum; *prior* autem est, melior, seu potior, præstantior: quoniam sic prævaluisset rebus omnibus, nec pulchritudine solum, sed et voce. Virgil. Æn. XI. 'Hic pietate prior.' Adde Serv. ibi. *Schef.* *Prior*, id est, pulchrior. Horat. Carm. IV. 10. 'Nunc et qui color est puniceæ flore prior rosæ.' Ubi vetus scholiographus: 'Prior: pulchrior.' *Axen.* Sic in Priapei. Carmine 45. 'Num tandem prior es puella, quæso?' id est, pul-

Digitized by Google

chrior. Ita 'prima puella,' Ter. Eunuch. III. 5. et de quacunque re, quæ præstat, ut 'prius fœdus' Flor. I. 16. non tempore, sed religione: et ita passim. *Burm.*

9 *At ille stultus dum, &c.*] *Ostendere* hic pro ostentare, jactare, ut apud Virgil. Æn. v. 376. 'Ostenditque humeros latos.' Ubi Servius male Virgilium reprehendit: unde patet quam inconcinne Gebhard. Crep. III. 10. voluerit hic legi, *voce os tendere*. Burm.

Dum vult vocem ostendere] Apuleius: 'Dum vult clarissime clangere.' *Rig.*

Ostendere] 'Pro, ostentare.' Salmasius. *Gud.*

10 *Emisit*] Sic Terent. Phorm. v. 5. 'Emissa est manu.' Supra fab. 5. 'Ore demisit cibum.' Sic enim ibi legi oportere dixi tum, et vel locus hic confirmat. *Schef.* Forte melius hic legi posset, *Amisit*. Ita Curtius, de corvo quoque verba faciens, l. IV. c. 6. n. 11. 'Forte prætervolans corvus glebam, quam unguibus ferebat, subito amisit.' Et idem lib. IX. 26. 'Nolite maturos fructus per inertiam amittere e manibus.' Apulei. Metamor. VI. 'Ut vel unam de manibus amittas offulam.' Ad quem locum v. Pricæum. Ita et Cicero Verr. III. 13. 'Cum rem de manibus amisisses.' Sic apud Lucret. IV. 507. Lambinus legit: 'Quam manibus manifesta suis amittere quæquam:' pro *emittere*, et egregie vindicat. Nec recte puto Muretum et Acidalium apud Auctorem Dialogi de Orator. cap. 5. pro 'Amittit studium,' *Emittit* legere: nam sic passim apud Ciceronem, Livium, et Cæsarem, 'amittere occasionem.' An tamen non rectius *Omisit* legendum sit, dubitationem injicit Acron ad Horat. Sat. II. 5. vs. 56. ubi hanc eamdem fabulam, ad quam adluserat Horatius, refert his verbis: 'Corvus, cum prædam ore portaret, laudatus a vulpe, quod bonam vocem haberet, clamare incipiens, omissam prædam perdit.' Et L. Septimius (Dictyn Cretensem vocant) lib. v. 7. 'Avis aquila stridore magno immittit se, atque extorum partem eripit, moxque supervolans ad naves Græcorum pergit, ibique raptum omittit.' Apud Terent. Adelph. v. 8. 'Non omittis,' Micio dicit Demeæ, qui manibus eum tenebat. Senec. Agamemn. 141. 'Proinde omisi regimen e manibus meis.' Vide et ad Ovid. Amor. II. 1. 17. *Burm.*

11 *Vulpes*] Ms. *vulpis*. Heins.

12 *Tum demum*] Eleganter notat judicii tarditatem. Terent. Heaut. II. sc. 3. 'Vah! nunc demum intelligo.' Adde Andr. v. sc. 3. ibique Donatum. *Scheff.*

Corvi deceptus stupor] Id est, Corvus stupidus. Sic 'error Herculis,' id est, Hercules errans, ut dixi in Verisimilibus. Sic Virgilius in prolusionibus 'noctuinum' vocat 'hâtuporem,' id est, hominem stupidum: et Catullus similiter: 'Talis iste meus stupor nil videt, nihil audit.' De quo infra sub finem. *Schiop.* Id est, corvus stupidus; aliquot exempla ad Oppianum Vir doctiss. Conradus Rittershusius congessit: hæc autem erit mea symbola. Apud Martialem, 'doctorum corda virorum,' id est, docti viri. Apud Euripidem, ἐμὸν δέμας pro, me: τὸ σὸν δέμας pro, te, apud eundem in Hecuba. Ita ὦ μητρὸς ἐμᾶς σέβας, pro ὦ μῆτερ σεβασμία: ita Μέμνονος βία, pro Memnone ipso apud Pindarum, et alibi, Αἰακοῦ παῖδεν τ' ὀργαὶ (quo loco ὀργὴ indoles est) pro Æacus et filii. His addas lepidum illud Ennii, 'Olli respondit suavis sonus Egeriai.' Id est, *si suaveloquens Ægeria respondit*. Ita 'meum cor' pro, ego, apud eundem pag. XXVII. collectionis Scriverianæ. Ita denique apud Persium 'cor Ennii,' pro Ennio ipso. *Fab.* Dictum est supra c. 8. Adde quoque Barthium Adver. lib. LII. 3. *Stupor* refertur ad animum, et usurpatur de

eo, qui et illa non intelligit, quæ ab omnibus intelliguntur. Ἀναισθησίαν Græci vocant, de qua vide Theophrasti Characteres, et ibi Casaubonum. *Schef.* Mss. libri hic exhibent: *Corvus cur dolosis fuisset deceptus fraudibus ignavius.* Vossii codex habet, *Cerdonis dolos.* Lege: *Tunc demum ingemuit corvus delusus dolos*, vel *strophas*, ut in fabula sequenti. *Heins.* Nil muta.] Senec. Suasor. II. 'Corvo stuporis testimonium reddendum.'

13 *Hac re*] Id est, hac fabula, hac narratione, hoc exemplo, hoc argumento: infra fab. 27. 'Hæc res avaris esse conveniens potest.' *Axen.*

Hac re probatur quantum ingenium valet, Virtuti et semper prævalet sapientia] Ausonius tetrastico in Severum Pertin. 'Punica origo illi, sed qui virtute probaret, Non obstare locum, quum valet ingenium.' Respicit autem Ausonius absque dubio fabulam hanc de vulpe et corvo, immo hoc ipsum ἐπιμύθιον Phædri, quod res et verba ista indicare videantur. Sed re ipsa Ausonius Severum voluit comparare Æsopeæ huic vulpi; nam ut vulpes, cum inhiaret caseo, virtute sua probaret, quantum valeret ingenium, neque ipsi obstare locum, etiam non celsissimam arborem, cui corvus insidebat; similiter Severus, inhians imperio, virtute atque astutia vulpina probavit, non obstare celsitudinem loci, quum ingenium valeat. Sed omnino verius esse existimo, primum hunc versiculum esse spurium et irreptitium, a Monacho glossatore formatum ex hoc Ausoniano disticho: explicaturo enim apud Phædrum, quomodo virtuti prævaleat sapientia, in mentem illi venit illud Ausonianum, 'Virtute probasi, Non obstare locum, quum valet ingenium.' Unde, ut solebant tum temporis, sive historicorum sententias, sive gnomicos quosvis veterum Poëtarum versiculos in monostichos iambos redigere, quod aliquot mille exemplis Gruterus ostendit, glossator formavit hunc iambum ad marginem Phædri, mutatis paucissimis verbis. Nam cum in Ausonio reperisset, 'Virtute probari, Quum valet ingenium;' ille pro *Virtute* posuit *Hac re;* respiciens ad primam in Phædri genuino versiculo vocem *Virtuti*, quam ita voluit explicare, secutus Ausonium, quamvis parum apte; deinde *quum* fecit metri caussa *quantum*, non animadvertens Latine non dici *quantum valet*, sed *quantum valeat.* Deinde spurium et ἄμουσον hunc esse versiculum ex antiquissimo codice fabularum Æsopiarum Wissenburgensi patet, in quo Phædri pleræque fabulæ satis ampla paraphrasi explicantur, in quo nec vola neque vestigium hujus inepti versus exstat; sic enim redditur ultima pars fabulæ: 'Tunc vero corvus ingemuit stupore deceptus; multi, quod viribus non possunt, sapientia explicant.' Ubi recte et eruditius, quam a Monacho fieri potuisset, explicatur illud *Virtuti* (sic enim scribendum est apud Phædrum, *Virtuti semper prævalet sapientia*, ut et Salmas. ad oram libri notavit) de viribus, unde vetustas illius Paraphrastæ apparet. Vides autem egregie putidum illum versum omitti, quod sane non fecisset, si eum in suo exemplari reperisset, cum, Phædri vestigia proxime premens, nullum verbum alicujus momenti intactum relinquat; deinde etiam, ut monet Priscianus, ad fabulatio, sive oratio, qua utilitas fabulæ docetur et retegitur, quam Græci ἐπιμύθιον vocant, a quibusdam prima, a plerisque postrema ponitur; apud Phædrum, sæpius primo, nonnunquam etiam extremo, sed nunquam in una et eadem fabula utrobique et prime et ultimo loco reperitur, ut hic factum est. Nam cum adsit elegans προμύθιον, et Poëta more suo fabulæ summam satis jam tradidisset in initio fabulæ duobus illis versiculis, 'Qui se laudari,' &c. quis non videt,

Digitized by Google

valde absurdum esse iterum in fine Poëtam intervenire, dictantem aliud ἐπιμύθιον? Hoc autem voluit ille glossator, qui istum versiculum nobis intrusit: cum enim non caperet, quo pertineret ultimus ille versiculus, *Virtuti semper prævalet sapientia*, addito suo fictitio, Phædrum, qui adfabulatoris officio in principio fabulæ jam functus erat, denuo fecit loquentem. Frustra et inepte, cum non intelligeret artificium Phædri; perquam suave enim et elegans in fabulatore nostro est, si quid amplius præter ἐπιμύθιον lectorem e fabula monere vult, id plerumque uno γνωμικῷ versiculo ad finem fabulæ aliis disserendum committere: scilicet, ut animalia et alii, in fabulis loquentes lusus jocosque suos, ultimo versiculo ad Epigrammatis exemplum non quidem acuta adeo, sed gravi, ut decet, sententia lectorem dimittant. Sic lib. I. fab. 26. 'Peregrinam sic locutam volucrem accepimus: Sua quisque exempla debet æquo animo pati:' et lib. III. fab. 8. lupus, speciosam libertatem animose repudians, canem ita dimittit: 'Regnare nolo, liber ut non sim mihi.' Sic lib. III. fab. 18. Jupiter tali effato desinit: 'Nisi utile est, quod facimus, stulta est gloria:' et lib. III. fab. 12. 'Id demum est homini turpe, quod meruit pati.' Ita enim hoc loco fingitur corvus, deceptus, et sero sapiens et ingemiscens, dicere hanc sententiam: 'Tum demum ingemuit corvi deceptus stupor: Virtuti semper prævalet sapientia.' *Ingemuit* hic valet idem ac cum gemitu dicere. Sic Statius Theb. [illegible]. XI. fin. 'An ne prope limina clam Ingemat?' Et statim, 'Vires [illegible]utas ingemit:' hoc est, cum gemitu queritur. Idem lib. XII. initio: [illegible]mitus tandem erupere paterni: [illegible]isi magnanimus tantæ te laudis [illegible]et Ardor, Echionios mecum vehemande penates, Atque ultra recture [illegible]ter.' Hoc est, pater cum gemitu tandem exclamat. Eodem modo noster lib. V. fab. ult. 'Cui senex (canis) contra latrans;' id est, latrando objiciens. Sic Stat. Thebaid. lib. XII. vs. 780. 'Nec non prius ore superbo Intonat,' id est, cum fremitu proclamat. Nonnunquam vero additur aliud verbum. Sic Ovid. Metam. VII. 'Æacus ingemuit, tristique ita voce loquutus.' Ovid. Metam. lib. VIII. in fin. 'Gemitus sunt verba secuti.' Apud Phædrum vero gemitus verba secuta sunt. Idem Metam. lib. XI. 'Tum demum ingemuit: Neque, alt, sine numine vincis.' Quod plane respondet Phædri loco; nam illud *ait* in ejusmodi confabulationibus et omitti et addi potest. *Gud.*

Quantum ingenium valet] Laborare hunc versum adnotatum quidem est asterisco. Vide num levi mutatione legendum, *Hac re probatur, ingenium quantum valet.* Nev. In *quantum*, τὸ *m*, ut sæpe apud Phædrum, non eliditur. *Prasch.* Vel transponenda verba sunt, vel elementum *m* syllabam in sese inclinatam sustineat necesse est. Vide quæ ad fab. 4. dicta fuerunt. *Fab.* Hic syllaba ultima non eliditur, ut monuit Rittershusius, et repetiit Faber in suis. *Schef.* Hos vero duos versus delendos, ut spurios, notavit ad marginem Heinsius; quia Phædrus, quo fabulæ suæ pertineant, sæpe ante ipsam narrationem, raro post narratam prodit fabulam, non vero utroque simul loco: et versum priorem ejecit, duce Gudio, ex sua editione Hoogstratanus. Nos nobis tantum non permittimus. *Burm.*

Quantum ingenium valet] Sic Avienus fab. 40. Vulpi consilium tribuit: 'Vade, ait, et pictæ nimium confide juventæ; Dum mihi consilium pulcrius esse queat.' *Rig.*

Quantum ingenium valet] De præstantia ingenii multa notavi olim ad Oppianum, quæ huc conferri possunt. Τὸ *m* non eliditur hic ante vocalem. Exempla similia sunt apud Lucreti-

Digitized by Google

um et Q. Serenum Sammonicum. *Ritt.*

20 *Virtute*] Mallet Rittershusius, *Virtuti*. Et sic Barthius quoque ad Grat. p. 36. Salmas. ad Spar. p. 26. Quid? si *prævalere virtute* sit, valere præ virtute, hoc est, ante virtutem, et sic ponatur in respectu ad præpositionem, quæ componit verbum. Quomodo 'incumbere arma' etiam in Sallustio reperitur. Quanquam cum in vet. cod. absit *semper prævalet sapientia*, Neveletus corrigat: *Hac re probatur ingenium quantum valet.* Etiam Heinsius versum ultimum, ut spurium, repudiat. *Schef.* Hoc loco *virtus*, vis est, ῥώμη. Videlicet primis Urbis temporibus τὸ *virtus* aut ἀνδρεῖαν significabat, aut robur. Inde illud Ennii, 'Melius est virtute jus:' idque adeo verum est, ut a Plutarcho quoque, primulo statim Coriolani initio, sit observatum. Verba prudentissimi scriptoris sunt: Ὅλως μὲν οὖν ἐν τοῖς τότε χρόνοις ἡ Ῥώμη μάλιστα τῆς ἀρετῆς τὸ περὶ τὰς πολεμικὰς καὶ στρατιωτικὰς ἐκείθασνε πράξεις. Καὶ ἐμαρτυρεῖτο τὴν ἀρετὴν ὑπ' αὐτῶν ἀπὸ τῆς ἀνδρείας (virtutis) ὀνόματι προσαγορεύεσθαι· καὶ τοῦτο τοῦ γένους ὄνομα κοινὸν ὑπάρχειν, ᾧ τὴν ἀνδρείαν ἰδίᾳ καλοῦσιν. Hæc Plutarchus. *Fab.*

Virtute] Malim *Virtuti*. Cæterum sententia hæc manifeste translata est ex hisce Ennianis versibus: *Melius est virtute jus. Nam sæpe virtutem nanciscuntur mali. Jus atque æquum se a malis spernit procul.* Ritt.

FABULA XIV.

1 *Malus*] Artis suæ imperitus. Sic 'poëtam malum' dixit Cicero in De Nat. Deor. *Schef.* 'Malus medicus' Cicer. ad Fam. IV. 5. et Senec. de Clement. I. 17. Ita κακὸς ἰατρὸς Æschyl. Prometh. 472. et contra Horat. Sat. I. 3. 'sutor bonus.' 'Malus Citharœdus' Suet. Ner. 40. *Burm.*

Malus sutor] Ex malo sutore malus medicus, et Chironica arte institutus: οὐ χείρων, ἀλλὰ χείρων. Vetus Gloss. 'Pessimus: κάκιστος, χείριστος, ἔσχατος, χείρων.' Notavi ad Onosand. p. XI. *Rig.*

Deperditus inopiæ] Eleganter, de eo, cujus facultates omnes sic exhausit, ut jam sutor esse diutius non posset. Plane sicut Germani *verderben*. Est autem hic omissa conjunctio, ut supra fab. 10. 'Oppressum ab aquila, fletus edentem.' Ubi vide, quæ notavi. Quanquam, nescio quomodo, mihi rectius videatur, *inopiaque perditus*. Nam *deperditus* haud facile sic reperias. At *perditus* est apud optimos scriptores. Ipse Cicero pro Domo c. 44. 'Quem in numerum ex multis Clodiis nemo nomen dedit, nisi aut egestate aut scelere perditus.' *Schef.* Cic. de Provin. Cons. c. 5. 'Non solum bona, sed etiam honestatem, miseri deperdiderunt.' Val. Max. VII. 3. 8. 'Amore scorti deperditus.' *Burm.*

2 *Medicinam facere*] Aliter hic usurpat, quam supra fab. 9. Hic enim *facere medicinam* est, artem eam exercere. Quod miror Rittershusium præteriisse, hosque locos pro iisdem habuisse. Plautus isthac ratione dixit, 'Facere artem ludicram,' in Aulul. Act. IV. Sc. 3. Cicero in Verrin. 'Facere argentariam;' item, 'Facere mercaturam.' Supra non dicebat, 'Fecit medicinam,' absolute; verum, 'Fecit medicinam illi;' contra quam hic loquitur. *Schef.* Ita Græci ποιεῖν τὴν ἰατρικήν. Alfenus

Digitized by Google

Jurisconsultus in l. XXVI. ff. de operis libertor. 'Medicus libertus, quod putaret, si liberti sui medicinam non facerent, multo plures imperantes sibi habiturum, postulabat, ut sequerentur se.' Ita dicuntur, qui vecturis vivunt, 'vecturam facere;' Varr. de re Rust. I. Notum etiam vulgare diverbium: 'Artem pudere proloqui, quam factites.' *Axen.* Ita 'Facere lenocinium,' Sueton. Calig. 40. et 'Lanam facere,' Ovid. Met. VI. 31. et Epigr. Veter. Pithœi p. 121. et 'Barbatoriam facere,' Petron. LXXIII. ita enim malo nunc exponere pro, artificium tonsoris exercere: sic 'Topiariam facere,' Cicer. ad Q. F. III. 1. 'Navicularium facere,' Ver. v. 18. ubi vide Cl. Græv. et cap. 59. 'Argentariam facere,' et similia. *Burm.*

3 *Falso antidotum nomine*] Ita I. Timot. 6. 20. Vulgatus 'falsi nominis scientiam;' ad quem locum consule Pricæum. *Axen.* Pro, falsi nominis antidotum; id est, quod falso habebat hoc nomen; an potius, sub falso illo nomine, quomodo Juvenalis ait, 'falso nomine poscere,' Sat. I. *Antidotum* medicamentum est, quod contra venena datur. Cornel. Celsus, medicus latinissimus, et qui sub Augusto vixit, lib. v. 'Antidota raro, sed præcipue interdum necessaria sunt.' Adde cetera. Nam inde discas, proprium esse artis nomen, quo propterea Seneca, et Plinius deinde, et Quintilianus usi sunt. *Schef.*

4 *Verbosis strophis*] *Verbosas strophas* vocat eleganter, composita in elegantem speciem verborum multorum veluti decipula. Cicero 'Laqueos verborum' appellavit in Cæcina. Et sunt *strophæ* proprie laquei decipiendis feris. *Schef.* Proprie: nam, ut monet doctissimus scholiast. Aristophanis, στροφαὶ λέγονται καὶ οἱ συμπεπλεγμένοι καὶ δολεροὶ λόγοι. Aliquando latius patet, ut apud Platonem in tertio Πολιτειῶν p. CCCCXL. edit. Læmarianæ: Δεινὸν ὂν περὶ τὸ ἀδικεῖν, καὶ ἱκανὸς πάσας στροφὰς στρέφεσθαι. *Fab.* Martial. Ep. III. 7. 'Nihil stropharum est: jam salarium dandum est.' Hinc adjectivum *strofosus*, quod in Glossario δόλιος exponitur. *Burm.*

Verbosis strophis] Vetus Glossarium: 'Συνεστραμμένη ὁμιλία: Tortiloquium.' Martialis Ep. III. 7. 'Nihil stropharum est: jam salarium dandum est.' Ep. lib. X. 8. 'Jam stropha talis abit.' Vetus Gloss. Ms. 'Στροφάς· Ἀντιλογίας, διαστροφάς.' Hippocrates: Νόμῳ ταῦτα ὧν χρὴ ἐς τὴν ἰητρικὴν τέχνην ἐνεγκαμένους, καὶ ἀτρεκέως αὐτέης γνῶσιν λαβόντας, οὕτως ἀνὰ τὰς πόλιας φοιτεῦντας, μὴ λόγῳ μοῦνον, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ ἰητροὺς νομίζεσθαι· ἡ δὲ ἀπειρίη, κακὸν θησαυρὸς, καὶ κακὸν κεκμήλιον τοῖσιν ἔχουσιν αὐτέην, καὶ ὄναρ καὶ ὕπαρ. Eundem etiam vide περὶ τέχνης. *Rig.*

Verbosis acquisivit sibi famam strophis] Ut solet illud agyrtarum et circumforaneorum genus, non solum famam, sed et rem facere: 'Aures verbis divitant Alienas, suas ut auro locupletent domos:' ut Accius vetus poëta de auguribus fecit, quibus nihil se credere ait. Versus refert Nonius in Divit. Et alius poëta Pacuvius hoc genus hominum censet magis audiendum, quam auscultandum, id est, quam eis obsequamur. Versus ejus sunt apud Ciceronem in fine lib. I. de Divinat. quorum in primo legendum puto, *Nam istos:* ubi vulgo, 'Nam istis.' *Istos audiendum* Græcismus est elegans: ἀκροατέον αὐτούς. Exempla similia ex Plauto, Lucretio, Symmacho, jam ab aliis, præsertim Schoppio nostro Verisimil. lib. III. 3. sunt observata, quæ non compilabo: sed iis et hoc addendum dico. *Ritt.*

Adquisivit] Ms. *adquesivit strophis:* id est, fraudibus, imposturis; a *stropha, strophiarius, strophicosus,* impostor, fraudator. Martialis Ep. lib. II. 8. 'Jam stropha talis abit.' Prudentius Ἀποθ. I. 'Captiosis sycophantarum strophis.' 'Tortiloquium:' Gloss.

Digitized by Google

Vet. 'strophæ:' Gloss. '*Stropha*: Torcinus, fraus, nequitia involuta. *Strophiarius* seu *strophiosus*: Impostor, fraudator.' *Gud.*

5 *Hic*] Eleganter pro, tunc. Sic supr. fab. 6. 'Hic auritulus Clamorem subito tollit,' et II. 9. 'Hic bos latenti,' et v. 9. 'Hic tum venator dolens.' Terent. Hecyr. I. 2. 'Hic animus partim uxoris misericordia devinctus.' Ubi Donatus: 'Hic: pro, tum,' citatque Virgilium: 'Hic annis gravis atque animi maturus Alethes.' Cicero Acad. Quæst. II. 'Hic Catulus; Etsi heri, inquit,' &c. Idem pro Cluentio: 'Hic tum Fabricius, non modo ad me meos vicinos et amicos non adduxit.' Idem Verr. III. 'Hic tum alius ex alia parte.' *Axen.* Elegantissime pro, Tunc, Eo tempore. Ita lib. II. 8. 'Hic bos latenti.' Curt. IV. 4. 'Hic rex fatigatus statuerat Ægyptum petere.' Cicero in Ver. v. 'Hic illi flentes rogare atque orare cœperunt.' Particula ex media latinitate deprompta. *Schef.* Valer. Max. I. 7. 1. ext. 'Hic dux: Italiæ vides, inquit, vastitatem.' Ovid. Met. II. 126. 'Si potes, hic saltem, monitis parere paternis:' et ita passim Virgilius, Terentius, et alii. *Burm.*

Jaceret] Decumberet. Bene, de ægrotantibus. Cic. Ep. IX. 20. 'Ego, te jacente, bona tua comedam.' Ita infra c. 21. hujus libri. *Schef.*

6 *Rex*] Rex hic, qui summam tenet Reipublicæ. Atque sic antiquitus appellabantur singularum quoque urbium moderatores. *Urbis ejus*, scilicet in qua exercebat medicinam. Quanquam ego mallem hoc pronomen jungere cum sequenti vocabulo *experiendi*, ut sit similis locutio isti Plinianæ, 'Illorum videndi gratia.' *Schef.*

Rex urbis ejus] Melius distinguitur, *Rex urbis, ejus experiendi gratia.* Gud.

Ejus experiundi] *Experimur* eos, qui suam nobis operam locant, mercenarios, inquam, cum eorum opera utimur. Plaut. Mercat. 'Co. Vin' me experiri? Ly. volo. Co. mercedem cedo.' Nec satis decore sibi consuluit Lambinus, dum ibi *experiri* interpretatur, 'jure et judicio tecum contendere;' quin cocus conductus ait se paratum esse operam suam præstare: quam si uti et experiri nolit, debere eum tamen mercedem dare. *Schopp.* Scheppius hoc loco: '*Experimur* eos, qui suam nobis operam locant, mercenarios, inquam, cum eorum opera utimur.' Optime; at huic loco minime accommodate, quippe in quo longe aliud quid innuitur. *Experiri* hic est, explorare, tentare. Hoc enim Noster vult, accersivisse medicum hunc novum, et adhibuisse commentum, de quo sequitur, ut per id cognosceret artem atque fidem ejus. Nempe sic in usu fuit apud veteres, cum de medicina esset dubium. Elegans est exemplum apud Apuleium Asini, lib. X. in sceleratissima fraudulentissimaque muliere. 'Non prius,' inquit, 'medicorum optime, non prius charissimo mihi marito trades istam potionem, quam de ea bonam partem hauseris ipse. Unde enim scio, an noxium in ea lateat venenum?' Plautus in Pseud. 'Nunc ego te experiar, quid ames, quid simules.' Cornel. Nepos in Alcib. 'In hoc natura, quid efficere possit, videtur experta.' Velleius II. 28. 'Hæc naturalis exempli imitatio ad experiendum Sejanum Cæsarem protulit.' *Schef.* Forte legendum *hujus experiendi*, vel *reii experiendæ*, ut supra ab fab. 12. *Heins.* Terent. Hecyr. v. 2. 'Hanc nunc experiamur.' Eodem sensu Florus lib. I. 5. 'Quem rex in experimentum rogavit:' et cap. 13. 'Ut in experimentum illatam putem divinitus calamitatem.' *Burm.*

7 *Fusa aqua*] Ovidius Metam. XIV. 404. 'Fusos latices.' *Heins.*

9 *Bibere*] Forte legendum *Obbibere.* Heins. Hoc verbum in antiquis Ci-

Digitized by Google

cerônis editionibus Tuscul. I. 40. reperitur, postea tamen a viris doctis expulsum; et pro eo *obduxisset* repositum; quod defendunt Victorius et Schottus ad Aurel. Victor. de viris Ill. cap. 76. et ita Senec. Troad. 1163. 'Obduxit statim, Sævusque totum sanguinem tumulus bibit.' Ita *obsorbere* apud Hygin. fab. 125. recte defendit Munckerus. *Obbibere* forte etiam Ovidio reddi posset Art. Am. III. 763. ubi codices scripti, 'Hoc bibe, qua patiens caput est,' et legi *Obbibe*. Richterus per caras Musas jurat, se malle *Ebibere:* sed hoc est pro libidine cuncta mutare. Quia vero Heinsiana hæc correctio, ut semper, ita hic quoque, displicet Gronovio, qui ex ultima syllaba τοῦ *toxicum* repetita mavult, *Tum bibere;* posset aptius legi, *Combibere jussit*. Horat. Od. I. 37. 'Ut atrum Corpore combiberet venenum.' *Burm.*

Posito præmio] Suspicio est, Phædrum hæc, ut alia, e fontibus maximi Poëtarum delibasse, qui Æn. lib. v. 'Invitat, qui forte velint, et præmia ponit.' Apulei. Miles. I. 'Hæc tibi merces posita est.' *Axen. Posito*, pro, proposito. Imitatione Virgilii, qui Æn. lib. v. 'Invitat preciis animos, et præmia ponit.' *Schef.* Jul. Obseq. LXXXV. 'Quæ avis, præmio posito, ab aucupe capta.' Apulei. Met. I. 'Hæc tibi merces posita est.' Hinc ludi, in quibus palma posita erat, θεμιστικοί. Vide Comm. ad Marm. Oxon. III. Martial. Spectac. 29. 'Lex erat ad digitum posita concurrere palma.' *Burm.*

10 *Timore mortis*] Imminentis ex haustu poculi toxicati, sicut credebat. Quod scribo, ne quis erret, ac de timore a rege accipiat. *Schef.*

11 *Non artis ulla medicum se prudentia*] Scientia, peritia; sic 'Prudentiam literarum,' Cicero, et 'Prudentiam operum,' Ovidius. Pari sensu apud Columellam lib. II. 22. 'Prudens agricolationis' legitur. *Schef.* Recte Heinsius *medicæ* corrigit. Ita fere semper loquuntur auctores. Hygin. fab. 101. 'Quibus Achilles respondit, se artem medicam non nosse.' Ubi vide Doctissimum Muncker. Ovid. Metam. II. 618. de Apolline: 'Medicas exercet inaniter artes.' Sic Curtius lib. VII. 4. 8. apposite ad mentem hujus loci, 'Artis magicæ magis professione, quam scientia, celeber.' *Burm.*

12 *Nobilem*] Refertur ad claritatem famæ. Nam præcedit: 'adquisivit sibi famam.' Curtius III. 6. 'Erat inter nobiles medicos secutus Philippus.' *Schef.*

13 *Addidit*] Cl. Gronovius, in suis ad me literis: 'Lego *edidit*, ut fab. 12. *Moriens vocem hanc edidisse dicitur.*' Idem Heinsius conjecit. *Schef.* V. supra ad fab. 12.

Addidit] Gronovius apud Scheffer um legit, *edidit:* ut fab. 12. *Moriens hanc edidisse vocem dicitur;* quæ conjectura etiam Heinsio in mentem venit. Sed recte est *addidit*, scilicet iis, quæ advocata in concione sutor ipse fatebatur. Sic lib. v. fab. 6. 'Ostendit ille prædam et adjecit simul.' *Gud.*

15 *Capita*] Vide supra cap. 7. Elegantissime hic autem usurpatur, propter sequens *pedes*, augetque dicti acrimoniam ex oppositione. *Schef.*

Capita vestra non dubitatis credere] Cato apud Gell. I. 15. 'Pharmacopolæ verba audiuntur, verum ei se nemo committit, si æger est.' *Gud.*

16 *Cui calceandos nemo commisit pedes*] Marcus Cato apud Gellium lib. I. 15. de quodam hujuscemodi nebulone et plano: 'Ita est cupidus orationis,' inquit, 'ut conducat, qui auscultet. Itaque auditis, non auscultatis, tanquam pharmacopolam; nam ejus verba audiuntur, verum ei se nemo committit, si æger est.' Scribonius Largus ad C. Jul. Callistum: 'Raro enim aliquis,' inquit, 'priusquam se suosque credat medico, dili-

Digitized by Google

genter de eo judicat: cum interim nemo ne imaginem quidem suam committat pingendam, nisi probato prius artifici.' Deinde subjungit: 'Quia sunt quidam, qui pluris omnia, quam se ipsos, æstimant.' *Rig.*

Calceandos] Calceis instruendos, muniendos. Probum verbum. Nam et Plautus, quamvis per jocum, 'Dentes calceatos' dixit in Capt. et 'Calceare soccis' usurpat Plinius ex Varrone lib. XXXVI. 5. *Schef.*

Commisit] In editione Pithœana et Rittershusiana est *commiserit*. Censeo legendum, *nemo commisit pedes*. Et est ἀρχαϊσμὸς notissimus, pro *commiserit*. Meurs. Conjiciebat Meursius *commisit*. Et sane ita postulat purioris Latinitatis ratio. Ita *pugnassit* pro, pugnaverit; *commossit* pro, commoverit; et alia id genus ὄνα ὠνύς. *Fab.* Meursius mallet *commisit*, antique, pro *commiserit*. Faber probat, itaque ait postulare purioris Latinitatis rationem. Videtur tamen et recepta lectio posse stare isto sensu: Vos nunc ei committitis capita vestra, cui nemo antehac commisit pedes. Eandem fuisse etiam Cl. Freinshemii sententiam, video nunc ex notis ejus ad hunc scriptorem, post ipsius obitum publicatis, atque lætor. Cæterum *committere* spem significat et fiduciam. Sic inf. II. c. 8. 'Hominumque tecto spiritum commiseris.' *Schef. Commisit* potest capi pro *commiserit*; sic *Credis* pro, credideris: Lucret. lib. v. 'Ne forte ex homine et veterino semine equorum Confieri credis centauros posse.' *Nescis* pro, nescieris apud Terent. Eunuch. IV. 4. *Ebullit* pro, ebullierit Pers. Sat. II. *Buchn.* Forte legendum *crediderit*, vel *committat*. Heins.

Commiserit] Recte v. c. teste Pithœo *commisit*, nam et metrum id postulat. *Ritt.*

18 *Quorum stultitiæ*] Ordo hic est: Quorum impudentia est quæstus stultitiæ, id est, qui per impudentiam suam quæstum et lucrum faciant apud homines stultos et imperitos. *Ritt.*

Quorum stultitiæ quæstus impudentia est] Lubentius legerim, *Quorum stultitiæ quæstus imprudentia est*, hoc sensu: Quibus uberrimus quæstus est; quis, quæso? imprudentia stultitiæ; id est, eis emolumento est aliorum fatuitas. Et hæc lectio occurrit in prima editione Rigaltii; quæ tamen, nescio qua ratione, immutata fuit in illa meliori Ann. M.DC.XXX. sed ego non possum non probare J. Georgii Grævii V. Cl. conjecturam, cujus me non ita pridem per literas participem fecit: ea est, *Quorum stultitia, quæstus impudentiæ est*; id est: Qui ita fatui sunt, ut quæstus ad impudentes devolet: vel, ut iis sit quæstus, qui gnaviter impudentes sunt. *Fab.* Putat Rittershusius, esse ordinem: Quorum impudentia est quæstus stultitiæ. Porro, *quæstum stultitiæ* interpretatur, quæstum apud stultos. Ego non existimo, Latinos formula hac ita uti, ut, cum Cicero ait de Off. I. 'Illiberales et sordidi quæstus mercenariorum,' intelligat, apud mercenarios, sed quos mercenarii faciunt apud alios. Sic ergo quæstus stultitiæ esset, quem stultitia facit. At hoc penitus repugnat menti præcedentiam. Itaque lego: *Quorum stultitia quæstus impudentiæ est*: ac interpretor de iis, quorum de stultitia quæstum sibi facit impudentia aliorum. Ita scripseram olim, cum ab amplissimo Gronovio literas accipio, quæ hanc conjecturam meam firmant. Sic autem habent: '*Quorum stultitia quæstus impudentiæ est*, i. e. quorum simplicitas et imperitia præbet quæstum improbis.' Addit tamen: 'Vel *quæstui*. Livius lib. IV. 30. 'Quibus quæstui sunt capti superstitione animi.' Sed et, *quæstus*, non male.' Eadem in mentem venisse olim Georgio Grævio postea ex notis Fabri observavi. Quanquam Faber ipse lec-

Digitized by Google

tionem aliam non rejiciat, eam nempe, quam habet prima editio Rigaltii, in qua pro *impudentia* legitur *imprudentia est*, hoc, sicut loquitur ipse, sensu: 'Quibus uberrimus quæstus est, quis, quæso? imprudentia stultitiæ; i. e. eis emolumento est aliorum fatuitas.' Et posset aliquis *imprudentiam stultitiæ* sic credere dictam, pro stultorum imprudentia. Verum nobis placent præcedentia. Sane etiam Freinshemius: 'Ego non dubitem, a Phædro scriptum fuisse: *Quorum stultitia quæstui impudentiæ est.*' Ita enim ibi, non *imprudentiæ*, scribendum esse liquet. *Schef.* Lege *Quorum e stultitia quæstus impudentiæ est.* Heins. Ego *stultitia* ablativi casus esse putem, et hunc sensum: Per quorum stultitiam lucrantur impudentes: ita Liv. XXV. 1. 'Et quæstus ex alieno errore facilis est:' quæ Heinsianam firmarent lectionem. Si *stultitia* nominativo casu capias, erit appositio: Stultitia aliorum est quæstus impudentium: ita Claud. Laud. Stil. I. 99. 'Hector Irato vindicta fuit, vel quæstus Achilli.' Apposite Valer. Max. lib. I. 8. de Chaldæis: 'Levibus et ineptis ingeniis, fallaci siderum interpretatione, quæstuosam mendaciis suis caliginem injicientes.' *Burm.*

Quorum stultitiæ quæstus impudentia est] Ms. *imprudentia*, probe! nam fatebatur, non 'artis ulla medicum se prudentia;' respicit itaque dementiam et stultitiam eorum, quorum errore et imprudentia quæstus est stultitiæ, et imperitiæ artis. Ita Phædrus II. 8. 6. dixerat 'Præmium est culpæ.' Sic eodem sensu lib. IV. fab. 8. 'Itaque quod multorum fugerat imprudentiam.' Sæpe confunditur autem *imprudentia* et *impudentia*. Sic Cæs. de Bell. Civil. lib. III. 'Integras vero tenere possessiones qui se debere fateantur, cujus animi, aut cujus impudentiæ est?' Sic meliores Ms. plerique; at Bong. teste codex recens *imprudentiæ*. Gud.

FABULA XV.

Asinus ad senem Pastorem] Eodem fere modo fabulatur Camerarius de Asino et Vitulo, p. 232.

1 *In principatu commutando sæpius*] In Ms. legitur, pro *sæpius, civium*; quod probum est, alterum a glossatore adscriptum. *Principatus civium*, ut 'Princeps civium' in Inscrip. Sutr. apud Gruter. p. 355. 8. 'Princeps Sabinorum,' ut notavimus ad Gruteri paginam 305. 7. Vid. apud Grut. p. 472. 4. ubi 'Princeps Civitatis Nicopolitanorum.' Itaque *principes civium* dicebantur primores civitatis. Cæs. de Bell. Gall. lib. v. 4. 'Principibus Trevirorum ad se convocatis.' Atqui hi principes Tacito Histor. v. appellantur *Senatores*. Vide plura ad fab. 31. hujus libri; hic autem non puto de tali principatu civium agi, sed vocem *civium* referendam ad *pauperes*, ut *pauperes civium* dicantur plebeii, humiles, eodem modo ut Virgil. Æn. lib. IV. dixit, 'Sancte Deorum.' Et Plin. 'Lanarum nigræ nullum colorem bibunt.' *Gud.*

Principatu] Generatim sic appellat imperium quodvis. *Schef.* Immo Romanos respicit, quorum imperatores adhuc *Principes* ex Augusti instituto dicebantur, ut notissimum.

Sæpius] Sic, præter Fabrum, et Rigaltius editione postrema, et Rittershusius quoque. At vero media Rigaltii pro eo habet *civium*, quod ignoro, cur rejectum fuerit. Sane ad eundem

Digitized by Google

modum cap. 31. *Principatus gregis*, ut hic *principatus civium*. Et *civium* in suo codice reperit quoque Neveletus. Placet quoque Gudio, qui ad sequens *pauperes* refert, ut sint *pauperes civium* pro, *cives pauperes*, vel, *pauperes ex civibus*. Schef.

2 *Nomen*] Ita primus edidit Bongarsius; priores habuerunt *mores*. Unde Heinsius faciebat *sortem*. Forte *mores* usurpavit pro conditione vivendi, quam quisque eligit ex suis moribus. Verum integra librorum illorum lectio fuit ista: *Nil propter domini mores mutant*. Puto esse bonam, isto sensu: Nil mutant propter mores domini, cum sint iidem, et illius, qui decedit, et illius, qui subsequitur. Cicer. ad Att. VII. 'Tironem propter humanitatem et modestiam malo salvum, quam propter usum meum.' *Schef.* Meo animo proba et latina locutio est: *Nil propter domini mores mutant pauperes*, et propter hoc nihil mutem. *Axen.* Lege: *Nil præter dominum more mutant pauperes*. V. supra ad fab. 12. *Heins.* Ego *nomen* retinui, quia hæc fabula clare docet, pauperes non mutare mores: rogabat enim asinus, an victor binas clitellas esset impositurus, quod negat senex: sed illum iisdem moribus fore, quibus prior dominus. Sed nomen principum et potentium mutant pauperes, et cavillatio est de Ptolemæis, et regibus ejusdem nominis sibi succedentibus; hic enim non agitur de tali regno, sed de principatu civium, ut fuit in concertationibus inter Sullam et Marium, Pompeium et Cæsarem; quorum quis prævaleret, parum intererat pauperiorum, qui ab omnibus æque premuntur; intererat vero divitum et factiosorum, quia illi vel cum duce suæ factionis dominantur, vel succumbunt: sed pauperes modo nomen mutant, non mores; nec refert, quibus serviant, dum jugum portent. In regnis contra mutant sæpe mores domini pauperes, quia magis ab hoc, quam ab illo, premuntur aut sublevantur: ita Macedones (quod rarum erat) mortuo Philippo in Alexandro 'Corpus hominis, non virtutem,' id est mores, 'regis mutasse se dicebant,' Just. XI. 1. hoc est: Nihil diversitatis in moribus deprehendebant. Pertinet ergo illa mutatio regnorum ad omnes, divites et pauperes, rerumpublicarum vero tantum ad divites, non æque ad pauperes, quibus nulla incrementa honorum aut dignitatum ex vicissitudine illa sperari possunt: sed æque miseri sunt et manent: divites vel cædibus vel exsilio partium fortunas luunt, vel ex victoria præmia amplissima capiunt. Sic Statius Theb. IV. 78. inter eos, qui Polynici auxilium ferunt spe prædæ et dignitatum, illos enumerat, 'Quis mutare potentes Præcipuum.' *Burm.*

Nomen] Mss. habent *mores*. Sed hoc ab erudito Scholiaste, qui locum Taciti Histor. lib. II. 'Magis alii homines, quam alii mores,' margini adscripserat, in textum irrepsit. *Gud.*

Pauperes] Intelligit eos, qui quacunque ex causa subesse aliis cogntur, nullo speciali respectu ad inopiam nummorum; miseros, inferiores. *Schef.*

4 *Timidus*] Scribendum *tumidus*, id est, impotenter dominans. *Meurs.* Meursius et hic, et fab. 83. pro *timidus*, adoptat vocem *tumidus*: ultra necessitatem, ut videtur. Si pro sene vitulum ponas, eadem exibit fabula, quam proponit Abstemius fab. pag. 538. *Prasch.* Meursius emendat *tumidus*, contra mentem Phædri, ut opinor. Nam *timidum* vocat recte, propter ea, quæ sequuntur de consilio fugæ, asino dato. At *tumidus* quo pacto quadret in pastorem? sed nec de impotenter dominante usurpari solet, nec dominatur impotenter, qui asello singulas imponit clitellas. Meursii correctionem rejicit et Freinshemius. *Schef.*

Digitized by Google

Timidus] Meursius mavult *tumidus*; non recte: *timidus* proprie dicitur senex. Horat. de Art. Poët. 170. 'Quærit, et inventis miser abstinet, et timet uti.' *Gud.*

Senex] Ms. *Senes.* Gud.

6 *Suadebat asino fugere*] Pro, fugam, Græca consuetudine. Consule Minervam Sanctianam lib. III. 6. *Schef.* Ita omnes editiones; mihi autem persuasum est, Phædrum scripsisse: *Suadebat asinum fugere*; imitatur enim Virgilium suum, qui eodem modo Æn. X. 9. 'Quis metus aut hos, Aut hos, arma sequi, ferrumque lacessere suasit?' Et non audiendus Servius, qui σολοικοειδὲς esse putat, *hos suasit.* Ita enim veteres frequenter locuti sunt; sive infinitivus sequatur, sive omittatur. Sic apud Ovidium Epist. XVII. 185. ex duobus codicibus, Regio et Oxoniensi, legitur, 'Quam male persuades, utinam bene cogere posses:' et Trist. II. 314. etiam Mss. 'Curve meus quemquam suadet amare liber?' Virgil. Æn. X. 366. ex codicibus, 'Aspera quos natura loci dimittere quando Suasit equos.' Sic apud Curtium lib. VII. 11. 'Cophas admissus suadere cœpit Arismazen petram tradere,' libentius legerem, quia in Mss. mox sequitur, 'Gratiam regis initurus,' ubi cum Sebisio legendum *initurum.* Sic Tertullianus de cultu Fœminarum lib. I. 1. 'Tu es, quæ eum suasisti, quem diabolus aggredi non valuit.' Ita enim ibi legi debere recte monuit Barth. ad Claudian. Consul. Mall. ver. 212. Apulei. lib. IX. 'Tunc uxorem ejus tacite suasi, ac denique persuasi secedere paululum:' ita enim legendum. Eadem constructione compositum *persuadere* sæpe reperitur. Sic Ennius apud Servium ad dictum locum Virgilii: 'Quis te persuasit?' Petron. XLVI. 'Aliqua die te persuadeam:' et cap. 72. 'Persuadeo hospitem nostrum.' *Fugere* autem hic positum est pro, fugiendum esse; de qua locutione vide Cl. Gronov. ad Liv. II. 5. Sic Justin. II. 11. 'Persuasi mori.' *Burm.*

Ne possent capi] Ne caperentur. Cic. Cat. I. 'Nonne impetrare debeat, cum vim non adhibere possit?' *Schef.* De hac locutione vide Pricæum ad Lucæ Evan. XVI. 2. et ad Apuleii Miles. lib. II. p. 129. et lib. IX. p. 570. et Torrent. ad Horat. Od. III. 3. 43. qui Poëtis hanc venustam loquendi formulam usitatam notat. Adde Gronov. ad Liv. XXXIII. 13. Passer. ad Propert. p. 425. Tennul. ad Frontin. I. 7. 7. *Burm.*

Ne possint capi] Id est, ne caperentur. Sic infra lib. I. fab. 23. 'An cibo possit capi.' Plane ut Afranius apud Nonium: 'Ni possent homines delinimentis capi:' pro, Ni caperentur. Vide Scoppii nostri Verisimil. lib. II. 20. et Gul. Canter. Nov. lect. lib. II. 2. *Ritt.*

7 *At ille*] Lege *Ad illa*, ut supra fab. 13. correximus, vel *At illi*, vel *Huic ille*, ut infra, lib. II. fab. 32. 'Cui placidus ille.' *Heins.*

8 *Clitellas*] Instrumenta lignea, in quibus colligatæ sarcinæ imponuntur asinis vel equis, Festo teste. Dixi de his latius in opere peculiari de Re vehiculari lib. II. 2. *Schef.*

Clitellas] Gloss. 'Clitellæ: ὑστυγες.' *Gud.*

Digitized by Google

FABULA XVI.

1 *Fraudator nomen, &c.*] Præfero illud e vetere scheda Danielis, *Fraudator nomen cum locat.* Sed neque *Fraudator* mihi sincerum ac sine fraude illic esse videtur: non enim respondet ovi, quod animal plane innoxium est, et omnis fraudis ignarissimum. Itaque expendendus locus. Censebam ego: *Fraudatur nomen q. l.* estque *Fraudatur* pro, defraudatur, decipitur. *Meurs.* Hic versus malæ tractationis in Criticorum foro agere jure potest. Rittershusius in metro vitium ponit. Inobservatum scilicet plerisque, quod non semper iambo Phædrus ultimam regionem occupat. Salmasius (quod mihi indicavit Vir Cl. Jo. Cunr. Dietericus) de Modo Usur. cap. 16. p. 705. ita februare locum tentat: *Fraudatori nomen locans sponso improbo. Sponsus* (ut in seq. videre est p. 711.) accipi vult veteribus, pro sponsore. Haud scio, an scribendum sit: *Fraudator homines cum orat, sponsore improbo.* Ita mox: 'Ovem rogabat corvus modium tritici, Lupo sponsore.' *Prasch.* Ita edidit ex Mss. Rigaltius. Nec est quidquam immutandum. Malebant quidem Meursius: *Fraudatur, nomen cum locat sponsore improbo;* Salmasius de Mod. Usur. *Fraudatori nomen locans sponso improbo;* Gebhardus Crep. III. 10. *Fraudator nomen cum locat sponsor et improbus, Non rem expedire, sed malum addere* (vel *dare*) *expetit;* Freinshemius; *Fraudator homini quum dat sponsorem improbum: Non expedire rem, sed videri expetit;* alius, qui notas olim addidit interpretationi Gallicæ: *Fraudatur nomen qui locat sponsu improbo, Nec rem expedire, sed mala videre expetit;* Praschius: *Fraudator homines cum orat, sponsore improbo;* Ursinus: *Fraudator nomen sponsore locat cum improbo.* Verum frustra. Optime Gronovius in suis ad me literis, ubi totum locum ita scribit, et exponit: *Fraudator nomen quum locat sponso improbo, Non rem expedire, sed malum dare expetit.* Nomen locat, qui accepto mutuo vel merce alteri obligatur, qui suum tanquam debitoris nomen locat, et patitur apud alium esse in tabulis, in quas referimus, si cui mutuamus aut vendimus in diem. *Sponsum*, est idem, quod 'Sponsor,' Ovid. Amor. I. 13. 'Eadem sponsum consulti ante atria mittit, Unius ut verbi grandia damna ferat.' Is talis *non rem expedire*, rem solvere, reddere mutuum, vel mercis quod convenit pretium (ut Expedire nomen, Suet. Gram. 11.) sed dare damnum, vel malum, creditori *expetit.*' Similia et Heinsius ad me scripsit. *Schef.* Variis modis hunc locum tentavit Salmasius; primo ad Solinum p. 121. legit: *Avarus nomen dum locat sponso improbo.* Deinde aliter de Modo Usurarum p. 705. et 711. et Disquisitione de Mutuo p. 358. Nusquam bene. Tentarunt et alii. Mihi certum est in primo vocabulo *Fraudator* latere mendum, neque enim *Fraudator* respondet Cervo animali minime fraudulento, quod et Meursius vidit. Scribo e vestigiis Codicis Pithœani: *Vadato nomen qui invocat sponsu improbum, Non rem expedire, sed malum dare expetit. Vadato sponsu*, ut 'Casu vadato' apud Horat. Sat. I. 9. *Vadari* commune verbum teste Prisciano. Plaut. Pers. 'Vadatur hic me. P. Utinam vades desint.' Omnia hic vocabula juridica. *Nomen improbum*, ut 'Malum,' et 'Lentum nomen.' *Nomen*, qui pro altero debitorem se facit, aut legibus

Digitized by Google

obnoxium. Pro *invocat* possis legere etiam *advocat*, e vestigiis vulgatæ lectionis. Utrumque hac significatione apud veteres JCtos usitatum reperitur. Cicero de Orat. lib. I. 'Advocatum invocare ad defendendum.' *Sponsu*, ut Servius Sulpicius apud Gell. lib. IV. 4. 'Qui stipulabatur ex sponsu agebat.' *Malum dare* scribendum vidit Gronovius. Possis etiam scribere, *Vadatus nomen qui invocat sponsu improbum*. Idque verius. *Rem expedire* illustravit Grævius ad Justin. lib. XLIII. 1. Ita 'Expedire rationes' JCtis, quod qui non faciebant, dicti *conturbatores*. 'Rem' habes apud Horatium prædicto loco. *Heins.* Conjecerat et Heinsius: *Cum fraudulentos advocas sponsu improbos, Non te expedire, sed male audire, expetis:* vel, *Fraudator nomen cum obligat sponsu improbo, Non se expedire, sed malum dare expetit:* locus fœde depravatus: posset tamen et commodo sensu legi, *Fraudator hominem cum vocat sponsum improbum, Non rem expedire, sed mala videre* (vel *malum dare*) *expetit*. Ita ut velit Phædrus: Fraudatorem alium decepturum esse, cum sponsorem allegat improbum et malum. *Sponsum vocare*, propria in hac re locutio, idem valet ac, jubere aliquem fidem pro se interponere, et cavere. Ita Horat. Epist. II. 2. vs. 67. 'Hic sponsum vocat, hic auditum scripta, relictis Omnibus officiis.' Et ita 'Sponsum mittere,' pro, ad spondendum, in Ovidii loco, a Cl. Gronovio laudato, accipiendum est. Eadem ratione Græce dici Καλεῖσθαι ἀναδέχεσθαι, docuit Casaubon. ad Theophrast. Περὶ ἀκαιρίας. Sic 'Ducere quæstum' inf. lib. III. 20. ubi vide. *Hominem improbum* familiari sibi locutione dixit Phædrus. Sic infra fabula 19. 'Homo malus.' 31. 'Homo improbus.' 35. 'Homo bilinguis,' et plurimis locis, ubi 'Homo' pro aliquo, et indefinito, ponitur. Neque video, cur non Cervo recte conveniat *Fraudatoris* appellatio, cum simplicissimæ et innocentissimæ ovi facile insidias strnere possit, et, societate cum lupo inita, eam fallere, et velocitate tardum animal prævertere. *Vocare* vero cum *locare* sæpe a librariis confundi, docuit Douza filius ad Catull. cap. 11. et ita variant codices apud Lucan. VII. 815. 'Quocumque tuam fortuna vocabit, Hæ quoque eant animæ:' ubi multi *locabit:* vitiosum et hoc verbum *locare* apud Manil. I. 244. puto: 'Et cum luce refert operum vadimonia terris: Nos in nocte sumus, somnosque in membra locamus:' quod recte Latine dictum negavit Scaliger, nec merebatur ab Huetio obsoletarum locutionum exemplo defendi: lege, *somnosque in membra vocamus:* quod rectum: nec multum ab hac locutione differt illa Ovid. Met. II. 235. 'Sanguine tunc, credunt, in corpora summa vocato, Æthiopum populos nigrum traxisse colorem.' Confuderunt iterum *locare* et *vocare* apud Manilium librarii lib. III. 70. Richterus in Specimine Animadv. violentam manum huic loco desperato adhibet, et legit, *Fraudator homo aliqua rogans sponsore improbo:* per me liceat, si sibi placere possit. In secundo versu potest vulgata lectio, *mala videre*, retineri, et *videre* per, procurare exponi; de qua significatione ejus verbi vide Heins. ad Ovid. Art. Am. I. vs. 587. et Victor. ad Cicer. Ep. ad Attic. V. 1. Sic et Cicero Tuscul. Quæst. III. 'Aliquid videamus cibi.' Ubi in recentioribus editionibus repositum est *provideamus*. Melior tamen est correctio Gronovii *malum dare*. Terent. Andr. I. 1. 116. 'Qui dederit damnum aut malum.' Cicer. Ver. II. 10. 'Cohors tota illa tua, quæ plus mali Siciliæ dedit, quam si centum cohortes fugitivorum fuissent.' *Male ridere*, quod Gronovius mavult, a Scheffero sumtum. Plautus Pœnul. III. 5. 3. 'Qui in re divina dudum dicebant, mihi Malum damnumve maxumum portendier, Is explicavi

Digitized by Google

meam rem postilla lucro.' Qui locus egregie huc facit, et quid sit *rem expedire* declarat. Suet. Tiber. 48. 'Nec res expediretur.' 'Explicare pecunias' JCtus l. XXXI. ff. de Re Judicat. *Burm.*

Fraudator nomen quum locat sponsu improbo, Non rem expedire, sed mala videre, expetit] Vexatissimus locus. Varias virorum doctorum conjecturas recenset Schefferus. Mss. *homines cum avocat sponsore.* Lego ex Ms. *Fraudator nomen quum locat sponso improbo, Non rem expedire, sed mala videre, expedit.* Vel *vitare*, vel *videri*; id est: Melius utiliusque est, haberi utrumque pro nominibus malis. *Sponsus* idem est quod, sponsor; et sic posset sensus hic ab exemplo patris, qui filiam virginem sponso nuptiis locat pretio vel mercede, sponsus vero virginem pro sua ducit: sic fraudator nomen locat improbo sponsori, id est, conducenti tradit; sponsor, sive sponsus, locatum nomen pro suo ducit, id est, debitum tanquam suum agnoscit, ideoque fraudator non expedit rem. *Expedire* autem *rem*, non est, ut Pithœus, Gronovius, et alii viri docti putarunt, pecuniam mutuo acceptam solvere et reddere, quod est debitoris; hoc vero est veteribus 'Nomen expedire:' ut apud Cicer. 'Nomina mea per Deos expedi, exsolve;' et apud Sueton. 'Omnes solvere posse quæstiones Unum difficile expedire nomen.' Sed longe aliud est *rem* vel *pecuniam expedire*, quod significat, pecuniam erogare, annumerare, appendere, collocare. Sic Valer. Max. IV. c. 4. de paupertate Scipionis: 'Petens ut sibi successor mitteretur, quia filiam virginem adultæ jam ætatis haberet, neque ei sine se dos expediri posset.' Ubi *dotem expedire* est, dotis summam erogare, ut Valerius eo loco statim se ipse explicat. Plautus, Musarum ac venerum Latinarum parens, Amphitr. Prolog. 'Et ut res rationesque vestrorum omnium Bene expedire voltis peregre et domi.' Ubi *res expedire* idem est, quod Germanis dicitur, Gelt wol und sicher austhun, ungefaehrt und nutzbar belegen. Cicer. l. I. Epist. ad Cæs. Jun. inter fragm. a Sigonio et Patricio collecta: 'Ex cæteris generibus pecunia expedietur, cum legionibus victricibus erunt, quæ spospondimus, persolvenda.' Cicero Ep. ad Att. lib. XVI. 15. 'Cum tanta reliqua sint, ne Terentiæ quidem adhuc quod solvam, expeditum est.' Locus egregius, ex quo, quid differat *solvere* et *expedire*, apparet. Videtur ergo Phædrus lusisse in nativa vocis *expedit* significatione. *Non expedit* (id est, non utile est) *rem* (id est, pecuniam) *male expedire*, (hoc est, collocare pecuniam tuam fraudatori, sub fide improbi sponsoris) sed expedit bene rem expedire. *Gud.*

Sponsore improbo] F. legend. *sponsu improbo.* Alias enim clandicabit versus. *Ritt.*

Mala videre] Quid si *mala videre* legas? hoc sensu: Is hujusmodi deinde ridere tantum ob ea mala cupit, in quæ fraude sua homines credulos præcipitat. Legit tamen Gruterus, Neveleto teste: *sed malam dare expetit;* hoc est, efficere, ut res illa evadat non expedita, sed mala. *Schef.*

3 *Ovem rogabat modium*] Paullo aliter narrat Anon. fab. 31. Prasch. Livius lib. III. 'Qui plebem Romanam tribunos rogaret.' Duo accusativi. Ovid. Met. XIV. 787. 'Hos rogat auxilium.' Ita etiam *petere* supra fab. 2. 'Regem petierunt Jovem,' ut Scoppius legit. Ovid. Met. VII. 296. 'Petit hoc Æëtida munus:' ubi plura. *Burm.*

Cervus] Forte *Corvus.* Heins.

4 *Præmetuens dolum*] Statim et in antecessum metuens. Sic Lucret. et Jul. Cæsar, B. G. VII. cap. 49. Cæterum hic verbum *inquit* omittitur, ut

Digitized by Google

supra cap. 9. Nam ovis verba sunt, quæ sequuntur. *Schef.* *Προσφοβουμένη.* Utitur hoc verbo et Cæsar B. G. VII. 49. et Pont. Paulin. Epist. quadam ad Auson. *Prasch.* *Præmetuendi* verbo, non facile obvio, eaque re observando, usi sunt præter Phædrum Lucret. III. 207. et IV. 820. Cæsar de Bello Gallico VII. cap. 49. Symmach. Epist. I. 1. Plautus Prolog. Amphit. usurpat 'Prætimet.' *Axen.* Lege *præmetuens doli.* Heins. Vide ejus notas ad Ovid. Met. I. 323.

5 *Rapere atque abire*] Observa elegans antitheton in *abire* et *advenire.* Ita non erit cur τὸ *abire* mutes in *avere:* ut quidam præter rem argutus divinabat. *Ritt.*

Atque abire] Eleganter: Tu, inquit, soles primum rapere, et postea, cum rapinam fecisti, celeriter discedere, sc. ne deprehendaris. Et est ita luporum consuetudo. Particula *et* est ex media latinitate desumpta, quæ hic non tam connectit, quam celeritatem significat. Et sic usurpasse Virgilium Georg. I. vs. 203. Servius testatur. Adde Curt. III. 7. 6. et seq. Apuleius lib. VII. 'Noluit Cæsar esse semilatronis collegium, et confestim interiit.' Vetus interpres bibliorum Matthæi, c. 13. 'Venit inimicus ejus, et superseminavit zizania in medio tritici, et abiit.' Noster inf. lib. III. 19. 'Hominem, inquit, quæro, et abit.' *Schef.* Quæ Schefferus hic de particula *et* observat, rectius de *atque*, quæ hic exhibetur, notari debuissent. Plautus Mostell. v. 1. vs. 9. 'Quem cum convocavi, atque illi me e senatu segregant:' id est, statim, confestim me segregant. Terent. Eunuch. I. 1. vs. 7. 'Atque, ubi pati non poteris, cum nemo expetet, Infecta pace ultro ad eam venies.' Id est, ilico venies, ut recte Palmerius exposuit. Vide Gell. X. cap. ult. Colv. ad Apulei. Met. I. Et Gronov. ad Liv. XXVI. 39. Gebhard. Crepund. I. 9. et Barth. ad Stat. IX. 481. et XII. 360. *Burm.*

6 *De conspectu*] 'E conspectu' ait Terentius. Sed tamen *de* sic usurpavit Cicero in Verr. 'De complexu parentum ad mortem raptus.' *Schef.* Ita in Mss. Ovid. Ep. IV. 96. 'Ibat ad hunc sapiens de sene Diva viro.' Vulgo *a sene:* et Met. I. 739. 'Fugiunt de corpore setæ.' *Burm.*

7 *Ubi vos requiram*] Dissimili in re similiter Dordalus apud Plaut. in Persa Act. IV. Sc. 7. 'Argentum accepit, abiit: quid ego nunc scio, An jam asseratur hæc manu? quo illum sequar? In Persas? nugas.' *Nev.*

Cum dies advenerit] Juridice hoc quoque dictum est. Vid. lib. CCXIII. cedere diem: ff. de Verb. Sig. '*Venire diem* significat, eum diem venisse quo pecunia peti possit.' *Ritt.*

Dies] *Dies* Jureconsultis notat primo laxe quodvis temporis spatium, intra quod fieri quid oportet. Illustris est locus Ciceronis in Verr. II. 'Itaque ego, quum diem in Siciliam inquirendi perexiguam postulavissem, invenit iste, qui sibi in Achaiam biduo breviorem diem postularet.' Deinde restrictius exitum illius temporis, 'terminum' vocant, ut h. l. *Prasch.* Sollemniter, pro die solutioni præstituta. Atque ita optimi scriptores. Cornel. Nepos Att. cap. 9. 'Cum illa fundum secunda fortuna emisset in diem.' Vide Pacatum nostrum c. 18. et quæ nos ibi in curis secundis. *Schef.* JCtus lib. CCXIII. ff. de V. S. '*Venire diem* significat, eum diem venisse, quo pecunia peti possit.' Infr. IV. 10. Vid. Hottom. Obs. IV. 9. et ad Cicer. Verr. V. 41. Columel. I. 7. 'Dies pecuniarum.' *Burm.*

Digitized by Google

FABULA XVII.

Ovis, Canis, et Lupus] Camerar. de Cane et Ove. Hac autem Fabula lusisse videtur Phædrus in Sejanum ceterosque delatores, qui multi sub Tiberio. *Rig.*

1 *Maleficii*] Lege *malefici*. Sic infra lib. IV. ' Justique vindicavit exemplum imperi,' ut ibi legendum ostendemus. *Heins.*

2 *Calumniator*] Ordo est turbatior, simpliciter se ita habet: Canis calumniator cum peteret panem ab ove, quem, sc. panem, contenderat se commodasse, sc. ovi. *Calumniator* adjective hic, qui calumnias exercet. Sunt autem *Calumniæ*, Marcello JCto auctore, ' frustratoriæ, doloque susceptæ, et male fundatæ actiones.' *Schef.* Nic. Rigalt. Gloss. Agrimens. '*Calumnia*: lis improba.' Quod declarat locis Siculi Flacci, Aggeni, et Suetonii. Dicitur ab antiquo *calvor*. Lib. CCXXXIII. ff. de V. S. *Prasch.*

Peteret] Judicio. Inspice lib. XV. D. Rem rat. hab. *Prasch.*

Quem commendasse] F. legend. *commodasse*. Sic et apud Petronium videtur peccatum a librariis in illa de muliebri levitate lepidissima fabella, cum scripserunt: ' Simulque et lacrimas commendabat lugenti.' Aio enim verum esse, *commodabat*. Ut præficæ lacrimas suas et planctum suum alienis mortuis locabant mercede: sic istam fidissimam ancillam eleganter dicit Petronius heræ suæ *lacrimas commodasse:* id est, in gratiam ejus flevisse una, ut ita ipsius allevaretur dolor. Nimis frigida est illorum lectio, qui restituunt, *lacrimas commundabat lugentis*. Quasi vero tam fuerit languida aut delicata ista matrona Ephesina, aut adeo defessa flendo, ut ei, tanquam infantibus solet fieri, lacrimæ ancillæ ministerio fuerint abstergendæ. Apage has ineptias. Quid? quod et in libris Juris Civilis hæc verba aliquando perperam fuisse permutata observavit Cujacius et Petrus Pithœus in Notis ad fragm. Modestini sub tit. 10. libri qui inscribitur ' Lex Dei.' Siu retineas *commendasse*, *commendare* est, deponere; lib. XXIV. et XXVI. D. de depos. lib. CLXXXVI. commendare. D. de Verb. Sig. At *commodare* est idem quod, utendum dare. Repudiata est enim Labeonis sententia, qui aliquid inter hæc duo interesse putabat. Ulpian. Leg. I. D. Commod. *Ritt.*

Commendasse] Vet. Dan. Charta *Quem commodasse*. sed frustra. hac voce eodem sensu usus Justin. XXXV. 2. ' Demetrius duos filios apud Gnidium hospitem suum, cum magno auri pondere, commendaverat:' ubi videsis Ampl. Bongarsii notas, qui aliquot exemplis id confirmat. *Nec Commodasse* in postrema editione Rigaltii, quod Faber quoque retinuit, et Ursinus. Neque aliter in Danielis et reg. Christinæ codice legebatur. Ante fuit *commendasse* ex Pithœi codice, quod tuetur Neveletus loco Justin. lib. XXXV. 2. Ita plane et Spartianus in Pescennio cap. 10. ' Jussit, ne in zonis milites ad bellum aureos vel argenteos numos portarent, sed publice commendarent.' Denique expresse Ulpianus lib. CLXXXVI. de V. S. ' *Commendare*, nihil aliud est, quam deponere.' Et sic Plautus in Querulo, sic Cicero de LL. II. cap. 9. usurparunt. Placuit quoque illa lectio interpreti Gallo, qui pro defensione ipsius adducit locum Senecæ ex Epist. XXVII. ubi Philosophus: ' Bona mens nec commendatur, nec emitur.'

Digitized by Google

Schef. Plura de verbo *commendare* hic affert Axenius, ad quæ lectorem remittimus. Heinsius tamen mavult *commodasse* cum V. C. Danielis, Vossii Ms. et Rigaltii: nos etiam *commodasse* nunc recepimus, quia servandos dedisse se panes calumniatum Lupum vix credimus, sed mutuos dedisse, ut Anonymus Nielantii habet. Eadem varietas in *commodare* et *commendare* est apud Quinctil. VI. 3. Inter *commendare* vero et *deponere* quid intersit, vide Hottom. Obs. IV. 14. Vetus interpres Lucæ cap. 12. 24. *παρέθετο πολὺ*, vertit, *commendaverunt multum*; eleganter. *Burm.*

Commodasse] Ms. *cum mendasse*: lege *commendasse*. ' *Commendare* est deponere: lib. XXIV. et XXVI. ff. deposit. l. CLXVIII. *commendare* de V. S.' Hæc Rittershusius, qui tamen conjectabat *commodasse*; et Guletus notat: ' *Commodasse* legendum esse indicat τὸ *Debere*,' quod mox sequitur. Et ita ad marginem Salmas.

Sese] Ita Ms. et prima editio. Sed corrigit Salmasius, et legit *se*. Gud.

Se contenderet] Crebro et constanter affirmaret. Nepos in Epam. cap. 8. ' Sua opera factum contenderent ut legi non obedirent.' Cæterum hoc loco legendum est, *contenderat*, ut recte Heinsius admonuit. *Schef.* Lege, *Quem commodasse se panem prætenderat*. Heins.

4 *Lupus citatus testis*] Plures testes nominat Anon. fab. 4. *Prasch. Citari* proprium esse in hac re verbum docent dictata Gronovii patris. Petron. cap. 11. ' Ne Poëtas quidem ad testimonium citem.'

Lupus citatus testis] Quasi minister et assessor furis judicis. Vid. Vet. Interp. Juven. Sat. III. vs. 46.

5 *Deberi, dixit*] Forte, *non unum modo Panem debere, verum, &c.* Heins. Urainus edidit *Debere*. Schef. Et ita Ms. Vossii.

Affirmavit] Ms. *adfirmavit*. Gud.

6 *Ovis damnata*] Lege *Quejus*. Heins.

8 *Ovis*] Rectissime Heinsius correxit *Bidens*; nam in Cod. Daniel. sive Vossiano est *Videns jacentem*. Gud.

Ovis jacentem] Scribam verba ipsa nob. Heinsii ad me de hoc loco: ' Ille versus multum jam olim me torsit. Quis enim ferat inconcinnam repetitionem *ovis*, cum ea vox jam præcesserit, et de ove pergat verba facere Phædrus? variis itaque conjecturis me fatigaram, quod certus essem, scripturam vulgatam esse interpolatam. Sed bene sit fragmento regio, quod inter libros Pauli Petavii Lutetia advectum in palatio hujus civitatis olim servabatur. In eo diserte exaratum: *Videns jacentem prospexit in fovea lupum*. Noli dubitare quin Phædrus ipse nobis reliquerit: *Bidens jacentem in fovea prospexit lupum: Videns*, pro *Bidens*, solenni librariorum errore. *Bidentes* pro *ovibus* passim a poëtis dici, quis nescit? de usu ejus vocis copiose disputarunt A. Gellius et Macrobius.' Hactenus Heinsius, cujus sententiam toto animo amplector. Nec fraudari debuit gloria optime restituti loci vir doctissimus a Tanaquillo Fabro, quando ita scribit in notis ad editionem nostram priorem: ' Placet omnino Petaviani codicis lectio, *Bidens jacentem*.' Non est illa lectio Petaviani codicis, sed Nic. Heinsii, ut abunde verba ejus monstrant. Quare vel non diligenter satis ea inspexit Faber, vel facto parum laudabili mutavit. Sed et in eo Faber fallitur, quod *prospexit* pro, *conspexit*, parum hic Latinum putat, quando ' quæ in fovea fiunt, ea conspici quidem possunt, prospici vero haud sane possunt:' quæ sunt ejus verba. Nam ex adverso *prospicit* latinissime elegantissimeque, qui ex editiore loco vergit oculos in depressiorem. Claudianus in Eutrop. Præfat. lib. II. ' Prospectant Paphiæ

Digitized by Google

celsa de rupe puellæ.' Ipse Virgilius. Æn. lib. IV. vs. 409. 'Cum littora fervere late, Prospiceres arce ex summa.' Et clarius adhuc Cornelius Severus in Ætna: 'Prospectat sublimis opus, vastosque recessus.' De nube loquitur, quæ semper supra Ætnæ cacumen residet. Mox de ipsis hominibus, Ætnæ crateres considerare cupientibus: 'Summo cerne jugo, vel qua liberrimus Ætna Inprospectus hiat, tantarum semina rerum.' Non est alius nostro similior locus, ut dubitationi nihil sit relictum. *Schef.* Ovid. Met. II. 90. 'Prospicit occasus, interdum respicit ortus.' Vid. infr. II. 4.

Jacentem in fovea] Non mortuum, ut accepit Gallicus interpres, verum delapsum atque captum. Solebant enim capi olim quoque foveis. Unde Horatius Ep. lib. I. 16. 'Cautus enim metuit foveam lupus.' Atque talis fovea captandis lupis dolo structa hic intelligenda; quod nisi fiat, perit omnis dicti elegantia. *Schef.* De structura harum foverarum v. Sil. Italic. lib. VI. vs. 329. 'Haud secus ac stabulis procurans otia pastor, In foveam parco tectam velamine frondis Ducit nocte lupos positæ balatibus agnæ.' Ex quo loco discimus, ovem ad foveam ligari solere, ut lupi ad ejus balatum in structas sibi insidias incidant: quod et ex Claudian. de Laud. Stil. III. 339. ubi de Leonibus agit, patet; 'Non illos tædæ ardentes, non strata superne Lapsuro virgulta solo, non vocibus hædi Pendentis stimulata fames, non fossa fefellit.' Talis foveæ etiam mentionem facit infra Noster lib. III. fab. 2. 'Panthera imprudens olim in foveam incidit.' Ab his *Foveis*, Fovios, qui postea Fabii, dictos fuisse docet Festus in *Fovii*. Burm.

Jacentem in fovea] Infra lib. III. 'Panthera imprudens olim in foveam decidit.' Vid. lib. XXVIII. D. ad legem Aquil. Foveæ, ὀρύγματα, τοβόγραι, τοβοκλόσναι, non solum ferarum, sed et hostium capiendorum caussa factæ. Suid. in Τοβόγρα· Τάφρους ὄρυξε καὶ τοβόγρας ὑφῆκεν ὁς θηρίοις τοῖς πολεμίοις. Curius Fortunatian. 'Leno, qua parte venturos ad se adolescentes sciebat, nocte foveam fecit occultam; ea juvenes perierunt.' *Rig.*

FABULA XVIII.

Mulier parturiens] Hanc non ut fabulam, sed historiam, refert Plutarchus in Conjug. Præcept. pag. 143. Ovidius Trist. II. 85. in eamdem sententiam dixit: 'Et mea cymba, semel vasta percussa procella, Illum, quo læsa est, horret adire locum.' *Burm.*

1 *Nemo libenter recolit*] Docte: Ovid. Trist. Eleg. III. 1. 'At nunc (tanta meo comes est insania morbo) Saxa meum refero rursus ad ista pedem,' &c. Sic apud Justin. Dido lib. XVIII. 9. 'Fingit se ad eum migrare velle, ne amplius ei mariti domus, cupidæ oblivionis, gravem luctus imaginem renovaret, neve ultra amara admonitio oculis ejus occurrat.' *Nev.*

Nemo libenter recolit, qui læsit, locum] Seneca Ep. 68. 'Nemo libenter ad id redit, quod non sine tormento cogitaturus est.' Unde et nebulo ille in Petronio Satyrico: 'In platanona,' inquit, 'descendi: etiamsi locum inauspicatum timebam.' At est valde prudens Nasonis consilium de Remed. Am. II. 'Et loca sæpe nocent, fugito loca conscia vestri Concubitus; cau-

Digitized by Google

sas illa doloris habent.' Phalaris Epistola ad Teucrum: Φίλτατα γὰρ τὰ χωρία τοῖς νυμφαγωγηθείσιν, ἔνθα ἂν τὰ πρῶτα θεσμὰ ἀπόθωνται παρθενίας. *Rig.*

Nemo libenter recolit, qui læsit, locum] Sententia hæc expressa est ex Amphidis Comici versibus: Ἐν οἷς ἂν ἀτυχήσῃ τις ἄνθρωπος τόποις, Ἥκιστα τούτοις πλησιάζων ἥδεται. *Ritt.*

Recolit] Denuo, et sæpius, ad eum venit, repetit eum, revisit. Sic 'Reclamant' infra lib. IV. c. 17. *Schef.*

Qui læsit] Pro, ubi quis est læsus. Sic Virgilius 'Fraudem loci' dixit Æn. IX. et Curt. l. v. c. 5. ubi vide et Freinsh. *Schef.*

Instante partu] Plutarchus in Præcept. Conjug. Ἡ μὲν γὰρ ἀδῖνουσα καὶ δυσφοροῦσα πρὸς τοὺς κατακλίνοντας αὐτὴν ἔλεγε· Πῶς δ' ἂν ἡ κλίνη ταῦτα θεραπεύσειεν, οἷς ἐπὶ τῆς κλίνης περιέπεσεν; *Rig.*

Peractis mensibus] A glossa hoc est. Rescribo, *Mulier actis mensibus*. Aliter versus non constat. *Meurs.* Sic Plaut. Amphitr. I. 3. 'Menses tibi exactos vides.' *Schiop.* Circumactis, finitis. Ita Hyginus in Poët. Astron. II. c. 8. ubi vide, quæ notavi: *exactis* dixit Curt. X. c. 6. 'Exactos menses solus exspectat.' Est igitur simplex pro composito apud Nostrum, uti solet. Quanquam et Plautus, 'Actam ætatem' sic usurpet in Trinum. Horatius quoque de Art. vs. 173. 'Laudator temporis acti Se puero.' *Schef.* Non facile *actis* mutem: nam ita et Livius VIII. 26. 'Acto honore triumphus:' ubi vide Sigonium. Quinct. decl. VI. 8. 'Per annos pariter actos.' Aliter in hac re *exacti* menses proprie dicuntur. Servius ad illa Virgil. Georg. I. 435. 'Exactum ad mensem,' notat: 'Usque ad mensis ultimam partem. Unde et exacti menses dicuntur, qui circa partum sunt.' Vid. et ad Georg. lib. III. 139. Cicer. Ver. I. 18. 'Latonam gravidam, etiam ad pariendum vicinam, temporibus exactis confugisse Delum.' 'Exactas mero noctes' Quinct. Decl. XV. 6. et 'Exactos sordibus dies,' Decl. XVII. 13. sic 'Exacta ætas' dicitur de senibus: Liv. XXX. 26. Cicer. Tusc. I. 39. et Ver. v. 8. quare forte melius hic legeretur, 'Instante partu, exactis mulier mensibus.' *Burm.*

Peractis mensibus] Novem scilicet, et decimo inchoato. Idem frequentissimum partus tempus. Varro Mysteriis: 'Nascimur enim spissius, quam emorimur. Vix duo homines X. mensibus edolatum unum reddunt puerum. Contra una pestilentia, hostica acies, puncto temporis immanes acervos facit.' *Ritt.*

Actis mensibus] Mss. *peractis*. Sed scribendum *actis*; ita et Salmas. Aliter non constat versus. *Actis mensibus* est latinissimum. Varro de LL. l. IV. 'Donec mensibus actis prodierit in lucem.' Fragmentum veteris inscriptionis, ubi infans in cunis jacens in marmore sepultus visitur: MENSIBUS ACTIS POST NUPTIAS TENERO. Supple: Infante maritum donavit. Romæ in Villa Borghensi. Vid. Descritt. della villa Borghese di Giac. Manilli. *Exactis* habet Plaut. Cistell. 'Illa peperit decimo exacto mense.'

3 *Humi*] Pithœanus codex habuit *Humo*. Quomodo Ovid. Heroid. Ep. 14. 'Nuda nuda recumbis humo:' et Metam. IV. 'Et jacuit resupinus humo.' Et post: 'Sedit humo nuda.' Mallet tamen cum nob. Dn. Heinsio optimus Gronovius in laudatis sæpe litteris, *Humi*. Schef. Lege *Humi*. Heins. *Humo* potest per ellipsin præpositionis pro, in humo accipi, de qua locutione vide doctissimum Muncker. ad Hygin. Fab. 247. Melius tamen legitur *Humi*: ita enim frequenter Poëtæ et alii. Ovid. Metam. II. 105. 'Spargit humi jussos, mortalia semina, dentes.' Id est, spargit in humum, in terram: et

Digitized by Google

paullo post, 'Jecit humi.' Vid. ad Metam. IV. 121. et Heins. ad Val. Flac. I. 710. *Burm.*

Humo] Pro *Humi*. Ritt.

Flebiles gemitus ciens] Venus apud Coluthum: Φιλόπτηνος ἐμῆς ἐμὸν οἶστρον ἐλοῦσα Πολλάκις ὠδίνουσι, καὶ οὐ θνήσκουσι γυναῖκες. *Rig.*

Gemitus ciens] Ms. *gemitu conciens*. Gud.

4 *Vir*] *Vir* pro marito, absolutum pro relativo, quo fere nihil quicquam apud Plautum frequentius. Sic Amphitr. 'Tuus ego vir sum?' Similiter apud eundem *mulier* alicujus, pro uxore, sæpius. Sic Penelope ad Procos de Ulixe suo, in libero carmine: 'Qui quoniam periit, modo vos intendite: qualem Esse virum sciero, vir sit ut ille meus.' *Schiopp.* Sæpissime ea significatione Ovidius usurpat.

Corpus reciperet] Pro, ut reciperet. *Recipere corpus lecto*, ut 'recipere aliquem domo,' 'lare,' et similia. *Corpus* lassa et defatigata membra significat. Et sic Senec. Herc. Œt. 'Reddere corpus morbo.' *Schef.* Propert. Eleg. II. 24. 'Nulla tamen lecto recipit se sola libenter.' Nep. Hannib. 11. 'Eodem, unde ierat, se recepit.' *Burm.*

5 *Onus naturæ*] 'Pondus naturæ' dixit Propertius Eleg. IV. 7. *Nev.* Arnobius 'Intestinum pondus' vocat: alii aliter, ceu videre licet apud Henr. Salmuth. de Vet. nat. ritu p. 8. Infra quoque 'Onus' et 'Sarcina' dicitur, fab. 54. *Prasch.* Num intelligit impositum a natura, an potius partes muliebres per *naturam* innuit? Posteriori modo dictum esset *Onus naturæ*, sicut 'Onus ventris,' et 'Onus uteri' apud Ovid. Sed forte rectior est conjectura nob. Heinsii, *maturum* hic legentis, ut apud Ovid. Fast. II. 453. 'Maturumque utero molliter aufer onus.' *Schef.* Leg. *maturum*. Solin. 'Decimus mensis maturum facit partum.' *Heins.* Firmare possent Heinsii conjecturam Focas in vita Virgilii: 'Hæc cum maturo premeretur pondere ventris:' et Mart. Spect. XIV. 'Maturi pignora ventris.' Ovid. Met. IX. 282. 'Tunc cum matura vocabis Præpositam timidis parientibus Ilithyiam.' Just. XIII. 2. de Roxane, quæ 'exacto mense octavo jam matura ex Alexandro erat:' Et sæpe confundi *naturam* et *maturam* a librariis offendi: ut apud Horat. Art. Poët. 157. Apud Justinum quoque lib. VII. 2. offendunt illa: 'Cui Alexandro tanta omnium virtutum natura ornamenta extitere, ut etiam Olympio certamine vario ludicrorum genere contenderit.' Quare legerem, *tam matura omnium virtutum incrementa:* quod firmatur ex lib. V. 5. ubi de Iphicrate: 'Nec umquam ante eum Athenienses inter tot tantosque duces, aut spei majoris, aut indolis maturioris, imperatorem habuerunt:' et Liv. III. 12. 'Neque tantam indolem tam maturæ virtutis umquam exstitisse.' Vide Heins. ad Vellei. Pater. II. 116. curis secundis. *Burm.*

Onus naturæ] *Onus naturæ deponere*, nihil aliud esse videtur, quam alvum exonerare. Unde Heinsius legit *Onus maturum*. Sed *Natura* hic ponitur pro partibus genitalibus. Sic inf. lib. IV. fab. 14. 'Naturæ partes.' 'Natura' pro utero Cicero, et Plinius, et 'Fœcunda natura' est apud Lucretium. Ovid. Ep. XI. 'Et positum est uteri crimen onusque mei.' Arnob. vocat 'Intestinum pondus.' Ovid. 'Tendit onus matrem;' In Ms. est *ventrem*. Non recipienda ergo est Heinsii conjectura. *Gud.*

Deponeret] Proprium in hac re vocabulum. Catull. 35. 'O Latonia, maximi Magna progenies Jovis, Quam mater prope Deliam Deposivit olivam.' Et ita 'Fœtum deponere' fabula sequenti. 'Ponere' Ovid. Ep. XI. 64. 'Et positum est uteri crimen

Digitized by Google

consque mei.' Ita et infra lib. II. fab. 4. Græci ita utuntur ἀγανιῶμι. Vide Steph. ad Call. Hymn. in Jov. 15. et Diun. 25. *Burm.*

Deponeret onus] Id est, fœtum deponeret, ut fab. seq. et lib. II. fab. 4. loquitur. Sic Lucretius dixit, 'Pondus suscipere,' pro, concipere. *Gud.*

7 *Malum finiri*] Hoc tamen malo laborans mulier sana censetur: maximum enim ac præcipuum fœminarum munus est, hoc malum accipere, et conceptum tueri. Vid. l. XIV. §. 1. De Ædilitio Edicto. *Rig.*

Conceptum] Acceptum. Sic 'Concipere maculam' dixit Cicero pro Rosc. Amer. Sed hic elegans est, in respectu ad conceptionem partus, de qua hoc loco agitur. *Schef.*

Conceptum est] Vetus Gloss. 'Συνέλαβεν, ἐπὶ γυναικός· Concepit.' Ludit Phædrus in ambiguo verbi sensu. Veteres Glossæ: 'Ἀνδρολῆψία· Conceptio.' *Rig.*

Initio] In schedis regiis fuit, *initium*; unde Heinsius colligebat, *primulum*. Schef. Terent. Adelph. III. 1. 'Dolores occipiunt primulum.' *Heins.*

FABULA XIX.

Canis parturiens] Vid. Camerar. pag. 178. Hanc fabulam paulo aliter narrat Commanus Segotegiorum Rex apud Justinum lib. XLIII. 'Canem aliquando partu gravidam locum a pastore precario petiisse, in quo pareret: quo obtento, iterato petiisse, ut sibi educare eodem loco catulos liceret: ad postremum, adultis catulis, fultam domestico præsidio, proprietatem loci sibi vindicasse.' *Rig.*

1 *Habent*] Continent in se: optime. Sic Cicero de LL. II. 26. 'Habet enim luctum concursus hominum:' et Lucilius: 'Virtus est homini scire id quod quæque habeat res.' Cornel. Nep. vita Thrasyb. c. 3. 'Corona nullam habeit invidiam.' Petronius, de inimico vitiorum: 'Primum propter morum differentiam odium habet.' Alio loco: 'Mentis pavidæ gaudium lacrumas habet.' Rursum alio: 'Contemptus amor vires habet.' Adde Velleium lib. II. c. 76. Senec. Troad. vs. 862. *Schef.* Supra fab. 12. 'Quantum luctus habuerint.' Quinctil. Decl. 278. 'Bella quoque insidias habent:' et etiam Decl. XIV. cap. ult. 'Si venenum istud non habet mortem.' Vid. ad Petron. cap. 51. 66. et 84. *Burm.*

Habent insidias hominis blanditiæ mali] De hujusmodi homine recte usurpabimus versum Lucillianum: 'Quanto blandior, hoc tanto vehementius mordet:' refert Nonius in *Improbus*. Ritt.

3 *Rogasset alterum*] *Alter* pro alio quovis, sicut vicissim *alius* pro altero. Plaut. Capt. 'Captus fuit in pugna Hegionis filius; Alium quadrimum fugiens servus vendidit.' Apulei. de Asin. IV. 'Namque ille alius asinus divinato et antecapto meo cogitatu.' Et lib. V. de colloquio duarum sororum, 'Suscipit alia;' id est, altera respondet. Eodem libro: 'Pervenit ad civitatem aliam, in qua pari modo soror morabatur alia.' *Schiopp.* Aliam: Cic. de Off. III. 'Detrahere autem alteri sui commodi causa,' &c. Plaut. 'Qui de altero obloquitur, ipsum se contueri oportet.' Adde infra v. 7. *Schef.*

4 *Tugurio*] V. Dan. *tugulio*. Rig.

Deponeret] Deponere liceret: proprie autem *deponeret*, ac respectu ad fœtum, quem et supra dixit 'Onus:'

Digitized by Google

ubi pariter sic τὸ *deponere* usurpat. ' Ponere' ait inf. lib. II. cap. 4. *Schef.*

6 *Preces admovit*] Plaut. in Cistel. act. II. sc. 2. ' Quot illi blanditias? quid illi promisi boni? Quot admovi illi fabricas? quot fallacias?' *Nev.* Bene hos gradus facit: quos negligit Anon. fab. 9. *Prasch.* Eleganter, de eo, qui ab invito studet obtinere, sicut machinæ admoveri dicuntur. Sic Ovidius et alii. *Schef.* Infra III. 16. ' Rursus admota prece.' Et IV. 25. ' Stultum admoveri tibi preces existima.' Ovidius, vel quisquis Auctor Elegiæ in mortem Drusi: ' Admovitque preces, et jus immiscuit illis.' Idem alibi: ' Admovique preces, quarum me dedecet usus.' *Axen.* Seneca Hipp. 685. ' Precibus admotis agam.' Plin. Hist. N. VII. 45. ' Preces Proculeio mortis admotæ:' ubi inepte Harduinus *admotam mortem* vicinam interpretatur: cum sensus sit: Preces admotæ Proculeio, ut occideret Augustum desperantem. Ex hac vulgari formula etiam Ovidio librarii dederunt Met. VI. 214. ' Admotura preces:' sed ubi nos aliter legendum esse ostendemus. ' Adhibere' etiam dixit Metam. III. 376. *Burm.*

Preces admovit] Eleg. de mort. Drusi Albinov. Ovid. Met. VI. Valer. Max. I. c. 4. 1. *Gud.*

Preces admovit] Sic et infra loquitur lib. III. fab. 16. et lib. IV. fab. 25. et Ovid. lib. III. eleg. 7. de Ponto: ' Quam, quas admorint, non valuisse preces.' Alia in hanc rem adfert Schoppius noster Suspect. Lect. l. III. Epist. 3. *Ritt.*

Exorans] Id est, valde orans, efficacissimis instans exorabulis, ut Apuleii voce utar. *Prasch.* An diu multumque orans? quomodo ' Extimere,' multum timere apud alios; ' Expetere,' diu multumque petere; ' Expostulare,' multum postulare. Corippus: ' Exorat pacem, nec fidere millibus audet Tot.' Barthius Adv. XVII. 32. ad hunc locum: ' *Exorat*, non id, quod vulgo solet sonare, sed quod valet alias, vehementer orat.' Ipsum adi, et quos laudat. Fragmentum Petronianum: ' Stolatæ ibant nudis pedibus in clivum, et Jovem aquam exorabant:' ita suspicabar olim: nunc facile assentior ampliss. Gronovio, cui *exorare* hic, orando impetrare; vel propterea, ne bis idem dixisse videatur, quoniam præcedit, ' Preces admovit.' *Schef.* Terent. Andr. III. 4. ' Gnatam ut det oro, vixque id exoro.' Plaut. Bacch. v. 2. ter quaterve dixit, ' Exorare' aliquid: et v. 82. ' Hanc veniam illis sine te exorem:' est vero idem quod, impetrare. *Burm.*

7 *Firmiores posset catulos ducere*] Pro, abducere: sicut etiam in jure civili sumitur, sed cum significatu vindicandi, pr. L. un. D. de Utrubi. Inde ' Jus ductionis' l. III. §. 1. D. de lib. exhib. *Prasch.* Proprie de bestiis, cum catulos suos, ægre adhuc incedentes, post se trahunt. Est, qui pro, educere positum existimat: sed alterum magis probo. Plinius de cervis et eorum hinnulis lib. VII. 32. ' Ad prærupta ducunt.' Augustus ipse ad Agrippinam, etiam de hominibus usurpat, apud Suet. Calig. 8. ' Puerum Caium XV. Kal. si Dii volent, ut ducerent Talarius et Asellus, heri cum his constitui.' Imo *ducere* in universum, post se trahere, habere secum in consortio, in comitatu suo. Cicero Att. IV. 11. ' Ego mecum, præter Dionysium, duxi neminem.' Fabius Decl. 269. ' Potestis aliquid ex ipso fugæ comitatu colligere; ne servos quidem amplius quam duos duxi.' Quos locos mihi liberaliter pro lectione hac amplissimus Gronovius subministravit. Sed in schedis regiis est *deducere*. Suspicatur Heinsius legendum: *Dum firmiores posset caula educere*, vel: *Dum firmiores catulos inde abduceret*. Schef. Adscrip-

Digitized by Google

sit alias conjecturas libro suo Heinsius; *Dum firmiores catulos post educeret:* vel, *catulos septo educeret:* ut fab. 39. 'Boum septum' rescribebat: vel, *Tum firmiores catulos posse educere.*

8 *Validius*] Infra fab. 24. 'Dum vult validius se inflare.' Et lib. III. fab. 11. 'Cur laborem validius.' Et fab. 16. 'Multo validius clamare cœpit.' Et lib. v. fab. 6. 'Quanto Poëtæ sunt molesti validius.' *Axen.* Ita Hygin. fab. 186. 'Cum autem Metapontus priores valide amaret:' et Quinct. Decl. x. 'Validius amat:' et sæpius in illis declamationibus. Vid. Munker. ad Hygin. fab. 174. Heinsius legit cum Rittershusio *valdius.* Burm.

Validius] F. *valdius:* ut bis apud Horatium. Sic legerim et infra lib. I. fab. 24. lib. III. fab. 11. et 16. et lib. v. fab. 5. *Ritt.*

FABULA XX.

Canes famelici] Camerarius p. 389. *Rig.*

1 *Effectu caret*] Nequit effici; quomodo 'Culpa caret' pro, neqnit culpari, apud Terentium et alios; aut 'Reditu carent vela,' apud Ovidium pro, nequeunt redire. *Schef.* Ovid. Amor. II. 3. 'Non caret effectu, quod voluere duo.'

2 *Ad perniciem quoque mortales devocat*] Sic et infra loquitur lib. III. fab. 5. 'Successus ad perniciem multos devocat.' *Ritt.*

Devocat] Rarum hoc verbum, quo et Corn. Nepos utitur in Cimone: 'Ut quos invocatos in foro viderat, omnes devocaret.' *Schiopp.* Pro, vocat eleganter, in respectu ad celeritatem, qua pernicies sequitur. Sic infra l. III. 6. et 'Devocare ad auxilium' apud Livium legitur, lib. VI. *Schef. Devocandi* quoque verbo, quod rarum imprimis, usus etiam Seneca, de Benefic. VI. 27. 'Nunc vis illum subjici tibi jactura rerum suarum, et status mutatione in id devocari, ut infra sua beneficia jaceat.' Usi eodem Impp. in lib. I. C. Theod. si per obrept. fuerint impetrata. Et C. Theod. de itinere muniendo l. I. *Axen.* Valerius Max. VI. c. 5. 5. 'In judicium populi devocavit.' Vid. Heins. ad Ovid. Met. v. 102. Infr. III. 5. Vid. Davies. ad Cæs. B. G. VI. 7.

3 *Corium depressum*] Est hæc fab. inter Æsopias 211. *Prasch.* Ab alutario videlicet. Sic enim solent. Unde simul liquet, *corium* hic denotari, sicut est detractum pecori. *Schef. Depressum,* id est, demersum, in imo jacens. Cicero pro leg. Manil. 'Depressa classis;' et 'Navis depressa,' lib. VI. et VII. ff. ad L. Rhodiam. *Axen.* Canes autem coria appetere ostendit Horat. Sat. II. 5. 83. 'Ut canis a corio numquam absterrebitur uncto.' Hinc Græcum proverbium, Χαλεπὸν μαθοῦσα κύων σκυτοτραγεῖν: de quo vide Scholiast. Theocrit. Idyl. x. 11. *Burm.*

Canes] Hæc fabula inter Arabicas Locmanni legitur; sed ille Lupis tribuit, quod Phædrus Canibus.

5 *Cæpere bibere*] Codex Daniel. *cæpere ebibere.* Id quod probat Neveletus, non absque ratione. Firmantque schedæ regiæ. *Schef.* Probat et Heinsius. Anonymus Nielantii, *cæperunt lambere,* quod non displicet. Ita fab. 25. 'Quamlibet lambe otio.'

Rupti] Disrupti, nimio scilicet aquæ potu. Quomodo apud Virgilium Ecl. VIII. 'Cantando rumpitur anguis.' Vide infra cap. 24. *Schef.*

Digitized by Google

6 *Periere*] Ms. et prior. edit. *Ibi periere;* sed *Ibi* recte delet Salmasius. *Gud.*

Contingerent] Tangerent, attingerent, manente scilicet eadem fluminis altitudine. Virgilius rursum Æn. II. 'Funemque manu contingere gaudent.' *Schef.* Supra fab. 4. 'Nec quem petebat adeo potuit attingere.' *Axen.*

FABULA XXI.

Leo senex, &c.] Camerarius p. 179. *Rig.*

2 *Ignavis*] *Ignavus*, pro timido. Congruit autem cum hac sententia illud, quod est apud Ciceronem: 'Ubi non sis, qui fueris, non est, cur velis vivere.' *Ritt.*

Jocus] Eleganter hoc dictum; nam, *Jocus*, ut et *Ludus*, pro re abjecta et levi, quæ merito ludibrio haberi possit. Cic. pro Flacco, de Græcorum levitate: 'Num illos idem putatis? quibus jusjurandum jocus est, testimonium ludus,' &c. Catull. 'Jocum me putat esse mœcha turpis.' Propert. 'Fallaci dominæ me pudet esse jocum.' *Schiop.* Petron. LVII. 'Nunc spero, me sic vivere, ut nemini jocus sim.' Fabulæ hujus veritatem firmat Xerxes apud Justin. III. 1. qui 'terror antea gentium, bello in Græciam infeliciter gesto, etiam suis contemptui esse cœpit:' et hoc est, quod dicit Nero apud Auctorem Octaviæ vs. 455. 'Calcat jacentem vulgus.' *Burm.*

3 *Defectus*] Nam cur defectum annis dicit senem? an quia vita ipsum deficit? gerræ. Tu bono meo periculo scribe *Defessus.* Sic apud Apuleium de Asino lib. IV. scribo: 'Jamque confecta bona parte itineris et viæ spatio defessus et sarcinæ pondere depressus, ictibusque fustium fatigatus,' &c. Sed ibi in omnibus cusis et scriptis libris est, *Defectus:* quod nequam et nihili esse aio. *Schiop.* Schoppius ad hunc locum: 'Nam cur defectum annis dicit senem? an quia vita ipsum deficit? gerræ. Tu,' inquit, 'meo periculo scribe *Defessus annis.*' Hæc ille novus Aristarchus; sed errat, et ad Orbilium remittendus est. Quid enim? quia non intelligit Schoppius, ideo mutari debet, quod a Phædro dictum est? nova sane κρεττώς ἐνίοτε. Atque huic loco germanissimus est apud Columellam, quem videre debuerat Schoppius, cor Zenodoti, jecur Cratetis: exemplum illud, lector, scin' tu quod sit? 'Defecta senio arbos.' Vides esse geminum germanum, nam *defectus annis*, et *defectus senio* idem significant. Neque vero satis habuit Schoppius παραλιποδίσαι Phædrum corrumpere; Apuleium quoque, ut est magnus ardello, inquinavit lib. IV. Fabellæ Milesiæ: 'Jamque confecta bona parte itineris, et viæ spatio defectus, et sarcinæ pondere depressus,' &c. Quid ad hæc Schoppius? Hoc 'nequam est,' inquit, 'et nihili; lege, *Defessus.*' Sed ignoravit ille, quo tandem pacto intelligendus hic Phædri locus, nec non ille alter Apuleii. Videlicet ita existimabat, *defectum annis* eum esse debere, cui anni deessent, atque adeo ad mutationem ei confugiendum fuit. Verum *defectus annis* est, qui præ annis seu senio defectus est: *defecta arbos senio*, quæ præ senio deficit. Hoc enim significat *defectus*, ut ex Phædro, Columella, Apuleio, nec non Tacito constat. Nam cum hic postremus

Digitized by Google

scripsit Annal. quarto, ' Tum accusator Cn. Lentulum et Seium Tuberonem nominat, magno pudore Cæsaris, cum primores civitatis, intimi ipsius amici, Lentulus senectutis extremæ, Tubero defecto corpore, tumultus hostilis, et turbandæ reipublicæ arcesserentur:' cum, inquam, hæc scripsit Tacitus, quid aliud intelligebat, quam absumptas Tuberoni corpusculi vires fuisse? Et hæc quidem de Schoppii conjectura; qui cum principes bonarum artium vellicarit, et sæpe sub ferula habuerit, quæ hominis confidentia erat, hic tamen se tam turpiter tamque ridicule dedit. *Fab.* Schoppius: *Defessus.* Nihil minus; Columella lib. I. præf. ' E turba lecticariorum defectissimum annis et viribus in agrum relegat.' Petronius: ' Lucernæ humore defectus.' Ulpianus lib. III. ff. ad S. C. Silan. ' Ignoscitur etiam his, qui ætate defecti sunt.' Simile quid habet Fab. Decl. XIII. ' Defectaque labore senectus.' Item Apuleius lib. IV. Asini. Quem iccirco frustra Schoppius emendat. Idem enim et lib. VI. ' Gradum, defectum assiduis laboribus, spes incitabat.' Rectius Rutgersius, quando Lect. Var. lib. v. 10. vocabulum hoc vindicat Terentio quoque, ex Scholiaste Juvenalis, qui sic versum ejus Adelpho act. II. sc. 2. retulit: ' Ego vapulando, ille verberando usque ambo defecti sumus.' Adde etiam Salmas. ad Tertull. Pall. p. m. 197. Studet equidem tueri sese Schoppius, et *defectum* ab argenteæ ætatis scriptoribus pro, confectum ait usurpari in Infamia Famiani p. 115. ubi multis de hoc genere. Verum frustra, ut opinor, maxime si Rutgersii sententia hic audienda. *Schef.* Ovidius Metam. v. ' Sanguine defectos cecidit collapsus in artus.' Et Metam. IX. ' Quæ vires defecto reddat amori.' *Axen.* Qui plurima hujus locutionis exempla affert. Firmat hanc lectionem Anonymus Nicolantii. Vide et Heinsium ad Ovid. Fast. III. 674. et quæ nos ad Quinctil. Declam. XIII. 2. adnotavimus. De Leone vero sene vide, quæ collegit Dausq. ad Q. Calabrum lib. II. pag. 60. *Burm.*

Defectus annis] Quem scilicet anni deficiebant: ' Nam vita morti propior est cotidie.' Hominem sexagenarium, cui sexaginta quinque annorum vita vivenda est, anni deficiunt: nempe quinque tantum illi supersunt. Martialis Epigr. XIII. 77. ' Dulcia defecta modulatur carmina lingua,' &c. Tacitus Annal. IV. ' Lentulus senectutis extremæ, Tubero defecto corpore.' ' Defectæ domus, et fœnei defective homines,' C. Th. lib. III. de Indulg. Debit. Atque ita rectissima lectio Apul. As. Au. IV. ' Jamque confecta bona parte itineris, et viæ spatio defectus, et sarcinæ pondere depressus.' Vid. vet. Interp. Juven. Sat. III. vers. 289. Vetus Gloss. ' Deficit: Κάμνει, λειποθυμεῖ.' *Defectus*, ut contrario sensu, ' Refectus.' *Defectus annis*, ut inf. lib. v. ' Defectus pilis.' Sustine igitur mutandi prurigine. *Rig.*

Defectus annis] *Deficere annis* dictum est, ut *animo deficere* apud Celsum, lib. II. 17. ' Ut per ætatem animo deficiat;' ita legendum; vulgo, *anima.* Virg. Georg. lib. III. de equo generoso, ' Hunc quoque, ubi aut morbo gravis aut jam segnior annis Deficit, abde domo.' Sic Gratius Cyneget. ' Huc defecta mala vidi pecuaria tabe Sæpe trahi.' Sic Cicer. ' Mulier abundat audacia, consilio et ratione deficitur.' Justinus lib. XII. 16. 14. ' Quorum non studiis deficiatur, quam annis;' hoc est, quorum militum non tam studia Alexandrum destituunt, quam anni et ætas. Lucan. lib. III. vers. 625. ' Hostilem defectis robore membris.' Ita in omnibus Mss. et edit. antiquis; recentiores perperam *defectis;* hoc primum. Deinde, dele glossema, quod omnes codices obsedit,

Digitized by Google

et ex Rem. Mss. lege *defectis robore nervis.* Ita lib. IV. de Petreii militibus post sitim revalescentibus, vers. 372. ‘ Mox robora nervis Et vires rediere viris.’ Idem lib. IV. vs. 600. ‘ Jam defecta vigent renovato robore membra:’ et lib. V. vs. 333. ‘ Vos defecta, senes, exhaustaque sanguine turba.’ Ubi male quædam editiones, *despecta.* Hirtius de Bell. Gall. lib. VIII. ‘ Ne ant Cæsar copia pabuli frumentique, si longius progredi vellet, deficeretur, aut hostes incendiis terrerentur.’ Scaliger edidit *deficeret:* perperam; nam *deficeretur* constanter omnes libri scripti et primæ editiones. Cæs. de Bell. Civil. lib. III. ‘ Labore et multitudine telorum nostros vicit, dejectisque defensoribus, qui omnes scaphis excepti refugerant, etiam navem expugnavit:’ ubi Mss. constanter, *defectis.* Idem eodem libro c. 64. ‘ Cum gravi vulnere esset affectus Aquilifer, et viribus deficeret.’ Ita quidem omnes editiones; notat tamen Fulv. Ursinus, in suo Ms. fuisse *a viribus deficeretur:* et similiter in vetustissimo Cod. Ms. Petaviano *a viribus deficeretur.* Martial. XIII. 77. ‘ Dulcia defecta modulatur carmina lingua Cantator Cygnus funeris ipse sui.’ Tertul. de Pall. ‘ Jejunus scilicet semper et indefectus.’ Quam lectionem veterum Mss. Salmasius recte defendit p. 197. *Indefectus,* ἄλειπτος. Sic in Institutionibus tit. Quib. modis test. infirm. §. 2. ‘ Aut conditione, sub qua hæres institutus est, defectus sit:’ ubi in vetere Gottorp. primitus scriptum erat *defunctus,* quod ex vestigiis apparebat, sed postea correctum *defectus.* Similis vero plane huic Phædri loco est alter apud Columellam in præfat. lib. I. ‘ Pedissequorum lecticariorumque defectissimum annis et viribus in agrum relegat, cum istud opus non solum scientiam, sed et viridem ætatem, cum robore corporis ad labores sufferendos desideret,’ Eodem modo *confectus* reperitur in Ennio apud Ciceron. de Senect. ‘ Equus senio confectus.’ Sic noster, ‘ Morbo confectus,’ lib. I. 14. 5. et ‘ Macie confectus’ lib. III. 7. 2. Sed fortasse scribendum est hoc loco *Defectus armis,* ut Ms. Rem. habet. Feræ enim *armatæ* dicuntur. Hinc Alcimus Avitus Poëm. lib. III. p. 520. ‘ Inde truces sævire feræ, dudumque timentes Excitat ad pugnam tum primum conscia virtus, Reddit et armatas unguis, dens, ungula, cornu.’ Hinc ipse Phædrus, fab. ult. lib. I. columbas vocat ‘ genus inerme,’ quia neque unguibus, neque rostris, ad vim armatæ sunt; et idem est, ac si dixisset, *genus defectum armis.* Sic Martial. Ep. lib. III. 57. dixit, ‘ Vitulus inermi fronte,’ id est, absque cornibus; et Statius Thebaid. IX. de aprinis dentibus, ‘ Armaque curva suum.’ Et ita lib. XI. in fin. ubi de leone jam senio confecto agit, quod propius ad nostrum accedit, ‘ Jam piger et longo jacet exarmatus ab ævo.’ *Gud.*

Desertus viribus] Omissa præpositione *a.* Sic Tacit. Ann. III. 20. ‘ Neque prælium omisit, donec desertus suis caderet.’ *Schef.* Sic Ovid. Ep. XII. 161. ‘ Deseror conjuge:’ ubi vide.

4 *Jaceret*] Sic fere solent de ægrotis. Noster quoque supra: ‘ Cum jaceret morbo confectus gravi.’ *Schef.* Statius de leone Thebaid. II. ‘ Jam piger et longo jacet exarmatus ab ævo.’ *Axen.*

Trahens] Eleganter difficultatem, et ultimos quasi conatus, vivendi exprimit. Columella lib. VII. 9. ‘ Cum quodam impedimento tractus spiritus.’ Curtius lib. III. 6. ‘ Spiritus meus semper quidem ex te pependit, sed nunc vere sacro et venerabili ore trahitur.’ *Schef.* Justin. lib. XXVIII. 3. ‘ Olympias gemino filiorum vulnere afflicta, ægrum trahens spiritum, non diu filiis supervixit.’

Digitized by Google

5 *Aper fulmineis dentibus*] Ovidius Metam. x. 'Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri.' Ausonius Monosyllabis historicis: 'Cædis Adonææ mala gloria fulmineus sus.' Et idem Epist. 4. ad Theonem: 'Stringere fulmineo venabula cominus hosti.' Quæ de apro intelligenda esse, ex præced. intelligitur: 'Aut spumantis apri cursum clamoribus urges.' Oppianus noster Cyneget. lib. III. ver. 379. luculentis versibus hanc vim dentis aprugni describit: Ἔστι δέ τις κάπροιο φάτις πέρι, λευκὸν ὀδόντα Λάθριον ἐντὸς ἴμαν μαλερὴν πυρόεσσαν ἐνιπήν. Σῆμα δ' ἐφημερίοισιν ἀρηφαδὲς ἐρρίζωται. Ὁππότε γὰρ πολὺς ὄχλος ἐκήτριμος ἀγρευτήρων Σὺν κυσὶν εὐτάλμοισι ποτὶ χθόνα θῆρα βάλωνται, Αἰχμῇσιν δολιχῇσιν ἐπασσύτερον δαμάσαντες, Δὴ τότ' ἀπ' αὐχένος ἄτης ἀειράμενος τρίχα λευκὴν Θηρὸς ἑὸν ἀσθμαίνοντος ἐνιχρίμψειεν ὀδόντι, Αἶψα μάλα σφαιρηδὸν ἀνέδραμεν αἰθομένη θρίξ. Καὶ δ' αὐτοῖσι κύνεσσιν ἐπὶ πλευρῇς ἑκάτερθεν, Ἔνθα σνὸς γενίων πέλασαν αἰθωνες ὀδόντες, Ἴχνια πυρσευθέντα διὰ ῥινοῖο τέτανται. *Ritt.*

Fulmineis] Mutuatus est ab Ovidio, qui de apro scripserat: 'Fulmineo celeres dissipat ore canes.' *Faber.* Proprie de apro, propter candorem inter nigras setas. Notat et ictus repentinos, ut vult Rittershusius. 'Fulmineum ensem' binis locis dixit Virgilius, propter candorem splendoremque, quem puto hic, ut alias, imitatum esse nostrum. Faber mutuatum ab Ovidio existimat, qui de apro: 'Fulmineo celeres dissipat ore canes.' *Schef.* Plurima hic congerit Axenius.

Fulmineis] Satis multa de *fulmineis* Rittershusius. Stat. lib. XI. 530. 'Fulmineos veluti præceps cum cominus egit Ira sues, strictisque erexit pectora setis, Igne tremunt oculi, lunataque dentibus nucis Ora sonant, spectat pugnas de rupe propinqua Venator pallens, canibusque silentia suadet.' Idem Achill. lib. II. 410. 'Fulmineosque sues.' Et lib. VI. vs. 864. 'Fulminei sic dente sues.' Ubi fortasse melius posset legi, *Fulmineo*; ut apud Ovidium et Phædrum; sed non minus excusari potest vulgata lectio. Hos dentes fulmineos Statius lib. IX. 589. dixit 'Arma curva suum.' *Gud.*

Ad eum venit] Forte legendum *ægrum impetit*, id est, impetum facit. Vel legendum *irruit ægrum*, vel *ægrum invadit*. Heins. Nihil hic mutem: nam ut passim 'Ire in aliquem' hostilem et irritatum animum notat, ita et verbo *Venire* sæpe eamdem vim inesse deprehendimus. Statius eo sic aliquoties utitur, ut lib. VIII. 694. 'Illum, illum, semel in quem venerat, urget:' Theb. VI. 799. simpliciter usus est: 'Venientem eludit:' et vers. 875. 'Venit arduus ille Desuper.' Recte utrobique Barthius per, ruere, irruere, interpretatur, et ejus glossæ etiam inopinatam vim hic explicant: et ita cepit hic Anonymus Nielantii, qui *super venit*, ut Nielantius legit, habet. Propertius quoque absolute ponit, lib. I. eleg. X. 25. 'Irritata venit, quando contemnitur, illa:' et Eleg. XVIII. 14. 'Non ita sæva tamen venerit ira mea.' 'Venire vero contra,' vel 'advérsum aliquem' Ciceroni et aliis usitatissimum. Vide Comment. ad l. I. ad Att. I. et pro Rosc. Com. cap. 6. *Burm.*

6 *Ictu veterem*] Proprie, de morsu aprorum. Ovidius Met. VIII. vers. 344. 'Obliquo latrantes dissipat ictu.' Hinc Germanis aper, *ein hauer*. Schef. *Ictu* hic latine et proprie positum; Horat. Od. III. 23. 'Quam (pinum) per exactos ego lætus annos Verris, obliquum meditantis ictum, Sanguine dono.' Ovid. Metam. VIII. 'At non lethiferos (apri) effugit Ensæimus ictus.' *Axen.* Non constat versus. Forte *Et vindicavit ita* (vel *sic*) *veterem injuriam*. Heins. Non video vitium in vulgata lectione, cum in Heinsiana emendatione hiatus debeat admitti, nisi cum

Digitized by Google

Anonymo Nielantii legamus *veteres injurias*.

7 *Infestis*] Veteres habuere, *Infestus*. Sed hoc rectius. *Schef*. Et ita Neveletus.

9 *Frontem exterit*] Frontem exterit, ἐξεγκεφαλίζει, excerebrat. *Rig*.

Exterit] Comminuit, terendo et calcitrando confringit. Ita Stat. Theb. lib. x. 473. 'Gravis exterit artus Ungula.' Consule et Ovidium Amor. i. Eleg. 9. vs. 12. ibique doctissimas Nic. Heinsii notas. In Cod. Danielis fuit, *extudit*. Schef. Ita Seneca de brevitate vitæ: 'Ingenti mole animalium exteri.' Codex V. Pithœi habet *exterxit*. Heins. Sic apud Lucret. i. 79. ex Mss. Memmiano: 'Quare religio pedibus subjecta vicissim Exteritur.' V. Barth. ad Statii locum a Scheffero laudatum. *Burm*.

Exterit] Ms. Rem. et Cod. Dan. *extudit*; nec temere discedendum a vetustissimorum duorum librorum auctoritate. Pithœi tamen prima editio in textu recepit *exterit*, quod non probo; legendum omnino *extudit*, quod latinum et elegans est, de violenta et sæpius repetita percussione. Suetonius Vespas. 2. eleganter hoc verbo usus est; 'Ea demum extudit magis convicio, quam precibus vel auctoritate.' Atque ita si hic legatur, conveniunt tempora, quæ cæteroquin discrepant: *extudit* enim perfecti est temporis, ut antecedentia, 'venit,' 'vindicavit,' 'confodit,' 'vidit,' a quibus plane dissonum est illud *exterit*. Gud.

10 *Indigne tuli*] Cum indignatione. Refertur ad personam hoc loco, quod notandum. Cicero usurpavit de re: at et noster infra facit. Suetonius absolute posuit hoc sensu. *Tuli*] Schedæ Regiæ habent *fero*. Eædem hic deficiunt, magno cum detrimento auctoris. *Schef*.

11 *Insultare*] De iis, qui injurias per ludibrium inferunt. Serv. ad Virgil. Æn. lib. ii. vs. 330. '*Insultare*, est, in alienum dolorem gaudere.' *Schef*.

Te naturæ dedecus] Non habet hæc Anon. fab. 16. *Prasch*. Eleganter: ex quo formato natura non tam laudem meruit, quam dedecus. Asinum intelligit. Et sic Cicero 'Dedecus familiæ' pro Rabirio usurpavit. Apuleius Asin. lib. ix. 'Universi sexus dedecus.' *Schef*.

Te naturæ dedecus] Infra: 'Sinistra quos in lucem natura extulit.' *Rig*.

Naturæ dedecus] Sic eleganter vocat Asinum. *Ritt*.

12 *Quod ferre certe cogor, bis videor mori*] Mallem, *Quod ferre cogor, certe bis videor mori*. Alexandri milites apud Curt. lib. x. 14. idem voluerunt, dum aiunt: 'Milites tui, cives tui, incognita causa, captivis suis ducentibus, trahuntur ad pœnam: si mortem meruisse judicas, saltem ministros supplicii muta.' *Nev*. Rectius transponas vocem loco suo motam, legasque: *Quod ferre cogor, certe bis videor mori*. Meurs. Σύγχυσις παθητική, nec fortasse aliis ignota. Virgil. Epist. ad August. 'De Ænea quidem meo, si mehercule jam dignum auribus haberem tuis, libenter mitterem.' Similia apud Comicos reperies. Quocirca nihil immutandum censeo. *Praschius*.

Quod ferre cogor, bis videor mori] Æsopus præceps mittendus: Ὦ Ζεῦ, εἶπε, τί ποτέ σε ἠδίκησα, ὅτι οὕτω παρὰ λόγον ἀπόλλυμαι; καὶ ταῦτα οὔθ' ὑφ' ἵππων γεννάιων, οὔθ' ἡμιόνων ἀγαθῶν, ἀλλ' ὀναρίων εὐτελεστάτων. Avien. fab. ult. *Rig*.

Ferre cogor, certe] *Quod ferre certe cogor*, ut est in Mss. vulgatæ præfero, ob elegantem et παθητικὸν situm particulæ. Sic Cicero Ep. ad Attic. lib. i. 9. 'Quod te modeste ferre certo scio.' Παθητικῶς autem expirans Leo ad Asinum: *Te ferre certe cogor*, ait, respiciens ad supremam illam necessitatem et fatalem naturæ dissolutionem, qua impeditus insolentiam

Digitized by Google

asini ferre profecto invitus cogebatur, quomodo etiam alibi Cicero. *Gud.*

Bis] Semel per vim, iterum per infamiam ex auctore ejus, cum fama bona sit velut altera vita, et ob id vitæ æquiparetur. *Schef.* Est locutio sæpe usitata, pro, magnam dolorem et acerbitatem ex morte sentire. Ita Orestes apud Euripid. in Orest. 1116. Δὶς θανεῖν οὐ χρῄζομαι· *Bis mori non recuso.* Burm.

Bis videor mori] Ab adversario magno vinci vel detrimentum accipere solatium quoddam est, et lenius ferri potest. Unde illud apud principem Poëtarum: 'Æneas magni dextra cadis.' Et Ovid. Metam. XII. 'Quisquis es, o juvenis, dixit, solamen habeto Mortis, ab Æmonio quod sis jugulatus Achille.' Pulcherrime Accius in Armorum judicio, referente Macrobio lib. VI. Saturnal. cap. 1. 'Nam tropæum ferre me a forti viro pulchrum est. Sin autem et vincar, vinci a tali nullum est probrum.' At a vili et abjecto atque ignavo superari, summum probrum maximeque pudendum et dolendum est. Formula illa: 'Bis mori,' vel 'interimi,' vel 'perire' quasi proverbialis est, usurpata etiam ab aliis: ut in Senario Mimographi: 'Bis enim mori est, alterius arbitrio mori.' Et: 'Bis interimitur, qui suis armis perit.' Sic supra fab. 8. 'Bis peccat.' Sic Publius Syrus: 'Bis vincit, qui se vincit in victoria.' *Ritt.*

FABULA XXII.

Mustela et homo] Camerarius p. 188. et 312. *Rig.*

1 *Mustela ab homine prensa*] De talpa et olitore refert Abstemius fab. 144. *Prasch.*

Homine] Ita solent, de ignoto, ac incerto. Virg. Æn. lib. VII. et Plaut. Pseud. Act. IV. Sc. 2. 'Quis hic homo chlamydatus est?' *Schef.*

Instantem] Lib. II. fab. 8. 'Ut venatorum fugeret instantem necem.' *Axen.* Forte *instanti.* Heins.

2 *Parcas*] Ms. *Parce;* et ita prima editio; Salmasius autem mutavit in *Parcas.*

Tibi] Num cohæret, *tibi purgo*, an *tibi molestis?* Posterius puto. *Schef.* Imo vero prius. Sic eleganter 'tibi' et 'mihi' ornatus caussa orationi additur. Vid. Manut. ad Ciceron. Famil. Epist. IX. 2. Serv. ad Virgil. Æn. II. 258. Terentio et Plauto valde familiaris illa elegantia. Terent. Phor. v. 8. 'Qui mihi, ubi ad uxores ventum est, tum fiunt senes:' ubi vide Donatum. Livius quoque in præfat. 'Ad illa mihi quisque intendat animum.' Et lib. II. 29. 'Pulset tum mihi lictorem.' Propert. Eleg. I. 19. 'Sed ne forte tuo careat mihi funus amore.' Horat. Epist. I. 8. 'Quid mihi Celsus agit?' *Burm.*

Molestis] Omissa præpositione, quam fere alii apponunt. Cato de R. R. 66. 'A foliis et stercore purgato.' Sed ut Noster, ita et Palladius in April. cap. 8. 'Purganda sunt alvearia sordibus.' Adde Tacit. An. lib. III. 17. 1. *Schef.*

Molestis muribus purgo domum] Palladius de Cato: Epig. vet. IV. 'Mordaces morsu solitus consumere mures, Invisum et domibus perdere dente genus.' *Rig.*

4 *Facerem si causa mea*] Clara est emendatio Bongarsii: *faceres si causa mea, Gratum esset.* Meurs. Et hanc Heinsius probat. *Caussa* vero *mea*

Digitized by Google

elegans et usitata locutio, non *mei*. Terent. Heaut. prol. 41. 'Mea caussa caussam hanc justam esse animum inducite:' et act. v. sc. 5. 'Syro ignoscas volo, quæ mea caussa fecit.' Ovid. Epist. xx. 108. 'Ne videar caussa falsa monere mea.' Servius distinguit inter *caussa tua*, et *tui*, ad Virg. Æn. xii. 29. cujus sententia an vera sit, non definio. *Burm.*

Facerem si caussa mea, gratum esset] Ms. *facerem*, et primæ edit. Salmas. *faceres si caussa mea, Gratum esset;* gratum esset, nimirum hoc beneficium quod jactas. Forte etiam legi posset, *facerem, si caussa mea aratum* [F. Gratum s. Ratum] *esset;* aut *faceres si causa mea, Ratum esset*. Vide porro in hanc sententiam Senec. de Benefic. lib. vi. 12. *Gud.*

5 *Gratum esset*] Gallice, *Je t'en aurois obligation*. Ita Terentius intelligendus, 'Dum gratum esse potuit,' &c. *Faber*. Sic Græci Ἴσημι χάριν. Isocrates Panegyr. *Axen*. Ovid. Epist. xvi. 13. 'Jamdudum gratum est, quod epistola nostra recepta est.' Ita 'Gratum habere,' quod hic Anonym. Nielantii habet, est apud Terent. Adel. ii. 4. 6. Justin. xxix. 2. 'Gratius habiturus.' Vid. Bronkh. ad Tibul. iv. 10. et, quem advocavit etiam Hoogstratanus, Græv. ad Cicer. pro Milon. 35. *Burm.*

Supplici] Significanter, motus tuis precibus; et quia suppliciter oras. Ita 'supplicem' usurpat Curt. lib. iii. 2. 17. *Schef.*

6 *Laboras ut*] Propterea, ut. Absolute *laborare* hic est, quoquo modo negotiosum esse. Ita Cic. Ep. Fam. v. 2. 'Me ut tibi amicissimum esse intelligeres, laboravi.' Tusc. iv. 'Laboro, ut assentiar Epicuro.' Adde infra lib. iii. 12. *Schef.*

Reliquiis] Pane: ut habet Anon. fab. 40. *Prasch.* Observandum a studiosis Latini sermonis *reliquia, orum;* quomodo usurpasse olim Plautum in Milite Glorioso ex veteribus libris constat: 'At pedites tibi reliquia erant, si viverent.' Ita et τὰ 'Cupedia' et 'Cupediæ,' 'Decipulum' et 'Decipula,' apud Martianum Capellam et Apuleium. *Faber*. Cœnarum, qualia decidunt ex pane aliisque cibis in terram, muribusque cedunt: non satis intellexit Gallicus Interpres. *Quæ sunt*] Ergo et in neutro genere *reliquia* usurpantur, quomodo et *deliquia* dicimus. Plautus in Mil. Act. i. Sc. 1. 'At pedites tibi reliquia erant, si viverent.' Ita habent veteres editiones, etiam Gryphiana, non *reliquiæ:* quod a sciolis videtur factum in recentioribus. *Schef.* Lege *relicuis, Quas sunt rosuri*. Sic fab. 40. 'Tales cum sint relicuæ.' *Heins.* Quod et Camerarius, qui edidit, *Qui arrodendo reliquias victus mei*, confirmat. Sic Petron. lxvii. 'Nisi reliquias pueris diviserit.' Τὰ περισσὰ Græcis. Vid. Brodæ. ad Anth. lib. ii. 31. p. 226. *Burm.*

Reliquiis, quæ] Nota, *Reliquium* et plurali *Reliquia* etiam Neutro genere a Latinis dici, ut 'Alimonium,' 'Deliquium.' Sic 'Muscipulum' infra, lib. iv. fab. 1. Nisi dicamus, pro *Quæ* legendum *Quas*. Ritt.

Reliquiis, Quas sunt rosuri] Schefferus et alii putant, sic veteres dixisse 'Reliquia,' ut 'Deliquia;' et ita in Plaut. Mil. Act. i. Sc. 1. in editione Gryphii et aliis veteribus editionibus fuisse, quod recentiores mutarunt. Sed ego malim retinere hic *reliquis*. 'Reliqua' enim dicuntur idem, quod 'Reliquiæ;' ut Græcis Λοίπαθες et Λοιπὰ: sic Latinis 'Reliquiæ' et 'Reliqua.' Gloss. 'Λοιπὰ, Reliqua, Reliquorum.' Spart. Hadr. 'Ex reliquis ingentem summam remisit.' Ita Valer. Max. lib. i. 6. dixit 'Reliquum carnis.' Neque, si *reliquis* legatur, laborabit versus; nam dupliciter ei succurri poterit: 1. ut prima in *reliquis* producatur, et scribatur *relliquis*, ut quidam in fab. ult. h. l. faciunt, et passim apud alios

Digitized by Google

poëtas usitatum; vel 2. ut *reliquis* sit quadrisyllabum, ut infra ad fab. ult. probabimus auctori nostro frequentatum. *Gud.*

7 *Rosuri*] Proprie de muribus. Cic. Div. II. 'Mures diem et noctem aliquid rodentes.' Plin. lib. VIII. 7. 'Theophrastus auctor est, ferrum quoque rosisse eas.' *Schef.*

8 *Imputare*] Cohæret cum sequenti *mihi*. *Imputare aliquid alteri* est, in expensi creditique rationes referre, exprobrare, tanquam beneficium. Dico latius in curis secundis ad Pacatum nostrum cap. 13. *Schef.* Seneca de Beneficiis: 'Quædam homines præstant, et aliis imputant.' *Axen.* Vide Cellarii curas posteriores, p. 64. et 168.

Imputare beneficium] Non est hoc loco, acceptum referre, sed exemptum vel collatum alicui. Phrasis Senecæ et Plinio potius, quam Ciceroni, usitata. *Ritt.*

Vanum] Quod habet speciem exterius, sed intus nihil est. Servius ad Virg. lib. IV. falsum reddit: 'Vana fides,' inquit, 'id est, falsa.' *Schef.* Fictum, mendax. Virgil. Æn. II. 'Vanum mendacemque,' de Sinone. *Axen.*

9 *Atque ita*] Supra fab. 1. 'Atque ita correptum lacerat injusta nece.' *Axen.*

Atque ista locutus] Scribendum omnino ex C. Rem. et edit. pr. *Atque ita*, quod Phædri genuinum est, ut fab. 1. 'Atque ita correptum lacerat injusta nece;' et lib. IV. fab. 3. 'Atque ita coëgit frenos invitum pati:' et certe in secunda sede rarius Phædrus utitur ... *Gud.*

Improbam] Crudelem et avaram, ut liquet ex superioribus. Ad eundem modum lib. II. 2. de prædatore: 'Improbum rejecit.' *Schef.*

Improbam] Quam Phædrus *improbam* vocat, apposite Ælianus lib. IV. dixit Κακὸν θηρίον. *Gud.*

Improbam leto dedit] Artemidorus Oneirocr. III. Γαλῆ δὲ γυναῖκα σημαίνει πανοῦργον καὶ κακότροπον. Ælianus Anim. l. IV. Κακὸν θηρίον ἡ γαλῆ. *Rig.*

Leto dedit] Ovid. Ep. 2. 'Phyllida Demophoon leto dedit.' Et Metam. II. 120. Seneca Hypolyt. vs. 695. 'Quos hausit, et peremit, et leto dedit Odium, dolusque.' Plura dabit Hoogstratani larga manus. Ita 'Leto petere' Senec. Herc. Fur. 630.

Leto dedit] Sic infra lib. III. fab. 16. Sic in vet. formula mortuali: 'Ollus est leto datus:' de qua Brisson. Formul. lib. VII. *Ritt.*

10 *In se*] Contra se. Terent. Adel. Act. I. Sc. 2. 'Nolo in illum gravius dicere.' *Schef.*

11 *Privata*] Existit, fit privata, et servit sibi; *privata* est, quæ respicit dominum suum, eum, a quo proficiscitur, quomodo apud Horat. Ep. lib. I. 3. 'Monendus Privatas ut quærat opes.' *Utilitas* est, usus, sive id, quo quis potest esse utilis. Quomodo Cicero alicubi in Epist. 'Utilitatibus tuis possum carere.' *Schef.*

12 *Jactant*] Isthuc ipsum est, quod dicit Terentius: 'Ego, Charine, neutiquam officium liberi esse hominis puto, Cum is nil promereat, postulare id gratiæ apponi sibi.' Id supra rotundissime dixit Phædrus, 'Vanum beneficium cuipiam imputare.' *Faber.* Phrasis hic mutatur. Vide supra c. 4. verbis: 'Eripere voluit;' quanquam veteres editiones habeant *jactat*, quod cur repudiari debeat, non video. *Schef.* Leg. *Ut meritum inane jactent imprudentibus. Imprudentes* sunt, ignari. Sic supra dixit fab. 14. 'Quorum stultitia quæstus est imprudentiæ.' Et fabula 63. 'Quod multorum fugit imprudentiam.' Contrario sensu vocat 'Peritos,' Fabula sequenti; et 'Cautos,' fab. 25. *Heins.*

Imprudentibus] Est, apud imprudentes, id est, simplices, quibus volunt imponere pompa verborum. Virg. lib. II. 'Montibus et silvis studio

Digitized by Google

jactabat inani.' *Schef.*

Jactant imprudentibus] Lege, *jactat.* Similiter erratum erat infra lib. III. fab. 14. *debent* pro *debet*.

FABULA XXIII.

Canis fidelis] Camerarius p. 183. *Rig.*

Canis fidelis] Jac. Micyllus in carmine elegantissimo de Canibus: 'Inter quadrupedes canis fidelis.' *Ritt.*

1 *Repente*] Ex improviso, et præter spem, quia præter consuetudinem ejus. Ita Cicero Ep. Fam. lib. v. 4. 'Cæsar repente præter spem dixit,' &c. *Schef.*

2 *Tendit*] *Tendere* verbum est venaticum; nam tendi retia dicuntur feris, cum captantur. Cæterum sic et Sallustius, 'Tendere insidias,' dixit in Catil. *Schef.* Horatius Epod. II. 'Aut amite levi rara tendit retia, Turdis edacibus dolos.' Ubi et *tendere*, et *dolos*, ut hic in Phædri contextu. *Axen.*

Tendit] In Mss. erat *ostendit*. Sed perperam exscriptor geminavit duas literas postremas vocis præcedentis *inritos*; eodem modo infra l. II. in Ms. est *Alacer certe* pro, *Alapæ certe*. Gud.

3 *Nocturnus*] Hæc fabula (in qua elegis ornanda juvenatur Anon. fab. 23.) transferri scite posset ad partes animæ: sic, ut Canis esset irascibilis; Herus, rationalis; Fur panem mittens, concupiscibilis. Rationem pro me dicat mel illud Charitum (ut vocat in Epitaphio Card. Bevilaqua) Torq. Tassus, in Allegoria sui Gothofredi. *Prasch.* Noctu furari solitus. Sic solemniter vocatur a JCtis, et a *diurno* distinguitur; vide Cicer. in Or. pro Milon. *Schef.* Plurima de nocturnis furibus huc attulit Axenius. Vid. et ad Petron. cap. 15. et 57.

Panem misisset cani] Objecisset, proprie. Noster infra lib. III. 2. Pantheræ 'perituræ misere panem.' Hinc *missilia*, quæ jactantur et sparguntur in vulgus, passim. Adde lib. II. 8. *Schef.* Seneca Epist. 27. 'Vidisti aliquando Canem missa a Domino frusta panis aut carnis aperto ore captantem.' *Axen.* Vide de hoc loquendi genere Gronov. ad Senec. Consol. ad Marciam cap. 5.

4 *Objecto*] Etiam hoc proprie, ut cani. Seneca de Const. 14. 'Tanquam canem acrem objecto cibo leniet.' Plinius lib. VIII. 40. 'Cum quidam ei (cani) cibum objecisset.' *Schef.* Seneca de Ira III. 37. 'Irasceris ergo catenarie cani? et hic, cum multum latravit, objecto cibo mansuescit.' *Axen.* Sic 'Objectum lucrum' lib. IV. 11.

Tentans] Absolute. Ut apud Cicer. Parad. 'Tentare volui, an ita dici possent.' *Schef.* Inf. IV. 7. 'Hæc cum tentaret, si qua res esset cibi.'

An cibo posset capi] Id est, ad silendum alliceri. Idem est effectus lapidis, qui in Nilo nascitur, fabæ instar præ se ferens: si Thrasyllo stamus, ex quo memorat Plutarch. de Fluv. Hunc enim ὃν κύνες ἔδουσιν, οὐχ ὑλάκτουσιν. *Prasch.* Tanquam re delectabili trahi in partes, et obnoxius reddi. Ita Cornelius de Sylla, Vit. Attic. cap. 4. 'Secum habuit Pomponium, captus adolescentis et humanitate et doctrina.' *Schef.*

5 *Heus inquit*] Nob. Heinsius hunc versum ita corrigit: *Heus, si, inquit, linguam vis meam præcludere.* Optime: posset tamen illud *vis* interrogative accipi. Sic Curt. lib. IX. 3. 'Fratres

Digitized by Google

agnoscent ergastuli detrimenta?' Idem: 'Tolerabimus, quæ armatos fatigaverunt?' pro, agnoscentne? tolerabimusne? *Schef.*

Præcludere] Supra fab. 2. 'Vocem præcludit metus.' Ovid. Met. II. 658. 'Vocisque meæ præcluditur usus.'

6 *Latrem pro re domini*] Custodienda scilicet, ac conservanda. Quomodo infra lib. III. 3. 'Pro vita rogant.' *Schef.*

7 *Benignitas*] Id est, liberalitas; vide plurima de hoc vocabulo apud Lambin. ad Horat. Od. I. 17. Terentius Adelphis v. 9. dixit, 'Subitam largitatem,' ut notat Axenius.

8 *Vigilare*] Curam et sollicitudinem denotat. Plautus in Rud. Act. IV. Sc. 2. 'Vigilare decet hominem, qui vult sua tempore conficere officia.' *Schef.*

Facias lucrum] Nequid furto lucreris. Optime; ita Plautus iterum in Merc. Prologo: 'Vendidi ex sententia, lucrum ingens facio.' *Schef.*

FABULA XXIV.

Rana rupta] Horat. Serm. II. 3. Camerar. p. 188. *Rig.*

1 *Inops potentem*] Id voluit Syrus vs. 746. 'Ubi cœpit pauper divitem imitari, perit.' *Nev.*

Potentem] Refertur ad divitias hoc loco, ut vel oppositio indicat. Sic usurpavit Terentius Eunuch. Act. II. Sc. 3. 'Quis est tam potens cum tanto munere?' et Horat. Od. II. 18. 13. 'Nec potentem amicum Largiora flagito.' Plautus addit, auro, in Epid. Act. I. Sc. 2. 'Est Euboicus miles locuples, multo auro potens.' *Schef.*

2 *In prato quodam rana consp. bo.*] Horatius Sat. lib. II. 3. 'Absentis ranæ pullis vituli pede pressis, Unus ubi effugit, matri denarrat, ut ingens Bellua cognatos eliserit. Illa rogare: Quantane? num tandem, se inflans, sic magna fuisset? Major dimidio. Num tanto? Quum magis atque Se magis inflaret; Non, si te ruperis, inquit, Par eris.' *Rig.*

Quodam] Scribe *quendam;* quod etiam Ampliss. Heinsio placuit. Liquido id affirmat Martialis, qui Phædri hanc fabellam in animo atque oculis habuit, Ep. lib. X. 79. 'Grandis ut exiguam bos ranam ruperat olim, Sic puto Torquatus rumpet Otacilium.' Quin imo Phædrus passim narratiunculas suas incipit a particulis temporis indefiniti, *olim* aut *quondam.* Sic fab. 6. 'Uxorem quondam sol quum vellet ducere:' et fab. 20. 'Vulpinos catulos Aquila quondam sustulit:' et lib. III. fab. 2. 'Panthera imprudens olim in foveam decidit:' et fab. 17. ejusd. lib. 'Olim quas vellent esse in tutela sua.' Et lib. IV. fab. 17. 'Canes legatos olim misere ad Jovem.' Sed cum Romulius sive Remiccius legat, *In prato quædam Rana vidit pascentem bovem;* præferam hic illud *quendam.* Gud.

3 *Tacta*] Elegantissime pro, commota, de perturbatione subitanea. Plane ad eundem modum Lucanus lib. IX. Et Lucretius lib. I. 'Nec tangitur ira.' Similia et Livius habet. *Schef.* Vid. ad Ovid. Met. VIII. 184.

Invidia] Sensu active, quo nempe illa eam invidebat. Quomodo Cicero Epist. Fam. I. 1. 'Religionis calumniam malevolentia, et illius regiæ largitionis invidia, comprobat.' *Schef.*

4 *Natos suos*] Sic lib. II. fab. 4. 'Magno in periclo sunt nati tui,' et

Digitized by Google

III. 15. 'Fraudatque natos lacte.' *Axen.*

5 *Latior*] Mallem *altior*, nec enim de latitudine laborabat. *Schef.* *Altior* habet Anonymus Nielantii; et mox: *Te superior est bos.*

6 *Intendit*] Id est, inflando auget et distendit. Propert. Eleg. I. 14. 'Et nemus omne satas intendat vertice silvas.' Vid. Sciop. Verisimil. III. 4.

7 *Majore nisu*] Virgil. Æn. III. 37. 'Tertia sed postquam majore hastilia nisu Aggredior.'

8 *Quis major esset*] *Quis* pro πότερος, quomodo apud Apulei. Miles. II. 'Ut ne Deus quidem Delphicus ipse facile discerneret, duobus nobis jacentibus, quis (id est, uter) esset magis mortuus.' Ita Matthæus IX. 5. et XXI. 31. Ubi videri potest Pricæus. *Axen.*

Dixerunt, Bovem] Vaticinium insuper uni tribuit Anon. fab. 21. *Prasch.*

9 *Validius*] Vide supra ad fab. 19. Heinsius hic mallet *valdius.*

10 *Inflare sese*] Elegans jocus Martialis in Otacilium, ex hac fabula petitus, Ep. lib. X. 79. *Nev.* Trimalcio iracundus de Fortunata conjuge sua, cap. 74. 'Inflat se tanquam rana.' *Axen.*

Jacuit] Usurpatur de iis, qui violenta morte pereunt. Vide Virg. Æn. lib. V. et locis aliis. Senec. Troad. vs. 224. 'Et causa litis regibus, Chryse, jaces.' Hinc *Jacentes* pro occisis apud Corn. Nep. Thras. 2. 'Neminem jacentem veste spoliavit.' Imo de cadaveribus in universum, et proprie. Fabius Decl. II. 'Tu jaces, et in cadaveris similitudinem usque resoluta es.' Tertullianus de Anima cap. 40. 'Corpus, quale ante vitam jacuit, et quale post vitam jacebit.' Cæterum hoc loco cum risu quodam usurpatur, simul atque exprobratione, eleganter: quomodo mox cap. 28. 'O canis, merito, jaces.' *Schef.* Ovid. Met. I. 720. 'Arge, jaces.' His adde, quæ Axenius plurima constipat.

FABULA XXV.

2 *Et deridentur*] Nescio, an non Noster scripserit *ridentur.* Schef.

3 *Canes currentes*] Hinc jocus in Antonium apud Macrob. lib. II. 'Post fugam Mutinensem quærentibus quid ageret Antonius, quidam familiaris ejus respondit: Quod canis in Ægypto, bibit et fugit.' Ælian. περὶ ζώων. lib. V. 53. *Nev.*

Canes currentes bibere] Ælianus de Animal. lib. VI. 53. De Nilo et Crocodilis egregie Achilles Tatius V. Leucip. et Clitoph. Plinius lib. VIII. 'Certum est,' inquit, 'juxta Nilum amnem canes currentes lambere, ne crocodilorum aviditati occasionem præbeant.' *Rig.*

Currentes bibere in Nilo] Malim, *e Nilo.* Notum est autem proverbium: 'Tanquam canis e Nilo,' de nimia festinatione. *Ritt.*

In Nilo] Rittershusius malebat, *e Nilo.* Quid, si propius scripturam veterem dicamus *ex Nilo* legendum? Sed posset quis fortasse retinere vulgatum, et illud *in Nilo* referre non ad antecedens *bibere*, sed sequens *Crocodilis*, ut sint *Crocodili in Nilo*, qui ibi degunt, aut habitant. Nisi plane censeamus, *bibere in Nilo* dici, sicut *bibere in poculo.* Martialis lib. XIV. in Pocula archetypa: 'Primus in his Mentor, dum facit illa, bibit.' Florus lib. III. 4. 'Bibere in ossibus

Digitized by Google

capitum.' Similiter 'Bibere in auro' dixit Seneca poëta, cujus locus a Freinshemio indicatur. Hæc scripseram, cum me firmat ὁ πάνυ Gronovius per literas, istis verbis: '*Bibere in Nilo*, mirifice me delectat; accipit enim, ut apud Florum, 'Bibere in ossibus capitum.' Martialis Ep. lib. VIII. 6. 'Hac propinavit Bitiæ pulcherrima Dido In patera.' Idem Ep. lib. X. 49. 'Marce, vis in auro?' lib. XXI. D. de Aur. Arg. 'Argentum in quo bibi possit.'' Hæc Gronovius. Quibus addo nunc et interpretem veterem bibliorum Genes. cap. 44. 'Scyphus, quem furati estis, ipse est, in quo bibit dominus meus,' et Esræ lib. III. 8. vs. 6. 'Dabit illi rex in auro bibere.' *Schef.* Sic ἐν κέρατι πίνειν græce dici docet Muncker. ad Hygin. fab. 274. et in Anthol. II. 34. p. 233. Ἐν λαγόνῃ πίνειν. Amm. Marcel. XXVII. 4. 'Humanum sanguinem in ossibus capitum cavis bibentes avidius.' Senec. Agam. 878. 'Merum in auro veteris Assaraci trahunt.' Corruperunt elegans hoc loquendi genus sæpe librarii; ita apud Ovid. Art. I. 748. ex optimis codicibus rescripsi, 'In medio flumine mella petat:' et Remed. 553. 'In medio jam licet amne bibas:' olim erat utrobique *E medio*. Burm.

Nilo] De Nilo, quem Ægyptii dixerunt *Nun*, Æthiopes *Siris*, Romani *Melonem*, præter Herodotum, Dionem, Strabonem, Plutarchum (si is est auctor libri περὶ ποταμῶν, nam id controversum, ajente Ph. Jac. Maussaco, negante Th. Reinesio) agit Heliod. Æthiop. 2. et 9. Lucretius lib. VI. Lucan. lib. X. et sexcenti alii. De Nili chomatis lib. X. D. de extraord. crimin. *Prasch.*

4 *A Crocodillis*] Ex hoc loco Phædri probatur scriptum olim Græce κρωκόδειλος, ut κροκόδειλος. Neque enim me moveant etymologiæ Eustathii, et aliorum, quas si refellerem, otiosus haberer. Quidni etiam hic vitilitigator Schoppius ignorationem legum metricarum Phædro objecit? *Faber*. Fallitur Faber, ut Gudius doctissime in notis ostendit, cujus nos emendationem, ut certissimam, in textum recepimus, quam et Heinsius in V. C. Pithœi fuisse margini adscripsit.

Crocodilis] Ms. Rem. habet *Corcodilis*; neque aliter in Pithœi vetustissimo libro fuisse, notavit in excerptis variarum lectionum ad calcem editionis suæ editis: non intellexit tamen, quid sibi hoc vellet: itaque ut corruptum insuper habuit: idemque accidit Rigaltio, qui Ms. Remense viderat. Sed omnino vera et recta est veterum librorum lectura. Nam vulgatam versus ratio respuit, cum prima in *Crocodilus* natura sua brevis sit. Græcis enim est Κροκόδειλος, quomodo constanter illi scribunt: et nugatur Faber, qui ex corrupto hoc loco Phædri olim Græce Κρωκόδειλος, æque ac Κροκόδειλος, scriptum fuisse somniat; quod falsissimum esse, quotquot Græcorum exstant libri convincunt. Nihil opus erat ejusmodi putido commento, dummodo veterum auctorum annosas membranas in consilium adhibuisset, quarum ille nullum usum habuit. Testari possum, in optimis et septingentorum et amplius annorum membranis, non tantum apud Poëtas iis in locis, ubi metri ratio id postulat, sed etiam in prosa apud Oratores et Philosophos, reperiri *Corcodilus*. Exstat Lutetiæ in Bibliotheca Regia Ciceronis Tusculanarum Quæstionum codex vetustissimus et incomparabilis, per versus distinctus, in quo de Ægyptiis locus ille, qui est in lib. V. 27. hoc modo legitur, 'Carnificinam prius subierint, quam Ibim, aut Aspidem, aut Felem, aut Canem, aut Corcodilum violarint.' Neque aliter Plin. Nat. Hist. lib. VIII. 8. in vetustissimo codice Neapolitano Bibliothecæ Carbonariæ. Neque dubito, quin

Digitized by Google

Cicero et Plinius et alii auctores passim ita scripserint; quod reperient, qui antiquæ ætatis codices tractabant. Ita apud Martial. Ep. III. 98. 'Niliacus habeat Corcodilus angusta,' ut in veteri codice Regio, et ita metri ratio exigit. Sic etiam Antiquæ Glossæ Divionenses, septingentis annis vetustiores, apud Ampliss. Senatorem Philibertum de la Mare: '*Corcodilus*, animal in Nilo:' nam sic legi ibi debere ostendit ordo literarum, cum sequatur, '*Corna*, poma silvestria. *Coragium*, pars e ludis, quando Proverbia dicuntur. *Cornicen*, qui in cornu canit.' Nam si *Crocodilus* debuisset scribi, rejici debuisset ad vocabula, quæ a *Cro* incipiunt. Et similiter scriptum legi in alio vetustissimo glossario Longobardicis literis exarato, quem olim Clar. Jacobus Mentelius Medicus Parisiensis mecum communicavit. Neque his obstabit, quod belluæ istius Niliacæ nomen a Græcis Latini acceperint, qui Κροκόδειλος scripserint: immo vero hoc ipso clarescet et illustrabitur magis. Sic enim sæpe vocabula, quæ a Græcis habent Latini, immutarunt: sic ex Græcorum κρέας natum Latinis 'caro;' a βραδὺς 'tardus.' Sic 'pistrix' Latinis et Ciceroni dicitur bellua, quæ Græcis πρίστις et πρίστης. Vid. Dalecamp. ad Plin. lib. IX. 4. Eodem modo κάρτερος, validus, viribus et robore potens, et κράτερος, utrumque valde in usu est. Sic quæ Dioni in Nerone, et Græcis, Ἀνδράστη Dea Britannorum, Latinis dicebatur 'Andarte,' ut constanter in duabus inscriptionibus apud Gruter. pag. 88. Et Latinis 'Tarracina,' sive, ut Plinius scribit, 'Taracina,' Strabo scribit Græcis prius dictum fuisse Τραχίνη. Non negandum vero est, Poëtas, quoties prima foret corripienda, ad imitationem Græcorum scripsisse *Crocodilus*. Sic Horat. Epod. XII. 'Stercore fucatus Crocodili.' Prudent. contr. Symmach. lib. II. 'Isis enim et Serapis, et grandi simia cauda, Et Crocodilus idem, quod Juno, Laverna, Priapus.' Et ita postea, urbe Græcis hominibus repleta, unice tandem obtinuit, ut scriberetur *Crocodilus*. Gud.

6 *Quamlibet lambe ocyus*] Scripserat auctor, *quam* (pro, quantum) *libet*, *lambe: otium est*. Prasch. Pro, quantum libet. Cicero pro Cælio: 'Quam velit, sit potens.' Sic Terentius Hecyra Act. IV. Sc. 4. *Ocyus* referendum est ad sequens *Accede*, a quo perperam commate divulsit Rittershusius, continetque adhortationem. Quomodo apud Plautum in Mercatore legitur, 'Abi ocyus.' Malebat Praschius, *otium est*, citra necessitatem, ut opinor. Cæterum hunc locum ita edidi, secutus veteres editiones. Rigaltii postrema pro *ocyus* habet *otio*, versumque sequentem penitus omittit, et in tertio pro *Inquit* præfert *Noli*, nimis temeraria correctione. *Schef.* Lege cum veteri codice, *otio*. Petron. cap. 51. 'Phialam otio belle correxit.' *Heins.* Ad quem Petronii locum vide adnotata.

Quamlibet lambe ocyus, Noli vereri; at ille] Locus corruptissimus et inquinatissimus, quo nemo facile se expediet. Quod vulgatum est, nimis longe abit a scriptorum codicum lectione, et sensus languet. Rigaltius totum illud, *Pota, accede, noli timere sedulo*, tanquam immedicabile vulnus, ense recidendum putavit. Scilicet hoc omnium erat facillimum, nodum illum Gordium ita dissolvere; sed in auctores antiquos eo modo, quo ille plerumque usus est, liberrime grassari, nobis religio est. Prius tentanda omnia et maturo judicio exploranda. Quid in mentem nobis venerit, exponere non verebimur. Primo non dubium est, quin ex commentatorum sententiis intrusa sint illa, *ait*, *inquit*, ut passim in Phædri nostri Mss. Codicibus. *At* male repetitum ex se-

Digitized by Google

quenti versu; cætera vero, vestigiis inhærentes vetustissimi codicis, ita censemus emendanda: *Sic Corcodilus: Quamlibet lambe, otio Pota, ac accede Nilo temere, de dolo Noli vereri.* Sic emendanda hæc et intelligenda; primum bono et innocuo sensu ad captum canis, quæ tamen in contrarium possunt etiam accipi ad mentem fallacis illius et insidiosæ bestiæ: est enim ambigua et vere Corcodilina locutio, quales veteribus Rhetoribus eo nomine dicebantur ' Crocodolinæ,' Græcis Κροκοδολῖναι. Quintilianus Instit. lib. I. 16. futurum oratorem exquisitis ambiguitatibus exercendum monet, non quia Creatinæ aut Crocodilinæ possint facere sapientem, sed quia illum ne in minimis quidem oporteat falli; et ita, quid per Crocodilinas intelligat Quintilianus, omnium optime explicat Doxopater, Græcus Aphthonii enarrator, allato exemplo quæstionis ambiguæ, a Corcodilo mulieri propositæ; unde apparet, Corcodilinis ejusmodi ob insidiosam ambiguitatem et ancipitem fallaciam insidiosum animal Corcodilum ansam et nomen dedisse. Nunc singula expediamus: *Quamlibet lambe*] Ut apud Terentium: *Dum ne ducam, turbent porro, quam velint. Otio pota*] Quod Terentius dixit, ' Otium ad potandum habere,' hoc Phædrus dixit *otio potare*. Sic apud Plinium: ' Excrementa turbidis diebus et operis otio egerunt.' Sic inter Gloss. vet. ' Otio, ἀτρέμα.' In veteri colloq. Latino-Græc. 2. ' Ascendi per gradus otio. Ἀνέβην διὰ τῶν βάθμων ἀτρέμα.' Ἀτρέμα, sive quod idem est, ἀτρέμας, proprie significat, intrepide, sine tremore, sine eo quod in tremore fit, sine trepidatione et perturbatione animi; est enim a τρέμω, tremo, trepido; exponitur etiam ἀτρέμα, sensim, leniter, paulatim, quod Itali dicunt *pian piano*. Atque hinc explicanda censeo verba, quæ sunt in veteri inscriptione fratrum Arvalium apud Gruter. p. CXXIV. No. 1.

LUCUM DEÆ DIÆ SUMMOTO ASCENDERUNT.

Summoto quid ibi significet, quæsitum a viris doctis. Adverbialiter positum consentiunt omnes. Guther. de Jur. Man. I. 5. explicat *summoto ascenderunt*, id est, qui apparerent, turbamque summoverent, ut in sacris fieri consuetum. Puto autem in lapide fuisse SUMMOTIO, sive per compendium SUMMO+O, ut frequens illud compendium in aliis inscriptionibus. *Summotio* adverbialiter pro, summo otio, ut ' summopere,' ' maximopere,' pro summo opere et maximo opere; itaque *summotio ascenderunt* idem, quod in veteribus colloquiis ' otio ascendere, ἀτρέμα ἀναβαίνειν,' leniter, non properanter, gravi et suspenso gradu, ut Sacerdotes decebat. *Pota ac accede*] Quemadmodum alibi est, ' Statio separata ac diversum genus.' Nisi mavis, *Pota atque accede;* ut supra, ' Rapere atque abire;' postea autem pro *atque* forte *ac* substitutum fuit, quod intercidit ob sequentes duas similes literas. *Acede Nilo temere*] Eleganter recondita significatio est in illa particula *temere*. *Temere* hic est, audacter. Plaut. Bacchid. ' Rapidus fluvius est, non hac temere transiri potest.' *Temere*, id est, audacter, sine periculi metu; plane, ut apud Phædrum de Nilo, Horat. Od. lib. I. 12. ' Unde vocalem temere insecutæ Orphea silvæ:' ubi *temere* ex Plauto malim explicare, audacter, quam ex commentatore Cruquii, confuse, facile. Apuleius Apolog. ' Quid ni enim magnæ res in eo (linteo) occultabantur, eo negligentius adservabam (puto scribendum et distinguendum, *eo ne diligentius adservabam*), sed enim libere scrutandum et inspiciendum, si liberet, etiam auferendum temere exponebam, alienæ custodiæ commendabam, alieno arbitrio permittebam.' Ubi *temere* nihil aliud quam,

Digitized by Google

audacter, nihil metuens. Terent. Andr. I. sc. 2. 'Dico tibi, ne temere facias, neque tu haud dicas, tibi non prædictum;' ubi recte exponunt, audacter. Glossæ ἀσκεπτῶς, παραβόλως, τολμηρῶς. Vid. edit. Parei. Atque sic explicandum in Senec. Epist. 19. 'Cogita, quam multa temere pro pecunia, quam multa laboriose pro honore tentaveris; aliquid et pro otio audendum est.' Sic et *temeritas* pro, audacia. Senec. de Benef. lib. VII. 3. 'Nec hoc Alexandri tantum vitium fuit, quem per Liberi Herculisque vestigia felix temeritas egit.' Quemadmodum ergo hoc loco Corcodilus, sic plane lib. II. fab. 1. Leo viatorem invitabat, æque timidum: 'Non est quod timeas, ait, Et quæ debetur pars tuæ modestiæ, *Audacter* tolle.' Ubi Leo dicit *audacter*, quod Corcodilus hic *temere*. Atque hæc ejus voculæ vis ignota et non intellecta barbaris descriptoribus facile causam corrumpendo loco dedit. Crediderunt enim *timere* potius scribendum, quam *temere*, ut E et I passim in antiquissimis codicibus confunduntur; hinc aliter non potuere, quam ex *Nilo temere*, facere *Noli timere*, trajectis literis vocis *Nilo* in *Noli*. *De dolo noli vereri*] Sic Cicero, 'Vereor de illo:' et ad Att. 7. 'De Republica quotidie magis timeo.' Catull. Epig. XV. 'Verum a te metno.' Pithœus vero edidit, *et dolos*, fortasse librum suum secutus; unde fortasse rectius ad vestigia libri Remensis legi, *Sed dolos Noli vereri*. Elegans ille est usus particulæ *sed*; ut apud Ciceronem, Plautum, Terent. aliosque sæpius. Sic Noster lib. IV. 'Odore canibus anum, sed multo, replent.' Cicero: 'In quo etiam erat aliquis quæstus, sed is honestus atque concessus.' *Gud.*

Lambe] Lege *lambere*. Secunda in *lambere* est dissimulanda antiquorum more, quasi esset *lambre*. Ita post fabul. 73. 'Periculo' in dimensione est bisyllabum. Ita 'Arunculeia' quadrisyllabum est apud Catullum. Sic 'Copulata' apud Lucretium VI. 1086. *Buchner*. Interim non video caussam, cur non melius quadret huic loco, *lambe*, quam *lambere*. Freinsh.

7 *Accede*] Legi potest, *Age crede*, ut supra fab. 1. 'Age hanc bibenti:' vel *Huc cede*. Heins.

Accede, pota, &c.] Vetus Codex, *Pota, accede, noli timere sedulo ait, et noli vereri inquit, at ille, facerem me hercule*. Rig.

Leniter] Tarde, absque festinatione. Opponitur, 'Celeriter.' *Schef*. Ita 'Ire leniter' Quinct. Decl. I. 3. ubi vide: et sæpe Hirtius Bello Afric. Vid. cap. 6. 12. 18. et alibi.

Noli] Serio et vehementer negat. Cicero in Ep. ad Att. 'Noli putare, me quidquam maluisse, quam ut mandatis tuis satisfacerem.' *Schef*.

8 *Mehercule*] Formula jurantis elliptica, ut fere fit in talibus; tota est: Ita me, hercule, juva. Sciò, alios aliter judicare; sed hanc sententiam verissimam existimo. *Schef*.

FABULA XXVI.

Vulpis et Ciconia] Camerar. p. 185. *Rig*.

2 *Multandum*] Scilicet, eum esse fabula admonet. Vide supra cap. 4. *Multandus* autem pro, puniendus quovis modo. *Schef*. Lege *Mulcandum*. Heins. Nullum hic τῷ *Mulcandum* locum esse puto, quia hoc verbo pulsatio, ictus, et verbera, et similia intelliguntur, quæ hic absunt. Ars et

Digitized by Google

dolus tantum arte deluditur. *Burm.*

Multandum simili jure] Talione, κατὰ τὸ ἀντιπεπονθός. De quo jure Rhadamanti antiquus refertur ab Aristotele versus lib. Eth. Εἴκε πάθοι τά κ' ἔρεξε, δίκη ἰθεῖα γένοιτο, id est: *Si quis, quod fecit, patiatur, jus erit æquum.* Ad quam faciem Crinagoras quoque Antholog. IV. scripsit in quendam: Πέντοθας οἳ' ἔρεξας. ἐσθλὸν ἡ δίκη. *Ritt.*

4 *Et illi in patena liquidam*] Ita ex veteri codice jam Schefferus et alii ediderunt: quidam priorum, *et ei liquidam in patena:* quæ lectio cum vim faciat versui, Jac. Gronovius legit, *et ei in patena liquidam:* quo adhuc scaber magis et mancus fit versus, nisi *patenam* secundam syllabam producit; quod didicerat forte ex Guliel. Britone, qui lib. III. Philippeidos 503. 'Vix obstat ferro fabricata patena recocto.' Ubi alia adducit Barth. loca: et Cangius in Glossar. in *patena:* sed vix credo virum, solius antiquitatis studiosum, se in has inferioris ævi sordes demisisse. *Burm.*

Liquidam in patena pos. sorbitionem] Plutarchus Symposiac. I. Ἔτνος τι λιπαρόν. *In patena*] Plutarchus, κατὰ λίθου πλατείας. Veteres Glossæ: Λοπὰς, *Patella, Patena.* Rig.

In patina liquidam] Ursinus corrigit, *ei liquidam in patina.* Veteres habuerunt, *et ei liquidam in patena.* 'Patenas' pro *patinis* dixit quoque Columella. Sic enim legi in Cod. Ms. post Budæum etiam Sylburgius notavit. *Schef.* Rimicius, *in cathino.* Nev. Lege, *in patena liquidam.* Prima in *liquidam* producta. *Heins.* Sic 'Patenam' vocat alveum, in quo hordeum equis apponitur, Vegetius Art. Veterin. I. 56.

Patina] In utroque Codice vetusto est *patena*, quomodo veteres scripsisse ex aliis codicibus Mss. apparet. Ex Columellæ Ms. hoc Sylburgium post Budæum notasse ait Schefferus. Ita in Kalend. Rust. 'Dolea' pro, Dolia; ita 'Viniæ' pro, Vineæ: 'Hordiar' pro, Hordear, ibid. et in antiquo alio marmore, 'Deanæ' pro, Dianæ; ita et in vetustissimo Codice Divionensi, quadratis literis exarato, quo epigrammata vetera quædam comprehendebantur, legitur: 'Fulget et in Patenis.' Quod Epigramma etiam editum est in Catalectis lib. IV. Glossæ: 'Λοπὰς; patena.' Idem docuit Salmas. ad Pollion. Gallien. cap. 1. Et Claud. 17. et ita scribendum indicat diminutivum inde descendens 'patella.' *Gud.*

Liquidam] Abundat eleganter, quia, licet omnis liquida sit sorbitio, hæc tamen fuit maxime, eoque fine vulpes ipsam apposuit. *Schef.*

5 *Posuisse*] Proprie de ferculis, i. e. apposuisse; ita infra lib. V. 5. Ovid. Fast. lib. IV. 'Mox epulas ponunt, liquefacta coagula lacte.' Adde, quæ notavimus non ita pridem ad Petronii fragmentum Tragurianum pag. 12. *Schef.* Vide Heins. ad Ovid. Art. Amand. I. 231. et Serviam ad Virg. Æn. I. 706.

Sorbitionem] *Sorbitio* pro eo quod sorbetur. In Glossario: 'Ῥόφημα; sorbicina, sorbitio.' Persius Sat. IV. 2. de Socrate: 'Sorbitio tollet quem dira cicutæ.' Cæcilius Hymnide: 'Sine suam senectutem ducat utique ad senium sorbitio;' ubi *sorbitio* ἁπλῶς pro haustu cicutæ, notante Casaubono ad d. l. Persii. Plautus Pseudolo: 'Quia sorbitione faciam ego te hodie mea, item ut Medea Peliam concoxit senem.' Columella VI. 9. 'Factaque sorbitio per cornu infunditur.' *Sorbitionis* præterea voce usi sunt Scribonius Largus Compositionum Medicarum cap. 52. et 54. et Celsus lib. II. 25. et 30. et alibi. 'Liquida sorbitio' legitur apud Catonem de R. R. tit. CLVII. *Axen.*

Quam nullo modo Gustare esur. pot.] Plutarchus: Ἐξέφυγε γὰρ ὑγρότητι τὸ ἕτνος τὴν λεπτότητα τοῦ στόματος αὐτῆς. *Rig.*

Revocasset] Vicissim vocasset. No-

Digitized by Google

nius: 'Revocare; positum per vices, mutuo vocare.' Varro, Sexag. 'Qui nobis ministrarunt pueri diebus festis cicer viride, qui nos provocare cum audeant, nos illos revocare timemus.' Tullius pro Sex. Roscio: 'Domum suam istum non fere quisquam vocabat. Nec mirum; qui neque in urbe viveret, neque revocaturus esset.' Verbum est ad convivia pertinens. Bene Dion. Gothofredus ad prædictum locum Tullii: 'Est revocare, eum, a quo hilari convivio acceptus fueris, vicissim invitare.' *Schef. Vocare* et *revocare*, verba conviviorum sunt Plauto, et aliis; unde illud Catulli: 'Quærunt in triviis vocationes.' Hinc Plutarcho δείπνων κλήσεις. Hinc servi 'Vocatores' in eam rem, apud Plinium Secundum; Græce δειπνοκλήτορες, et ἐλέατρος; qua in voce emendandus Hesychius, apud quem vulgo legitur, ἐλέατος, male. Quod autem hic Phædrus dicit *revocare*, id proprie dixit D. Lucas ἀνακαλεῖν, c. 14. quod verbum an alibi reperiri possit, dubito. *Faber*. Adde his, quæ adducit Axenius.

Revocasset] Id est, iterum invitasset. Sic apud Lactantium hoc verbum inveniri notat in margine Salmasius. Cicero pro Roscio: 'Domum suam istum non fere quisquam vocabat: nec mirum; qui non in urbe viveret, nec revocaturus esset.' Nonnius: 'Revocare; per vices mutuo vocare.' Recte *mutuo*. Hinc Græcis ἀμοιβαῖα δεῖπνα. Vide Janum Guilielmum et Fr. Modium, quos candide laudavit Rittershusius, flagitiose hic compilat Faber. *Gud.*

7 *Intrito cibo*] Plene ac proprie, quod alias simpliciter 'Intritum' dicitur, fiebatque ex comminuto pane, macerato lacte, addito nonnunquam allio, caseo, et similibus, unde et 'Alliatum,' et 'Moretum,' vocabatur. Sic Donatus ad illud Terentii: 'Tute hoc intrivisti,' ubi de moreto seu alliato exponit: 'Proprie *intrita* dicitur hujusmodi cibus.' Varro de R. R. lib. II. de cibo canum agens: 'Nec non ita panem ordeaceum dandum, ut non potius eum in lacte des intritum.' Vocem culinariam esse patet. *Schef.* Vide de intrito cibo Salmas. Exercitation. Plin. p. 269. Et ad Vopisc. Aurelian. c. 46. ubi putat esse ex vino, vel posca, vel aqua, quibus intritus et friatus panis, et distingui a *moreto* et *alliato*, Græceque dici ἐμβροχήν. Salmasium vero reprehendit Neapolis ad Ovid. Fast. IV. vs. 367. qui Donati ad Terent. Phorm. II. 2. interpretationem defendit, quem vide: ut et Vales. ad Harpocrat. in voce ἐνθρυπτά· et Casaubon. ad Athen. p. 922. Scalig. collect. ad Varron. p. 46. *Burm.*

Intrito cibo] Panis intritus et friatus in aquam et vinum. Huc refer illud Terentii: 'Tute intrivisti; tibimet exedendum est.' Ἔνθρυπτος ἄρτος Græcis *intritus cibus*. Glossæ; 'Intritum; ἐμβροχή.' Superest hæc vox in lingua Saxonica eadem significatione. *Gud.*

8 *Plenam lagunam*] Plutarchus: Ἐν λαγωΐδι. Glossæ veteres: 'Lagœna; λαγήνιον.' In vetusto marmore: M. VLPIO. AVG. LIB. PHÆDIMO. DIVI. TRAIANI. AVG. A. POTIONE. ITEM. A. LAGVNA. *Rig.*

Lagenam] Monuit V. C. Nicol. Rigaltius in veteribus libris legi *Lagonam*. Videlicet hic itidem factum est, ut in aliis nominibus Græcis, in queis Y in O conversum fuit. Ita νύξ, *nox*; μύλα (quod Doricum pro μύλη), *mola*; ita ex λάγυος et λαγήνιον, quæ Pollux et Etymologus agnoscunt, fit *lagena* et *laguna*, quod posterius video ex Marmoribus afferri. Gruter. in Inscript. p. DCCLXXVIII. L. TROPHIMUS AUG. LIB. A VESTE. ITEM A LAGUNA. *Faber*. Ita edidit Rigaltius, ac 'lagenam,' 'lagonam,' et 'lagunam' ait reperiri: Faber optime, sicut a Græco νύξ, Latinum *nox*, a μύλα, *mola*, pariter a λάγυος, *laguna*,

Digitized by Google

factum ostendit. *Schef.* Vitreum vas substituit Anonymus, bona ratione, fab. 33. *Prasch.* De *Lagena* vid. ad Petron. XXII.

9 *Satiatur ipsa, et torquet*] Scribo: *at torquet.* Elegantius sane hoc. Similiter Accius Telepho: 'Nam si a me regnum fortunæ atque opes Eripere quivit, et virtutem nequivit.' Lego: *at virtutem n.* Quem locum in animo habuit Virg. Æn. II. 'Nec si miserum fortuna Sinonem Finxit, vanum etiam mendacemque improba finget.' *Schiop.* Schoppius præoptet legere, *at torquet:* quod mire aures adspernantur. *Prasch.* Schoppius, *at torquet,* quod non sine ratione Praschius ait aspernari aures. *Torquere* hic est, ægre alicui facere. Ita Cicero, 'Torquere expectatione' dicit in Ep. ad Atticum. *Schef.* Martialis: 'Aut torsit lenta tristia fata fame.' *Axen.*

10 *Lagenæ*] Recte a viris doctis ex Mss. restitutum *lagonæ;* iis, quæ Rigaltius et alii notarunt, adde, *lagonam* reperiri fere in omnibus Mss. Sic invenimus in vetustissimo codice (quo olim usus est Victorius) Ciceronis Epist. lib. XVI. Epist. Quinti fratris ad Tironem 26. 'Lagonas etiam inanes obsignabat.' Sic in vetustissimo Plinii libro, locus ille libri XVI. 'E quibus montani prætenuia fila decerpentes, spectabiles lagonas, et alia vasa nectunt.' Sic in Catonis de Re Rustica vetustissimo Codice Veneto 'Lagonas' scribi, testatur Victorius ad Caton. p. 12. Etymologia id etiam videtur postulare, cum enim a Græco νὺξ Latinis *nox,* a *μύλα mola* derivetur, sic a λάγυνος *lagena,* ut Faber notavit. 'Lagena' autem constanter scribitur in quatuor inscriptionibus Ligorianis inter collectanea nostra. Sed 'Laguna' etiam in antiquis Mss. reperitur. Glossæ vetustissimæ Divionenses: 'Laguena; vas amarium:' Scribe, *Laguna;* vas aviarium. Erat enim vas fictile, collo angusto, avibus potum præbens, ne aquam inquinarent, ut et hodie solet fieri. Itaque et peregrina illa volucris apud Phædrum usa est laguna, ut apta sibi. A *Laguna* descendit diminutivum, quod est apud Ciceronem et Plinium juniorem, 'Lanuncula.' Glossæ aliæ Divionenses, quas primas vocavimus; 'Lanunculæ; vasa fictilia.' 'Lagona' autem et 'Laguna' promiscue usurpatur, ut 'Incolumis' et 'Incolomis,' Fab. 28. 'Postulare' et 'Postolare,' 'Adolescens' et 'Adulescens,' 'Soboles,' 'Suboles.' Sic supra pro, Furti in Mss. est 'Forti.' Et ita in Kal. Rust. 'Frundem' pro, Frondem; 'Tundent' pro, Tondent; 'Consol' pro, Consul; 'Sedolo' pro, Sedulo. *Gud.*

Lagonæ collum] Reliquas ejus partes, auriculam et ventrem suggerit Sympos. Ænigm. 100. *Prasch.*

Lagenæ collum] Petron. Sat. 'Amphorarum cervices' dixit. *Rig.*

11 *Peregrinam*] Philostratus Epist. XLVI. Καὶ ὁ ἔρως ὁ φοβερὸς τὸν Ἰνδὸν οὗτος μὲν ὁ ξένος καὶ βραδὺς· τὸν δὲ πελαργὸν οἱ πρῶτοι θεασάμενοι καὶ προσκυνοῦσι. *Nev.* Pro peregrinante, sicut 'festina' pro festinante, quæ quotannis peregre abire ac reverti solet. Non satis circumspecte Rigaltius ad hunc locum adduxit verba Pacati, quibus loquitur de 'peregrini aëris volucri.' Nam illa non est talis, nec sic a Pacato usurpatur, sed ea, quæ ex terris peregrinis ad convivia et luxum petitur, quod notandum, ne quis forte fallatur. Cum præsertim ne interpres quidem Gallicus hac parte fuerit satis cautus. *Schef.* Petronius c. 55. 'Ciconia etiam grata, peregrina, hospita,' &c.

Peregrinam volucrem] Videatur Plin. X. c. 23. Pacatus Paneg. Th. A. 'Neminem unum inveniri, qui auderet ad pœnum regiam flagitare remotorum litorum piscem, peregrini aëris volucrem, alieni temporis florem.' *Rig.*

Digitized by Google

Peregrinam volucrem] Sic vocat Ciconiam, quæ et Publio Syro apud Petronium Arb. est ' Peregrina hospita Avis, exul hiemis, titulus tepidi temporis.' Varro hoc genus aves ' Advenas' appellat (de Re Rustica lib. III. c. 5.) quibus ' Vernaculas' volucres opponit. *Ritt.*

12 *Sua quisque*] Active, quæ quis statuit in alios. *Pati* eleganter: *pati exemplum*, quia sæpe pœnam et supplicium notat, quo respicitur hac formula. *Schef.*

Sua quisque exempla] Sic alias dicitur: ' Debere unumquemque eam legem pati, quam ipse tulerit: Et quod quisque juris in alterum statuerit, ut ipse eodem jure utatur.' Quod edictum summam habere æquitatem scribit Ulpian. Leg. I. D. Quod quisque juris. Imo in hoc fere summam justitiæ consistere ait Lactantius lib. VI. 23. et Epitom. c. 3. *Ritt.*

FABULA XXVII.

1 *Res*] ' Fabulam' et ' Fabellam,' et ' Narrationem,' et ' Exemplum' alias vocat. Sed et sic supra c. 14. ' Hac re probatur,' &c. *Schef.* *Res* est ipsa fabulæ materia, argumentum. Lib. V. prol. ' Usus vetusto genere, sed rebus novis.'

Conveniens] *Continens* legit Gebh. Crep. III. 10. et sibi plaudit in loeutione sine ullo exemplo inventa et Phædro obtrusa. Sed dictum est *avaris conveniens*, pro, in avaros conveniens, ut Terentius et Cicero et Nepos amant loqui. Fabula ergo apta et accommodata est avaris. Simili fere sensu, sed mira locutione, judice Barthio, apud Stat. Theb. VIII. 296. Sacerdos, jam ornatus insignibus suis, dicitur, ' Convenire Diis,' id est, visus aptus, quia sacerdotalis habitus eum decuit; ut Vetus Schol. Sic Ovidius Trist. I. 1. ' Non est conveniens luctibus ille color:' et noster lib. III. prol. ' Quod occupatis auribus non convenit.' Vid. et IV. 19. et V. 6. et quem non? *Burm.*

2 *Humiles*] Opponuntur hic locupletibus, nati in humili et tenui fortuna, pauperes. Sic videtur et Cicero usurpasse De Off. II. ubi plura. *Schef.* Vid. fab. 30.

Student] Terent. Hecyr. II. 1. ' Ut omnes mulieres eadem æque studeant; ubi Donatus: ' Majoris operæ est studere, quam velle.' *Anon.*

3 *Effodiens*] Cibi scilicet gratia; ossibus enim delectantur. Hinc illud apud Arnobium lib. VII. ' Cum imponerent canes ossa,' altaribus scilicet, honorantes rebus, ' quibus ali moris est illis,' ut præcesserat; et apud nostrum infra III. 8. de mensa ' sua dat ossa dominus.' *Schef.*

Thesaurum] Ms. *Thensaurum*. Ita posteriores scripsisse docet Salmas. ad Capitol. Pertin. c. 8. ut ' Fimbrias' pro, Fibrias; ' Formonsum' pro, Formosum. Sic lib. II. fab. 4. in Ms. est ' Nancta' pro, Nacta. *Gud.*

4 *Et violavit*] Majori emphasi legeretur, *at violavit*. Schef. *Violat* V. C. Pith. *Heins.* Forte scriptum fuit *violât*, pro, *violarat*. Immerito autem visus sum Hoogstratano vim versui voluisse facere hac mea conjectura, cum ille, etiamsi scribatur *violât* per compendium pro, *violarat*, stare poterit, si in legendo *violarat*, pronuntiatur. Quod me sensisse, docent verba ipsa Phædri, ut a me edita fuere, ubi *violavit* retinui. In codice ergo Pithœi a librario *violât*

Digitized by Google

scriptum forte fuisse pro *violarat*, ut in Codice Remensi, suspicatus fui: et ita sæpe alias. Vid. ad Quinct. Inst. IX. 3. et Decl. VI. 5. Nolui autem syllaba multare vocem ipsam. Ita ipse Hoogstratanus lib. III. fab. 5. *comprehensus* edidit: quod, nisi in pronuntiando efferatur *comprensus*, vitiat versum. *Burm.*

Violavit quia Manes Deos] Ms. Rem. *violarat;* quod melius. Per *Deos Manes* intelliguntur ossa et cineres, quemadmodum in omnibus inscriptionibus ἐπιταφίοις, quarum in fronte D. M. sive DIs Manibus, fere semper apparet; iis verbis, monumentum ossibus cineribusque sacrum esse, denotans. Florentiæ cum essem An. 1662. effodiebatur extra portam Romanam in hortis Dominorum *Dell' Arena* talis inscriptio, hinc illinc literulis pauculis, sed ad summum duabus, mutila,

D. M.
--VE OSSI--
CINERIBUSQ.
-ANINI
MARTIALIS
CANINIUS
EUTYCHES
FRATRI
B. M.

Carolus Datius, Florentiæ Equestris Ordinis decus, vir insignis eruditionis et humanitatis, credebat esse Cenotaphium, et supplendum ita:

D. M.
SINE OSSIBUS
CINERIBUSQ.

Quod mihi tamen non videbatur verosimile; neque enim dubitabam, quin supplendum restituendumque esset,

SIVE OSSIBUS
CINERIBUSQ.
CANINI.

Rarum autem est, quod explicationem addi videas, quid intelligant per *Deos Manes*, quos idem esse, atque *Ossa Cineresque* satis notum erat. Rarum, inquam, sed exemplo id non caret. Plane ita et illa inscriptiuncula, quam Romæ in hortis Cælimontanis Mattheiorum observaveram, literis bonis circa Trajani tempora sculptis, in quadrato Marmore cinerario, unde superioris inscriptionis lacunulam recte a nobis suppletam esse apparet:

D. M.
ET
CINERIBUS T⟨ P.
A. G.

Quod cum illi laudato viro indicassem, statim manus dedit, et, quæ ejus erat humanitas, gratias egit. Huc quoque pertinet inscriptio, quam Roma adveximus: 'Ossa, Pila, Cineres sacri hic ecce quiescunt.' *Gud.*

Manes Deos] Monumentis inscribi solebat D. M. vel D.M.S.: Diis Manibus Sacrum. Vide Brisson. de Formul. VII. *Ritt.*

5 *Injecta*] Valde eleganter, velut a Diis in respectu ad ultionem, malique ipsius gravitatem, sub quo quasi onere incedebat. Cornel. Nep. Dion. c. 3. 'Quod factum omnibus maximum timorem injecit.' *Schef.* Brutus Ciceroni lib. XI. Epist. 10. 'Quantam cupiditatem hominibus injiciat vacivitas, te non fugit.'

6 *Sanctæ relligioni*] Jure manium et auctoritate legum stabilitæ. Ulpian. 9. ff. de Divis. Rer. 'Quod sanctione quadam subnixum est, id sanctum est, etsi non sit Deo consecratum.' *Relligioni*] *Relligionem* vocat grandius, religiosam rem, ut solet etiam in aliis. Intelligit autem sepulchrum. Vide Kirchman. de Funer. III. 22. *Schef.*

Sanctæ religioni] Sepulchrorum seu monumentorum. Huc pertinet tit. D. de religiosis et sumpt. funer. Item quod Cicero in Topic. æquitatis partem unam facit sanctitatem, quam ad Deos Manes dicit pertinere. Sic ex eodem Cicerone de Repub. IV. hæc refert Nonius: 'Sic Pontificio jure

Digitized by Google

sanctitudo sepulturæ.' Et Joan. Chrysostomus ad Ephes. Homil. 13. justa mortuorum ait a Græcis τὴν ἐσίαν τῶν ἀπελθόντων vocari. Modestinus JC. 'Solemnia mortis' appellat. Aliter autem Phædrus 'Sanctam religionem' usurpat infra lib. IV. fab. 10. *Ritt.*

Sanctæ relligioni] Sic lib. IV. fab. 10. 'Vocem sancta misit relligio.' Vide Kirchm. de Funer. lib. III. c. 21. et 23. *Gud.*

8 *Stans super*] De eo, qui stare in cadavere cœperat, laniaturus illud. Nam est *stans super eum*, collocans sese. *Der sich auff ihn stellte.* Fab. Decl. XII. c. 24. 'Velut infaustæ aves supra expirantes stamus.' Adde lib. II. c. 2. *Schef.* Lib. II. 1. 'Super Juvencum stabat dejectum Leo.' *Axen. Stans vulturius super*, pro, superstans: ut in simili re Ovid. Ep. x. 123. 'Ossa superstabunt volucres inhumata marinæ.' Ubi vide, quæ notamus. *Burm.*

Vulturius] Vultur. Lucilianum verbum, de quo Charisius lib. I. Plautus quoque in Trucul. 'Jam quasi vulturii triduo prius prædivinabant.' *Schef.* Vide plura apud Axenium.

9 *Locutus*] Ms. *loquutus; ἀρχαϊκῶς.* Sic Kal. Rust. AQUITUR pro, acuitur; et QUI pro, cui; COQUUS pro, cocus; 'Quotidie' pro, Cotidie: apud Plaut. *Deliquerit*, ut est in Ms. pro, Delicuerit. Et in Divionensi antiquissimo epigrammatum codice, 'De Quygno' pro, Cygno. Et in eodem lib. 'De Jaquinto' pro, Jacinto. Sic noster 'Reliquas' pro, Relicuas. *Gud.*

Merito jaces] Fabula ultima h. l. 'Merito plectimur.' De *jacendi* verbo plura ad fab. 24. *Axen.*

10 *Qui*] Lege, *Quia.* Heins.

Regales opes] Majores, quam privatas, et tibi competentes, maximas. Sic Horat. Ep. I. 12. *Schef.* Just. II. 15. 'Castra referta regalis opulentiæ.'

11 *Trivio*] Præpositione omissa, pro, in trivio. Sic infra c. 29. 'Posuit nido.' *Schef.*

Trivio conceptus et educatus stercore] Vide quæ Viri doctissimi notaverunt ad illud Petron. 'Quod purgamentum in nocte calcasti in trivio aut cadaver?' Phæd. lib. IV. de canum legatis. *Rig.*

Educatus stercore] Nutritus. Vide quæ notamus infra lib. IV. c. 17. *Schef.* In triviis enim omnes sordes et purgamenta abjiciebantur. V. Erhard. Symb. in Petron. c. 134. et quæ nos ibi adnotavimus. Anson. Epigr. 72. *Burm.*

FABULA XXVIII.

Vulpis et Aquila] Æsop. fab. 1. Camer. p. 71. *Rig.*

1 *Quamvis*] Licet sint sublimes aliqui, tamen, &c. Num potius *quamvis* hic est, Quantumvis? quomodo apud Plautum: 'Quamvis ridiculus est, ubi uxor non adest;' et Varronem de R. R. 2. 'Lucianus, Senator, homo quamvis humanus et jocosus introiens.' *Schef. Quamvis* hic valet, admodum, valde. Plautus Psend. IV. 7. 'Quamvis pernix est.' Livius I. 4. 'Posse quamvis languida mergi aqua infantes.' V. Schot. Observ. II. c. 36.

Quamvis sublimes] Inde Indorum ad Alexandrum legati apud Curtium lib. VII. 47. 'Leo quoque aliquando minimarum avium pabulum fit, et ferum rubigo consumit. Nihil tam fir-

Digitized by Google

mum est, cui periculum non sit etiam ab invalido.' Hinc Græcus ille versus: *Ἔνεστι κἂν μύρμηκι κἂν σίρφῳ χολή. Nev.*

2 *Patet solertia*] Forte, *solertiæ*. Prasch. Ita Cicero pro Balbo, *Præmia patere* usurpavit: 'Injuriosum est, his præmiis exclusos esse fidelissimos socios, quæ pateant stipendiariis, pateant hostibus, pateant sæpe servis.' *Schef.* Facilitatem hoc verbum notat. Ita Livius XXIV. 37. 'Animadverterunt nulli occasioni fraudis Romanum patere.' Just. II. 4. 'Si Græcorum non tam bellis, quam rapinis pateant:' et ita 'Puellas viris patere,' ex Ovidio et aliis docuit Heins. ad Nasonem: Amor. II. El. ult. 21. et Art. I. 64. *Burm.*

3 *Sustulit*] Proprie de raptu avium, quia secum tollunt in sublime. Ex Virgilio Æn. IX. 'Qualis ubi aut leporem, aut candenti corpore cygnum Sustulit, alta petens pedibus Jovis armiger uncis.' *Schef.*

4 *Posuit*] Dixi supra cap. 26. post *pullis* comma est scribendum. Nam cohæret cum *posuit*, ut supra: 'Illi liquidam posuisse sorbitionem.' *Schef.* Forte *apposuit*. Sic 'Appositæ dapes.' *Heins. Apposuit in nidum* habet Anonym. Nielantii: nihil tamen muto: æque enim *positæ*, atque *appositæ*, dapes dicuntur. *Burm.*

Escam ut carperent] Pro, eos, quo esca essent. *Carpere* est, discerpere, usurpaturque de cibo, sicut vel ex titulo 'Carptorum' apud Juvenalem Sat. IX. vs. 10. intelligimus. Ovid. Art. Am. III. 755. 'Carpe cibos digitis, est quiddam gestus edendi.' *Schef.* Lege *carperet*. Heins. Ovid. Am. III. vs. 27. 'Utque procul vidit carpentes pabula tauros: (Carpebant tauri pabula læta procul.)' De vario usu verbi *carpere* vid. Lambin. ad Horat. Od. I. 11. *Burm.*

5 *Persecuta*] Notat sollicitudinem, et festinationem. Ter. Phorm. Act. III. Sc. 3. 'Quoquo hinc asportabitur terrarum, certum est persequi.' *Schef.*

Orare incipit] *Φιλοσοφικῶς*. Bellum præcedere debet clarigatio. Apud Camdenum lego Hist. Elis. P. III. p. 364. 'Christiani non est, nec jure gentium licet, indictas inimicitias exercere, et bellum gerere, priusquam ille, a quo injuria est orta, moneatur illatam injuriam resarcire, et ab injuria absistere.' Non repeto dicta Grotio J. B. et P. III. 2. 8. Alb. Gentili J. B. II. 1. Lipsio Pol. V. 4. 13. *Prasch.*

6 *Luctum importaret*] Afferret. Ita plane Cicer. 'Ægritudines importare' dixit Tusc. 4. et pro Sext. 'Tantam importare meis defensoribus calamitatem.' *Schef.* Vid. Schulting. ad Senec. Suasor. II. et, ut notavit etiam Hoogstratanus, Heins. ad Vell. Pater. II. 114. ubi tamen minus apta illa exempla illustrando Velleio. *Burm.*

Importaret] Cicero Tusc. 4. 'Important ægritudines anxias:' et de Finib. I. 'Sollicitudines importaret sibi.' Orat. pro Sext. 'Importare defensoribus calamitatem.' Verr. 5. 'Plus Verres Siciliæ calamitatis importavit, quam Hasdrubal cum exercitu.' Off. lib. II. 'Si quid importetur nobis incommodi.' Delectatur ea phrasi Cicero; raro autem apud alios, frequentius apud veteres Christianos scriptores, reperitur. Arnob. lib. I. 'Exterminandi sumus, si per nos examina tanta mœrorum mortalium importata sunt sæculis.' Augustin. lib. II. q. 82. 'Adhibeantur et a medico quædam adjutoria, plerumque aspera et dolores importantia, quæ tamen valent ad recuperandam salutem.' *Portaret* tamen posset legi ad imitationem Virgilii in Ceiri: 'Insanæ luctum portaret Alumnæ.' Ubi Scaliger p. 68. notat, hoc Græcis dici *κῆδος προφανεῖν*. *Gud.*

8 *Vulpes ab ara rapuit ardentem facem*] Virg. Æn. XII. 'Obvius ambus-

tum torrem Chorinæus ab ara Corripit,' &c. Petron. Sat. 'Ab aris alius accendit faces,' &c. *Rig.*

Ardentem facem] Puto otiosum vel παρέλκον esse epitheton. Magis mire Propert. de Amore: 'Nam tibi non tepidas subdidit ille faces.' *Schiop.* Puto, inquit Schioppius, otiosum vel παρέλκον esse epithetum. Sed fallitur iterum Olympius grammaticorum; *fax* enim nil aliud est, quam fustis incisus et ita comparatus, ut flammam, si ita usus postulet, concipere possit. Saltem meminisse illius debuerat, quod a Virg. in I. Georgicorum scriptum est: 'Ferroque faces inspicat acuto.' Ejusmodi ligna olim apud Græcos γράβια vocabantur, ut ostendit apud Athenæum Seleucus, quod et apud Eustathium legere est p. MDLXXI. editionis Romanæ. *Faber.* Scioppius otiosum putat epitheton. Mendose, ut opinor: etsi abest etiam ab Anon. fab. 18. Nisi vero fax extincta desinit fax esse. Atqui Naso Amor. III. 9. 'Et fractos arcus et sine luce facem.' Quid? quod ne proprie quidem *fax* hoc loco dicitur. Nihil enim aliud auctor vult, quam divinus Parthenias Æn. XII. 'Obvius ambustum torrem Chorinæus ab ara Corripit.' *Prasch.* Hyginus fab. 122. 'Truncum ardentem ex ara sustulit.' Jul. Obseq. cap. 70. 'Lavinii fax ardens in cœlo visa:' ubi v. Scheffer. Vide plura exempla apud Axenium, et Hoogstratanum. Heinsius mavult tamen *ardenti*, ut respondeat τῷ *ara*. Burm.

Ardentem facem] Non otiosum est *ardentem*, ut Scioppius putat. Sic enim Phædrus imitatione Virgilii, qui Æn. lib. v. 'Ardentes dare visa faces.' Tibul. Eleg. II. 1. 'Ardentes hinc procul abde faces.' Neque aliter veteres loquebantur: *fax* enim proprie est frustum e disjecta arbore picei generis, quod alendo igni serviebat, ut ex duobus Varronis locis discimus, quos nobis servavit Nonius. Sic Cicero in Verr. 'Dextera ardentem facem præferebat:' et sic idem sæpius. Siculus Flaccus (sive ut in vetustissimo Ms. nostro vocatur, Sæculus) libello de conditionibus agrorum: 'Sacrificio facto, hostiaque immaculata cæsa, facibus ardentibus in fossa cooperti sanguinem instillabant.' Ita Plaut. Menæch. v. Scen. 2. dixit 'Oculos exuram lampadibus ardentibus.' Neque aliter loquebantur in ipsis artificum scholis. Vitruv. Arch. lib. II. 9. 'Imperatum est, fasciculos ex virgis alligatos et faces ardentes ad eam munitionem accedentes mittere.' Sic apud Varronem etiam Sexagesi. 'Adest fax involuta incendio.' Ubi eleganti paraphrasi poëtica nihil aliud dicitur quam, fax ardens. Ita etiam Cicero alibi, et Virgilius, et Minucius Felix dixere 'Ardentes tedæ,' quæ jam flammam concepere. His facibus, sive frustis picei ligni, exstruebatur vulgo et alebatur ignis, tam in aris deorum, quam in privatorum focis. Ovid. Metam. VIII. 'Utque rapax ignis non unquam alimenta recusat, Innumerasque faces cremat, et, quo copia major Est data, plura cupit.' *Gud.*

10 *Hosti dolorem damno miscens sanguinis*] Lege *Hostis*. Prasch. Translatum a conviviis, in quibus *misceri potus* dicitur, qui apparatur aliis, sicut apud Ciceronem de Fin. 'Miscere mulsum' alteri dicitur. Et sic ille ipse Cicero in Catilin. 4. 'Ego magnum in republ. versari furorem, et nova quædam misceri et concitari mala jam pridem videbam.' *Schef.* Lege: *Hosti dolose damnum sanguinis ciens.* Ita fab. 35. 'Dolose tuto se condidit cavo.' Vellei. Paterc. I. 2. 'Rixam ciens,' ut recte Burrerius. In vetusto Codice erat, *Rixam scies.* Heins. Ascripserat etiam Codici suo Heinsius, legi posse: *Hosti dolorem damno ulciscens sanguinis.* Et Ovidii locum adscripserat: 'Quæ proprii damno sanguinis ulta virum est.'

Digitized by Google

Sed postea eam conjecturam induxit: non tamen eam puto temerariam. Ita et Valerius Max. lib. II. 10. 2. dixit 'Dolorem ulcisci:' et Ovid. Amor. II. 14. 32. 'Jactura socii sanguinis ulta virum:' et Remed. 60. 'Quæ socii damno sanguinis ulta virum est:' quem locum Heinsium respexisse puto. Eleganter etiam *damna* in simili re Ovidius dixit, Met. XII. 16. 'Matrem circum sua damna volantem.' Mallem tamen hic transpositis vocibus legere: *Dolorem hostilis damno ulciscens sanguinis:* nisi quis ex cascorum verborum amatoribus *Hostis* legere, et pro *Hostilis* capere vellet: ut ita sumi vidimus ad Quinct. Decl. CCLXXII. Certe hæc, qui sapit, præ illis, *dolorem damno injiciens sanguinis*, probabit, quæ a scriptis et editis recedunt longius: et ex Heinsii *ciens* propagata sunt. *Burm.*

Dolorem miscens damno] Id est, et dolore hostem affecit et damno. Fl. Vopis. Aurel. 'Dolorem miscentes beneficiis et officiis.' *Gud.*

Sanguinis] Prolis, pullorum. Notum est. *Schef.* Sic sæpe Valerius Maximus. Imprimis lib. v. 9. et 10. *Heins.* Vide adducta ab Axenio.

Damno sanguinis] Damno prolis, progeniei. Fratres δμαιμοι, consanguinei. 'Paternus maternusque sanguis,' Cic. 'Sanguinis pignus,' Petron. 'Cognatus sanguis,' Martial. Epigr. XII. 44. 'Longus sanguis,' Juvenal. Sat. VIII. 'Altus sanguis,' Hieronym. Epist. ad Principiam. Et pro sanguine Cassiodorus elegantissime *venam* dixit Variar. Epist. III. 6. 'Sæculis suis producit nobilis vena primarios.' Persius Sat. I. 'Hæc fierent, si testiculi vena ulla paterni Viveret in nobis?' Etsi magis videatur alludere ad *venam*, melioris sexus notam, ut Sat. VI. 'Ut tuus iste nepos, olim satur anseris extis, Cum morosa vago singultiet inguine vena, Patriciæ immeiat vulvæ.' Nec non et Satyriço more dixit idem eadem Sat. 'O medici, mediam pertundite venam.' Sic in Priapeis: 'Naiadas antiqui Dryadasque habuere Priapi: Et quo tenta Dei vena subiret erat.' Horatius Satyrica eademque licentia Sat. 2. lib. I. 'Nam simul ac venas inflavit tetra libido,' &c. Ovidius de Arte I. 'Et Venus in venis, ignis in igne furit.' *Rig.*

11 *Periclo*] Ms. *periculo*. Gud.

12 *Incolumes*] Ms. *Incolomes*. Forte *Involucres*. Ita Æsopo fab. 1. ἀκτῖνες: et sic vet. interp. *Gud.*

FABULA XXIX.

Asinus irridens parum] Hanc fabulam refert Camerarius, verum Phædri nequitiam dissimulat, pag. 174. Fabularum scriptor ante centum annos Venetiis excusus, et in Bibliotheca P. Petavii V. C. et S. Victoris Paris. manuscriptus: 'Audet asellus aprum risu temtare protervo: Audet iners forti dicere: Frater, ave. Vibrat aper pro voce caput; nam verba superbit Reddere, sed dentem vix tenet ira trucem. Sus tamen ista monet: Vilem dens nobilis escam Spernit; desidia tutus es ipse tua. Non debet stolido lædi prudentia risu: Nec stolidus doctum debet adire jocis.' *Rig.*

1 *Levem*] Exiguum, parvum. *Schef.*

2 *Destringunt*] Verbum balneorum, quo utuntur ad significationem detersionis, quæ fit strigili, et describitur a Mercurial. Gymn. I. cap. 8.

Digitized by Google

Hinc ad frictiones transfertur, quæ fiunt acrimonia verborum. Ovid. Tr. II. ' Non ego mordaci distrinxi carmine quenquam.' Ubi tamen pro *distrinxi*, politissima N. Heinsii editio, quam munere ipsius possideo, *destrinxi* habet, ut in nostro legitur. Adde inf. lib. IV. 6. *Schef.* Vid. Ampl. Cuper. Ob. IV. 5.

Distringunt] Sic lib. IV. fab. 6. ' Nasute scripta distringis mea.' *Rit.*

3 *Nocivum*] Nocens, noxium, damnosum. Sic Ovid. in Remed. vs. 45. ubi vide notas Heinsii accuratissimas. *Schef.*

Nocivum concitant periculum] Sic misericordiam ' nocivam' dixit infra. Plinius quoque hac voce utitur: et Guntherus meus: ' Nocivum et petulans vulgus.' *Rit.*

5 *Frater*] Notum illud Horatii, Epist. lib. I. ' Frater, Pater, adde Ut cuique est ætas, ita,' &c. *Faber.*

Repudiat officium] Officium salutationis. Sueton. August. cap. 27. &c. 52. ' Ne quem officii causa inquietaret.' Sidon. Epist. IV. 10. *Rig.*

6 *Officium*] *Officium* aliquando est, quod Gallice dicimus *la cour*, ut *faire sa cour*. Plin. Epist. lib. v. ' Paucos post dies ipse me Regulus convenit in Prætoris officio:' Gallice, *étant allé faire ma cour*, &c. ad quem locum adscripta est interpretatio, sed improbanda (' An potius,' inquit scholiastes, ' quod tunc ego in prætura officium prætoris agerem'). Neque vero hæc a Catanæo Viro docto scripta arbitror, sed esse a scioli alicujus manu, qui alienum opus inquinarit. Apud Juvenalem autem, ' Et præcedentia longi Agminis officia,' pro iis sumitur, qui officium faciunt potentioribus, eos salutant, deducunt, &c. Apud Phædrum autem in Prol. lib. III. ' Momentum ut hora pereat officii tui,' debet explicari de officiosa divitum, magistratuum, et principum salutatione, licet ab elegantissimo Interprete aliter intellectum; sed *ob-δὲ φθόνος*. Ita apud Horatium in Epist. ubi de Aristippo: ' Officium facio:' Gallice, *je fais ma cour aux grands*. At vero in hac fabula *officium* nil aliud est, quam quod dicimus, *civilité de paroles*, vel *compliment*. Faber.

Cur sic] Lucas II. 48. Τί ἐποίησας ἡμῖν οὕτως; *Quid fecisti nobis sic?*

7 *Mentiri velit*] Τὸ *velit* eleganter superest. Nisi destinatum animi consilium argui dixeris. Nepos XVII. 4. 1. ' Cujus exemplum utinam Imperatores nostri sequi voluissent.' *Prasch.* Nec abundat, nec destinatum consilium denotat, quod vult Praschius, sed eleganter arguit impudentiam. Plane sicut Germani dicunt: *wie magst du doch dieses thun?* Scheff. Increpationem innuit, ut de simili hujus verbi usu infr. lib. III. fab. 6. docuit Schefferus, et de re vehiculari lib. I. c. 17. et blandius, quam, cur sic mentiatur, esse, notat Passer. ad Prop. II. Eleg. 2. in f. Ovid. Met. II. 745. ' Tu tantum fida sorori Esse velis.' Sil. I. 109. ' Hæc tua sit laus, nate, velis:' ubi mihi mutem: vid. Bronkh. ad Tibul. I. 5. 50. Sic θέλησον ποιεῖν pro, facias: Æsch. Promet. 782. *Burm.*

Mentiri velit] Hoc est, mentiatur; quæ veteris elegantiæ locutio est, quam tirones annotare velim. Cato de Villico, v. ' Ne quid emisse velit.' Petron. ' Ne morientes occidere velit.' Valer. Max. lib. VII. 3. ' Ne cum universa Romanorum acie confligere vellent.' Lapis Vetus: ' Huic tumulo ne gravis esse velis.' *Gud.*

7 *Demisso pene*] Optime. Priores habebant, *demissis pedibus*, quod est nihili; *demittere* hic est promittere, exertum scilicet. *Scheff.* Reliquit hæc pudentior Anon. Fab. II. *Prasch.* Ita Veget. Artis Veterin. II. 53. de jumentis: ' Corpus ejus calebit, venæ etiam extabunt, natura submissa erit.'

Dimisso pene] Omnino sic legen-

Digitized by Google

dum ex vetustissimo codice: Asinus scilicet, distento immani et vasto fascino, simile illud esse ait apri rostro. Aselli, homines bene peculiati. Eaque voce lusit etiam Quartilla apud Petron. Sat. 'Hodie post asellum diaria non sumo.' Juven. Sat. IX. 'Alium bipedem sibi quærit asellum.' Vid. vet. Interp. et fab. Asinariæ Pasiphaës As. Aurei X. Puellæ quoque, sive cinædorum chorus, 'asinum' maritum suum vocant: Miles. VIII. *Rig.*

Demissis pedibus] Plautina et Ciceroniana locutio. *Ritt.*

8 *Hoc rostro tuo*] *Hoc*, id est, penis; *rostro* autem, propter eminentiam glandis. Hactenus enim inter se conveniunt optime. Sed hæc fœda. Illud *hoc* cum sono est pronunciandum, nam habet vim demonstrantis, et velut digitum intendentis. *Schef.* Vid. ad Petron. c. 12.

9 *Generosum*] Dignum genere ac ortu suo. Cicero in Bruto: 'Voce, motu, forma quoque magnifica et generosa.' Sic 'Generosi discipuli' apud Cornel. Nep. Vita Att. c. 1. *Schef.*

10 *Et facilis*] Elegantissimus Cuperus Observ. lib. II. 20. scribendum putat, *En facilis*, me invito quidem. Nullam enim illud *En* hic habet elegantiam, quam ipse putat, imo plane otiosum est. Ut enim habeat elegantiam, necesse est, ut aliquid demonstret. Voluit enim tantum facere impetum aper, non fecit. Quod si fecisset, in medio tamen illo impetu, et, cum jam discerpere potuisset asinum, cohibuisset sese, tum fuisset locus illi *En*, quasi diceret: Vides, te esse in potestate mea. Nunc cum nihil tale de apro dicatur, nil mutandum censeo in recepta lectione. *Schef.* *En* tamen et Heinsius libro suo adscripsit. Cum Scheffero quoque idem sentit Vir Clarissimus Perizon. ad Sanct. Minerv. lib. IV. de Ellipsi, qui plurimis familiarem hanc τοῦ dixit ellipsin ostendit.

Et facilis] Subaudiendum, respondebat. Sic fab. seq. 'Est statio separata.' Et imprimis similis locus lib. IV. fab. 23. 'Quid horum simile tibi contigit, Rustica? Est gloriosus sane convictus Deum.' Quorum priori versu adhuc interrogat musca, posteriori respondere incipit formica.

11 *Inquinari nolo ignavo sanguine*] Talis apud Guntherum nostrum l. II. vs. 486. describitur generosus Leo: 'Spernitque minori Tingere cæde genas, et vili sanguine pasci.' *Ritt.*

Ignavo] Ignavi animantis sanguine. *Ignavus* autem hic imbellis, invalidus: Ita supra c. 21. *Schef.*

FABULA XXX.

Rana metuentes taurorum prælia] Vid. Horat. Sat. lib. II. 3. *Rig.*

1 *Humiles*] Prudenter apud Justinum Philippus ait lib. XXIX. 3. 'Cernere se quam cruenta et sanguinaria inter se bella utrique populi viribus copiarum et ducum artibus gerant: quæ rabies finiri solo partis alterius interitu, sine ruina finitimorum, non possit.' *Nev.*

Laborant] Id est, affliguntur, et periculis obnoxii sunt. Petron. cap. 44. 'Populus minutus laborat, nam istæ majores maxillæ semper Saturnalia agunt.' *Axen.* Vid. ad Petron. c. 15.

2 *Pugnam taurorum*] Hæc pugna maxime sub coïtus tempore fieri solebat, cum tauri, qui antea soli ac separati a vaccarum commercio pasci

Digitized by Google

solebant, quod ἀτμαγελεῖν Græci dicunt, furore perciti de vaccis certabant. Vide Erasm. in adagio: 'Abiit et bos in sylvam,' ubi erudita multa de tauris congerit. Obvia etiam apud Poëtas de hac pugna Taurorum et regno saltus loca. Vid. Apoll. Rh. II. 88. Ovid. Met. IX. 46. Stat. Theb. II. 323. V. 330. VI. 861. et XI. 251. &c. *Burm.*

Pugnam taurorum] Quomodo Tauri super excellentia et principatu armenti decertare soleant, et victus in silvam ac sola loca sese proripiat, ubi vires recuperet, ex pluribus auctoribus docui ad Oppianum. Vide Statium Papinium Theb. lib. II. et XII. *Ritt.*

5 *Principatu*] *Principatus gregis* hoc loco dominatum et regnum gregis vaccarum putavit Schefferus; unde voluit explicare fabulam XV. hujus libri. Sed fallitur. Hoc enim loco *principatus gregis* est regnum nemoris, ut Phædrus postea se explicat, hoc est, vaccarum illius gregis in nemore pascentium. Taurus igitur dicitur *princeps gregis* eleganter, ut apud Virg. Eclog. VII. 'Vir gregis ipse caper;' ad imitationem Theocriti. Sed, quod Schefferus *principatum civium* eadem ratione dictum putet, nescio, an non fallatur. Certum est, Phædrum hoc loco posuisse pro summo imperio et dominatu; sed 'principatus civium' Romanis erat πρωτεῖον civitatis, non dominatus; ut 'Princeps civium' est, primus et præcipuus in civitate, qui principatum in sua civitate obtinet; ut Cæsar de Dumnorige Æduo loquitur de Bell. Gall. lib. I. ubi perspicue distinguitur inter 'Principatum obtinere,' et 'Regnum obtinere.' 'Principatus' absolute positus de summo dominatu postmodum in usu esse cœpit, neque vero necesse erat addere *civium*, sed illud 'Civium' in fab. XV. malo referre ad 'Pauperes.' Sic *pauperes civium*, et *præcipui civium* recte dictum, ut 'Sancte Deorum,' Virg. Tacitus lib. XI. 'Cunctis civium, si bonis artibus fiderent, licitum petere magistratus.' *Gud.*

Principatu gregis] *Principatus gregis*, est principatus seu regnum in gregem; vide sup. ad Fab. 16. *Grex* hic de armento, sive bobus. Et sic Cicero aliique. Pro, *cum illi certarent*, scribit Heinsius, *cum decertarent*; id quod amplector. Sic lib. V. 2. 'Qui depugnaverat.' *Schef.* Ita 'Decertatoria pugna,' ut quidam legunt, apud Quinctil. Inst. V. 4.

Gregis] Gregem καταχρηστικῶς dixit, pro armento. *Ritt.*

7 *Natio, ait, separata*] Putabam primum metri caussa legi posse: *Est ratio separ. ait, ac div. g.* Sed nunc in visa conjectura tua acquiesco. *Schiop.* Vivendi. Id est, lex vivendi. Nam a *vatus*, *ratio*. Prasch. Sc. alter, respondens. Subaudiendum autem hic *quidem*; cui respondet mox, *Sed pulsus*. *Natio* quoque eleganter de bobus. Festus sive Paulus: 'In pecoribus quoque bonus proventus fœturæ, *bona natio* dicitur.' Scaliger hoc loco: 'Præterea vult, neque nationem tantum de hominibus, sed et de pecoribus dici. Quod non sine Græcorum imitatione dictum est, ut Homerus Od.' Priores editiones habuerunt *ratio*, sine ratione. *Schef.* Cato apud Festum: 'Qua arte natio sua separata seorsim.' Si autem Gudiana emendatio arridebat, melius legas: *stationi separatæ diversum genus*. Cogitaveram et legi posse: *Ratio est parata, en diversum genus*: id est, est in promptu ratio; sed ultima verba adhuc corrupta sunt. *Heins.* Nobis *statio* placuit, et suppleri hæc verba ranæ ita debent: Est quidem taurorum statio a nobis separata, et diversum sunt genus; sed, &c. Virgil. Georg. IV. 8. quem adduxit Gudius, hoc optime firmat: 'Principio sedes apibus statioque petendæ.' Τὸ *quidem* suppleri debet, ut et lib. II.

Digitized by Google

fab. 1. ' Exemplum egregium prorsus et laudabile, Verum,' &c. pro: Exemplum quidem egregium, verum, &c. *Burm.*

Ratio est separata, ait, ac diversum genus] Melior quidem est lectio, quam ex vetustissimo Cod. indicavit Pithœus: *Est ratio separata.* Sed tamen vel sic claudicat versus: cujus luxationem restitues, si τὸ *ait* removeas, ut ex glossa interpositum. Usitatissimæ sunt Phædro tales ellipses. *Ritt.*

Natio ait separata] In Ms. est *ratio separata inquit ac div.* Salmas. in ora libri: *Est natio separ, ait, ac diversum genus.* Perperam. Rittershusius, ut metro consulat, rejicit τὸ *ait*, ut glossema: nec male. Et hoc probat Scioppius, qui et alia excogitarat. Lege, *natio separata ac diversum genus.* Sic etiam Prudentius in Hymno de Christi natali de bove et asino: ' Adorat exors natio, Vis cujus in pastu sita est.' Festus: ' In pecoribus quoque bonus proventus fœturæ, bona natio dicitur.' Ut *natio*, ita etiam *gens*, de animalibus. Virgilius de apibus non semel; et de equis Æn. VII. Vet. Gloss. ' *Natio; γένος, ἔθνος.*' Sic Græci etiam: Homerus, *μελισσῶν ἔθνεα*, et *χηνῶν*, et *μυῶν*, dixit, quæ longe suavissima sunt. Sed melius tamen legi posset, *Est statio separata:* quasi dicat: Vos nemora et campos, nos stagna et paludes incolimus: hinc supra fab. 6. Phædrus vocat lacus, ' Sedem ranarum,' imitatus Ciceronem Tusc. v. cui dicuntur Ranæ ' Bestiæ nantes aquarum incolæ:' scilicet unicuique animalium speciei sua sedes est et statio. Sic Virgilius Æn. v. ' Statio gratissima mergis.' Georg. ' Principio sedes apibus statioque petenda.' Hinc explicanda illa sapientis Graculi ad superbientem fratrem suum responsio: ' Contentus nostri si fuisses sedibus:' supra fab. 3. Neveletus, e Remiccio gemmulam se putans eruisse, sed inepte, reponit *vestibus;* retinenda enim pulcherrima lectio; et certe in Sciassiano Remiccii codice ita legitur. *Gud.*

Est ratio separata] An legendum, *natio est separata?* Sic videtur doctissimo Viro. Et in pecoribus ' natio' dicitur. Vid. Fest. *Rig.*

8 *Regno nemoris*] ' Regnum gregis' dixit Silius Italicus lib. XVI. Punicor. eadem in re, ' Abditus in sylvis, stabulis cum cessit ademptis Amisso Taurus regno gregis.' Quæ a Poëtarum principe mutuatus est, Georg. lib. III. 228. ' Regnatorem' itidem ' agelli' dixit Martialis Epig. lib. X. 61. *Nev.* Non dubium, quin ex Virgilio de tauro victo Georg. III. 228. ' Et stabula adspectans regnis excessit avitis.' Et in Æn. XII. 718. ' Mussantque juvencæ, Quis pecori imperitet, quem tota armenta sequantur.' *Faber.* ' Armenti reges' dixit Statius Th. XI. 28.

Nemoris] Proprie de sylva pecori alendo. Vide Varronem de L. L. *Schef.*

9 *Paludis in secreta veniet latibula*] In palustribus locis ætatem plerumque degere jubebantur relegati, ejusque moris exemplum est apud Herodotum in Euterpe, ubi de Psammitticho: Ἐς δὲ τὰ ἕλεα ἔβοξέ σφι διώξαι ψιλάσαντας τὰ πλεῦστα τῆς δυνάμεως. Et mox: *Φεύγων ἐς τὰ ἕλεα. Rig.*

Secreta veniet latibula] Plene, ut supra ' Liquidam sorbitionem' usurpavit; vulgo ' Secreta' ponunt absolute. Sunt autem loca remota a quotidiana conversatione. Sic Horat. ' Loca secreta,' et Columella ' Pabulationes secretas' dixere. *Schef.*

10 *Proculcatas*] Ovid. Met. XII. 373. ' Pedibusque virum proculcat equinis.'

Obteret duro pede] Horat. Sat. II. 3. ' Ranæ pullis vituli pede pressis.' *Gud.*

11 *Ita*] Hoc modo, hac ratione. Respicit priorem interrogationem, quare scil. ac quomodo ipsis tantum

Digitized by Google

malum possit imminere. *Schef.*

Pertinet] Eleganter, eo usque velut se porrigit. Nempe quia sermo est de capite: ac antecessit, *Longeque ab illis degerent*. Schef. Supra fabula 14. 'Hoc pertinere vere ad illos dixerim.' Et fab. 42. 'Hoc pertinere ad domini caput.' *Auct.* Liv. I. 10. 'Ad quos ejus injuriæ pars pertinebat.' Vid. inf. III. fab. 1. *Pertinere* significat, quod vulgo dicunt, pertingere. Vid. Gronov. ad Plaut. Milit. Glor. II. 5. 58. et nos ad Quinct. Inst. II. 4. *Burm.*

FABULA XXXI.

Milvius et columba] Camerar. p. 182. *Rig.*

3 *Milvium*] Scribe fidenter *miluum*, non *milvium*. Ita enim plane veteres. Inde ἀναλογικῶς 'Milvina' apud Plautum, ὄρεξις acrior. Alioqui dicendum *milviena*, ut a lanius 'laniena,' &c. Tollendum itaque ex omnibus libris hoc mendum, uti et *trophæum* pro, *tropæum*. Adi Taubmanni Collect. ad Plauti Aulul. p. CXCI. Cruquium quoque legito ad Horatium, pag. CCXCII. edit. Plantinianæ, et Gifanium in Indice Lucretiano. *Faber.* De Accipitre narrat Anon. Fab. 22. *Prasch.*

Milvium] Mss. *Miluum*: recte trisyllabum. Sic in Horat. Mss. antiquissimis invenimus, et ita Giphanius in Lucret.: hic vero vulgo *Milvius*, semper in scriptis veteribus scribitur *Mulvius*, aut, quod idem est, *Molvius*. V. Salmas. et Gruter. ad Poll. Gall. cap. ult. *Gud.*

4 *Pennæ*] Singularis pro plurali: alas intelligit. Atque ita solent poëtæ. Seneca in Œdipo: 'Levis penna secat alta cœli.' Nec poëtæ solum, sed et alii, præsertim Hyginus. Vide indicem in eum, notasque nostras, quæ typographum expectant. *Schef.*

Vitassent] Lege, *evitassent*. Heins. Anon. Nielantii habet *mutassent*, quod ille frustra tuetur: *mutare* enim *necem* est, pro uno genere vitato, aliud invenire mortis genus: de quo nos ad Val. Flacc. VI. 614. agemus post Heinsium et alios. *Mutare* vero et *vitare* permutarunt inter se librarii etiam apud Lucan. VI. 816. et Ovid. Nuce 117. ubi vide. *Burm.*

5 *Consilium*] Vim ingenii, facultatem consultricem innuit. Cicero eodem modo in Catilin. 3. 'Erat ei consilium ad facinus aptum, consilio autem neque lingua neque manus deerat.' Lucret. lib. III. 'Primum animum dico, mentem quem sæpe vocamus, In quo consilium vitæ regimenque locatum est.' *Schef.*

Vertit] Non est, mutat; sic enim scribendum fuisset, *in fallaciam*; sed, eo convertit, intendit, dirigit. Tacitus Hist. IV. 23. 'Donec, desperata vi, verterent consilium ad moras.' *Schef.*

6 *Genus inerme*] Ita Gudius fab. 2. *inermes* pro *inertes* malebat. De armis bestiarum nos latius ad Val. Fl. VII. 597. agemus.

8 *Icto fœdere*] Apud Statium l. II. Tydeus, cum oraret apud Etheoclem, ita fatur: 'Si tibi plena fides, et dicti cura maneret Fœderis.' Legendum: *Atque icti cura maneret Fœderis*. Certe in Rem. altero particula copulativa est *ac*, non *et*: ergo tantum huic dele literam *d*, quæ ex præcedentis verbi initio adhæsit. Ita habes, observata levissima mutatione, erroris caussam, et lectionis nostræ veritatem. Tacitus Ann. XII. 'Orsi

Digitized by Google

a fœdere, quod nobiscum icerunt.' *Gud.*

9 *Injuria*] Ms. *injurias*. Gud.

10 *Tradunt*] Ms. *tradent*. Gud.

11 *Singulas*] Unam post alteram. *Singulas* pro, singulis. Et sic Tacitus et alii loquuntur. Ipse Virgilius, quem vix dubito, quin, ut alias, sic hic respexerit. Ita enim legitur in libris antiquissimis, Pierio teste, Æn. III. 'Quid puer Ascanius? superatne, et vescitur auras?' *Schef.*

13 *De reliquis tunc*] Legebatur ante, *Tunc de reliquis;* ex quo Neveletus, *Tunc de relictis.* Sed nostrum retineo. *Schef.* Prima enim produci syllaba recte potest, nec opus transpositione, ut fiat quatuor syllabarum vox.

De relliquis tunc una] *Tunc de reliquis una.* Ms. Pith. et Rem. neque aliter Pithœus, Rittershusius, aliique tum temporis edidere. Rigaltius, falso credens vitium inesse metro, primus transposuit; perperam sine dubio: dispositio veterum librorum retinenda: est enim *reliquis* quadrisyllabum, ut apud Phædrum semper, poteritque facile vetustorum codicum lectionem tueri locus ille lib. III. fab. 4. 'Inter reliquas merces atque obsonia.' Et alter, lib. IV. fab. 24. 'Accepit partem, quum reliqua posceret.' Unde apparet, nihil mutandum; et infeliciter etiam Neveletum conjecisse, *Tunc de relictis;* cujus infelix conjectura in mentem mihi revocat simile mendum in Terentii vulgatis editionibus, quotquot hactenus exstant: Andr. act. I. scen. 1. 127. 'Quis igitur relictus est objurgandi locus?' Eluenda est turpiuscula macula, quæ in corpore tam pulchro jam penitus insedit: versus enim Iambicus Senarius non constat. Scribe ex vetustissimis membranis: 'Quis igitur reliquus est objurgandi locus?' Romæ codex Vaticanus diserte *relicuus:* facili lapsu rudis descriptor illud *relictus* fecit, cum *relicuus* nihil aliud quam *reliquus* sit, quod itidem quatuor syllabarum olim fuit, ut apud Phædrum, Plautum, et alios frequentissime; contracte autem trium syllabarum. Aliis in locis, ubi metrum exigit, C etiam perperam pro Q usurpatum, alibi pluribus notavimus. Salmasius legit: *Tunc de relicuis.* Gud.

De reliquis] Lege, aut certe scande, *reliquis;* ut et infra lib. IV. fab. 24. *Ritt.*

Merito plectimur] Supr. fab. 27. Suet. Vesp. 12. 'Merito se plecti.' Vide Gronov. ad Senec. de Benef. v. 20.

Explicit] Solebant veteres in fine librorum scribere EXPLICIT, significare volentes, perventum esse ad finem voluminis, quod plane *explicatum* esset et evolutum. Hieronymus ad Marcellam: 'Solemus completis opusculis ad distinctionem rei alterius sequentis medium interponere EXPLICIT, aut FELICITER, aut aliquid ejusmodi.' Quod et nos quoque, Lector, huic capiti apponemus, ut ad secundum transeamus. *Faber.*

Digitized by Google

LIBER II.

AUCTOR.

1 *Exemplis continetur Æsopi genus*] Viros doctos sese in hoc loco non expedivisse, miror. Durum, imo ineptum est, *Æsopi genus*, sive pro Æsopo, sive pro fabulis ejus, sive etiam pro ejus scribendi ratione, dici. Non ceperunt, quid esset hoc loco *Exemplis*, quæ vis et significatio verbi *continetur*, quid sibi vellet aut quo pertineret τὸ *genus*. *Genus* absolute positum, ut subintelligas, *mortalium*, quod eleganter omisit, quia statim in fine tertii versus legitur, dum ipse pergit primi versiculi brevem, adeoque subobscuram, thesin sequentibus duobus Senariis paulo largius atque apertius explicare. Scilicet Platonis illud Θνητῶν γένος, Cicero etiam reddidit 'Genus mortalium,' quod adeo vulgare pro hominibus, ut apud poëtas *genus ἀνδρῶν* eo sensu reperiatur, omissa et subintellecta voce, mortalium. *Continetur* hoc loco est, coërcetur, petitum a disciplina magistrorum, qui regendæ atque erudiendæ juventuti præsunt. Livius lib. XXXIV. 1. 'Matronæ nulla nec auctoritate, nec verecundia, nec imperio virorum, contineri poterant.' Seneca libr. v. Quare bonis viris mala accidant, cap. 1. 'Cogita filiorum nos modestia delectari, vernularum licentia, illos disciplina tristiori contineri, horum ali audaciam.' Quin etiam eodem sensu Phædrus libro IV. capitulo ultimo. 'Sed difficulter continetur spiritus.' Sic igitur primus novo et facili sensu locum illum explico: *Genus* mortalium *continetur* atque coërcetur in officio *exemplis Æsopi*, id est, fabellis Æsopicis, ut pueri solent tristiori disciplina. *Exempla Æsopi* sunt fabulæ, ut lib. I. fab. 2. 'Æsopus nobis hoc exemplum prodidit:' et lib. IV. fab. 2. 'Adscribere hoc debuit exemplum sibi.' Sic Ovid. 'Ite per exemplum, genus o mortale, Dearum.' Hanc meam explicationem anno 1668. e Gallia redux Hagæ Comitum inter alia ostendi Viris Doctis, quam postea sibi vindicarunt, ut apparet ex secunda Schefferiana editione Phædri anni CIↃ IↃC LXXIII. *Gud.*

Continetur Æsopi genus] *Genus Æsopi* significare arbitror eam scribendi rationem, (δι' ἀπολόγων scil.) qua utebatur Æsopus. Ita in prolog. lib. IV. 'Usus vetusto genere, sed rebus novis.' Ubi τὸ *genus* nil esse aliud queat, quam, via, scribendi ratio, μέθοδος, quemadmodum apud Terentium: quem aliquando, adsit modo Ἰασὼ, libello commentario ornabimus: 'Olim isti fuit generi quondam quæstus apud seclum prius.' Scimus quidem dici Græce ἱστοριογράφων γένος, pro historicis ipsis, apud Diodorum; et apud excerptorem Athenæi, ἀοιδῶν γένος pro ἀοιδοί, quemadmodum: 'Nunc fabularum cur sit inventum genus:' ubi *fabularum genus* ipsæ fabulæ sunt. Ita 'Ardelionum natio,' pro ardeliones. Sed si quis dici posse existimet *Homeri genus*, pro Homero ipso, et *Phædri genus*, pro Phædro, fallitur: id enim verum esse non po-

Digitized by Google

test, nisi in nominibus multitudinis, aut quæ speciem aliquam includant. Quamobrem non possum facere, quin improbem N. Rigaltii V. Cl. explicationem, qui *Æsopi genus* pro Æsopo ipso dici vult. Ceterum istud *continetur* nihil aliud est quam, constat; Cicero: 'Dii non venis et nervis et ossibus continentur, nec escis vescuntur.' *Faber.* Meursius hæc putat mutila varieque trajecta. Ego habeo pro integris. Meursium decepisse vocabulum *genus* videtur, quod nesciebat, quomodo cohæreret cum sequentibus. Ego censeo respicere vocem *mortalium*, quæ ex versu tertio etiam huc trahenda. Ordo talis: *Genus mortalium continetur exemplis Æsopi. Exempla* vocat, quæ mox *fabulas.* Atque ita lib. I. 4. *Continetur* autem absolute pro, continetur in officio, coërcetur, docetur. Ita Cicero Tusc. IV. 'Regere ac continere appetitiones' dixit. Rigaltius *Æsopi genus* jungit, et pro *Æsopo* ipso accipit, sicut 'Fabularum genus' nostro usurpatur. Sed si sic accipimus, quid quæso fiet illi *continetur?* Nec enim Æsopus continetur exemplis. Neque melius, si hic artem Æsopi fabularem interpretemur, sicut fit ab ipso, loco alio. Interpretatione nostra nihil puto esse evidentius. Isthæc sic conscripseram, cum deinde ad me afferuntur Cl. Gronovii litteræ, quæ me prorsus in sententia mea firmant. Exscribam totum locum, nam meretur, ut legatur publice. '*Æsopi genus* alii Æsopum, alii fabulas ejus interpretantur. Ego vero τὸ *genus* accipio positum pro hominibus. Ut Manilio lib. I. vs. 145. 'Semper erit genus in pugna;' et Senec. Hippol. vs. 469. 'Quæ supplet ac restituit exhaustum genus.' Tum in Hercule Œteo vs. 63. 761. 1884. Dicit igitur homines *contineri* ac doceri *exemplis* seu fabulis *Æsopi.* Nam ne τὸ *contineri* quidem juvatur quicquam illis, quæ congessit Barthius ad Rutilium lib. I. vs. 57. Verbum est proprium magistrorum. Cicero Fam. lib. VII. 19. 'Ut vero ipsi tibi loci proposita quæstione occurrant, exercitatione consequere, in qua quidem nos te *continebimus*, si et salvi erimus, et salva ista offenderimus.' Gellius XIX. 1. 'Quem ego Athenis cognovi, non parva virum auctoritate, satisque attente discipulos juvenes *continentem.*' Hinc vides etiam, quo respexerit Petronius, quum scribit: 'Nondum juvenes declamationibus *continebatur.*' In quo etiam hæsere.' Hæc optimus Gronovius eruditissime, ut solet, nec relinquitur dubitationi locus: etiamsi Faber quoque posteriorem Rigaltii opinionem amplectatur, sic ut didici ex notis ejus. *Schef. Æsopi genus* pro fabulis, et genere scribendi, quo Æsopus utitur. Ovid. in Ibin: 'Utque ille, historiis involvam carmina cæcis, Non soleam quamvis hoc genus ipse sequi.' Ita infra dicit: 'Morem servabo senis.' *Heins.* De verbo *continere* vide Barth. Advers. XIX. 21. et ad Claud. de Consul. Prob. et Olyb. vs. 1. Gronov. ad Liv. XXII. 33. Hoc sensu voce *contineri* usus et æqualis nostro Valer. Max. II. 1. 2. 'Videlicet quia magis ad rem attinet, Dearum quam mulierum disciplina contineri:' et IV. 3. 11. 'Atqui ista patientissime superior Cato toleravit, quia illum grata frugalitatis consuetudo in hoc genere vitæ, cum summa dulcedine continebat.' Cum vero Gudius gloriatus sit, se primum hunc locum recte interpretatum, et Cl. J. Fred. Gronovio (ita enim scripserat; sed nos, ne bilem Filio moveremus, *Viris doctis* in Notis Gudianis supposueramus) jam anno 1662. ostendisse, idque ægre admodum ferret Cl. Jac. Gronovius, et, ut Gudio iniquior, multa me coram in eum effunderet, significabam illi et aliis, paullo post editas Gudii notas, utrumque fuisse posteriorem Barthio, qui in notis ad Stat. XI. 55.

Digitized by Google

jam verum sensum perviderat: ubi de Papinio: 'Exempla habet summorum Poëtarum, sed exemplis non continetur Poëtarum genus, quod de humano universim melius perhibuit Phædrus.' Eumque locum postea etiam Hoogstratanus animadvertit. *Burm.*

2 *Nec aliud*] Supra lib. I. dixit Phædrus: 'Duplex libellis os est, quod risum movet, et quod prudentis vitam consilio monet.' *Nev.*

3 *Corrigatur error ut mortalium*] Dion Chrysostomus, Or. LXXII. *Αἰσωπος τοῦτον τὸν τρόπον ἐπειρᾶτο νουθετεῖν τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἐπιδεικνύναι αὐτοῖς ἅττα ἁμαρτάνουσι.* Marius Victorinus in Rhetor. Cic. I. 'Apologi sunt ex rebus humilibus compositæ quædam formæ ac species ad vivendum; ut exstat illa de Mure et Leone.'

4 *Acuat*] Exerceat. Virg. Geor. I. 'Curis acuens mortalia corda.' Servius eo loco 'Acuens; exercens.' *Schef.*

5 *Narrandi locus*] Assentior Rittershusio, scribenti *jocus*. Nam cum eo *locus* non convenit, quod sequitur, *Re commendatur, non auctoris nomine.* Quid enim esset, *auctor loci?* Ergo hoc vult: Qualiscunque fuerit jocus, qualiscunque fabula, a quocunque ficta, commendatur ea bonitate rei ac salubritate præceptorum, pertinentium ad vitam moresque, non celebritate auctoris. Sed et pro *narrandi*, non displicet *narranti*, quod Freinshemius malebat. *Schef.* Lege, *Quodcunque fuerit ergo narrandi jocus.* Sic, 'Sed jam quodcunque fuerit:' præfat. lib. III. et Virgil. Æn. II. 77. 'Cuncta equidem tibi, Rex, (fuerit quodcunque,) fatebor.' Vel forte legendum, *Quicunque suberit narrantis jocus.* Heins. Videtur scribendum, *narrandus logus.* Guietus. Logi; optime Viri docti correxerunt, *quicunque fuerit narranti*, vel *narrantis jocus.* Vide Cl. Grævium ad Cicer. ad Famil. XVI. 21. *Burm.*

Narrandi locus] Lege *narranti jocus.* In eadem voce sæpe *I* in *L* mutatur in Rem. cod. Lib. I. fab. 21. 'Ignavis etiam locus est;' ubi aperte scribendum est *jocus.* Sic in prol. lib. III. 'Calumniamque fictis elusit jocis,' et passim. Sensus autem hujus versiculi, 'Quicunque fuerit ergo narranti jocus, est: Quamcunque fabulam narravero. *Gud.*

Locus] Forte *jocus.* Nam et alibi: 'Fictis jocis.' *Ritt.*

6 *Capiat aurem*] Delectet, teneat; eleganter, propter vim oblectandi, quæ est in fabulis. Cic. in Or. 'Nimis insidiarum ad capiendas aures adhibere videtur.' Vide supra lib. I. 24. *Schef.* Petron. 'Nisi quasdam insidias auribus fecerit.' Vid. ad III. 18.

8 *Cura morem*] Ms. *cura more:* alii autem *morem.* Gud.

Morem servabo senis] Prudenter se purgat, quod fabulis quædam alterius generis admisceat. Tetigi eam rem in Proleg. *Prasch.* Æsopum intelligit. Sic inf. lib. III. 2. 'Naris emunctæ senex.' Fit hoc porro non modo ætatis, sed et honoris caussa, et frequenter de magistris ac philosophis usurpatur. Corn. Nepos in Epam. cap. 2. de Lysia Tarentino agens: 'Tristem et severum senem omnibus æqualibus suis in familiaritate anteposuit.' Tullius in De Amicitia: 'Ego autem a patre ita eram deductus ad Scævolam, sumpta virili toga, ut quoad possem, et liceret, a senis latere nunquam discederem:' et in De N. Deor. Phædrum Epicureum innuens: 'Sed stomachabatur senex, si quid asperius dixeram.' Sic Epicurum ipsum Statius alicubi 'Gargettium seniorem' vocat: et Martialis de eodem lib. X. 'Cecropium superas qui bonitate senem.' *Schef.*

9 *Sed si libuerit*] Jac. Gronovius legebat, *Sed si fuerit aliquid interponere;* quod recte rejecit Hoogstratanus, nec stare potest; nisi sine ulle exemplo et ratione secunda in *aliquid*

Digitized by Google

producatur. Quod est certe venditare, quod ignores. *Burm.*

10 *Dictorum*] Specialius intelligit facetias, jocos, imo ipsas fabulas. Sensus est: velle se quidem eas persequi, quas habet Æsopus, aliquando tamen etiam inserere, quas ipse invenerit. Et talis a Phædro primum excogitata fabula est quinta hujus libri. Plane sic accepit locum hunc et N. Heinsius, quod gaudeo. Nam doctissimum interpretem Gallum abeuntem in diversa non curamus. *Schef.* Macrob. Satur. II. 1. ex Ciceronis Epistola ad Cornelium Nepotem: 'Itaque nostri, cum omnia, quæ dixissemus, dicta essent, quæ facete, quæ breviter, et acute locuti essemus, ea proprio nomine appellari *dicta* voluerunt.' Valer. Max. I. 1. 3. ext. 'Dionysius tot sacrilegia jocosis dictis prosequi voluptatis loco duxit.' Ita et lib. VII. 2. et alibi. Ceterum recte τὸ *Dictorum* ab *interponere* separandum notavit Cl. Perizon. Animadvers. Histor. cap. 2. *Burm.*

Sensus ut delectet varietas] Ut similitudo fastidium gignit; sic varietas delectationem adfert in quovis rerum genere. Vide Symmach. *Ritt.*

Delectet varietas] Valer. Max. III. 10. 1. ext. 'Dandum est aliquid loci etiam alienigenis exemplis, ut domesticis aspersa varietate ipsa delectent.' Just. Præfat. 'Sive æmulatione gloriæ, sive varietate et novitate operis, delectatus.'

11 *Accipias*] Ita inf. fab. 47. 'Accipiens cuncta in contumeliam.' Terent. Eun. I. 2. 'Neve aliorsum, atque ego feci, acceperit.'

12 *Ita sic*] Tale est illud 'Ergo igitur,' quod Apuleio valde frequens, et apud Arnobium quoque nostrum occurrit. *Meurs.* Ecquid usitatus aliis Pleonasmus, *ita sic?* Et *rependere gratiam*, pro afferre, num Latinum? sensus vero numnam integer, aut cum prioribus apte hæret? Mirum, ni a bardo quopiam hæc assuta sunt. *Prasch.* Lege, 'Ita; si rependet illam brevitas gratiam, Cujus verbosa ne sit commendatio.' Ovid. Trist. I. 2. 98. 'Imo ita, Dii scitis, si me malus abstulit error.' Virgil. Æn. II. 583. 'Non ita.' Ultimus versus ad sequentia referri debet: *Ne sit commendatio verbosa, attende, &c.* Heins. Mirum hic non animadversam tam manifestam incohærentiam viris tam doctis. Quis negabit scribi deinceps quam maxime oportere? *Ita, si rependet illi brevitas gratiam, Cui jus verbosa nescit commendatio.* Ita Barth. Ablegm. Critic. II. 23. et qui omnia illi debet, Swarth. Analect. I. 4. Cl. Perizon. d. l. legit.: *Sic istam tibi rependet brevitas gratiam, Cujus verbosa ne sit commendatio, &c.* Nescio autem quid Praschio in mentem venerit, ut *rependere gratiam* parum Latine dici putaret. Ita tamen Ovid. Met. II. 693. 'Neu gratia facto Nulla rependatur, nitidam cape præmia vaccam.' et Met. v. 15. 'Meritisne hæc gratia tantis Redditur? hac vitam servatæ dote rependis?' Am. II. 8. 'Pro quibus officium pretium mihi dulce rependas.' Stat. Theb. IX. 49. 'Hasne tibi, armorum spes o suprema meorum, Œnide, grates? hæc præmia digna rependi?' Totus vero adhuc locus est depravatus, nec rem clamare, ut legatur, *Paci rependet illi brevitas gratiam*, facile credo. *Burm.*

Sic ista tibi rependet brevitas gratiam] Ms. Rem. et Pith. *Ita sic rependit illi brevitas gratiam.* Quomodo etiam Pithœus edidit, addito asterisco, ut locum corruptum designaret. Latet nomen, quod respondeat τῷ *illi*; sensus enim est: Benignitati, sive humanitati, illi tuæ brevitas gratiam rependet. An forte, *Vitæ rependet illi brevitas gratiam?* Aut potius, si illud *Ita sic* pro glossulis habeas, *Rei rependet illi brevitas gratiam?* Excidit *REI* compendio scribendi ob sequens *REP.* Sed omnino scribendum puto: *Studio rependet illi,*

Digitized by Google

&c. Studio, id est, voluntati illi et benevolentiæ erga me, ut sæpissime apud Ciceronem aliosque. Ex *Stu*, Monachus descriptor formavit *Ita*, atque *dio* in *sic* convertit, nam in hoc codice *D* sæpissime pro *S:* ut *sedolo*, pro *de dolo*. Vel legi posset: *Ita sis, rependet illi brevitas gratiam. Sis*, pro, si vis. Cicero de Oratore: 'Libenter etiam copulando verba jungebant, ut sodes, pro, si audes; sis, pro, si vis.' Et idem pro Rosc. 'Age nunc refer animum, sis, ad veritatem.' *Rependere gratiam*, dixit ad imitationem Ovidii Metam. II. vs. 694. 'Rependatur gratia facto.' *Gud.*

Rependet illi brevitas gratiam] Quia χάρις βασίων ὀκηδεῖ. Sed tamen et brevitate nimia quosdam offendi scribit l. III. f. 10. Pro *commendatio* procul dubio reponendum, *commentatio*. *Cujus verbosa commentatio nescit*, nimirum rependere gratiam. Hoc enim ἀπὸ κοινοῦ repetendum.

18 *Cujus*] Ms. *Cui jus*.

Cujus verbosa] Scribe *Cui verbosæ;* deinde in fine versus *commentatio*, ex sententia V. Cl. Cunradi Rittershusii, qua nihil rectius. *Meurs.*

14 *Attende*] Archelai egregium factum, de quo Plutarchus in Apophth. pag. 177. Ed. Francof. *Nev.*

15 *Modestia*] Hanc notam Deo tribuit sacer codex Reg. I. 3. 13. Sed et profanæ fabulæ. Vid. Æsop. fab. 44. Præclare Ambros. Offic. I. 18. 'Magna igitur modestia: quæ quum sit etiam sui juris remissior, nihil sibi usurpans, nihil vindicans, et quodammodo intra vires suas contractior, dives est apud Deum, apud quem nemo dives. Dives est modestia, quia portio Dei est.' Sotadis dictum est: Ἂν δὲ σωφρονῇς, τοῦτο θεοῦ δῶρον ὑπάρχει. *Prasch.* Opponuntur hic *cupidis* petacibusque, ac intelliguntur tales, qui modicis sunt contenti. Donatus apud Terentium in Hecyra act. IV. sc. 1. 'Modeste' interpretatur, 'Adhibito modo.' *Schef.* Proprie in petendo *modestia* laudatur, et apparet, Liv. XXXII. 3. 'Causam postulandæ missionis probabilem esse, si modeste peteretur.' Suet. Aug. 24. 'Legiones, immodeste missionem postulantes, exauctoravit.' Ovid. Epist. XX. 53. 'Aut esses formosa minus, peterere modeste.' Vid. et Tacit. Ann. I. 19. et Juvenal. XII. 12. *Burm.*

FABULA I.

1 *Juvencus*] Vide Avien. fab. 18. et 28. *Rig.*

Juvencum dejectum] Egregie et valde concinne Statius, hanc fabulam in animo habens, Theb. XII. 'Sic juvat exanimis dejectaque præda canesque Degeneresque lupos: magnos alit ira leones.' Et Martialis: 'In Tauros Libyci ruunt Leones: Non sunt Papilionibus molesti.' *Gud.*

Stabat] Dixi supra lib. I. c. 28. Nisi quod hic simul signum sit victoriæ, ideo et tali habitu victores vulgo depinguntur. Consule Barthium Adver. VIII. c. 13. et lib. XVIII. c. 2. Statius Sylv. lib. I. de equo Domitiani æneo: 'Ænea captivi crimen terit ungula Rheni.' David quoque in Ps. 90. 'Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem.' Ovid. Metam. II. 552. 'Spoliisque animosa superstans Unda velut victrix sinuatas despicit undas.' Sic enim optime Nob. Heinsius ibi scribit. Adde Fab. Dec. IV. p. 54. *Schef.* Valer. Flac. IV. 311. 'Labentem propulit heros, Et super insistens,' &c.

Digitized by Google

Dejectum] Proprie de victis: Cornel. Nep. Thras. c. 3. 'In secundo prælio cecidit Critias. Hoc dejecto, Pausanias venit Atticis auxilio.' Videtur et venatorum esse verbum, et solet fere talis ferarum captura venatio vocari. Curt. VIII. c. 1. 'Ille quatuor millibus ferarum dejectis in eodem saltu epulatus est.' Virgilius quoque, quem forte respexit: Geor. III. 'Et sibila colla tumentem Dejice.' De venatione angnis loquitur. *Schef.* Martial. I. 61. 'Non nisi dejecta pascitur ille fera.' Epigramma vetus in Catal. Pith. p. 28. 'Iratus recolas, quod nobilis ira Leonis In sibi prostratas se negat esse feram:' quod citans Barthius ad Stat. IV. 28. legit, *Iratus rege te: sic nobilis, &c.* De verbo *dejicere* plura dicemus ad Val. Flac. I. 191. *Burm.*

2 *Prædator*] Forte: *Prædo intervenit postulans partem lupus.* Ita supra 'Latro' dictus lupus. *Heins.* Non possum probare. *Prædator* est hic, Venator, ut apud Ovid. Met. XII. 306. 'Abas prædator aprorum.' Ita *prædari* pro, venari Martialis Ep. I. 50. 'Præstabit illic ipsa figendas prope Voberta prædanti feras,' ut legit Heinsius ad Claud. Fescenn. v. 11. Et 'præda' pro eo, quod venatione captum est: Virgil. Æn. I. 210. Et hinc venatori opponitur innoxius viator, qui nullas insidias feris struit. Vid. lib. I. fab. 5. Nisi mavis *prædatorem* pro lupo capere, ut Virg. Georg. I. 130. 'Prædarique lupos jussit.' *Burm.*

Partem postulans] 'Quasi inventi titulo,' inquit Freinshemius, ut infra 87. 3. Nescio an commode. Nam *dejectus* erat juvencus, non *inventus* a leone, nisi velis inventum, antequam dejiceretur. Sed tum prædator necdum aderat. Mallem respexisse amicitiæ officium, ac a leone hoc exegisse, velut iisdem studiis ac negotiis dedito. *Schef.*

4 *Rejecit*] Ei negavit, quod petierat, cum contemtu et aspernatione. Plautus Bacchid. IV. sc. 3. 'Militis Parasitus modo venerat aurum petere: hinc eum ego meis Dictis malis, his foribus atque hac repuli, rejeci hominem.' *Schef.* Ovid. Met. IX. 51. 'Ergo ego quæ fueram non rejectura petentem.' Terent. Phorm. IV. 5. 5. 'Nam si altera illa magis instabit, forsitan nos rejiciet.' Vide Gebh. Crep. III. 10. *Burm.*

Innoxius] Active pro eo, qui nemini nocet, ut opponatur 'improbo,' id est, violento. Vide supra l. I. cap. 23. Sic 'Innoxium serpentem' dixit Virg. in Æn. V. *Schef.* Sueton. Calig. 3. 'Obtrectatoribus lenis et innoxius.'

5 *Deductus*] De eo, qui forte fortuna incidit in tale quidpiam. Sic 'Deductus in casum,' apud Cæsarem B. G. II. *Schef.* Horat. Od. II. 7. 'O sæpe mecum tempus in ultimum Deducte.'

6 *Rettulit retro*] Imitatio Virgiliana est. Virgilius lib. IX. 'Haut aliter retro dubius vestigia Turnus Improperata refert.' Usurpatur eleganter de ambiguo et incerto. *Schef.* Poterat oratio carere ista vocula *retro*, sed ejusmodi pleonasmi veteris elegantiæ sunt; ita Terent. 'Ante præscisse,' ita 'Subtristis aliquantulus,' ita 'Perparce nimium.' Scio quidem Priscianum aliter citare, nempe *pernimium*, sed hoc loco audiendus non est. *Faber.* Virgil. Æn. II. 'Ex illo fluere ac retro sublapsa referri.' Ovidius Fast. II. 342. 'Turbatum viso rettulit angue pedem.' *Heins.*

Rettulit retro] Geminationem hanc bonis auctoribus familiarem esse docet Is. Casaubonus Animadvers. in Suetonium, et Brisson. libro Parerg. Singul. *Ritt.*

7 *Non est quod*] Pro, non est quidquam in causa, propter quod. Ellipticum genus optimis scriptoribus familiare, de quo vid. Vossii Constr. 19. *Schef.* Terent. Heaut. I. 2. 'Nihil

Digitized by Google

est, quod vereare.' IV. 7. 'Nihil est, illic quod moremur diutius:' et Phorm. v. 1. 'Nihil est, quod verear:' et ita Cicero et alii. *Burm.*

8 *Et quæ*] Mallet Heinsius: *Ea, quæ debetur.* Posset forsan non incommode scribi: *At quæ debetur;* isto sensu: Non est quidquam, quod timeas; potius hic ex præda pars est aliqua, quæ debetur modestiæ tuæ; eam tolle. Cum præsertim necdum juvencum divisisset. Sequitur enim 'Tum diviso.' Sed tamen illud *Ea* et Meursio et Freinshemio probatur. *Schef.*

9 *Audacter*] Absque timore aut perturbatione, libere. Plautus in Mil. Act. III. Sc. 2. 'Age, loquere audacter mihi:' bono sensu. *Schef.*

Tolle] Bene, velut liberalis. Martial. Ep. VI. 30. 'Sex sestertia si statim dedisses, Cum dixti mihi: Sume, tolle, dono.' *Schef.*

Tergore] Scribo *corpore.* Guiet. Reprehensus ab Ampliss. Cupero Obs. lib. II. 20. Virgil. Æn. I. 210. 'Illi se prædæ accingunt, dapibusque futuris: Tergora deripiunt costis, et viscera nudant.'

12 *Verum est*] Hoc vult: Licet sit laudabile præsens exemplum, pauci tamen id sequuntur, nempe quia paupertas cum pudore juncta est; at qui avidi sunt, divitias, et cum eis cætera consequuntur. *Schef.* Hic sua tempora Phædrus, ut sæpe alibi, innuit. Huc refer Epigramma Martialis v. 82. 'Semper eris pauper, si pauper es, Æmiliane; Dantur opes nullis nunc nisi divitibus.' *Burm.*

Et pauper] Lege *ut.* Heins.

FABULA II.

Anus diligens juvenem, &c.] Babrius. Camer. de sene et concubinis illius. *Rig.*

1 *A feminis*] Videsis Plautum Curcul. Act. I. Sc. 1. Mart. Ep. XI. 50. technas et fraudes mulierum detegit, quem vide. *Nev.*

A feminis spoliari viros] 'Spoliatricem amicam' dixit Martial. Ep. IV. 29. 'Sic spoliatricem commendat fastus amicam.' Idem: Ep. v. 44. 'Dispensatorem fallax spoliabit amica.' Plautus Menæchmis Act. I. Sc. 3. 'Meretrix tantisper blanditur, dum illud, quod rapiat, videt.' Apud eundem, Truculento, Act. II. Sc. 1. Meretrix ait: 'Probus est amator, qui relictis rebus rem perdit suam. At nos male agere prædicant viri solere secum, Nosque esse avaras.' Tota inde scena est in ejusmodi narrationibus. Epictetus: 'Nuda Venus picta est, nudi pinguntur Amores: Nam quos nuda rapit, nudos amittat oportet.' Sidonius Ep. lib. IX. 6. 'Per rei familiaris damna vacuatus, ut primum intelligere cœpit, et retractare, quantum de bonusculis avitis paternisque sumtuositas domestica Charybdis abligurisset; quamquam sero resipiscens, attamen tandem veluti frenos momordit, excussitque cervices, atque, Ulyxeas (ut ferunt) ceras auribus figens, fugit, adversum vitia surdus, meretricii blandimenta naufragii.' Scite Sidonius Meretricem appellavit 'Domesticam Charybdim:' optimeque ad Sidonii simul et Phædri mentem dixit Nicetas Choniates in Alex. Manuel. Comn. filio lib. II. Καὶ τὸ τοῦ Ἀρχιλόχου ἐντεῦθεν ἐπαφίνετο, ὃ φασιν, εἰς ἕτερον πολλάκις μεταβιβάσεσθαι τὸ χρόνῳ καὶ πόνῳ συλλεγόντα μικρῷ. Co-

Digitized by Google

dex Augustanus: Εἰς κοιλίαν πόρνης ἠφανίσθησαν καὶ ἐφθάρησαν χρήματα ὅσα διὰ πολλῶν κόπων. Bulga meretricis, ἔντερον, κοιλία, cavum, fossa, specus, profunda vorago. *Rig.*

Utcunque] Mallet Rittershusius, *utrinque*. Frustra. Nam *utcunque* hic est, quovis modo, prout potest fieri. Terent. Andr. IV. Sc. 3. 'Tu ut subservias orationi, utcunque opus sit verbis, vide.' Cic. de Off. I. 'Danda igitur opera est, ut, etiamsi aberrare ad alia cœperit, ad hæc revocetur oratio: Sed, utcunque aderunt res.' Sic hic locus distinguendus est. Etiam Fabro displicuisse Rittershusii conjecturam, nunc ex notis ejus disco. *Schef.* Vide multa in hanc sententiam congerentem Gebhard. Crepund. III. 22.

Utcunque] Suspicabar scripsisse Phædrum *utrinque*, id est, utroque casu. *Rit.*

Spoliari] Proprie. Vetula Terentiana hortatur et monet meretriculam, 'Ne cujusquam misereat, Quin spoliet, mutilet, laceret, quemquem nacta sit,' Hecyr. Act. I. Sc. 1. Martialis Ep. v. 43. 'Dispensatorem fallax spoliabit amica.' Talis mulier Martiali dicitur 'amica spoliatrix,' Ep. lib. IV. 29. 'Sic spoliatricem commendat Faustus amicam, Janua nec juvenem semper aperta tenet.' Ubi nota *tò tenet*. Juven. Sat. II. 'Nullam invenies, quæ parcat amanti; Ardeat ipsa licet, tormentis gaudet amantis Et spoliis.' Mss. hic habent *expoliare*. Gud. [Schwabius tamen in VV. LL. scribit: 'In Codd. Mss. inveniri *exspoliari* testatur Gudius.']

2 *Ament, amentur*] Omissa præpositione *sive*: eleganter ac absolute. *Schef.*

Ament, amentur] Id est, sive ament, sive amentur. *Rit.*

Nempe] Etiam hæc particula, ut aliæ nonnullæ, desumpta ex Latinitate media, eleganter locum istum occupat, et vim habet affirmationis amplioris. *Schef.*

3 *Ætatis mediæ*] Lectionem veram invenisse videor, quæ talis est: *Ætatis mediæ quendam mulier non rudis Tenebat, annos celans elegantia.* Descripta est eadem fabula ab Æsopo fab. 165. et Gabr. fab. 24. *Prasch.* Inter juvenilem et senilem. Vide Plautum Aulul. II. 1. Μεσωπόλιον talem vocat Longus in Pastoralib. pag. 123. Ubi vide, quæ eruditissimus Mollius, in nitidissima editione nupera, notavit. *Schef.* Vide Schopp. Susp. Lect. v. 29. *Freinsh.* Mart. X. 32. 'Talis erat Marcus mediis Antonius annis Primus.'

Ætatis mediæ cuidam] Sic legendum, nihilque deesse puto. Babrius μεξότριχι. Sic Apulei. lib. v. quem 'Rara canitie interspersum' dixerat, eundem postea vocat, 'Ætatis mediæ candenti canitie lucidum.' Glossæ veteres: 'Medietas; Μεσῆλιξ.' Aliæ rectius: 'Μεσῆλιξ; Mediæ ætatis.' *Rig.*

Ætatis mediæ cuidam, mulier non rudis Tegebat, annos celans elegantia] Scribe omnino, *quendam mulier non rudis Tenebat*, quomodo etiam Praschius optime conjecerat: sed ante Praschium me ad libri mei marginem ita hunc locum emendasse, ostendi Lutetiæ Parisiorum ejus cognato, viro optimo et doctissimo, Kerschero An. 1660. cum mihi Praschii sui in Phædrum notas, Ratisbonæ tum temporis editas, neque antea mihi visas, offerret: quod eo dictum velim, ne quis Praschianam hanc emendationem me sublegisse existimet. Levis mihi quidem est jactura tam parabilis annonæ; gaudeo potius, idem egregio illi viro in mentem venisse, quod mihi: nam nihil verius est ista emendatione; manuduxit ad eam Codex Remensis, in quo apparet *quēdam*, lineola supra *e* adjecta, ut *quendam* legi posset. De reliquo mutatio est

Digitized by Google

admodum parva; *tenere* autem hoc loco est, possidere, in sua potestate habere, ut apud Virgilium: 'Genitor tum Belus opimam Vastabat Cyprum, et victor ditione tenebat.' Horatius Od. III. 26. 'O, quæ beatam, Diva, tenes Cyprum.' Vid. Muret. tom. II. Oper. Ingolst. Epist. ad Anton. Constant. pag. 352. ubi explicat, quid sit *tenere* et *possidere*. Eleganter vero et proprie illud verbum de meretriclis amoribus usurpatur, et nulla est vox convenientior et magis propria mulierculis ejusmodi, qualis illa est: *Mulier non rudis* (sive ut alibi Naso Amorum lib. II. Eleg. 8. 'Jucundo non rustica cognita furto;' vel qualis ab Aristæneto Epist. lib. II. 18. describitur Πολλὴν ἐχούσαν τοῦ πράγματος ἐμπειρίαν) *tenebat quendam*, scilicet amore obstrictum sibi, velut vinculis, ut apud Catull. Phædri familiarem, de nuptiis Pelei et Thetidos: 'Tene Thetis tenuit pulcherrima Neptunine?' Id est, an te amore ceperat? Ovid. Remed. Amor. vs. 457. 'Et Parin Œnone summos tenuisset ad annos, Si non Œbalia pellice læsa foret.' Martial. Epig. lib. XI. 41. 'Formosam Glyceren amat Lupercus, Et solus tenet.' Sed omnium maxime ad rem fallaciam meretricum ostendit Ennius, ut apud Isidor. est Orig. lib. I. 25. sive Nævii e Tarentilla illud est, ut Festus videtur velle: 'Alium tenet, alii nutat, alibi manus Est occupata, alii perpellit pedem, Alii annulum dat spectandum a labris.' Versus venusti. Meretricula, dum alium tenet irretitum, aliis tamen nutu et ejuslibet gestibus amorem insinuat. Sed extrema verba, quidquid explicent Eruditi, corrupta esse, tam metri, quam latinitatis ratio, satis demonstrat. Scribendum forte est, *alii labris;* scilicet, dat signum vel simile quid, quod in sequenti versu fuit. Sic Tibul. Eleg. I. 2. 'Illa viro coram nutus conferre loquaces.' Vel legendum *alii a labris*, scilicet pendet, quod in sequentibus fuit; vel, si hoc nolimus, integra erit locutio, *alii est a labris*. Sic de Ænea, Didonis amoribus irretito, Virgil. 'Hunc Phœnissa tenet Dido, blandisque moratur Vocibus.' Apud Apulei. Met. lib. III. Lucius ad scortillum suum: 'Cum semper alioqui spretorem matronalium amplexuum, sic tuis istis micantibus oculis, et rubentibus buccullis, et renitentibus crinibus, et hiantibus osculis, et flagrantibus papillis in servilem modum addictum atque mancipatum teneas volentem.' Tibull. Eleg. I. 1. 'Me retinent vinctum formosæ vincla puellæ.' Catul. Ep. XI. 'Cum suis vivat valeatque mœchis, Quos simul complexa tenet trecentos, Nullum amans vere, sed identidem omnium Ilia rumpens.' Virg. Ecl. I. 'Cum me Galatea tenebat.' Ovid. Heroid. III. 131. 'Est aliquid collum solitis tenuisse lacertis.' Ita lego ex altero Remensi codice optimæ notæ; vulgo *tetigisse*. Videtur autem Phædrus in mente habuisse locum Lucretii lib. IV. circa finem, de astutis ejusmodi mulierculis: 'Omnia summopere hos vitæ postscenia celant, Quos retinere volunt, astrictosque esse in amore.' Hoc est: Omnia, quæ ejusmodi mulieres suis amatoribus occulta esse volunt, eos celant; hoc enim significant nimis occulta, quæ post scenam fiunt. Ita quoque hæc mulier virum, quem tenebat, annos celabat fucata et fallaci elegantia. *Gud.*

Cuidam] Veteres *quædam;* mutavit Rigaltius, propter sequens *Tegebat*. Scilicet quæ tegebat, fuit anus, ut palam est ex sequentibus. At illud *Ætatis mediæ* refertur ad virum, ut proinde juncta videantur, *Tegebat cuidam Ætatis mediæ*. Atque sic Freinshemius: 'Satis indicatur, aliquem fuisse deditum amori vetulæ, sed scite tegentis et occultantis ætatem.' Verum parum convenit hæc explicatio sequentibus. Cur enim *ei*,

Digitized by Google

hoc est, *cuiquam*, ut in textu censent legendum: aut illi mediæ ætatis viro tegeret ætatem ipsa vetula? Imo vero illa adeo non texit, ut nigros crines potius evelleret, ceu constat ex subjectis. Quare putet quis ex Pithœano libro illud *quædam* revocandum, ut sit *quædam mulier Ætatis mediæ*, quemadmodum apud Pacatum cap. 29. 'Matrona clari vatis,' quæ pertinet ac spectat ad non neminem ætatis mediæ. Verum ita sensus erit mutilus: nam sequitur: *Animosque ejusdem pulcra juvenis ceperat.* Non potest hic conjunctio stare idonee, sed nec illud *ejusdem* cum emphasi positum intelligi, nisi aliquid præcedat haud dissimile. Quare illud *quendam*, Praschio excogitatum, libentissime amplectimur, locumque totum ita legimus: *Ætatis mediæ quendam mulier non rudis Regebat, annos celans elegantia.* Fuit nempe *quedam* in Ms. superscripta lineola. Id accipiebant *quædam*, quoniam in libris scriptis simplici vocali pictæ diphthongi esse consueverunt, cum legendum esset, *quendam*. Schef.

Mulier non rudis] Ms. *rodis*. Gud.

Non rudis] Quæ meretricias artes longo usu probe callebat. Sic Helena apud Ovid. Heroid. XVII. 141. 'Sum rudis ad Veneris furtum, nullaque fidelem (Di mihi sunt testes) lusimus arte virum.'

4 *Tegebat annos*] Praschius ingeniose ista omnia sic reformabat: *Ætatis mediæ quendam mulier non rudis Tenebat, annos celans elegantia.* Sed *Tenebat*, pro *Tegebat*, abit longius. Et *tegere* potest accipi pro, occultare, sicut et Freinshemius putabat. Cornel. Nepos vita Dionis cap. 1. 'Crudelissimum nomen tyranni sua humanitate tegebat.' Sic enim, non *leniebat*, legitur in codice Ms. quondam meo, et postea Cl. Bœclero a me dono dato, quem in adornationem tertiæ ac reliquarum optimæ editionis non sine fructu multiplici adhibuit, ac ille ipse est, cujus meminit in præfatione ad lectorem. Verum quia, si *Tegebat* retinemus, sensus manet mutilus, ut dixi, pro *Tegebat* lego *Regebat*. Non sunt literæ in Mss. sibi magis similes, quam *r* et *t*, ut hic lapsus fuerit facillimus. Porro *regere quendam* mulier dicitur, quæ eum sibi habet obsequentem, et ad nutum suum facientem omnia. Quod genus pariter a Græcis γυναικοκρατούμενος vocatur. Suetonius in Galba cap. 14. 'Regebatur trium arbitrio.' Ita *Regebat quendam ætatis mediæ* id ipsum erit, quod sequitur, *Animos ejusdem ceperat.* Qui enim captum alicujus habet animum, is illi imperat, is eum regit nutu suo ac arbitrio. Sane, si *Tegebat* legimus, est supervacuum illud *celans*, quod mox sequitur. *Schef.* In priori editione Schefferus pro *annos* conjecerat esse legendum *canos*, quæ vox cum, omissa priori litera *c*, *anos* a librariis deprehensa esset, illi inde effecerant *annos*; miror autem hæc in ultima editione omissa fuisse. Conjecturam vero hanc ab Heinsio eum, ut plurimas alias, accepisse, testatur ejus emendatio margini Phædri adscripta. Vid. et Cuper. Observ. II. 20. Nos certissimam Praschii conjecturam, tot doctissimorum virorum suffragiis confirmatam, recepimus. Quinctil. Decl. XIV. 'Qua calliditate miseram simplicitatem meam sollicitavit primum, deinde tenuit.' Decl. CCCLVII. 'Cum videret nequissimæ mulieris illecebris maritum teneri.' Senec. Agam. 255. 'Tenetque regem famula veridici Dei:' et ita passim. *Burm.*

Tegebat annos celans elegantia] In Epistolis Theophylacti Simocatæ Theano Euridice: 'Ο φυσικὸς σοι κόσμος παρέχηκε, καὶ βυτίδων ἐγγὺς ἡ εὐπρέπεια. σὺ δὲ χαράττειν ἐπιχειρεῖς τὴν ἀλήθειαν ἐπιπλάστῳ κόσμῳ τοὺς ἐραστὰς ἐκφαυλίζουσα. πειθάρχει χρόνῳ γραῦδιον. οὐ γὰρ

εὐπρεπεῖς οἱ λειμῶνες ἐν μετοπώρῳ τοῖς ἄνθεσι. μίμησο καὶ θανάτου. *Rig.*

Annos celans] Propert. Eleg. III. ult. 'At te celatis ætas gravis urgeat annis.'

Elegantia] Puto cultum et ornatum intelligere. Ut apud Plautum accipitur in Prol. Merc. 'Nec pol profecto quisquam sine grandi malo, Præterquam res patitur, studet elegantiæ.' Atque ita Faber in notis ad editionem nostram priorem. 'Hoc loco,' ait, 'elegantiam id esse arbitror, quod *galanterie* vocamus.' Neque aliud intellectum volumus per *apparatum verium*, quem mox dicimus: ideo et *elegantiæ* adjecimus. Id quod res ipsa docet. Quis enim sit apparatus alius in obtegendis canis, de quibus loquebamur in editione illa? Itaque hoc quidem nomine an a Fabro debuerimus notari, aliorum judicium est. Id nos potius Faber doceat, quomodo hic *elegantiam* explicare valeat *galanterie*, si retineat *cuidam*, quod in suis facit editionibus. Etenim si hac elegantia teguntur anni *cuidam*, necesse est ut in posterum et virorum capita *galanterie* illa credamus ornata. Sed fortassis per *galanterie* Faber oris ac sermonis amabilitatem intellectam voluit, cum *galante* hodie sit Gallis, quæ vultu, gestu corporis, sermonis suavitate se commendat viris. Neque displicet hæc expositio, licet *elegantia* sic absolute, pro elegantia et amabilitate morum posita, vix alibi occurrat. Et solent profecto fere aniculæ, cum non possint formæ præstantia, sermonis gestusque suavitate conari se insinuare in amorem virorum. Sed quocunque modo explices, non quadrare τὸ *cuidam* poterit. Etenim sive suavitate illa, quam prædixi, sive cultu ornatuque cætero, præsertim capitis, celaverit annos ætatemque, non profecto eam texit illi mediæ ætatis, verum sibi. *Schef.* Vide de hoc verbo Gell. XI. c. 2. qui docet *elegantes* homines dici, qui nimis lecto amœnoque cultu victuque essent. Columel. de Re Rust. VII. 2. 'Tum etiam casei lactisque abundantia non solum agrestes saturat, sed etiam elegantium mensas jucundis et numerosis dapibus exornat.' Ita hic *elegantia* pro cultu et ornatu exquisitiori ponitur. Et hoc est, quod Ovidius dicit, Art. II. 677. de ætate jam provectis feminis: 'Illæ munditiis annorum damna rependunt, Et faciunt cura, ne videantur anus.' Illic *munditia* est, quæ hic *elegantia*. Ita 'Elegantes' et 'Mundos' conjungit Cicero de Finib. II. 8. et Nepos in Attico XIII. 'Elegans, non magnificus, splendidus, non sumtuosus, omni diligentia munditiem non affluentem affectabat.' *Burm.*

5 *Animoque*] Ante hunc excidisse aliquid putavit Meursius, idque ait esse tam certum, quam solem lucere. Faber quoque inclinare huc videtur. Sed hoc frustra fieri, constare potest ex superioribus. Pro *Animos*, legendum *Animum* existimare queat aliquis. Tamen Cicero quoque hoc modo, etsi sensu alio, in Or. pro L. Manil. 'Quæ civitas est in Asia, quæ unius tribuni militum animos ac spiritus capere possit?' *Schef.*

Juvenis] *Juvencula*. Puto autem hæc duo divisim esse accipienda, pro *pulchra et juvenis*. Nam *juvenis* in fœminino genere non invenitur. Vide Voss. de Anal. lib. I. c. 15. *Schef.* Imo vero conjunctim accipienda esse *pulchra juvenis*, et Vossium lapsum esse, cum significatione, non structura, commune esse docuit, ostendit Muncker. ad Hygin. fab. 182. Ovid. Art. I. 64. 'Sive cupis juvenem, juvenes tibi mille patebunt.' Plin. VII. 26. 'Cornelia enim juvenis est.' 'Amica juvenis,' Claudian. in Eutrop. Præf. lib. II. 23. *Burm.*

6 *Pares*] Similes; refertur ad ex-

Digitized by Google

ternam speciem. Virg. Georg. IV. 'Paribus lita corpora guttis.' *Schef.*

7 *Capillos*] Petron. 'Descendentes ab aure capillos meos dentata manu duxit.' *Gud.*

Homini] Habet elegantem sensum, et quasi cum commiseratione infortunii dicitur. Sicut Germani: *Sie haben dem guten mann das und das gethan.* Ita infra lib. III. cap. 4. Terent. Eun. Act. II. Sc. 2. 'Ibi homo cœpit me obs.' &c. *Schef.*

Legere] Proprie ac eleganter hic, quia seligebant una canos, altera nigros evellendos, quomodo 'Flores legi' Virgilio dicuntur. Ovidius Art. II. 666. 'Albentes jam legit illa comas.' Vide ibi N. Heinsium, poëtæ ejus unicum restauratorem. *Schef.* Verbum etiam de frugibus et pomis passim usitatum. V. Heins. ad Ovid. Art. Am. III. 703.

Legere] Est, evellere. V. Heins. ad Ovid. Art. Am. II. 666. *Gud.*

8 *Pingi*] Malim *fingi;* quod et Plautus de ornatu usurpat. Sed profecto nihil interest. Pœnulo loquitur meretrix: 'Ex industria ambæ numquam concessavimus Lavari, aut fricari, aut tergeri, aut ornari, Poliri, expoliri, pingi, fingi.' Stich. V. 5. 4. 'Bene cum lauta est, tersa, ornata, ficta, inficta est tamen.' *Schiop.* Schoppius vult *fingi*, quod non displicet. Licet Rittershusius, et post eum Faber, alterum retineant, et exponant, ornari. Senec. in Hippolyto Act. II. vs. 371. 'Jubet et solvi comas rursusque fingi.' *Schef.* Lege *fingi*, non potuit enim *pingi*, nisi volumus, unam mulierem illi canos pinxisse pro nigris capillis. Vide notas ad Ovidium Amor. I. 14. 2. nostras. *Heins.* Tibul. I. 5. 50. 'Et manibus canas fingere velle comas.' Claudian. Epith. Honor. 99. 'Cæsariem tum forte Venus subnixa corusco Fingebat solio.' *Pingi* tueri Gruterum ad Martial. VII. 83. notavit Hoogstratanus. *Burm.*

Pingi] Id est, ornari. Sic infra, 'Picte scribere,' est, Ornate scribere. *Rit.*

Cura] Proprie de cultu capillorum. Docuit prolixe summus vir, J. Fred. Gronovius Obs. lib. I. 23. quem consule. *Schef.*

9 *Calvus repente factus est*] Babrius: Ψιλοθεὶς πᾶσιν ὀρθὴ γένεσις. *Rig.*

10 *Canos evellerat*] Veteres canos solebant colorare. Vid. Martial. Epigr. I. 32. VI. 38. Junium de Coma cap. 7. Casaub. ad Theophrasti Character. cap. Περὶ Κολακείας. Tibull. I. 9. *Buchn.* Quidam ad hoc plumbeis utuntur pectinibus. *Freinshem.* Propert. Eleg. III. ult. 'Vellere cum cupias albos a stirpe capillos:' ubi vide Passeratium. *Burm.*

Canos evellerat] Congruit historia Juliæ evelli sibi canos curantis, cui supervenit Augustus: ut est apud Macrobium. *Rit.*

FABULA III.

1 *Laceratus*] Si placet, confer fab. 25. Æsop. *Prasch.*

Laceratus quidam] Planud. Κυνόδηκτος. *Rig.*

Vehementis] Scribit Rittershusius, *vehementi*, refertque ad morsum. Frustra: *vehemens* est, concitatus ira. Horat. Ep. II. 2. 'Post hæc vehemens lupus, et sibi et hosti Iratus pariter, jejunis dentibus acer.' *Schef.* Heinsius tamen *vehementi* legendum notavit ad marginem, et Gron. ad Senec. Cons. ad Marc. cap. 5. sed rectius puto *canem vehementem* dici,

Digitized by Google

quam *morsum*; ita 'Acrem canem' noster dixit lib. III. fab. 7. Horat. Ep. XII. 6. Cicer. Rosc. Amer. XX. Cato de R. R. cap. 124. et alii. *Acer* autem et *vehemens* non multum differunt. Ita Cicer. de Orat. II. 43. 'Potest inflammari animus judicis acri et vehementi quadam incitatione:' et Plin. XXXVI. 5. dicit Pollionem Asinium fuisse 'acris vehementiæ:' et utrumque epitheton lupo dat Horatius, loco a Scheffero adlato. *Burm.*

Vehementis] Malim, *vehementi*. Fit autem συνίζησις primarum duarum syllabarum in unam: ut apud Horat. Epist. II. 2. 'Vehemens et liquidus puroque simillimus amni.' Et apud Catullum de Nemesi: 'Est vehemens Dea; lædere hanc caveto.' *Rit.*

Vehementis] Salmasius ad oram libri: *vehementi canis*. Gud.

Vehementis canis] *Vehementis*, irati, rabiosi. Vid. Gell. lib. XVI. 5. *Rig.*

2 *Panem immisit*] Forte *misit*. Ita supra I. 23. 3. 'Panem misisset cani:' et III. 2. 6. 'Perituræ Misere panem.' Ita quoque Salmasius ad marginem libri notavit. Ovidius Ep. X. 'Canibus misisset edendos.' Et hanc conjecturam probat Gronovius. Sed tamen *immittere* probum esse videri potest, et est proprie iracundi: et quidni posset *immittere*, pro simplici *mittere*, dicere? ut fabula 28. lib. I. 'Importavit' pro, Portavit. *Gud.*

Immisit] Gronovius in literis suis: 'Puto scripsisse auctorem, *misit*, ut fab. 23. 'Nocturnus cum fur panem misisset cani;' et lib. III. 3. 'Quidam contra miseriti Misere panem.'' *Schef.* Vide ad fab. 23. lib. I.

Malefico] Proprie: qui malum fecerat, qui morsu læserat. Ita Varro R. R. III. 16. de api: 'Minime malefica, quod nullius opus vellicans facit deterius.' *Schef.*

5 *Vivos*] Ms. *ut vos*. Gud.

6 *Tale*] Tam bonum magnumque. *Schef.*

7 *Successus improborum*] Liv. XXII. 12. 'Quæ pessima ars nimis prosperis multorum successibus crevit.'

Successus improborum plures allicit] Sed finem respicere oportet, et cogitare, quam sit omnis illa, quæ videtur, felicitas momentanea. 'Cito improborum læta ad perniciem ruunt:' inquit Mimographus. Pulcherrime Electra Euripidea: 'Ne quis improbus, licet Felice gressu primitus pergat bene, Vicisse fas omne arbitretur se illico. Expectet, usque lineam dum ad ultimam Pervenerit, vitæque metam inflexerit. Nam maximum jus fasque robur obtinet.' Quæ cum sacrarum tabularum testimoniis mirifice congruunt. *Rit.*

Successus improborum plures allicit] Planudes: Τὸν ἀνθρώπων τυφλοὶ ἐφηγεόμενοι μᾶλλον ἀδικεῖν παροξύνουσι. *Rig.*

Allicit] Ms. *allicet*. Gud.

FABULA IV.

1 *Sublimi*] Pro, in sublimitate ejus, in summo ejus. Quomodo poëta vetus apud Ciceron. Tus. II. 'Ex sublimi vertice saxi.' Ideo et mox sequitur, *in media quercu*, quod similiter est, in medietate ejus. Adde III. 1. *Schef.*

2 *Feles*] Huic feli persimilis Philippus Macedo apud Justin. VIII. 1. et 4. et lib. IX. 8. 'Gratiam fingere in odio, instruere inter concordantes odia, apud utrumque gratiam quærere, solennis illi consuetudo.' *Nev.*

Cavernam nancta] *Caverna* arboris, cavum, rima, foramen. Marius Victorinus in Rhet. Cic. I. 75. *cavernam*

Digitized by Google

clepsydræ dixit: 'Aquam enim per totum diem exceperunt tenuissima caverna defluentem.' *Rig.*

Nacta] Ms. *nancta*. Gud.

3 *Sus nemoris cultrix*] Forte *nemoricultrix* una voce composita: ut mox fab. seq. 'Alticinctos atrienses' habebimus. Sic Catullus Galliambo *silvicultricem cervam* et *nemorivagum aprum* dixit: 'Ubi Cerva silvicultrix, ubi aper nemorivagus.' Similis plane est illa Publii Mimographi compositio, qua Ciconia ipsi *pietaticultrix* in versibus elegantiss. quos retulit Petronius in Satyrico: 'Ciconia etiam grata, peregrina, hospita, Pietaticultrix, gracilipes, crotalistria, Avis exul hiemis, titulus tepidi temporis, Nequitiæ nidum in cacabo fecit meo.' *Rit.*

Nemoris cultrix] *Nemoricultrix*, ut etiam censet Bourdelotius in Petron. *Prasch.* Lege *nemoricultrix;* sic 'Nemorivagus.' 'Pietaticultrix,' apud Petron. Vide Voss. Instit. Orat. lib. IV. 1. sect. 8. *Heins.* Per tmesin dixit Stat. Theb. IV. 425. 'Nemori Latonia cultrix:' quamquam ibi et separatis vocibus explicari posse non ignoro. 'Silvicolas viros,' Propert. III. 11. 34. Phædrus vero Pindarum imitatus videtur, qui dixit, σὺν ὀρεστέρᾳ: quod Scholiastes Eurip. ad Orest. 1621. et Phœniss. 688. exponit ὀρεσίοισιν. *Burm.*

Nemoricultrix] Videtur imitatus Catullum, qui, ut notavit Salmasius, dixit 'Sylvicultrix.' *Gud.*

Posuerat] Ita lib. I. fab. 8. 'Deponere fœtum:' et fab. 18. 'Deponere onus naturæ.' *Gud.*

4 *Fortuitum*] Ad metrum quod attinet, adi Horatii interpretes ad locum istum, 'Nec fortuitum spernere cespitem Leges sinebant.' Sed mihi vehementer arridet conjectura, nescio an itidem tibi, lector; existimo enim scripsisse Phædrum, *fortunatum contubernium;* quam vere, equidem nescio, neque quidquam adfirmare ausim, sed ad rem, qua de agitur, aptissime. *Faber.* Servius *fortuitus*, et producta, et correpta tertia, pronuntiari dicit ad Virg. Æn. VI. 179. quia deducit ab *ire*, cujus verbi tempora, in *itus*, *iturus*, &c. aliquando corripi, aliquando produci vult: sed semper corripienda esse censet Germanus ad Virgil. Æn. VI. 657. de quo ad Ovid. Met. I. 17. agemus. Stat. Theb. VII. 449. 'Æqua et fortuito ductæ quater aggere pennæ.' Sed in his locis Douza ad Petron. lib. II. 16. duas syllabas in unam contrahi vult. *Fortuitum* vero minime mutem in *fortunatum;* nam sensus est: Forte ita acciderat, ut contubernales essent tres diversi generis bestiæ; quod vel puero apparet. *Burm.*

Fortuitum] Penult. longa ut Horat. Carm. II. 15. 'Nec fortuitum spernere cespitem.' Sic 'Gratuitus.' *Rit.*

Contubernium] Συνοικέσιον. *Rig.*

5 *Evertit*] Eo sensu, sicut Cicero 'Evertere amicitiam' usurpat sæpius; plus est quam, dissolvit. *Schef.*

7 *Tibi paratur*] Donatus ad Terent. Andr. IV. 1. 32. et IV. 2. 7. notat *apparari* et *parari* cum dativo perniciem et cladem significare, ut apud Virgil. Æn. II. 'Mihi sacra parari.' Vid. ad Petron. cap. 20. *Burm.*

Miseræ] Infaustæ, infelici, quomodo sæpe usurpatur ab optimis. Eleganter hoc addit per fictionem metus, et ad commovendam miserationem in aquila. *Schef.*

8 *Quotidie*] Schoppius 'ecce iterum,' namque 'est mihi sæpe vocandus Ad partes.' Ut enim semper homo confidentissimus est, hoc quoque loco carpere voluit, quod minus intelligebat. Sic enim scribit: 'Malo, opinor, exemplo, alteram syllabam in *quotidie* produxit Phædrus et hic et inferius.' Sed ita me amet Deus, ut ὅλας κολοκύνθας λημᾷ Schoppius, quem nonnulli in re grammatica δεξιερκέστατον putarunt. Et tamen nescio an quisquam existimaturus sit, posse hujusmodi errores tolerari. Quid

Digitized by Google

enim? nescisse hæc grammaticorum Agamemnona? In refellendo autem homine, exemplis parcam, tribus contentus, sed ita ἀναμφιβόλοις, ut nullus effugii locus sit futurus, quoquo se vertat. Hoc primum fateor, secundam syllabam in hac voce brevem quandoque esse, quod et pueri sciunt; sed quin longa quoque sit, nemo, ut opinor, dubitabit, nisi vel imperitus, vel in legendo negligens; quam opinionem longe a se amotam cupit Schoppius. Sic igitur Terentius: 'Verum ubi videbit tantos sibi sumptus domi Quotidianos fieri, nec fieri modum.' Quid autem P. Syrus? 'Quotidie damnatur qui semper timet.' Quid istud alterum ex eodem? 'Quotidie est deterior posterior dies.' Hæc observare decuerat Schoppium, non autem ea reprehendere, quæ ignoraret. *Faber.* Sic noster lib. IV. 2. in prol. 'Nam vita morti propior est quotidie.' Vide hic Hoogstratani notas.

9 *Insidiosum*] Quomodo *insidiosum aprum*, cum sermo sit de *sue* fœmina? Puto *aprum* esse ex eo genere, quod vocant epicœnum, sicut *mulus*, *corvus*, et hujusmodi; atque ideo effert masculine, licet fœminine intelligatur. Ita Virgilius lib. II. lupum usurpavit fœminino genere, Ennii exemplo, de quo ibi Servius. Et Plinius de vitulo marino loquens lib. IX. 3. 'Hic parit in terra:' et lib. X. 51. 'Mus marinus parit ova.' Fragmentum Petronii Tragurianum: 'Secutum repositorium, in quo positus erat aper et quidem pileatus: circa autem minores porcelli scropham esse positam significabant.' *Schef.* De his plenius agimus ad Valer. Flac. VI. 70. et 347.

Quercum] Elliptica oratio, ex consuetudine metuentium. Integra sic se haberet: Per id, quod vides fodere, vult evertere, i. e. hoc est propositum ejus negocii, quod vides eam suscepisse. Per eam fossionem vult, &c. Terent. Eun. IV. 2. 'Sane, quod tibi nunc vir videatur esse hic, nebulo magnus est.' *Schef.*

10 *In plano*] Epigr. lib. I. 5. 33. 'In plano tua sit semper fortuna.' Seneca Nat. Quæst. VI. 2. 'Mors levior in plano est?' Planum, ἐπίπεδον, ὁμαλόν. 'Planata ædificia,' Plin. 'Plano pede institutæ,' Vitravio. Vid. B. Brisson. de Verb. Sig. XIV. *Rig.*

Opprimat] Appone τελευταίαν στιγμήν. *Rit.*

11 *Terrore effuso*] F. *offuso*, ut dicimus, 'nebulas' vel 'caliginem' vel 'tenebras offundere.' *Rit.*

Effuso] Lege, *offuso*, ut Rittershusius et Gronovius. *Gud.*

Effuso] Pertractatum hoc est, solere multas a quadrigis ad adfectus animi tralationes fingi. Dicuntur 'effusæ quadrigæ,' cum feruntur prono impete quadrupedes, nec audit currus habenas. Sic, 'Effusa lætitia,' nisi quid fallor, apud Apuleium: 'Effusus risus,' et similia. Quare emendationem tuam, Rittershusi, vereor, ut cuiquam satis probare possim. *Schiop.* Rittershusius et Meursius *offuso* legunt, quorum sententiam suo suffragio firmat optimus Gronovius Obser. lib. IV. 21. frustra repugnante Schoppio. Verba enim hæc non felem respiciunt, sed aquilam, ut sit sensus: Postquam ita feles aquilæ offudisset terrorem, ejusque perturbasset sensus. *Offundere terrorem* elegantissime dicuntur, qui ex improviso terrorem ingentem afferunt. Liv. lib. XXVIII. 'Offusus terror oculis auribusque.' Atque hæc est etiam Freinshemii sententia. *Schef.* Lege *offuso*. Valer. Flac. IV. 482. 'Et offusæ media inter dicta tenebræ.' Tollendum præterea τὸ *et*, et legendum, *Terrore offuso perturbatis sensibus. Sensibus*, nempe aquilæ offuso terrore. *Heins.* Vid. Ampl. Cuper. Obs. II. 6. Sic apud Front. Strateg. II. 4. 3. 'Species ingentis multitudinis offusa est hostibus:' ubi et in aliis codicibus est *effusa: sic et*

Digitized by Google

apud Lutat. ad Stat. Theb. IV. 190. 'Ostendit offundi solem et tempestates oriri,' lego; vulgo *offendi*. Burm.

12 *Direpit*] Colerus et Rittershusius, *Derepit*. Sine causa. *Direpit* est, inde repit ab aquila, sicuti 'Discedit,' 'Digreditur.' Sic inf. lib. v. 6. 'Scurra digrunnit prior:' h. e. inde a sinu. Apuleius lib. IV. 'Ibi cum singuli direpissent.' Frustra hic Pricæus corrigit, *direpuissent*. Schef. Male tuetur *Direpit* Meursius. *Derepit* cum Colero legendum. *Heins.* Aut memoria imposuit Scheffero, aut librarii aberrarunt: nam Pricæus ad Apulei. p. 189. legit *derepissent* in Apuleii loco. Sed male eum confundere *erepere* et *derepere*, docuit Gronovius ad Senec. Phœn. 112. Plin. VIII. 36. 'Ingrediuntur et bipedes, arborem aversi derepunt.' *Burm.*

Direpit] Ms. *Diripit*. Sed recte scribendum *derepit*, viderunt viri docti, ut Colerus conjecerat, idque confirmavit aliis locis Rittershusius; neque audiendum puto Meursium contra nitentem. *Gud.*

Direpit] Proculdubio verum est, quod Christoph. Colerus admonuit, *derepit*. *Derepere* est, deorsum repere. Sic 'Degredi' pro, descendere, est apud Salust. Livium, Tacitum, atque Ausonium. Victorinus de Orthographia: 'Degredi, de superiore loco descendere.' Sic *deripere* est, deorsum rapere vel trahere, apud Plautum et Tibullum, aliosque, ut docet Giphanius in Lucret. *Ritt.*

Cubile] Sic Lucret. 'Instrata cubilia fronde.' Et idem hic infra de Panthera. *Schiopp.* Proprie. Ita supra lib. I. 19. de cane: 'Flagitare validius Cubile cœpit.' *Schef.*

13 *Periculo*] Lege *periclo* cum Rittershusio. *Heins.*

14 *Simul*] Statim postquam exieris. Livius: 'Qui, simul in potestate vestra erunt, exemplo omnia tradent.' *Schef.* Vid. Gron. ad Liv. VI. 1. et, si vacat, etiam Crenium Animad. Philol. t. IX. p. 68. Ita Ovidius centies, et alii passim. *Burm.*

Pastum] Respexit Plautum, qui sic in Mostel. IV. sc. 1. 'Ire vis, mula, foras pastum.' *Schef.*

16 *Complevit locum*] Cubile suis intelligit. Ita Cicero in Orat. 'Plangore et lamentatione complere forum' dixit. *Schef.*

17 *Dolosa tuto*] Sicut sup. lib. I. 29. in priorib. legebatur *toto*, unde N. Heinsius putabat *noto*, quo modo cap. 8. 'Nota pernicitas:' cap. 12. 'Exitus noti:' l. v. c. 6. 'Notum canticum,' &c. Ursinus porro verba hic transponit, legitque, *toto sese condidit cavo*. Schef. Rigaltius edidit *tuto*. Lege *Dolose noto*. Heins.

Toto condidit sese cavo] *Toto*, imo, ultimo. Sic 'Speluncam ultimam' draconis dixit lib. IV. Et lib. II. 'Totis avida traxit naribus.' *Rig.*

Condidit] Id est, abscondidit. Ita fab. 6. hujus libri vs. 6. 'Condita;' et fab. 8. vs. 4. 'Se bovili condidit.' *Gud.*

Cavo] Sup. 'Cavernam' dixit: Plaut. Men. Act. I. Sc. 2. 'Concede audacter ab Leonino cavo.' *Schef. Cavo*, scilicet arboris: ut ex Varrone Lutatius ad Stat. Theb. IV. 276. 'Filios autem suos,' ait Varro, 'arborum cavis, aut concavis specubus contegebant.' 'Cava' dixit Columel. I. 6. et alii. *Burm.*

18 *Evagata*] Βαπέβεν, πλανητέβεν. *Rig.*

Suspenso pede] Locis a Rittershusio laudatis addo Lucretianum de canibus, earumque catulis: 'At catulos blande cum lingua lambere tentant, Aut ubi eos lactant, pedibus, morsuque petentes, Suspensis teneros imitantur dentibus haustus.' *Schiop.* Leni, tacito; ut ambulans non posset exaudiri. Sic Lucretius, Terentius, Virgilius loquuntur. Sic et 'Suspensi poplites' apud Statium, et 'Suspensi gressus' apud Arnobium leguntur. *Schef.*

Digitized by Google

Suspenso pede] Sic 'Suspenso gradu placide ire' dixit Terentius Phormione, v. 6. 28. Ovid. Fast. VI. 'Et fert suspensos corde micante gradus.' Idem Fast. I. 'Gradus suspensus digitis.' Virgil. Ciri: 'Tum suspensa levans digitis vestigia primis.' Statius Papin. Sil. lib. v. 'Aut leviter suspenso poplite transi.' Sed et 'Suspensa manu' dixit Plinius in Epistolis. *Ritt.*

Suspenso pede] Arnob. Advers. Gent. v. 'Ibat pavens ac trepidus anhelitu oris presso, suspensis per formidinem gressibus.' Psyche Miles. v. 'Thoro delapsa nudoque vestigio pensilem gradum paulatim minuens.' Pacatus Paneg. Th. A. 'Altorum vulnerum cicatrices, postquam cutem sanitate duxerunt, manu pendente tractabo.' *Rig.*

20 *Prospicit*] Velut et ipsa non auderet egredi, ac observaret molitiones scrophæ. Absolute. *Schef.* Vid. supr. I. 17.

21 *Ruinam*] Forte *Ruinæ*. Vide ad lib. I. fab. 16. *Heins.*

Desidet] Pro simplici, sedet, vel considet; eleganter, ad subinnuendam ignaviam ex pavore. Ter. Hecyr. act. I. sc. 3. 'Frustra ubi totum desedi diem.' *Schef.* Vide Torrent. ad Suet. Cæsar. 4.

24 *Præbuerunt*] Penultimam corripit. Sic lib. IV. fab. 15. 'Hirci mœrentes indignari cœperunt,' ut est in Mss. *Gud.*

25 *Bilinguis*] Δίγλωσσος. Hesych. Διχόθυμος. *Doppio* Italis: sed et Græci διπλοῦς ἀνὴρ. Sic δίψυχος eleganter S. Jacobo Ep. I. 8. pro dubitatore, ut sic dicam, 'qui mentem nunc huc, nunc dividit illuc.' *Prasch.* Sumit ex Virgilio, qui Æn. I. 'Tyriosque bilingues,' ubi Servius: 'Bilingues, fallaces; nec enim ad linguam retulit, sed ad mentem.' Dubitatorem nonnemo exponit, minus apte. *Schef.* Plaut. in Pœnul. v. 2. 'Bisulci lingua.' *Heins.*

Concinnet] Faber: 'E meliori Latio, *concinnare* nil aliud hoc loco quam, facere. Plaut. Capt. III. 4. 'Qui me insanum dictis concinnat suis.' Et sic Nonius exponit alio loco Plauti.' Puta tamen amplius quid hic insinuare, nempe illam artem subdolam exornandi mendacia et fraudes specie egregia. *Schef.* 'Concinnare vinum' Plinius XIV. 20. Catonem dixisse observat, quod varie conditur. Ita 'Concinnare spoliatum crinibus vultum,' est, fictitiis ornare, Petronio cap. 113. *Burm.*

26 *Habere stulta*] Lege *Documentum habere hoc* (vel *id*) *stulta credulitas potest.* Heins.

FABULA V.

Item Cæsar] Ita V. C. Forte præcesserat aliquid de Cæsare. *Rig.*

1 *Est ardelionum*] Martialis quoque in ardeliones lusit lib. II. et IV. Sidonius Ep. lib. v. 20. 'Multi frequenter, quos execrabilis popularitas agit, civium maximos manu prensant, eque consessu publico abducunt, ac sequestratis oscula impingunt, operam suam spondent, sed non petiti. Utque videantur in negotii communis assertione legari, evectionem refundunt, ipsosque sumtus ultro recusant, et ab ambitu clam rogant singulos, ut ab omnibus palam rogentur;' &c. Vide Theophrasti Charact. Περὶ Κολακείας, et Περὶ Περιεργίας. *Rig.*

Ardelionum] Hi sunt, qui se omnibus negotiis immiscent; ab *ardendo* dicti, quod pro, festinando usurparunt

Digitized by Google

veteres, Nonio autore; itaque cum sint avidi negotiorum inquietique, semperque cursitent festinentque, tanquam magni aliquid habeant ad agendum, *ardeliones* nominantur. *Schef.* Egregie descripsit hos Ardeliones Senec. de Tranquill. Anim. cap. 12. cujus locum adduxit totum Hoogstratanus noster.

Ardelionum] Salmasius notavit *ardalionum*. Est vetus ἄρδαλος, ἀρδαλών. Sed hæc alibi. Divionenses Glossæ veteres: '*Ardalio*: Glutto.' De Gluttone v. Epigrammat. Vet. lib. IV. p. 152. *Gud.*

Natio] Id est, genus: velut ille in Catalectis Virgilii: 'Scholasticorum natio madens pingui.' Plura in hanc rem, eaque oppido quam bona, videbis apud Robertum Titium libro Locorum Controvers. VIII. 18. qui laudat illud Ciceron. de Nat. Deor. 'Ita salem istum, quo caret vestra natio, in irridendis nobis nolitote consumere.' In quibus verbis tamen pruriebam olim nostrum officium facere, id est, quod isti nostri critici solent, quæ non intelligebam, corrigere, et *ratio* rescribillare, quod scirem *rationem* a Cicerone et ejus familiari Lucretio dici sectam, philosophandi genus; ut Offic. lib. I. 'Cynicorum vero ratio tota est ejicienda: est enim inimica verecundiæ,' &c. *Schioppius.* Genus. Ita Cicero 'Nationem candidatorum,' pro Mur. 'Nationem optimatium,' pro Sext. usurpavit. Vide lib. I. 31. *Schef.* V. Petrum Victor. Var. Lect. IX. 22. Et Bern. Martin. Var. Lect. I. 13. qui plurimis exemplis docet, *Nationem* apud bonos auctores plerumque in malam partem sumi, et pro pessimo hominum genere accipi. Ex quibus id apprehendit Abraham. ad Cicer. pro Sextio 45. et de Provin. Cons. 12. Sed Cl. Grævius docet, *nationem* per se, nec malos nec bonos notare, sed pro adjunctis nominibus. *Burm.*

2 *Trepide*] Cum dubitatione ac incertitudine causæ ac propositi. Et sic interpretatur Servius ad Virg. Æn. III. et XII. ubi ait: 'Trepidi, nescientes quid agant.' *Schef.*

Concursans] Huc illucque cursitans. Notat multitudinem negotiorum. Cicero in Ver. v. 'Cæteri prætores obire provinciam, et concursare consueverunt.' *Schef.*

Occupata in otio] Ὀχύμωρον. Sic Mimus: 'Amor otiosæ est cura solicitudinis.' *Ritt.*

3 *Gratis anhelans*] *Anhelans* hic negotiosum occupatumque denotat, qui ob discursiones crebras spiritum ægre ducit. Sic Virg. lib. XII. 'Certamine Martis anheli.' *Gratis* autem, frustra est, vel nullo cum fructu, nullo cum effectu, ut mox, *nihil agens.* Schef.

Multa agendo nihil agens] Movens, sed nihil promovens, ut ait Terentius: vel ut noster infra lib. IV. fab. 22. 'Qui, magna cum minatur, extricat nihil.' Est autem elegans hæc ὑπογραφὴ ardelionum: ut avari infra lib. IV. fab. 19. *Ritt.*

6 *Vera fabella*] *Fabula* aliquando pro narratione qualicunque. Hinc 'Fabulari,' 'Confabulari.' Hinc proverb. 'Lupus in fabula.' Vid. Bœcl. Chrestom. Ter. voc. *fabula.* Dicitur enim a *fando.* Isidor. Orig. I. 39. *Prasch.*

Vera fabella] Q. d. non fictis fabulis: ut supra in prol. lib. I. et infra, lib. II. fab. 9. et lib. III. in prol. Significat, se hic veram expositurum historiam: unde et temporis et loci περιστάσεις addit. Tales narrationes veras his fabellis immiscuit plures. *Ritt.*

Attendere] Absolute pro, attendere animum ad eam. *Schef.*

7 *Cæsar Tiberius*] Sueton. in Tiberio cap. 27. *Rig.*

8 *In Misenensem villam*] Corn. Tacit. VI. Annal. Sueton. Tib. cap. 71. 73. Villam in Misenensi agro, de qua Plinius lib. XVIII. *Rig.*

Digitized by Google

Misenensem] In hac villa mortuus est Tiberius, Tacit. Ann. lib. VI. Cic. de Orator. II. 'Cum istos libros ad Misenum (nam Romæ vix licet) studiosus legerim.' Mss. habent *Misienisem*. Ita Gruterus p. 132. 6. 'Mediolaniensem.' *Gud.*

Misenensem villam] Expresse ad hanc rem Tacitus, Ann. VI. c. 50. 'Mutatisque sæpius locis [Tiberius] tandem apud promontorium Miseni consedit in villa, cui L. Lucullus quondam dominus.' Est autem Cumis vicinum id promontorium, *Monte Miseno* Italis. *Faber.* V. C. Pith. habet *Misenensi*. Forte legendum, *In Misenensi ad villam venisset suam.* Plin. lib. XVIII. c. 6. 'Novissimus in Misenensi villam posuit C. Marius septies consul.' Villa illa primo Caii Marii fuit, deinde emta a Cornelia, postea a Lucullo; erat posita in monte. Vide Dion. lib. LVIII. Suet. Tiber. 72. et 74. Plutarch. in Mario. Senec. Ep. LI. Videtur autem post Marii tempus novis ædificiis instructa fuisse. Vide Josephum apud Cluver. Ital. lib. IV. pag. 1117. et seqq. *Heins.*

9 *Monte summo*] Miseno promontorio, quod a tubicine Æneæ nomen accipisse fertur. *Prasch.* Præpositione omissa. Virgil. Æn. IV. 'Summoque ululârunt vertice Nymphæ.' *Schef.*

Posita] Proprie de iis, qui ædificant. Varro R. R. I. 12. 'Danda opera, ut potissimum sub radicibus montis sylvestris villam ponas.' Adde reliqua. Sic 'Domos ponere' dicit Virgil. Georg. I. et Æn. VIII. 'Urbem ponere.' 'Balnearia ponere,' Cic. Ep. II. 1. *Schef.* Vid. Cerdam ad Virg. Æn. VIII. 57. et id verbum Ovidio quoque bis terve Heinsius restituit. Vid. ad Met. III. 3. et Fast. II. 63. *Burm.*

Posita Luculli manu] Nota res est. De substructionibus et ædificiis magnificis, vide Symmach. Ep. lib. II. 59. ubi 'Opera Lucullana' jam pridem de conjectura correxi. Idem Ep. lib. VI. 71. 'Quædam Lucullanis operibus æquanda fecisse.' Et Ep. lib. VII. 36. 'Successisti in famam Luculli,' &c. *Ritt.*

Luculli] Symmachi locum, qui tibi in mentem fuerat, eccum tibi ex Epist. lib. VI. 71. 'Siquidem sermo detulit, quædam vos Lucullanis operibus æquanda fecisse.' Ubi tamen quasi prætereundo moneo, cum Ms. legendum: *sermo distulit.* Hæc enim vis est præpositionis in verbo *differre*, ut significet, dissipare, et in varias partes dispergere; quomodo etiam 'Rumorem didi,' Virgilius dixit. Cæterum ut ad Luculli magnificentiam revortar, idem ille urbi præfectus de ea innuerat Epist. II. 59. Sed locus hodie pessime adfectus est, et Genevensis correctoris, si non ibi deliravit, at certe more suo dormivit acumen. Sic enim alios secutus edidit: 'Jacui apud Neapolim soli quod mihi ex tuo adjacet, ut ædes novas molirer, optaveram et tu mecum operam Luculuma partires.' Ad quæ verba adscripsisti tu olim in Prodromo tuo, Rittershusi: 'Quid hoc est verbi, vel monstri potius? Forte leg. *luculentum*: vel, *opera Lucullana*, ut infra Epist. lib. VI. 71. et Epist. lib. VII. 36. 'Successisti in famam Luculli.' Notum hujus viri ædificandi studium.' Hæc tu olim; quæ ut mihi probentur, scire cupis? Bonus tu quidem vates esse poteras: nam et ita fere in veteribus libris scriptum inveni. In Giphaniano quidem, *operam Lucullana*: in illo vero, qui Fuldæ blattis opimum præbet pabulum, *opera Luculuna*: quæ sane sagacem conjecturam tuam sartam tectam præstant. Sed sic nihilominus tamen multis etiam mendis scatet locus ille, quas cum aliis millibus ex isto agro suo tempore exonerabo. *Schiop.*

10 *Prospectat*] Hoc est, ut ego interpretor, eminus, nec totum spectat. Quædam frequentativa rel diffi-

Digitized by Google

cultatem exprimunt. *Prasch.* Eleganter de ædificiis, cum huc aut illuc frontem vertunt. Columella lib. I. c. 6. ‘ Æstiva cubilia spectent meridiem æquinoctialem, sed cœnationes ejusdem temporis prospectent hybernum orientem.’ *Schef.* Virgil. Æn. I. 420. ‘ Collem, qui plurimus urbi Imminet, adversasque adspectat desuper arces.’ Ubi Servius: ‘ Rei insensibili dat sensum. Unde illud in quarto de Atlante. Item Salust. ‘ Lyciæ Pisidiæque agros despectantem.’ *Prospicere* autem est de summo desuper inspicere. Petron. de Bell. civ. ‘ Summo de vertice montis Hesperiæ campos late prospexit.’ Flor. III. 8. ‘ Homines feros ac silvestres mireris ausos a scopulis suis saltem maria prospicere.’ Ovid. Met. VIII. 330. ‘ Devexaque prospicit arva.’ Eleganter Statius Silv. II. 11. 3. ‘ Villam speculatricem profundi Dicarchei,’ vocat Surrentinum Pollii. Vide Heins. ad Claud. de Laud. Stilic. II. 255. et ad VI. Cons. Honor. 178. *Burm.*

Prospectat] Ex alto eminens nec totum spectat; quædam frequentativa rei difficultatem exprimunt. Sic Solinus ‘ Respectat mare.’ *Gud.*

Prospicit] An *despicit*, id est, subjectum, subjacens spectat? an *præspicit*, *præ se spicit*, id est, prope se spectat? ut ‘ Præ oculis,’ ‘ Præ manibus habere,’ ‘ Præsto esse,’ &c. *Tò præspicio* quærendum. *Guiet.* Gronovius in litteris suis: ‘ Lego *respicit*; vult frontem ejus in fretum, tergum in Etruscum mare versum fuisse.’ Idem placuit Nobiliss. Heinsio. *Schef.* Siculum a læva, Tuscum ad dextram. *Faber.* Clarissimus Grævius legit: *Prospicit infernum, respicit Tuscum mare.* Heins. legendum censet: *Respectat Siculum, respicit Tuscum mare.* Si, *prospicit infernum, respicit Tuscum mare*; fingenda est villæ positio, ut fronte spectet mare inferum, tergo Tuscum, ut Gronovius pater: nam *respicere* est, post tergum videre: ut Ovid. Met. II. 190. ‘ Prospicit occasus, interdum respicit ortus:’ converso nempe corpore in ortum. Sed *infernum* mare diversum a *Tusco* esse non puto; *Siculum* vero distingui posse a *Tusco*, quod hoc Etruriæ et Latii litora alluens strictius ita diceretur, quam vulgo solet, et postea extensa fuerit appellatio. *Siculum* vero, quod a Miseno promontorio versus insulam Siciliam patet. Nam *Siculum mare* sæpe Historicos et alios appellasse omne, quod in insulam vergit, etiam a diversa, quam hic, parte, apparet ex Liv. XXXIII. 17. ubi ‘ Acarnaniam solem occidentem et mare Siculum spectare,’ dicit. Subtilius vero illud *perspicit* explicari puto a Cl. Gronovio, quam verius; nam æque parum Tuscum mare perspiciebat villa, quam Siculum; cui, ut ego puto, propior erat: et ipse sibi diffidit, cum *prospectare* etiam, propinqua et vicina spectare, esse fateatur. Quaré nobis vulgata satis placet, ut credamus villam ita positam, ut simul Tuscum et Siculum mare ex monte spectaret. *Despicit* qui volet, reperiet, quibus eam firmet, apud Cl. Drakenborchium ad Sil. VI. 185. *Burm.*

Propicit] Gronov. *respicit*. Ms. *perspicit*. Guyet. leg. *præspicit*: sed *prospicit* ex Tacito defendi potest, lib. XIV. ‘ Viam Miseni propter et villam Cæsaris Dictatoris, quæ subjectos sinus editissima prospectat.’ *Gud.*

11 *Ex alticinctis*] Paratis. Servius Æn. I. ad illud: ‘ Illi se prædæ accingunt:’ ‘ Accingunt, studiose parant: ut alibi: ‘ Accingunt operi.’ *Accinctos* autem industrios dicimus, ut Horat. ‘ Altius ac nos præcincti sumus.’ Sicut contra negligentes *discinctos* vocamus, ut: ‘ Discinctos Mulciber Afros.” Petrus Ravennas Serm. XXIV. ad illa verba: ‘ Sint lumbi vestri præcincti:’ ‘ Cingulum,’ inquit, ‘ est proprie indicium servitutis, quod et discursus expeditos reddat, et faciat obsequentes,’ &c. Idem: ‘ Pa-

Digitized by Google

rumper servus adstitit in domini sui exspectatione succinctus.' Sic in Satyr. Petronii: 'Statores altius cincti.' Vet. Gloss. 'Ἀνεσταλμένος, *Alticinctus*.' Minutius: 'Diana interim est alte succincta venatrix.' Sic operarios Γηπόνους ἄνδρας, Ἐσταλμένους depingit Eustathius Ismen. et Ismen. IV. Idem de messore: Τὸν πάντα χιτῶνα παρὰ τὴν ὀσφὺν περιδιεζώσατο, καὶ τὸ πῶν τοῦ σώματος πλὴν τῆς αἰδοῦς ἐξεγύμνωσεν. Idem de vindemiatore: Ὅλον ἀνεζωσμένος τὸ χιτώνιον περὶ τὴν ὀσφύν. Rusticus, ut notat Theophrastus in Charact. solet ἀναβεβλημένος ἄνω τοῦ γόνατος καθιζάνειν, ὥστε τὰ γυμνὰ αὐτοῦ φαίνεσθαι. Sic Martianus Felix Cyllenium Deorum apparitorem ἀνεσταλμένον et succinctum delineat: 'Ac jam pubescentes genæ seminudum eum incedere, chlamydeque indutum parva, invelatumque cætera, humerorum cacumen obnubere sine magno risu Cypridis non sinebant.' Nempe brevior cinctus humeros et maturam pubem simul velare non poterat. Sic alticincti lascivientes, parati ad opus: Artemidor. Dald. Oneirocritic. IV. Ἐδοξέ τις ἀναστειλαμένην τὴν γυναῖκα ἐπιδεικνύειν αὐτῷ αἰδοῖον. Arbiter Satyr. 'Tres enim erant mulierculæ, si quid vellent conari, infirmissimæ, scilicet contra nos, quibus, si nihil aliud, virilis sexus esset. Et præcincti certe altius eramus,' &c. Ibidem: 'Cinædus supervenit, mirtea subornatus gausapila, cinguloque succinctus,' &c. Paulo post: 'Quartilla alte succincta jussit infelicibus dari missionem.' Idem: 'Rogavi, ut in platanona produceret dominam; placuit puellæ consilium; itaque collegit altius tunicam,' &c. Eo sensu apud Plaut. 'Sustolle hoc amiculum.' Threicius vates apud Arnob. V. 'Sic effata, simul vestem contraxit ab imo.' Horatius: 'His ubi sublatis puer alte cinctus acernam Gausape purpureo mensam detersit.' *Rig.*

Alticinctis] Ὑψιστόλοις. Notat Ὀφθαλμοδουλείαν. Consulendus Oct. Ferr. de Re Vest. III. 7. *Prasch.* Negotiosos intelligit. Tales namque cingere vestes alte solent, ne impediantur inter discurrendum; vide Horat. Sat. II. 8. quanquam hic intelligantur potius, qui specie externa tales sunt, oculisque saltem serviunt, quod hic bene Praschius observat. *Schef.*

Alticinctis] Ὑψιζώνοις. Horat. Sat. II. 8. 'Alte cinctos pueros' vocat servos Nasidieni, volens intelligi strenuos, gnavos, et industrios. Eosdem mox 'Præcinctos' dixit. Seneca Epist. lib. IV. de Mæcenate ait: 'Alte cinctum putes dixisse: habuit enim ingenium grande et virile, nisi illud ipse discinxisset.' Opponitur *alte cincto discinctus* et *dissolutus*. Glossæ vet. 'Ἀνεσταλμένος, *Alticinctus*.' Ritt.

Atriensibus] In Villis habuisse potentiores diversorum quoque officiorum servos, æque ac domi in urbe, hinc patet. Ita 'Janitores' et 'Villicos' conjungit Martialis lib. X. 30. ut recte Gruterus et Scriverius pro *Vinitores* ex Mss. legunt. *Burm.*

12 *Cui tunica ab humeris*] Sic fere pædagogiani pueri tunica auro distincta induti a calce in pubem purpureis operti tegminibus pedum. Vid. Cujac. ad Tit. de Castrenianis et Ministerianis lib. XII. Cod. *Rig.*

Linteo Pelusio] Ægyptiaco, ex oppido Pelusio, ubi linteæ fiebant vestes, ante alias pretiosæ. Silius lib. III. 'Et Pelusiaco præfulget stamine vertex.' Plin. XIX. c. 1. 'Ægyptio lino minimum firmitatis, plurimum lucri. Quatuor ibi genera, Tanaiticum, ac Pelusiacum, Buticum, Tentyriticum.' Vides ostentationem hominis vanissimi, licet eam dissimulet. *Schef.* Minime ad ostentationem compositus hic ornatus, sed atriensium et ministratorum ordinarius vestitus erat. Suet. Calig. 26. 'Cænanti modo ad pluteum, modo ad pedes

Digitized by Google

stare succinctos linteo passus est.' Vid. Salmas. ad Capitol. Pertinac. cap. 8. et Ferrar. de Re Vestiar. lib. III. c. 4.

13 *Destricta*] Demsterus ad Rosin. I. p. 59. *districta* citat. Sed retineo *destricta*, et expono, ad inferiora stricta, ut sit sensus: Tunicam ab humeris demisisse ad ilia, ibique adstrinxisse linteo, ne madefieret inter aquæ sparsionem, pectus, brachiaque habuisse nuda. Quomodo solent, qui studiose laborant, maxime in aquis. Locus obscurior, et intactus interpretibus; quod miror. Hæc sic notaveram in editione priori, cum interea in lucem veniunt Freinshemianæ curæ in scriptorem nostrum, e quibus cerno et Freinshemium sic locum hunc intellexisse. Ita enim habet in Indice: ' Destricta tunica, abgestreifft. Colum. ' Tum et olea destringenda est.'' Juvat lectionem hanc et Fabius Decl. 12. ubi ' Destrictis ramis cibos' vocat folia decerpta ramis. Sane si, quod puto, tunica Romanorum non quadrata fuit, sed rotunda, locus iste accipi aliter vix potest. *Schef.*

Cirris dependentibus] Ex hoc loco monumentisque aliis colligit Laur. Pignor. de Serv. p. 224. atriarios neque comam prolixam aluisse, neque eam attondisse, sed longiusculam reliquisse in usum cirrorum. *Prasch.* Hos cirros sunt qui accipiant de plicis tunicæ. Alii putant esse fimbrias, oris extremis vestium solitas assui. Quomodo Salmasius in Capitolini Pertinace: ' Cirri fimbrias significant, quæ per extimam vestis oram dependent, unde Tunicæ cirratæ Phædro.' Quanquam magis illi cirri videantur in linteo, quam tunica fuisse, sic ut habent hodieque vestes sericæ, quibus sese cingunt in medio, præsertim militares. Galli vocant *une écharpe*. Rectissime statuuntur nodi hirti villosique, propter floccos et filamenta tennia molliaque ab ipsis dependentia. Quales nodos Germani *thrasen*, Sueci *quast* appellare consueverunt. Gallis *houppes* sunt. Vide plane Salmasium Exerc. Plin. p. 762. *Schef.* Nobilissimus Neapolis ad Ovid. Fast. IV. 938. putat, tunicæ huic fuisse subtemen relictum, quod e linteo pendebat. Et hæc ' Lintea villosa' apud Mart. XIV. 138. dici, cui opponuntur ' Lintea tonsa,' vel ' Tonsis villis.' Ampl. Cuperus Obs. I. 3. explicat Κρόσσους et Θυσάνους. Puto vero recte ex Pignorii sententia Praschium hunc locum de cirris, sive comis Atriensis capere. Sic Martial. Ep. IX. 30. ' Et matutini cirrata caterva magistri.' Petron. cap. 58. ' Cepa cirrata:' ubi vide. *Burm.*

Cirris dependentibus] *Cirri* sunt fimbriæ: et talis vestis *cirrata* dicitur, ut Salmasius ad marginem notavit, et ad Histor. Aug. Script. p. 268. et 148. V. Pignor. de Serv. p. 224. *Cirris dependentibus* ab utroque latere; qualis tunica poterat dici *Bicerris:* est enim in Glossario notarum, Tironi tributarum, *Bigerris*, quod corrigendum *Bicerris*, id est, *utrimque cirrata*, διχρόσσος. Sic C sæpius transiit in G in eodem Tironis Glossario, ut ' Volugeris,' ' Heterogrania,' ' Garruga,' pro, Voluceris, Heterocrania, Carruca. Sic apud Tacit. Ann. XV. *Geretanus*, scribendum *Ceretanus*. Hinc et ' Cavii,' ' Gavii;' ' Cavilii,' ' Gavilii.' *Gud.*

14 *Perambulante læta domino viridaria*] Salmasius legit *viridia* ad Capitol. p. 268. et ad marginem hic; ita enim viridaria dicit fuisse appellata. Sic Vitruv. lib. VI. 6. ' Uti viridia de lectis per spatia fenestrarum prospiciantur.' Sed *viridaria* rectum est. Sic fuit vicus ' Viridarius' Romæ: et corrigenda est inscriptio apud Gruter. IↃ CXXI. 2. ' Viridaria.' Sic Plin. XVIII. *Rosaria*, pro hortis rosarum. ' Eodem hoc tempore hortorum rosariorumque cura est.' Ita lege ex Ms.

Digitized by Google

vetere; in vulgatis est *rosarium*. Ut vero versus sibi constet, legendum, *Perambulante alta domino viridaria*. *Alta viridaria*, ut lib. IV. fab. 2. 'Alta vinea.' *Gud.*

Domino: et mox, *Dominus*] Sic Imperatores appellabant; et Augustas, seu uxores eorum, *Dominas*. Oppianus Cyneget. I. Τὸν μεγάλη μεγάλῳ φυτεύσατο Δόμνα Σεβήρῳ. Nonnulli tamen hanc appellationem sibi tribui vetuerunt. *Ritt.*

Læta] Istuc *læta* extra metrum est, et expungendum; idque neminem monuisse miror. *Faber.*

Domino] Annotat doctiss. Rittershusius, Imperatores olim vulgo *Dominos* dictos fuisse; eorum autem uxores *Dominas*, quod ut verum esse nemo est qui neget, ita illud perquam falsum est, quod affert ex Oppiano suo: Τὸν μεγάλη μεγάλῳ φυτεύσατο Δόμνα Σεβήρῳ. Falsum, inquam, est: nam Δόμνα eo loco nomen κύριον seu proprium est: dicebatur ea mulier *Julia Domna*. Neque vero negarim vocem hanc *Domna* reperiri pro *Domina* (nam et apud Gregorium Turonensem legas, 'Domnæ Brunechildis;' unde et Italicum *donna*:) sed satis constat ex nummis Græcis et Latinis, in loco Oppiani Δόμνα esse nomen proprium imperatricis, IOΥΛΙΑ ΔΟΜΝΑ ΣΕΒΗΡΟΥ. Et, IVLIA DOMNA AVG. *Faber.*

Viridiaria] Ita Faber et Rigaltius. Sed *viridiarium* pro *viridario* non memini me legere. Festive quidem Faber ad hæc verba mea in editione nupera: 'Ego non meminisse credam facile.' Nempe senes obliviosi Fabro sumus, licet me annum nunc ingressum quadragesimum et quintum ætate non parum ipse antecedat. Pergit: 'Sed an ideo non est?' Quis vero hoc dixit? 'Non meminisse' dixi. Ob quod verbum satis commote Faber: 'Quot res hic dicendæ sint, si eloqui incipiam?' At nos optassemus potius præsidium memoriæ nostræ ab illa Fabri, atque nomen auctoris idonei locique, ubi *viridiarium* ipsius possemus invenire. Scimus equidem, afferri vulgo quædam ex Pomponio, Ulpiano, aliisque jurisconsultis veteribus, sed in illis locis omnibus libros optimos *viridia*, vel *viridaria* habere, id quoque pulchre novimus. Nec permittere analogiæ ratio *viridiaria* videtur. Quod tametsi admiretur Faber, ceu ex mentis quadam peregrinatione dictum, tamen desinet mirari, postquam ipse olim ad se redire incipiet. Nam non sic a *viridis*, *viridiarium*, ut a *vestis*, *vestiarium*, quod vult ipse, vel ab *ignis*, *igniarium*. Cur enim non similiter a *panis*, *paniarium*, a *piscis*, *pisciarium*, si ea Analogiæ ratione tantum isthæc ita formarentur? Sane contra, quæ ejusmodi significationem habent, qualem *viridiarium*, vocalem i ante *arium* in postremis non agnoscunt, ut *pomarium*, *granarium*, *lanarium*, *armarium*, *boarium*, et id genus. Atque hæc est caussa, quare dixerim, analogiæ rationem non videri *viridiarium* permittere. Scio, Fabrum hic dicturum, ea, quæ postremo loco sunt allata, non oriri ab ejusmodi vocabulis, quorum primus casus desinat in *is*, ac proinde sine ratione hic adduci. Quasi vero ista derivationem suam habeant a primo casu. Longe aliud nos docent voces plurimæ, ut *carnarium*, quod *cararium*, *psaltarium*, quod *psalarium*, *nivarium*, quod *niarium*, *calcarium*, quod *calarium* fieret a primo casu. Jam cum a secundo casu *calcis* (ut nunc cætera omittam) sit *calcarium* analogiæ bona ratione, quid est caussæ, cur ab eodem casu in vocabulo *viridis*, malim *viridiarium*, quam *viridarium*? maxime cum auctoritas illius nulla sit, vel exigua; hujus passim plurima. Non itaque hic opus erat Aristeæ fabula parum civiliter adornari jocos, quod a Fabro factum. Nec adhuc probare possum, quod contendit ipse, ejici vò

Digitized by Google

læta oportere. Contra assentior N. Heinsio, qui *viridia* hoc loco scribit. Sic enim me idem docuit, et Plinius locutus est Ep. lib. v. 6. non semel. Vitruvius lib. VI. c. 6. ' Collocantur spectantes ad septentrionem, et maxime viridia prospicientes;' et mox, ' Uti viridia de lectis prospiciantur.' Quibus addas et, quos laudat Vossius in Etymologico hac voce. Ipse Cicero ad Atticum II. 3. ' Cyrus dicebat, viridiorum δαφόρων latis luminibus non esse suavea.' Ita enim legi, non *radiorum*, quod vulgati habent, in membranis antiquissimis Nob. Heinsio jure credimus. Atque ita nuper etiam in Phædro legi placuit Ursino, quod editio ipsius docet, neque alia pridem fuit Buchneri, aut Freinshemii sententia. ' Bene,' ait Freinshemius, ' Buchnerus emendat, viridia.' Quorum omnium consensus nobis Fabri quantumcunque auctoritati merito antefertur. *Schef.* Quæ Schefferus ab Heinsio se habere profitetur, in margine sui Phædri notaverat ὁ πάνυ. Addidit: ' Vide et Macrob. Sat. I. 14. p. 171. edit. Pontani, et ita sæpe apud JCtos in pandectis Florentinis.' A JCtis, ad quos Heinsius remittit, hanc vocem usitatam declarant, lib. XII. ff. de Serv. Præd. Urb. lib. LXXIX. §. 2. ff. de Verb. Signif. Sed *viridaria* quoque ea dicta a JCtis negari non potest, cum ea voce JCtus in lib. XIII. §. 4. ff. de Usufr. utatur. Nos tamen, ut versui consuleretur, *viridia* recepimus: nam medicinam, quam Gudius adhibet, pro *læta* substituendo *alta*, minime amplecti possumus, cum recte et eleganter *læta viridia*, ut apud Virgil. ' Lætæ segetes,' et ' Tellus justo lætior,' dicatur; *alta* autem *viridia* an recte dicantur, vehementer dubitamus; ' Altam' vero ' vineam' lib. IV. fab. 2. pro alta vite, quæ sublimis et jugata erat, docti viri ad eum locum cum ratione dici ostenderunt. Hæc olim: quæ non placuere moroso alieni laboris censori: sed quia Suetonius, ' Ob surreptum e viridario pavonem' capite punitum militem, narrat cap. 60. (ubi Codex Memmianus *viridarium* habet) Tiberio placuisse non *viridia*, sed *viridaria* censet. Egregium mehercle argumentum! quasi non Suetonii, sed Tiberii ibi verba legerentur. Tædet his confutandis inhærere: sed ne metri causa noster, qui numquam Poëtica captat, moveatur, edidisse hanc memorabilem et tali Poëta, ut fuit, dignam vocem legimus: ' Etsi scandendi' (nota Romanæ elegantiæ verbum) ' ratio mihi non pateat, forsan patuit auctoris tempori.' Ullumne umquam tempus fuisse credimus, quo liceret tam invenuste legi pediæ vim afferre? hæc mera est contradicendi libido. At, non licet *læta viridia* dicere, æque, ac ' Lætas segetes,' et ' Lætam tellurem,' quia scilicet *viridia* non præbent segetem, sed pavonibus et similibus destinata sunt: o lepidum caput! an *læta segetes* aliam ob caussam dicantur, quam quia luxuriant, et crescunt lætius in terra fertili, quam sterili? nonne ita *viridia*, quæ arboribus constant, æque læta sunt, si luxurient arborum comis, et frondibus? Stultus ergo Seneca, qui Consol. ad Marc. XVI. dicit, ' Agricolam, eversis arboribus, iterum amissarum semina et plantas disponere, et momento adolescere amissis lætiora.' Inepte in Epigrammate super exilio dixit: ' Umbrarum nullo ver est lætabile fœtu:' quia non agitur ibi de segete. Immo auctore Virgilio ille se tuebitur, qui Æn. I. 441. ' Lucus in urbe fuit media, lætissimus umbræ:' quod recte Servius et alii ceperunt. Quid multa? certe in his viridibus, non modo consitas arbores, sed et flores fuisse, qui lætitiam loci adjuvarent, credere tuto licet. Atqui et Cicer. Verr. VI. 48. ' Lætissimos flores' dixit. Vid. Erhard. ad Petron. cap. 9. Si ergo æque *viridia*,

Digitized by Google

ac *viridaria* dixerint veteres, ut jam infinita exempla sunt prolata (quibus adde Plin. Ep. v. 6. et Vitruv. v. 9.) quidni, ut versui consulatur, licet eam vocem reducere, pro ejusdem significationis alia? Cui vero præter unum, qui commentus est, placere poterunt *sacra viridaria?* quia scilicet sanctione aliqua custodiam ejus loci Tiberius circumsepserat. Sic ergo 'sacras' Capreas majore jure dicere fas esset, ad quas, secretum agente Tiberio, nulli adire licebat; sic omnia *sacra* loca, ubi quis punitur a crudeli principe. Sed an, si pavonem ille ex alio loco surripuisset, impune abiturus fuisset sub tam duro tyranno? Denique non sibi ipsi persuasisse Criticum credo; nam in Phædri fabulis a se editis, nobis et aliis probata lectio recepta est. *Burm.*

15 *Alveolo*] Ligneo vase, ex uno caudice excavato. *Lintrem* alias appellant. *Ein throg.* Schef.

Alveolo ligneo] Glossæ veteres: 'Alveus, σκάφη.' *Rig.*

Conspergere] Quomodo Suetonius in Calig. c. 43. 'Adeo delicate, ut a plebe verri sibi vias, et conspergi propter pulverem exigeret.' Plautus: 'Conspergere ante ædes,' frigida scilicet aqua, ad mitigandum æstum. Vide Salmas. ad Solin. p. 327. *Schef.*

16 *Humum æstuantem*] Id est, ex nimio calore solis pulvere concitato ardentem. Sic Justin. lib. II. c. 1. 'Quippe quæ (Ægyptus) etiam nunc torrenti solis calore exæstuat.'

Officium comæ] Ministerium, quod jucundum et gratum ei, cui fit. Olim *comæ* legebatur, ad quod Praschius: 'Simili elegantia 'Legem dare capillis' dicitur: *Officium* autem *legi* sæpe respondet.' Et Ursinus in Indice: 'Et abstractum pro concreto, ut sæpe apud Phædrum, coma officiosa joco dicitur.' Omnia huc nihil faciunt. Sermo est de conspersione, non de coma. Manilius eodem modo lib. v. 635. 'Come per officium vigilantia membra ferentes.' Et Martialis Ep. lib. I. 90. 'Come sed officium circa te semper obibat.' Ita enim ibi legit Scaliger, probatque Scriverius. *Schef.* Et ita legit Heins. Vel, *come officium jactitans;* vel denique conjicit forte legi posse, *jactans comem officium.* Ut apud Plaut. Mostel. I. 3. 107. Vide hic egregie Hoogstratanum, contra negligentiam virorum doctorum metri causam agentem. *Burm.*

Officium come] Ita V. C. Glossæ veteres: 'Comis, κόσμος.' Donatus in Phorm. '*Comiter* veteres dixerunt παρὰ τὸ κόσμος.' *Jactans officium comæ*, i. e. jactans officii sui elegantiam munditiamque. *Rig.*

Come] Alii legunt *comæ*. Simili elegantia, 'Legem dare capillis' dicitur: *officium* enim *legi* sæpe respondet. Sed male. *Gud.*

17 *Notis flexibus*] Notis divortiis. Virgil. Æn. IX. 'Objiciunt equites sese ad divortia nota.' *Notis flexibus*, ut supra, 'Pernicitas nota,' 'Exitus notos.' Infra, 'Candore noto,' 'Notum canticum.' *Rig.*

Flexibus] Compendiis viarum. Puto sic et Ciceronem usurpasse in illo ad Att. 'Pons Tirenus, in quo flexus est ad iter Arpinas.' *Schef.*

Præcurrit alium in xystum] Meursius, *illum.* Legendum autem est *Xystum.* Et ita Salmasius. Glossæ Div. 2. '*Xystus*: locus deambulationis.' Philander ad Vitruvium distinguit inter *Xystos* et *Xysta;* illos putat vocasse Latinos porticus tectas, hyemalibus exercitationibus destinatas; *Xysta* autem subdiales ambulationes, ubi sudo se cœlo exercebant; id discrimen plane convertit Phædrus; vides enim *Xystum* masculino genere pro subdiali deambulacro, pulverulento scilicet. *Gud.*

Xystum] Locum deambulationibus faciendis adornatum, consitis utrin-

Digitized by Google

que platanis. Vide Hier. Mercurialem Art. Gymn. lib. I. c. 9. *Schef.* Vid. Plin. Ep. lib. v. 6. Et Senec. Ep. 86. *Heins.*

19 *Hominem*] Eleganter; innuit contemptum. Vide inf. lib. III. c. 4. Terent. Eun. a. II. sc. 2. 'Hic ego illum contempsi præ me. Quid, homo, inquam, ignavissime?' *Schef.* Non puto hic contemtum indicari, cum sæpius ita Phædrus vocet eum, de quo in fabula illa agit. Sup. II. 1. et 2. ubi etiam captat singulare quid Schefferus :- IV. 21. et alibi. Vid. Manut. ad Cicer. Ver. I. 26. et Fam. I. 2. Vorst. ad Val. Max. III. 1. 2. *Burm.*

20 *Id ut putavit, &c.*] Ita constituendus hic locus: *Id ut putavit esse nescio quid boni: Heus, inquit, dominus; ille enimvero adstitit, Donationis alacer certæ gaudio. Tunc sic locuta est tanti majestas ducis: Multo majores alapæ mecum veneunt.* Sed in versu tertio legendum est: *Donationis, alapæ certe, gaudio.* Detritis et fugientibus duabus literulis vocis *alapæ*, Librarius rudis sequentis vocis *certe* primam syllabam gemimandam esse credidit, quod alibi in membranis tum temporis sæpe fieri noverat. *Alacer certe*, qui aures veterum lectione poëtarum tritas habent, ob duram ac latrantem illam ejusdem syllabæ repetitionem, ferre non poterunt. Sic periit quoque ultima syllaba in Remensi Ms. lib. IV. fab. 6. 'Scele Medeæ,' pro *Scelere:* et lib. IV. fab. 19. 'Quodventum,' pro *Quodve tantum.* Sed quod Librarius plurimis in locis aliis, ut in hisce notis ostendimus, perquam oscitanter neglexit, hoc inopportuno loco facere est ausus infeliciter. Sic supra lib. I. fab. 23. 'Inritos ostendit dolos,' scripsit; cum manifeste legi debeat *tendit.* Ex hoc vitio natum est illud horridum *alacer.* Sensus autem est, atriensem gaudio astitisse donationis, ad minimum vero libertatis dationem sperasse. Sic eleganter, *certe*, pro, ad minimum, *pour le moins.* Terentius: 'Nihil promoveris multum; molestus certe ei fuero.' Cicero: 'Res fortasse veræ, certe graves.' Et ep. ad Famil. IV. 14. 'Sic velim judices, me, quibuscumque rebus opus esse intelligam, quamquam videam, quis sim hoc tempore, et quid possim, opera tamen et consilio, studio quidem certe, rei, famæ, saluti tuæ præsto futurum.' Phædrus ipse lib. V. fab. 5. 'Si non ingenium, certe brevitatem adproba.' In Ms. vero totus locus ita legitur: *Cæsaremque intelligit. Ut putavit esse nescio quid boni; Heus! inquit dominus; ille enimvero adsilit Donationis alacer certe gaudio. Tum sic jocata est tanta majestas ducis: Non multum egisti, et opera nequiquam perit, Multo majores alapæ mecum venerunt. Nequiquam*, recte. V. notas Scioppii. *Venerant;* ita legit Salmasius, quod alibi ostendisse se notat ad oram libri. *Gud.*

Id ut putavit] Rigaltii editio postrema et hunc, et tertium, et quintum subsequentem versum omisit, exemplo parum laudabili, ut opinor. Illud *putavit* existimo de atriensi intelligendum, ut sit sensus: Dum ex vultu, aut quoquo denique modo animadvertit atriensis, Cæsarem intelligere institutum suum, putasse nescio quid boni ab eo expectandum sibi. Interea nomine advocatum esse a Cæsare. Ergo plenum gaudio, ob formatas illas prius animo spes amplissimas accurrisse, verum retulisse nihil, præter joca. *Schef. Id* non habet V. C. Pith. Forte: *Sibi ut imputari, et esse nescio quid boli*, vel *doli.* Heins.

Ut putavit esse nescio quid boni] Ita V. C. Turbatum autem hunc versum puto sic restituendum: *Agnoscit hominem Cæsar, remque intelligit. Heus, inquit 'Dominus; ille enimvero adsilit; Et putavit esse nescio quid boni, Donationis alacer certæ gaudio; &c.* Rig.

Digitized by Google

Nescio quid] Bene in editione media Rigaltius hic annotavit locum istum Petronii: cap. 38. 'Deinde ut audivi veterem convivam: hic nescio quid boni debet esse.' Cæterum pro *esse nescio quid*, scribendum, *nescio esse quid*, numeri caussa. *Schef.*

Nescio quid boni] Petron. Sat. 'Deinde ut audivi veterem convivam: hic nescio quid boni debet esse,' &c. Idem: 'Secreto quicquid boni per facultates poterat coemebat.' *Rig.*

21 *Dominus*] Tiberius. Sic vocabantur titulo solemni posteriores principes. Quanquam forte magis Noster respexerit servum atriensem, atque illius intuitu Tiberium hic nominarit *dominum*, nempe ejus atriensis. *Schef.*

22 *Alacer gaudio*] Gaudium donationis, est, gaudium donationis caussa, vel ob donationem. Sic 'Victoriæ gaudium' apud Florum lib. III. c. 2. *Schef.* Eadem locutione Curtius lib. X. 5. utitur: 'Itaque ad exspoliandum corpus, qui vulneraverat, alacer gaudio accurrit.' Et æqualis Nostro Valer. Max. VIII. 14. 5. 'Idem ut audiit Scipionem dicentem, Imperator te argenteis armillis donat, alacer gaudio abiit:' et ita 'Alacrem' et 'Lætum' conjungit Cicero in Verr. act. I. 6. ubi vid. Ascon. et Anonym. Scholiast. et Manut. ad Famil. v. 12. et Camerar. et Sylv. ad Or. pro Muræn. XXV. Ita ut hic nihil mutandum sit. *Burm.*

23 *Locuta*] *Jocata* Excerpta Rigaltii. *Heins.*

Ducis] Supra 'Dominum' vocavit. Puto autem pro imperatore posuisse, quod tum usu fuit receptum in principibus, licet aliquandiu Tiberius recusaverit. Vide veteres inscript. et numm. *Schef.* De *Ducis* titulo vide quæ notavimus ad Ovid. Epist. XIII. 43. *Burm.*

24 *Non multum*] Omiserunt versum hunc Rigaltius et Faber, sed permittere sequentia non videntur. Pro *periit*, *perIt* scribendum. Est autem *nequicquam periit*, idem ac, impensa est et adhibita frustra. *Schef.*

Opera nequicquam periit] Macrobius Saturn. lib. II. refert, sutorem impendio exhaustum sæpe ad avem non respondentem dicere solitum: 'Opera et impensa periit.' Deinde addit: 'Hac audita dum transit Augustus, respondit: Satis domi salutatorum talium habeo. Superfuit corvo memoria, ut et illa, quibus dominum querentem solebat audire, subtexeret: Opera et impensa periit. Ad quod Cæsar risit, emique avem jussit, quanti nullam adhuc emerat.' Cæterum huc etiam pertinere arbitror quod in Isidori glossis legere est: 'Officiperdæ, qui sui laboris non habent remunerationem. Catoni quoque dicantur, Officiperdi.' Innuit autem Isidorus hos Catonis philosophi versiculos: 'Gratior officiis, quo sis mage carior, esto: Ne nomen subeas, quod dicunt, officiperdi.' *Rig.*

Nequicquam] Scribendum una voce, *nequicquam*, quam veram esse orthographiam, in Lucretiano Indice indicavit Giphanius. Nec ego aliter in libris antiquissimis reperi. *Schop.*

25 *Majores*] *Majoris*, archaismus. Servorum libertates per *βαπίσματα* significat. *Rig.*

Majoris mecum] Id est, apud me. Infra bis fab. 75. 'Mecum mea sunt cuncta.' Terent. Adelph. III. 4. 49. 'Testis mecum est annulus.' Virgil. Æn. 4. 'Mecum erit iste labor.' Sic in lingua vulgari, *esser col Re*, *restar con qualch uno*. Prasch. *Majoris* archaismum putat Rigaltius, pro, *majores*. Sed fallitur: quanquam recte interpretetur *alapas* de servorum libertatibus per *βαπίσματα*. Sensus est: Frustra speras libertatem pro tam levi opella. Apud me (*bey mir*, hoc enim est *mecum*, sicut 'Tecum habita') *multo majoris*, non ita vili pretio, *venerunt*, venduntur, *alapæ*, nimirum illæ liberatrices, de quibus

Digitized by Google

vid. Isidor. Orig. IX. 4. *Freinsh.* Ita Praschius et Freinshemius. Sed vellem, ostendissent, sicut *hoc est mecum*, ita et, *hoc venit mecum* apud Latinos usurpari. Quid si pro *mecum*, *mea* scribamus? verum longe rectiorem judico suspicionem N. Heinsii, legentis *mi cum*. *Mi*, pro mihi, habet ipse Noster lib. III. c. 18. *Venire* cum tertio casu usurpavit Cato de R. R. c. 144. 'Aut cui olea venierit.' Non possum tamen, quin adscribam, quæ de loco hoc significavit mihi nuper optimus Gronovius. '*Alapæ mecum venerunt*, mihi Crotone sanus. *Mecum* explicandum est, domi meæ, ut apud Plautum: 'Eamus ad me:' apud quem multa in hanc rem, ut et apud Ciceronem ad Atticum. Unum accipe insignem locum Ep. lib. v. 8. 'Ne illum malus emptor alienis mancipiis, quæ permulta secum habet, spoliaret.' Hoc est: Quæ Romæ sunt, domi ejus absentis, cum ipse in exilio viveret Massiliæ. Quod non est assecutus Bosius. Horatius: 'Tecum habita.' Hoc dicit ergo: Meæ domus ea disciplina est, ut non tam facile, tamque parvo servi manumittantur. Et Tiberii hoc in genere avaritiam monstrat et Suetonius c. 47.' *Schef.* Imo et Heinsius codici suo adscripsit posse retineri *mecum*, ut apud Propert. 'I nunc tolle animos, et tecum finge triumphos.' Ovid. Amor. I. 'Ergo amor et modicum circa mea tempora vinum Mecum est, et madidis lapsa corona comis.' Terent. Eun. I. 2. 'Mecum tota sis,' id est, mea.

Alapæ] Servorum libertates per *παίσματα* significat Rigaltius. Recte. 'Apud veteres enim, quando manumittebant, alapa percussos circumagebant, et liberos confirmabant.' Isidor. Orig. IX. 4. Sed in emancipationibus liberorum adhibebantur 'injuria rhapismata,' donec ea sustulit l. fin. C. de emanc. liber. ubi Godofredus. *Freinsh.*

Venerunt] Scil. *alapæ*, quarum interventu signoque dari libertas solebat, ut Sigonio et aliis notatum. Jocus igitur in utroque, et *alapæ* et *venire*, quod ambiguitate sua salem habet. Cæterum pro *venerunt*, *venient* scribendum, si quis malit *mi cum*. Schef.

FABULA VI.

Aquila et cornix] Camer. p. 178. *Rig.*

1 *Contra potentes*] Publius Syrus: 'Fulmen est, ubi cum potestate habitat iracundia.' *Nev.*

Munitus] Non moveo hanc lectionem, et *tutus* a glossatore profectum, aut ex fine fabulæ huc migrasse puto: nam Remicius et Romulus Nielantii *munitus* et *tutus* simul exhibent: quod docet alterum esse interpretationem alterius: testudo vero cornea sua domo, ut mœnibus, eleganter *munita* intelligitur. Sic Augustus apud Sueton. 82. 'Toga tunicis' &c. 'muniebatur:' ubi recte Torrentius illud Horatii: 'Toga quæ defendere frigus Crassa queat,' ex eadem Metaphora adducit. Sic Columell. I. 6. 'Emunita sola et latera horreorum:' et cap. 8. 'Familiam munitam diligenter a vento, frigore pluviaque.' Virgil. Georg. II. 352. 'Effusos munimen ad imbres:' quod Columel. III. 15. 'Tutari semina et munire' vocat: et ita ille sæpius, neque rarius Cicero et alii. *Burm.*

2 *Consiliator*] Ut a consulere, *consultor*; ita *consiliator* a consiliando: quo præter Cæsarem B. C. I. 19. et 73. utitur Dictys Cret. lib. III. Pris-

Digitized by Google

cianus quoque Præexerc. Rhet. de fabula: cui tamen idem est, quod, consilium habere. 'Consiliarem' dici ex L. 5. D. de Off. adsess. monstrat Jos. Mercer. ad Dictyn Cret. 'Consiliosus' dixit Cato ap. Gell. IV. 9. *Prasch.* A *consiliando* i. e. consulendo, sicut bene Praschius. Plinius Ep. IV. 17. 'Illi in gerendis consiliator et rector.' Apuleius Asin. lib. I. 'Ac hic bonus consiliator.' *Schef.*

3 *Vis et nequitia*] Hiat hic locus, et est, ut excidisse censeam versum unum post hunc. Nam qui sequitur, cujus initium: *Vis et nequitia:* ut sic dicam, *αὐτοκέφαλος* est, et per se subsistit elegantissime, estque perfecta *γνώμη*. Dixerat Phædrus: 'Contra potentes nemo munitus est satis.' Jam si accesserit malus consiliarius, omnino de hominibus actum est: quippe in quemcunque vis et nequitia simul impetum faciunt, eum evertunt. Vides itaque defectum. *Meurs.* Frustra. Ordo talis est. Quicquid est, quod vis et nequitia oppugnant, id ruit, si accesserit ad potentem consiliator maleficus. Jungit *potentem*, et *consiliatorem maleficum*. Huic *nequitiam*, illi *vim* tribuit: conjuncta ista, ait, si oppugnent, quicquid sit, quantumvis tutum se putet, ruere. Plana omnia. *Schef.* Nullum hic agnosco hiatum, sed nec plerisque locis aliis, ubi Meursius id putabat. Pulchre enim *Vis et nequitia* respondent superioribus; *Vis* primo versui, ubi de potentia: *nequitia* sequenti, quo *consiliarius maleficus* producitur. *Freinsh.* Video Phædrum non indiligenter in Lucretio fuisse: quare suspicari de hoc loco potui, legendum et interpungendum: *Vis et nequitia, quidquid, oppugnant, ruit.* Potentia et nequitia ruit unumquodque quod oppugnat. Nam et ita Lucretius (ut admonuit Giphanius noster) *ruere* active dixit, pro, adfligere, proruere: ut de vento: 'Lugentesque ruit naves et nubila differt.' Et rursum de amnis violentia: 'Dat sonitu magno stragem, volvitque sub undis Grandia saxa, ruit qua quidquid fluctibus obstat.' Qui locus illi apud Phædrum perquam similis. Et Virgil. Georg. I. 'Cumulosque ruit male pinguis arenæ.' *Schiop.* *Χαλεπωτάτη γὰρ ἀδικία, ἔχουσα ὅπλα*, Aristot. de Rep. I. 2. *Prasch.*

Vis et nequitia quicquid oppugnant, ruit] Sic Petronius: 'Nihil est tam arduum, quod non improbitas extorqueat.' *Ritt.*

4 *Sustulit*] Sic proprie loquuntur de avibus. Vide sup. I. c. 28. *Schef.*

5 *Cum abdidisset cornea corpus domo*] Pisides Cosmurg. *Τίς ἐνδύσειε τὴν χελώνην δοτράκῳ, Καὶ τὴν ταπεινόσωμον ἐστεγασμένην Δείκνυσιν ἐντὸς οἰκίας φερομένην*; Sic Cochlea apud Cic. de Divinat. II. 'Domiporta' dicitur. Et in fab. Æsopi, rustici filius exclamat: *Ὦ κάκιστα ζῷα, τῶν οἰκιῶν ὑμῶν ἐμπιπραμένων ᾄδετε*; Cæterum pervalde hallucinantur Erasmus Chil. 3. Cent. 3. Prov. 38. et Crinitus lib. XI. c. 7. de Hones. discip. qui quod a Cicerone de Cochlea dicebatur, 'Terrigenam, herbigradam, domiportam, sanguine cassam,' Testudini communicaverunt. Iis enim verbis, 'sanguine cassam,' distinguitur Cochlea a Testudine, cujus sanguinem Plinius lib. XXXIII. 4. claritatem visus facere, suffusionesque oculorum tollere ait. *Rig.*

Abdidisset] Ex Virgilio, qui in Culice, de capellis: 'Vallibus abdunt Corpora.' *Schef.*

Cornea] Eleganter, propter duritiem, quomodo de avibus 'Corneum rostrum' usurpavit Cicero de N. D. I. Mox est 'Dura.' Per *domum*, testam intelligit, ut notum. Hinc Pacuvii: 'Domiporta.' *Schef.* Id est, firma: ut 'Corneam fibram' dixit Persius; 'Duram corticem' mox vocabit. Ab hac domo (quæ proprie, concha: et sic dicitur Anonymo fab. 14.) lepide Poëta Græcus testudinem vocitat *δοτρακόνωτον*, testaceo dorso insignem: unde etiam, testudi-

Digitized by Google

nem dici putat Isidor. Or. XII. 6. *Prasch.* Sic Serenus Sammonicus ostreis dat ‘ Tecta,’ et cochleis ‘ Domos.’ Vid. Keuchen. notas pag. 122. ‘ Carcerem’ concharum dixit Manil. II. 93. *Corneum* autem pro duro poni vidimus ad Petron. XLIII. *Burm.*

6 *Posset*] Ms. *possit*. Gud.

7 *Propter*] Scil. Aquilam, id est, juxta, in vicinia, in propinquo. Terentius, alii. *Schef.* Vide ad Ovid. Met. v. 159.

Propter volans] Id est, juxta; ut apud Terentium ‘ Propter dormire’ est, Concumbere. *Ritt.*

8 *Opimam*] Ita Cic. Ver. III. *Opima*, est, pinguis. Festus: ‘ Hostiæ opimæ, præcipuæ, pingues.’ Ideo Columella lib. VII. c. 8. ‘ Si pingui et opimo liquore conficitur,’ &c. *Schef.*

9 *Faciendum*] Lege *faciundum*. Heins.

10 *Nequicquam*] Frustra, absque fructu. Curtius III. cap. 2. ‘ Nisi nunc dixero, alias nequicquam confitebor.’ Ita Terentius, Cicero, Livius, alii. *Schef.*

Te lassabis] Recipiendum quidem ex Mss. *lassabit* puto, quod exemplis quibusdam vindicat Jac. Gronovius, Gudioque ob indicium gratias agit, et simul, judice Hoogstratano, ejus labori proterve insultat: sed tamen minime verum est, Latine non dici, *se lassare*, nam ita Lucan. v. 466. ‘ Neuter longo se gurgite lassat.’ At, Non ferendo ibi se lassat, sed currendo, dicet; quasi referat, quo modo. *Burm.*

11 *Scopulum super*] Hæc res Æschylo mortem accivit. Nota est historia. *Prasch.*

12 *Altis ab astris*] Poëtice, pro, e sublimi, ex summa parte aëris. *Schef.*

Altis ab astris] Ælianus lib. III. 20. Περὶ ζώων ἰδίων. de cochleis et laris: Καὶ μέν τοι καὶ οἱ λάροι, ὡς Εὔδημός φησι, τοὺς κυχλίας μετεωρίζοντες, καὶ ὑψοῦ αἴροντες, ταῖς πέτραις βαυάττατα προσαράττουσιν. Plinius lib. X. ubi de Aquila, ‘Ingenium est ei,’ inquit, ‘ testudines captas frangere e sublimi jaciendo: quæ sors interemit poëtam Æschylum.’ *Rig.*

Duram corticem] Supra, ‘ Corneam domum.’ Sic Plinius superficiem testudinis ‘ Corticem’ vocavit Nat. Hist. X. 10. Sic Martial. Ep. lib. X. 37. ‘ Conchæ corticem.’ Et Ep. lib. XIII. 86. ‘ Iste licet digitos testudine pungat acuta, Cortice deposito mollis echinus erit.’ Avienus fab. 2. ‘ Protinus e rubris conchas proferret arenis, Queis pretium nitido cortice bacca daret.’ *Rig.*

Duram corticem] Nota τὸ *cortex* fœminini generis. *Gud.*

Corticem] Abusive pro testa. Plinius IX. cap. 12. ‘ Aquatilium tegumenta plura sunt; alia corio et pilo integuntur, ut vituli; alia cortice, ut testudines.’ Adde cap. 10. *Schef.* Feminini generis hic sumitur. Vide Heins. ad Ovid. Met. IV. 375.

13 *Qua comminuta facile vescatur cibo*] Valerius Max. lib. IX. cap. 12. ubi de Æschylo: ‘ Super quem Aquila, testudinem ferens, elusa splendore capitis, (erat enim capillis vacuum) perinde atque lapidi eam illisit, ut fracta carne vesceretur.’ *Rig.*

Cibo] Pleonasmus. Cicero N. D. lib. II. ‘ Dii nec escis vescuntur:’ &c. *Schef.* Puto, *facili vescatur cibo*. Vide quæ notavimus ad Petron. XCIII. *Burm.*

14 *Inducta*] Plene est, inducta ad credendum. Cornel. Nep. in Conon. c. 3. ‘ Non facile ad credendum inducebatur.’ Sed isto modo etiam Cicero de LL. lib. II. et alii: usurpatur de eo, qui quid persuadetur ratione probabili aut verisimili. Pro *verbis* optime Gronov. *veris*. Diat. Stat. cap. 13. *Schef.* Rectius hoc, quam Buchnerus, qui in notis ad Venantii Hymn. de Resurr. vers. 42. *verba monita* junctim capit. *Verba* et *vera* confundi docebunt te notæ Broukh. ad Prop. I. 8. 22. et Heins.

Digitized by Google

ad Claud. in II. Eutr. 470. Hic tamen adhuc dubito, an non præstet *verbis*. Burm.

15 *Magistræ*] Id est, consiliatrici: sæpe *magister* pro suasore et autore consilii a scriptoribus sumitur. Terent. Andr. I. 2. 'Tum si quis magistrum cepit ad eam rem improbum.' Et Senec. Thyest. 'Sæpe in magistrum scelera redierunt sua.' *Burm.*

Large divisit] Verbum ad convivia pertinens, cum cuique sua pars ex cibis porrigitur. Petronius: 'Accessere continuo duo servi, et symphonia strepente scrutari paleam cœperunt, eruntaque subinde pavonis ova divisere convivis;' et in Fragmento Traguriano: 'Thebaïcasque et caryotas ad numerum divisere cœnantibus.' *Schef.* Forte *large*. Heins. Lege *largum*. Fab. 4. hujus libri: 'Felisque catulis largam præbuerunt dapem.' Senec. Œdip. 307. 'Quid flamma, largas jamne comprendit dapes?' *Burm.*

16 *Naturæ*] Forte *nativo*. Heins.

FABULA VII.

2 *Fiscos*] Rittershusianis adde H. Grot. Flor. Spars. in D. de Jure fisci, et Guil. Bud. in π. de Officio Quæst. *Prasch.* Notum illud Taciti primo Annali: 'Fisci de imperatore rapti inter signa et aquilas veherentur.' *Faber.* Corbes sparteos. Vide Rittersh. et quæ nos in curis secundis ad Pacatum. *Schef.*

Fiscos] Juv. Sat. XIV. 'Ærata multus in arca Fiscus.' Asconius ait: 'Fiscum esse sacculum ad majoris pecuniæ summam capiendam,' et 'pecuniam publicam.' Alius quidam *fiscos* interpretatur, sacculos ex corio. *Gud.*

Fiscos cum pecunia] Nota; pecuniam veteres in fiscum, id est, corbem sparteum vel vimineum, condebant, præsertim quæ majoris esset summæ, quam ut in bulgam zonamve recte et commode condi posset. Sic Cic. Verr. II. 'Reperiebam fiscos complures cum pecunia Siciliensi a quodam Senatore ad Equitem Rom. esse translatos.' Idem Verr. V. 'Ex fisco in cistam pecuniam transferre.' Ad quæ Asconius Pedianus sic annotat: 'Sportæ, sportulæ, sportellæ, nummum sunt receptacula, et sacci, sacculi, saccelli, et crumenæ, et velleæ, et manticæ, et marsupia.' Vide et Cujac. ad tit. C. de Jur. Fisc. *Ritt.*

5 *Clarumque collo jactans tintinabulum*] Nimis profecto negligentes fuerunt in describendo Phædro librarii: et ecce iterum hic defectus, quem facile animadvertet, qui aliquid auris habet. *Meurs.* Consuetudo suspendendi tintinabula ex collis mulorum, ut occursum eorum evitare possint equi, etiam hodie durat per Italiam et Galliam. Vide quæ de ipsis dixi pluribus in lib. II. De Re Vehiculari c. 2. p. 28. nuper a me publicato. Quod autem Meursius hic censet aliquid deesse, id quale sit, ego equidem haud intelligo. *Schef.*

Clarumque collo jactans] Avienus de cane fab. 7. 'Hunc dominus, ne quem probitas simulata lateret, *Jusserat in* rabido gutture ferre molam. Fascibus et nexis crepitantia subligat æra, Quæ facili motu signa cavenda darent.' Alia in hanc rem collegit Jo. Savaro, musteo in Sidonium Commentario ad illa verba: 'Inter greges tintinabulatos per depasta buceta reboantes,' Ep. lib. II. 11. *Rig.*

6 *Comes*] Alter ille mulus, cum

Digitized by Google

hordeo. *Schef.*

Quieto] Sine agitatione multa pedum ac tumultu. *Schef.*

7 *Advolant*] Verbum elegans, quo ardor et cupido nimia pecuniæ eripiendæ significatur. *Schef.*

8 *Interque cædem*] Hic quoque male transpositi versus sunt, quos ego pristino ordini restituo: *Subito latrones ex insidiis advolant, Diripiunt nummos, negligunt vile hordeum. Interque cædem ferro multum tonsitant. Spoliatus igitur, &c.* At vero neque ista mihi satisfaciunt, *Interque cædem.* Quid enim? Tantum direptio hic fit, nulla cædes. Corrigendum censeo: *Interque prædam.* Meursius. Eorum puta, qui mulos possidebant, vel agebant. Neque enim sine pugna res agi solet. Quare non placet in Meursio nimius corrigendi amor. *Prasch.* Non concesserim, mutanda verba *Interque cædem*, reponendo, *Interque prædam*, quia scilicet tantum direptio hic fiat; nulla cædes. Quid igitur opus erat *ferro?* Et sane intelligitur fiscos cum pecunia non fuisse sine custodibus, quos a latronibus ferro ac cæde depulsos fuisse nemo mirabitur. Sed neque mutilum hunc locum aut luxatum aio, verum egregie sibi constantem: neque aliter judicandum cuiquam, etiamsi nasum haberet Rhinocerotis. *Freinsh.* *Prædam* scribit Meursius, huncque versum subjicit sequenti. Frustra. Vult, primum factam cædem eorum, qui ducebant mulos, velut resistentium, postea demum prædam. Eadem in mentem venisse Praschio ex notis ejus nunc observo. *Schef.* Liv. XXX. 6. 'Clamor inter cædem et vulnera sublatus.' *Heins.* Adscripserat et Heinsius *Interque sepem*, vel *Uterque fœde*; sed recte *Interque cædem* vindicant viri docti. Ita et Virg. Æn. VIII. 493. 'Ille inter cædes Rutulorum elapsus:' ubi et Pierius testatur, in Vaticanis libris omnibus esse *inter cædem.* Neque minus licet dicere *Inter eadem*, quam Florus lib. I. 6. dixit 'Inter Tarquinii mortem.' Quod vero nullam hic cædem fieri aiunt, sed direptionem, frustra est: non enim exsequi singula debet fabularum scriptor; sufficit enim, si verbo indicet, quid fiat. Quin et *cædes* hic non necessario mortem secutam esse notare debet, sed intra pulsationem et verbera potuerunt latrones consistere: ut ita apud Ovid. Am. I. El. 7. 27. 'Quid mihi vobiscum, cædis sceleriisque ministræ?' ubi pulsaverat tantum amicam: ita ut idem sit, quod 'Inter manus lacerari' Floro III. 19. et 21. *Burm.*

Interque eadem] Eorum nimirum, qui mulos possidebant, vel agebant: neque enim sine pugna hæc res geri solet, quare non placet in Meursio nimius corrigendi amor. Praschius bene, ut puto. *Gud.*

Ferro multum tonsitant] In vetustissimis codicibus Pithœano et Remensi legitur, *trucidant*, quod lex metri non patitur. Unde ego reposui, *trusitant*, quod proxime accedit. Catullus, passerem suæ puellæ 'trusantem' se deprehendisse ait, hoc est, frequenter obtrudentem. Eademque forma dictæ etiam 'Molæ trusatiles.' *Rig.*

Tonsitant] Hic legendum: *multum tunsitant.* Ut sit a *tundendo*, non vero *tondendo.* Sed non dissimulanda lectio veteris codicis, ubi pro *tonsitant*, est, *trucidant.* Ergo scripserit Phædrus; *tuditant.* Nota hæc vox ex Festo est. *Meurs.* Non absimilis est Plauti locus Epidico act. II. sc. ult. 'Ne ulmos parasitos faciat, quæ usque attondeant.' Ubi virgæ dicuntur humeros vapulantis attondere. Nisi forte huic Phædri loco macula inest gravior, quam nondum odoratus sum. *Schiop.* Hanc emendationem Rigaltio debemus; antea enim contra legem carminis legebatur *trucidant.* In quibusdam editionibus legebatur *tonsitant.* Meursius autem

Digitized by Google

legerat et *tutidant*, sed metri ratio repugnat, uti ex Lucilii exemplo superius allato ad lib. I. constat, cui addas hoc Lucretianum licet: 'Nec tuditantia rem cessant,' &c. *Faber.* Meursius: *multum tonsitant.* Sed sequitur: *nec sum læsus vulnere*, in respectu scilicet ad alterum mulum, ut omnino *muli* vox hic retineri debeat. *Tonsitant* quod habet, est ex veteri editione. Neque scio satis, an non huic præferri debeat. Ostendunt sane verba muli alterius, hunc fuisse vulneratum. At *trusitant* hoc non dicit. Contra *tonsitare* est, vulnerare, licet in extrema cute. Docuit ex Plauto Schoppius. *Schef.* Posset legi *sauciant*, sed credo scripsisse Phædrum *incursitant.* Ita Plautus: 'Ubi vivos homines mortui incursant boves.' Liv. XXIV. 41. 'Agmen Romanum impune incursatum ab equitibus hostium,' quod male sollicitant. Idem XXV. 35. 'Numidæ nunc a tergo, nunc a latere incursantes.' Sic sæpe Arnob. lib. I. 'Pestilentia et bellis negotia incursantur humana.' *Heins.*

18 *Hoc argumento*] Scilicet, menti firmiter insculpto. *Prasch.* Hac fabula: infra lib. IV. c. 7. 'Hoc argumento se describi sentiat:' et c. 15. 'Hoc argumentum monet,' &c. Adde lib. IV. c. 3. Puto autem hic omitti præpositionem *in*, ut sit sensus, occurrere et extare in hac fabula tutam tenuitatem, atque adeo exempli loco esse posse, ob quod alii amplectantur. Praschius illud *argumentum* supplet ita, additque, 'menti firmiter insculpto.' Sed illud *est*, dissuadet. *Schef.* Sic 'Fabularum argumenta' dixit Valer. Max. II. 4. 4.

Tuta est hominum tenuitas] Sic Symmachus in relatione Ep. lib. X. 54. 'Paupertas a dispendio tuta est.' Nec absimiliter Sallustius Conjurat. Catilin. 'Egestas facile habetur sine damno.' Festive in hanc sententiam Palladas Antholog. l. I. tit. *Εἰς Πτωχούς* Μηδέ ποτε ζήσας ὁ πένης βροτὸς οὐδ' ἀποθήσκει. *Ritt.*

FABULA VIII.

Cervus ad boves] Camerar. p. 192.

1 *Excitatus*] Venatorium verbum. Cicero de Offic. III. 'Suntne igitur insidiæ, tendere plagas, etiamsi excitaturus non sis, nec agitaturus? ipsæ enim feræ nullo insequente sæpe incidunt.' Phædra apud Senec. in Hippolito act. I. vs. 11. 'Juvat excitatas consequi cursu feras.' *Schef.* Vid. ad Petron. CXXXI.

Venatorum necem] Id est, a venatoribus instantem. Sic fab. 39. 'Dura fati miseria.' Lib. III. D. §. 2. Ubi pupill. educ. vel mor. deb. 'Mercedes pupillorum,' id est, quæ aliis præstantur pro pupillis. Et §. ult. J. de R. D. 'Maris periculum.' Plura ejusmodi vocabula, significationem ultro et citro communicantia, collegit Gell. IX. 12. *Prasch.* Active, pro, a venatoribus inferendam; notavit Rittershusius. Sic Apul. As. II. 'Tantum a cautela Pamphiles abfui.' *Schef.* Forte, *venatorem fugeret instantem neci.* Heins. Nihil opus: nam sic Sallustius dixit, 'Metum Pompeii.' Pricæus ad Apulei. Met. II. p. 76. Sic Liv. I. 13. 'Sabinæ mulieres, quarum ex injuria bellum ortum erat,' i. e. quam ipsæ passæ erant. Et cap. 14. 'Ut expiarentur legatorum injuriæ,' id est, legatis illatæ: et ita passim veteres. *Burm.*

Venatorum necem] Id est, a venato-

Digitized by Google

ribus cervo inferendam. Plane ut Oppianus φόνον ἀγρευτῆρων dixit. *Ritt.*

Instantem necem] Id est, præsentem, ut sæpissime apud optimos scriptores. Noster I. 22. *Gud.*

8 *Cæco*] Sententia, quia cæcos facit, nec cernentes alia pericula, in quæ ultro incurrimus. De quo Curtius IV. c. 10. 'Ubi intravit animos pavor, id solum metuunt, quod primum formidare cœperunt.' Vide t. l. *Schef.* Vid. Heins. ad Ovid. Met. III. 490.

4 *Opportuno*] Quod se commode offerebat. Ovid. Met. III. 443. de sylvis: 'Multis latebra opportuna fuistis.' *Schef.*

Bovili] Recepimus Gudii correctionem, et *bubili* reposuimus. Vid. Voss. de Analog. I. 21. Cato de R. R. c. 4. et ita passim Columella. Apposite Ovidius Pont. II. 2. 'Nec se vicino dubitat committere tecto, Quæ fugit infestas territa cerva canes:' unde forte hic *credidit* posset legi, ut mox 'Tecto commiseris;' et illud *condidit* forte versui isti, quem non male excidisse Praschius suspicatur, debetur. *Burm.*

Bovili] Ms. *bobili.* Scribendum vero *bubili.* *Bubile*, ut et *bubulcus*, est a tertio plurali *bubus:* quemadmodum recte dicitur, pro *bovibus*, contracte *bubus*, sic etiam pro *suibus* contracte *subus.* Plin. lib. XXIV. 19. 'Itaque et suibus dari.' Lege ex vet. Divion. Codice, *subus.* Et ibid. statim: 'Medetur et suibus hæc effossa.' Scribe ex eodem codice, *subus.* Hinc et veteres dixere *subulcum* a *subus*, ut *bubulcum* a *bubus.* In primo casu similiter, *suis* et *sus* dicitur: Cicero Tuscul. v. ut legitur in Regio et Pith. cod. quem locum supra adduximus ad lib. I. fab. 8. Sic ergo antiquitus dicebatur, *bubile* pro *bobili.* Varro de Re Rustica, I. 12. 'In villa facienda sunt stabula, ita ut bubilia sint, ubi hieme possint esse caldiora.' Vitruv. lib. VI. 9. 'In cohorte culina quam calidissimo loco designetur: conjuncta autem habeat bubilia, quorum præsepia ad focum et orientis cœli regionem spectent.' *Bubile* in Gloss. βοοστάσιον. Ut 'Hædilia' apud Horat. Od. I. 17. τραγοστασίαι. *Gud.*

5 *Quidnam voluisti tibi*] Imitatio Virgiliana. Ipse ita Eclog. II. 'Eheu quid volui misero mihi?' Similiter Terent. Eun. act. III. sc. 5. 'Quid tibi vis? satine sanus?' Ubi Donatus notat illud, 'quid tibi vis?' referri ad antecedens, 'quid mihi velim?' Quanquam in Terentio pro *velim*, *quæram* sit. Quo tamen cognoscitur, *velle* Donato esse *quærere* in hac formula, curamque denotare. *Schef.*

6 *Necem cucurreris*] Lege, *qui neci occucurreris*, vel, *qui necem incucurreris.* Cicero sæpe, 'In morbos,' 'In crimen,' 'In suspicionem incurrere:' de Nat. Deor. III. 'In apertam perniciem incurrere.' *Heins.*

8 *Vos modo*] Ms. *bos.* Gud.

Pareite] Vitam mihi servate, ne me prodite: absolute, ut in illo Horatii Od. IV. 1. 'Rursus bella moves? parce, precor.' *Schef.*

9 *Occasione*] Pro, in occasione, cum occasio fuerit data, ut infra lib. IV. c. 25. 'Tempore.' *Schef.*

Erumpam] Eleganter de procursu inopinato celerique ex abdito. Ita Cicero pro Sest. 'Conjuratio ex latebris atque ex tenebris erupit.' Cæterum cum apud Rimicium legatur: *Hæc cum dixisset, obscuro se condidit loco*, putat Neveletus excidisse versum hunc, et statim his subjiciendum esse. *Schef.*

11 *Frondem*] Frondibus enim boves saginabantur. Horat. Ep. lib. I. 14. 'Et urges Jampridem non tacta ligonibus arva, bovemque Devinctum curas et strictis frondibus exples.' Sic paullo post herus objurgans rusticos, quod parum curent boves: 'Cur frondis parum est?' *Schiop.* Pabulum bobus, quod apud veteres plerumque habebant ex frondibus; vide Caton. R. R. XXX. Ho-

Digitized by Google

rat. Ep. I. 14. *Schef.* Vide Passerat. ad Propert. II. 33. p. 388. et Casaub. ad Athen. I. 19.

Frondem bubulcus adfert] Camerar. p. 233. *Rig.*

Nec ideo] Latinissime, ut solet. Dicit, etiamsi attulerit, dederit in stabulo bovibus, tamen non vidisse. Sumsit autem ex Virgilio, ut cætera. Virgilius sic in Georg. I. 'Nec cellis ideo contende Falernis.' *Schef.* Lege, *neque adeo.* Sic fab. 4. lib. I. 'Nec quem petebat adeo potuit attingere.' *Heins.*

12 *Omnes rustici*] Colonos intelligit, et familiam ejus villæ. *Schef.*

13 *Animadvertit*] Cervum ibi latitantem, seu potius, *quicquam*, quod ex sequentibus etiam huc trahendum. *Schef.*

Villicus] Qui totius villæ habet curam, caput rusticæ familiæ. Varro de R. R. I. 2. vocat 'Principem, qui agriculturæ præponitur.' *Schef.*

15 *Quietis capit agere gratias*] *Quietis* scil. gratia vel nomine, id est, pro quiete: an, *quietis Bobus?* Ritt.

Quietis] Id est, tacentibus. Idem Græcis ἡσυχος. *Prasch.* Hæc cohærent, non *gratias quietis.* Adjectivum est, non substantivum, nec ambigere debebat Rittershusius, *quietis;* pro, quia quieti erant. *Quieti* autem, taciti, non prodentes latitantem. Rimicius tamen *gaudens* legit, pro *quietis.* Schef.

16 *Præstiterint*] Proprie. Non enim spatium modo datum significat, sed et securitatem hospitii præstitam, per silentium ac quietem. Atque ita Seneca Clem. I. 2. 'Hoc est non dare tantum salutem, sed et præstare;' ubi vides, quomodo a *dare* distinguatur. *Schef.* Manutius ad Cic. ad Fam. IV. 8. notat inter *præbere* et *præstare* hoc discrimen intercedere, quod illud animi sit propensi ad juvandum; hoc re ipsa et actione declarandi. *Burm.*

18 *Qui oculos centum*] Παυόπτης. Anonymo Argus fab. 58. *Praschius.* Herum ipsum periphrasis ea notat, quæ eleganter curam ejus ac perspicaciam depingit, allusione ad Argum. *Schef.*

19 *Vertetur*] Versabitur, constituta erit. Plaut. Mostel. act. III. scen. 1. 'Jam homo in mercatura vortitur.' *Schef.*

21 *Corruptos*] Macilentos, macie perditos. Imitatio Græci sermonis, nam ita utuntur τῷ διαφθείρεσθαι. *Faber.* Rigaltius accipit pro ruptis. Sed refellunt eum subsequentia. Rupti namque non curantur pabulo. *Corrupti* sunt, male habiti, macilenti, macie perditi. Ita Cæsar, quanquam plenius, 'Corruptos macie eques' dixit B. G. III. *Schef.*

Corruptos] Id est, ruptos. Salmasius. *Gud.*

Corruptos boves] Sic 'Rupta mula' Martiali et Alpheno JC. l. Qui insulam. §. qui mulas. D. locati. 'Rupti veredi,' Auson. *Ruperit*, fere omnes veteres sic intellexerunt, corruperit. l. Si servus servum. §. Inquit lex. D. ad Leg. Aquil. *Rig.*

22 *Cur frondis parum est*] Hunc locum nonnulli interpretes imperfecte acceperunt. Non tantum quæritur de defectu alimenti, sed etiam stramenti; *stramenta desunt;* non ergo satis est frondium, etiamsi, quas comedant, habeant, neque mihi dubium est, quin ex præcepto Catonis Phædrus hæc verba conceperit. Monet ille villicum de Re Rustica cap. 4.: Etiamsi aliquid habeas frondium, quod boves comedant; tamen nimis parum est frondis, quia stramenta desunt. Verba ejus sunt: 'Stramenta si deerunt, frondem iligneam legito, eam substernito ovibus bubusque.' Scioppius ex Horatio notavit, frondibus boves saginari. Sed et veteres glandem bubus in pabulum dederunt. Plautus Trucul. act. III. scen. 1. 'Ut bubus glandem prandio depromerem.' Vid. Gronovii Edit. p. 1107. Fres-

Digitized by Google

dibus etiam in inopia pabuli et angustia equos aluisse docet Cæsar de Bel. Civil. lib. III. 'Erat summa inopia pabuli, adeo ut follis ex arboribus strictis et teneris arundinum radicibus contusis equos alerent.' Non ergo erat ordinarium equos frondibus pasci. *Gud.*

23 *Stramenta desunt*] Mallem hujus loci sententiam erigere adjecta interrogatione. Nam et iratior hic loquitur dominus; cui generi convenit interrogatio; et per interrogationem efferuntur cætera. *Schef.*

Stramenta desunt] 'Stramenta mulis detrahere' apud Cæs. Bell. Gall. VII. *Gud.*

Tollere hæc aranea] Τὰ ἀράχνια. *Rig.*

Aranea] Telas intelligit. Nempe *araneus, a, um*, adjectivum est. Ita usurpavit et Petronius: 'Araneis oleo madentibus' dixit, hoc est, telis. Plinius Valerianus I. c. 11. 'Aranea tela imposita ex oleo.' Hinc *araneum* neutraliter et absolute, opus araneorum, subaudito *textum* vel *rete*. Cornelius Fronto: 'Araneum quod textum est, aranea quæ texit.' *Schef.*

24 *Quantum*] Mallet N. Heinsius legere *Quanti*. Schef. Nihil mutem. Ita Ovid. Ep. 12. 19. 'Quantum perfidiæ,' et 'Quantum dotis' Terent. Phorm. IV. 5. dixerunt. Plaut. Pœn. I. scen. 3. 22. 'Quantum Acheronte est mortuorum;' et ita alii. Formula autem similis illi Juvenalis Sat. IX. 59. 'Quantum erat exhausti lumbos donare clientis Jugeribus paucis?' *Burm.*

28 *Dominum videre*] Plin. l. XVIII. 6. 'Majores nostri fertilissimum in agris oculum domini esse dixerunt:' ubi exemplum Furii Cresini huic loco aptissimum vide sis. Plutarch. περὶ παίδων ἀγωγῆς. Κἀντεῦθα δὴ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ ἰντιπάτρου χαρὲν, ὃς οὐδὲν οὕτω πιαίνει τὸν ἵππον ὡς βασιλέως ὀφθαλμός. *Nev.* Vide scriptores de Re Rustica, Colum. I. 1. sub fin. Pallad. I. 6. Xenophon. Memorabil. Socrat. V. *Buchn.* Columel. III. ult. 'Quocumque domini præsentis oculi frequenter accessere, in ea parte majorem in modum fructus exuberat.'

Dominum videre plurimum in rebus suis] Catonis monitum est, 'Frontem occipitio priorem esse.' Quod sic interpretatur Plinius lib. XVIII. c. 5. 'Frontem domini agro plus prodesse, quam occipitium.' Idem c. 6. 'Profecto,' inquit, 'opera, non impensa, cultura constat. Et ideo majores fertilissimum in agro oculum domini esse dixerunt.' *Rig.*

Dominum videre plurimum in rebus suis] Ὄμμα γὰρ δόμων νομίζω δεσπότου παρουσίαν, id est, *Namque lumen ædium puto esse heri præsentiam*, ut ait Æschylus in Persis. Vide et Aristotelem Œconomic. l. I. c. 6. ubi refert apophthegma cujusdam, qui dixerit, 'Oculum domini esse, qui maxime pinguefaciat equum.' Plinius lib. XVIII. 6. 'Majores fertilissimum in agro oculum domini esse dixerunt.' At contra secundum Pomponium: 'Longe ab urbe villicarier, quo herus rarenter venit, Non villicarier, sed dominari, mea est sententia.' Et similiter Symmachus Ep. lib. IX. 6. 'Actores,' inquit, 'absentium, quibus res longinqua remittitur, (f. committitur) tanquam soluti legibus vivunt: quoniam procul positis nullus dominorum terror incurrit.' Huc et Plautinum illud facit: 'Ubi summus Imperator ad exercitum non est.' Cum hujus fabellæ argumento magnam habet cognationem apologus ille Æsopius de Cassita et pullis ejus ac domino segetis, in quo nidulabatur, descriptus ab Agellio lib. II. 29. et a Gabr. Faërno. Claudit eum et obsignat uterque versibus trochaicis Ennii, quos cordi et memoriæ habere operæ pretium est: 'Hoc erit tibi argumentum semper in promptu situm, Ne quid expectes amicos, quod tute agere possies.' *Ritt.*

Digitized by Google

EPILOGUS.

1 *Æsopo ingentem statuam*] Æsopi vita: Καὶ ὡς συνειδότες ἑαυτοῖς ἀδίκως φονευθέντι καὶ στήλην ἀνέστησαν. *Rig.*

Æsopo ingentem statuam posuere Attici] Statuæ hujus auctorem fuisse nobilissimum illum statuarium Lysippum (a quo solo se fingi velle edixit Alexander Magnus) discimus ex epigrammate Agathiæ Scholastici, qui Justiniani Imp. ævo vixit. Id e lib. IV. Anthologiæ tit. Εἰς φιλοσόφους, εἰς εἰκόνα Αἰσώπου hunc adscribere placuit cum Latina versione nostra. Ex eodem hoc quoque discimus, cum iidem Athenienses etiam septem Sapientibus Græciæ singulis suas collocassent statuas, omnium maximum honorem eos habuisse Æsopo, ejusque statuam ordine primam esse voluisse. Sic igitur Agathias: Εὖγε ποιῶν, Λυσίππε γέρων, Σικυώνιε πλάστα, Δείκελον Αἰσώπου στήσαν τοῦ Σαμίου Ἑπτὰ σοφῶν ἐμπρόσθεν. ἐπεὶ κεῖνοι μὲν ἀνάγκην Ἔμβαλον, οὐ πειθὼ, φθέγμασι τοῖς σφετέροις. Ὅς δὲ σοφοῖς μύθοις καὶ πλάσμασι καίρια λέξας, Παίζων, ἐν σπουδῇ πείθει ἐχεφρονέειν. Φευκτὸν δ' ἡ τρηχεῖα παραίνεσις. ἡ Σαμίου δὲ Τὸ γλυκὺ τοῦ μύθου καλὸν ἔχει δέλεαρ. Vellem pari suavitate hæc Latinis metris a me includi posse. Sed reddam ut potero: *Laudo te, Lysippe senex, Sicyonie sculptor, Æsopi effigiem quod statuis Samii Ante Sophos septem; quibus omnia tradita duris Legibus; in verbis suadaque nulla fuit. Ast hic fabellis figmentisque omnia condit, Per lusum suadens corda hominum ut sapiant. Aspera præcepta aversamur: fabula dulcis Esca instar monitis additur a Samio.* Ritt.

Ingentem] Nam et in eo pars fuit honoris, si fieret statua supra vulgarem magnitudinem. *Schef.* Credidierim Gudium dexterrime conjecisse *Æsopi ingenio*: non enim videtur statua, Æsopo posita, magnitudine alias viris claris et bene meritis erectas superasse. Neque novum librariis esse pro *ingenio*, *ingentem* nobis obtrudere, ostendit Acidalius ad Curt. x. 4. n. 32. Probavit hanc Gudii conjecturam jam olim Vir Illustris Ez. Spanhemius ad Juliani Cæsares pag. 528. At non placuit Hoogstratano nostro, quod nollem. Neque Agathiæ Epigramma deducere eum debuisset, ubi verbum nullum de modo statuæ, sed de ordine, quo posita: non præteriisset enim, si etiam supra septem sapientium statuas Æsopi colossea eminuisset: et sane talem, *si ingentem* retinemus, fuisse credendum est: *ingens* enim plus est quam *magnus*. *Ingenio* ergo Æsopi posita est statua, ut mox præfatione libri tertii vs. 4. 'Ingenium' in fabularum inventione agnoscit: et vs. 53. eum 'Famam æternam ingenio suo condidisse' ait: et sequentia ('Nec generi tribui sed virtuti gloriam') non Æsopo ob nobilitatem, sed ob ingenium, positam docent. Vide plura in hanc rem apud Ciceron. pro Mur. cap. 8. Senec. de Benefic. III. 18. *Burm.*

Posuere] Proprium verbum. Cicer. Verr. 2. 'Heredem statuas esse jussum in foro ponere; nisi posuisset, Veneri Erycinæ esse multatum.' Suet. Calig. 34. 'Vetuit post hæc viventium cuiquam usquam statuam poni.' Ita infiniti alii. Notat autem donum honoris caussa. *Schef.* Ovid. Art. III. 409. 'Ennius emeruit, Calabris in montibus ortus, Contiguus poni, Scipio magne, tibi.'

Digitized by Google

2 *Servum*] Significanter, pro, licet foret servus, nempe quia his concessus honor iste non fuit. Observavit diligentissime, ut omnia, Nob. Dom. Grypenhielm. seu Figrelius in de Stat. c. 8. *Schef.*

Æterna in basi] *Ænea basi*, vel *extrema basi*. Guiet. Basis et tabella, cui titulus inscribitur, προσθῆκαι sunt statuæ; 'Additamenta' Crispo, Orat. de Rep. II. *Prasch.* Respectu voluntatis et propositi Atheniensium. Erant enim bases illæ ex saxo, forma quadrata vel rotunda. Eundem consule Figrel. Apuleius Asin. lib. II. 'Amoris profundi pedicis æternis alligat.' Vide ibi Pricæum. Statius lib. I. de equo æneo Domitiani: 'Teneat quamvis æterna crepido.' *Schef.* Eleganter Phædrus respicit sollemnes inscriptiones statuarum, et monumentorum, quibus memoria clarorum virorum æternitati commendabatur. Sic apud Gruter. pag. 372. 6. Tertullus dicitur Conjugi suæ 'Æternitatis memoriam posuisse.' Et in marmoribus Felsineis a Malvasia editis sect. 7. c. 2. 'Pompeiæ Maximæ, memoriæ æternæ.' Reines. Insc. 6. 129. 'Statuam ad vivacem recordationem, et sempiternam memoriam posuerunt.' Ammian. Marcell. XXIV. 6. 'Ex his, quidam æternitati se commendari posse per statuas existimantes, eas ardenter affectant.' Hinc satis puto Gnieti corrigendi audaciam retundi. *Burm.*

Æterna in basi] Ridiculum est, quod vir doctus conjicit, *ænea in basi*. Quis unquam audivit, statuam marmoream in ænea basi? Imo vero contrarium faciebant veteres. Ita in collectis meis, (E E. 13.) signum æneum cum hypobasi marmorea. Statuæ ex marmore, signa pleraque ex ære. *Gud.*

3 *Patere honoris, &c.*] Inscriptio apud Gruter. pag. 705. 12. 'Nulli præclusa est virtus, omnibus patet, non quærit censum, sed nudo homine contenta est.'

Honoris] Ms. *Homini*. Legendum ex V. E. *Patere homini, scirent ut cuncti, viam.* Et ita Salmasius ad oram libri. *Homini* est, quod vulgo diceretur, personæ. Versus autem propterea non claudicat, quem ab hoc vitio defendit aspirationis ratio. Sic Seneca in Octavia: 'Tristes Philippi, hausit et Siculum mare.' Idem Agamem. 'Hinc scelere Lemnon nobilem, hinc Chalciden.' Sic apud Phædrum lib. I. fab. 12. 'Tunc moriens vocem hanc dedisse dicitur.' Sic enim V. C. Danielis ibi legit. *Gud.*

4 *Generi*] Ms. *Genere*. Gud.

5 *Quoniam occuparat*] Optime Rittershusius hæc explicat; licet malit, *Quod jam occuparat*, scribere Rigaltius, Neveleto teste. Quod autem censet Rittershus. præcessisse versum, qui exciderit, id ego quidem hactenus non intelligo. Hæc enim est sententia: Quia Attici facto suo docuerunt, cunctis cujuscunque sortis aditum patere ad honorem, ego quoque consequi eum studui, exemplo Æsopi. *Schef.* Hæc non de Æsopo, sed Melisso, qui jocorum libellos, qui ex Apologis Æsopicis constabant, conscripserat, intelligenda censet Heins. ad Ovid. ex Pont. IV. El. ult. v. 30.

Quoniam occuparat alter, &c.] Scribendum putabam: *Quod jam occuparat alter, ne primus forem: Ne solus esset, studui quod superfuit.* Ut inde sensus iste: Quod jam ab Æsopo, qui fabulas item conscripsit, occupatum est, fecit ne primus forem: quod vero ejus studii superfuit, mihique veluti relictum est, fecit ne solus esset. *Ritt.*

Occuparat] Turpilius Trasileone similiter absolute usurpat, Nonio citante, istis verbis: 'Ceeso occupare, et me in colloquium conferre horum.' Plinius Paneg. X. 'Occupavit, primusque fecit, quod omnes facturi erant;' sicut Noster. *Schef.* Plin. XXXVI. 5. 'Nec multo plurium fama est, quorumdam claritati in operibus eximiis obstante

Digitized by Google

numero artificum, quoniam nec unus occupat gloriam, nec plures pariter nuncupari possunt.' *Burm.*

Ne primus foret. Nec solus esset, studii quod superfuit] Sensus huic lectioni prorsus nullus inest, si ullus mihi. Quare sic eam restituendam censeo, ut pro *foret*, legamus *forem*: pro *Nec*, *Ne*: pro *studii*, *studui*. Ita Phædrus hoc dicet: Quoniam alter (Æsopus scilicet) occuparat (id est, prævenit, antevertit me: hoc enim est occupare, Græce φθάνειν, ut Plautus Rud. 'Occupas præloqui:' et Pseudol. 'Occupes prior adire') ne ego primus forem (fabularum scilicet inventor), studui quod superfuit, h. e. in id incubui, id operam dedi, quod mihi relictum est, et, quod proximum erat, ne ipse solus esset fabulator. Lacunam, quæ hic præcedit, tale quippiam habuisse suspicor: *Ad ejus exemplum ipse scribo fabulas.* Simile est illud nescio cujus elogium: 'Cicero effecit, ne Demosthenes esset solus orator: Demosthenes ne Cicero primus foret.' *Rit.*

Foret] Ita Ms. et pr. Edit. Sed corrigit Salmasius, et legit *forem*. Gud.

6 *Ne solus, &c.*] Ms. *studii*. Hinc Salmasius legit, *studii quid superfuit*; sed post corrigit, *studiis quod superfuit*. Gud.

Studui quod superfuit] Nihil puto mutandum, et illud, *quod superfuit*, recte a Rittershusio et Rigaltio explicari puto: Cum præripuisset alter gloriam illam, ne primus forem, *studui* et operam dedi, ne solus esset ille, quod unum mihi supererat. Ovid. Ep. XIX. 16. 'Quod faciam superest præter amare nihil. Quod superest facio.' De Nuce: 'Quod superest, tutum, Pontice Castor, habes.' Conjicit vero Richterus, in specimine Observ. Crit. 'Ne solus esset, scripsi, quod superfuit.' Sed bene est, quod ipse non mordicus defendat hanc conjecturam. *Burm.*

7 *Æmulatio*] Vid. J. Fr. Gronov. ad Liv. I. 18.

8 *Faverit*] Ms. *Faber et*. Gud.

9 *Plures*] Qui similia facient, incitati successu meo. *Schef.*

Opponat Græciæ] Tanquam tales, qui, quod ibi Græce alii, ipsi Latine composuerint, æquali ingenio præstantinque. *Schef.* Cum hac enim certamen omnis laudis erat Latio. Generis hujus sunt Vitæ Parallelæ Plutarchi, Macrobius de Homero et Virgilio. Sic oppositi Poetæ, Oratores, alii. Græci enim 'sua tantum mirantes,' ut ait Tac. An. II. 88. invidebant Romanis, ut exemplum est in Cicerone Plutarchi cap. 5. 'Favebantque contra eos vel Parthorum gloriæ,' Liv. IX. 18. Adde Dionys. Halic. I. 4. *Freinsh.*

10 *Si livor*] Puto *Sin* scribendum, ut mox: 'Sin autem ab illis,' &c. *Schef.*

Si livor] Puto legendum *Sin*. Ms. *libor*, et *oblectare*: lege, *objectare*; ut Salmasius ad oram libri ex vetusto codice legit. Tacitus Annal. lib. IV. 33. 'Aliena malefacta sibi objectari putant.' Et An. lib. XVI. 22. 'Quia et illa objectabat.' *Gud.*

Curam] Hoc opus, quod cum cura studioque elaboravi. Tacitus An. IV. 2. 'Quorum in manus cura nostra venerit.' Ovidius Ep. ex Ponto IV. ult. 'Quorum quod inedita cura est.' Sic enim habet optima Heinsiana. *Schef.* Vide Acidal. ad Auctorem Dialogi de Orator. cap. 6. Sic de studio naturæ Ovid. Met. XV. 7. 'Hujus amor curæ:' et ita 'Assyriam curam' Lucan. VI. 429. et 'Babyloniam' Claudian. VI. Cons. Honor. 18. dixere de Astrologiæ studio. Unde 'Curiosi,' qui arti huic vanæ operantur. Horat. Epod. ult. 77. Vide Steph. Sched. II. 28. et Brisson. Lexic. in *curiositas*. Burm.

11 *Eripiet*] Mihi scilicet, quippe qui me ista sic scripsisse scio, ut promeritus sim laudem. Ut mox se-

Digitized by Google

quenti lib. III. 1. 'Mihi solemnis debetur gloria.' Num potius intelligendum hoc de aliis, qui, etiamsi ob livorem obtrectabunt, non poterunt tamen non intus et in conscientia videre, digna ista esse laude? Sed illud præfero. Nam ad eundem modum 'Conscientiam officii,' et 'Vitæ bene actæ,' Cicero quoque usurpavit. *Schef.* Laudis, id est, virtutis laude dignæ, seu factorum laudabilium. Virg. Æn. I. 'Sunt hic etiam sua præmia laudi.' Nepos XIII. 2. 'Cujus laudis ut memoria maneret.' *Prasch.*

12 *Si nostrum studium*] Præterpropter hunc locum aliqua deesse aut corrupta videntur. *Rig.*

Ad aures] De rumore loquuntur. Virgilius Æn. II. 'Fando aliquid si forte tuas pervenit ad aures.' *Schef.*

Ad aures pervenit tuas] Cicero, 'Accidere ad aures,' dicere amat: ut pro P. Sestio: 'Nihil ut unquam videretur tam populare ad populi Rom. aures accidisse.' Et in Vatinium: 'Non putas fas esse, verbum ex ore exire cujusquam, quod non jucundum et honorificum ad aures tuas accidat.' Ubi vulgo non recte, *accedat*. Sic Accius apud Nonium: 'Simul ac nota vox ad aures accidit.' *Rit.*

13 *Et arte*] Lege, *Et apte fictas*, id est, non inepte. Ovid. Fast. 'Ligna senex minuit, concisaque construit apte.' Liv. I. 'Pileum capiti apte reponit.' *Heins.*

Sentit] Eleganter, respectu efficaciæ istius artis, quæ ipsos pæne sensus tangit ac titillat. Quemadmodum 'Sentire medicinam' dixit Celsus de ægroto, cum per eam convalescit. Si, inquit, experiris, scriptas esse has fabulas non inepte, sed arte singulari. Ita mox lib. III. 1. 'Ut liber animus sentiat vim carminis.' *Schef.*

14 *Submovet*] Ista mea, qua talem inveni lectorem, qui et intelligit artem, et ex ea capit delectationem. Faber sic hoc loco: 'Ita mihi beatus videor, nullum ut quærendi locum relictum esse putem.' *Submovet*, est, tollit, aufert, removet. *Schef.*

15 *Sin autem ab illis*] Sensus totius loci hic est, si sensum habeo: Si tibi, Lector, meæ fabulæ istæ complacuerint, et tu te ex iis correxeris; sat ero felix. Sin autem doctus ille labor meus hominibus scævis et invidis occurrerit, id est, adversus fuerit, æquo animo sortis meæ iniquitatem patiar. Et ita tu quoque, nisi fallor, hæc accepisti, nec temere mones particulam, *ab*, sententiæ adversari. Quam ego tamen (si quid nimis incerti ausim proponere) non ideo inducendam puto: malimque levi mutatione in *ac* mutare, et sic porro interpungere: *Sin autem; ac illis doctus occurrit labor*. Nosti satis, de quo ego alibi pluribus, elegantem et concisam illam loquendi rationem: q. d. Sin autem non admiseris hæc in aures animumque tuum, et si illis, qui irato genio nati sunt, hic labor meus occurrerit; patiar ac feram. Ceterum ut mecum scias, nec nimis, quod illi solent, æstuavi in conjectura hac, nec mihi valde de ea placeo, ne quis me censeat. Certe 'Occurrere' pro, adversari, et Propertius meus dixit. *Schiop.* Neque mihi displicet, quod habet Schoppius: *Sin autem; ac illis doctus occurrit labor*. Hoc sensu: Si autem illa mea non est fortuna, ut tu legas æstimesque, et illi tantum hunc laborem meum sumant in manus, qui, &c. *Occurrit*, Schoppius exponit, adversatur, inimicus est, odio est. Subtilitatem quærit, ubi nulla est. Dixerat supra 'Pervenit ad aures;' id hic alio modo reddit per *occurrit*. Ergo *occurrit* illis, est, ad aures, ad manus eorum pervenit. Cicero de Orat. 'Nihil te effugiet, atque omne, quod erit in re, occurret atque incidet.' *Schef.* Forte legi debet, *Sin autem: ac illis doctus acuerit labor. Acuerit* ab *aceo* vel *acesco*. Ovid. Rem. Amor. 307. 'Hæc tibi per totos inacescant omnia sensus.' Ubi vide notas noe-

Digitized by Google

tras. Hoc vult: Si non tantum tibi displiquero, sed etiam, quod plus est, hominibus malignis, qui omnia solent carpere. *Acescere* hic est, displicere, ingratum esse: nam *acescere* dicuntur vina, cum corrumpuntur, et in acetum degenerant, ut etiam 'mucere.' Cato de R. R. 146. et Pomponius l. 9. ff. de peric. et comm. rei. vendit. Hinc emendandus quoque Petronius, 'Dic, Chrysis, nunquid spiritus jejunio inacet?' vel *mucet;* vulgo ibi inepte *marcet*. Sic et Apuleius dixit 'Peracescere' non semel: hinc 'Acidæ calices' Plin. x. 70. et 'Acidus cantus' apud Petron. pro insuavi et ingrato, quod semel apud illum est corruptum, ubi 'Cantus acutus' male nunc legitur. Ab *acesco* vel *aceo* est *acuerit*. Ulpian. l. 1. ff. de pericul. et com. rei vend. 'Si vinum venditum acuerit, vel quid aliud vitii sustinuerit.' Horat. Epist. 'Sincerum est nisi vas, quodcunque infundis acescit.' Hinc et 'Acor,' Columel. l. III. 21. et. l. IV. ff. d. t. Hinc quoque est locutio, 'Aceto aliquem perfundere,' Horat. Serm. I. 7. et Plaut. Bacch. III. 3. 1. 'Sitne acetum tibi cor acre in pectore;' ubi lege *et cor acre*. Et in Pseud. II. 4. 49. 'Ecquid habet is homo aceti in pectore? CH. Atque acidissimi.' Corrige etiam Cicer. de Finibus II.: 'Incurrere in urbanitatem facetosam,' et lege, *acetosam*. Heins. Sub finem codicis sui nobilissimus manu sua scripserat: 'Quæ supra annotabam de *acescendi* verbo, nunc a me improbantur. Scribe: *Sin autem: ubi illis doctus occurret labor. Sin autem*, ut initio libri III. 'Quem si leges, lætabere; sin autem minus: Habebunt certe quo se oblectent posteri.' Ovid. 'Sin minus: est animus nobis effundere vitam.' Conjecerat præterea, *Sin autem doctus illis arguitur labor*. De illa formula *sin autem*, cui similis prologo sequentis libri, 'Sin autem minus,' vide Sciopp. Susp. Lect. III. 7. et Zinzerl. Promul. cap. 7. et qui de particulis L. L. scripsere, fere omnes. *Burm.*

Sin autem ab illis] Τὸ *ab* superesse videtur. Sensus certe id respuit. Lege: *Sin autem illis:* ut τὸ M non elidatur. Vel: *Sin autem et illis*. Rit.

Sin autem, &c.] Ut in Ms. ita et primæ editiones. Mutavit Ritters. Sciop. *Sin autem ac illis*, quod non improbem. In Ms. est *ab illis doctus*. Gud.

Sin autem ab illis doctus, &c.] Legebam: *Sin autem ab illis, &c.* vel *asellis:* nam sequitur deinceps: *Sinistra quos in lucem natura extulit*. Supra asellum vocaverat 'Naturæ dedecus.' *Rig.*

16 *Sinistra*] Qui aliter Dis iratis nati et scævi dicuntur. Agell. lib. XII. 13. 'Scævus profecto et cæcus animi forem, si, cum haberem tui copiam, issem magis ad alium, quam ad te.' Et Symmach. Epist. lib. III. 68. 'Quæ a quibusdam scævis designata dicuntur.' *Schiop.* Infausta, adversa, inimica, velut in pœnas et supplicia aliorum. Sic usurpavit Curtius VII. 12. *Schef.* Ita 'Sinistra fortuna,' Suet. Tib. 23. 'Sinistra hora,' Ovid. Ep. XXI. 68.

Extulit] Protulit, edidit. Sic Cicero loquitur alicubi in Verrin. de ægro. *Schef.*

18 *Fatale*] Malum, quod auctorem habet fatum, non culpam nostram. Ita verba hæc acceperam, cum me Cl. Gronovius monet per litteras, videri *vitium* pro *exitium* legendum: Et exponit tale, 'quod non magis effugere licet, quam fata, ut Tacitus: 'Vitium parvis magnisque civitatibus commune, ignorantiam recti, et invidiam.'' *Schef.*

Corde durato] Id est, 'Obdurato,' ut Catullus loquitur. 'Pertendens animo,' ut Propert. lib. II. 'Firmata mente,' ut Guntherus meus lib. I. vs. 468. Alludit autem ad sententiam versus Euripidei: Τὰς γὰρ ἐκ θε-

Digitized by Google

ὧν ἀνάγκας θνητὸν ὄντα δεῖ φέρειν hoc est: *Ferre fata Divum oportet, qui satus mortalis est.* Vel: *A Diis decreta ferto, quisque natus est homo.* Vel, ut ante nos vertit Georg. Ratallerus: *Quæ fata statuunt, ferre mortales decet.* Cui similiter Sophocles Philoctete: Ἄκουσον· ἀνθρώποισι τὰς μὲν ἐκ θεῶν Τύχας δοθείσας ἐστ' ἀναγκαῖον φέρειν. Addit ibidem antithesin malorum propria culpa attractorum: Ὅσοι δ' ἑκουσίαισιν ἔγκεινται βλάβαις, Ὥσπερ σὺ, τούτους οὔτε συγγνώμην ἔχειν Δίκαιόν ἐστιν, οὔτ' ἐποικτείρειν τινά. Id est, interprete Q. Septimio Flor. Christiano: *Adverte: Quæ mortalibus Fata invehantur cœlitus, necessitas Jubet illa ferre; at sponte qui miser sibi Accersit ultro incommodum, quod tu facis, Nec misericordiam ille, nec veniam meret.* Rit.

Corde durato] Destinato animo. Catullus: 'At tu, Catulle, destinatus obdura.' Petron. Satyr. 'Cujus tam crudeles manus in hoc supplicium durassent.' Virgil. Georg. III. 'Humeros ad vulnera durat.' Lucret. lib. v. 'Atque opere in duro durarent membra manusque.' Vetus Gloss. 'Durat, καρτερεῖ, μακροθυμεῖ, ὑπομένει.' Et Seneca Controv. I. 'Corpus illi erat et natura solidum, et multa exercitatione duratum.' *Rig.*

Corde durato feram] Id est, corde malis jam durato; explicat Lucan. in lib. v. 'Cætera damna Durata jam mente malis firmaque tulerunt.' In Ms. legitur *Durato*, Græco diphthongo: nam ita aliquando, ut nihil de lapidibus dicam, in scriptis codicibus. Certe Græci Manuscripti τῦτο. Hinc postea ῡ, quo hodie utimur; scilicet υ superpositum est τῷ ο μικρῷ. Sed diphthongum non esse indicat, quod etiam in syllabis brevibus reperiatur. Sic in Ms. Ciceronis Tuscul. Quæst. reperitur *Monumentum*. Gud.

Durato] Obfirmato a me ac indurato adversus talia. Sumsit ex Plauto, ut alia. Nam is ita Pseud. A. II. Sc. 3. 'CA. Crucior. PS. Cor dura.' *Schef.* Vid. ad Quinct. Decl. VI. 3.

19 *Fortunam criminis pudeat*] Quia vir bonus infelix, fortunæ crimen est, ut quæ innocentiæ ipsius injuriam faciat. Æquum enim esse videtur, ut bene bonis sit, male malis: quod nunc abest: ut est in veteri versu apud Ciceronem. Vide carmen in Fortunam inter Catalect. Virg. *Rit.*

Criminis] Quippe quæ sic afflixerit innocentem. Dixit Rittershusius. *Schef.*

Digitized by Google

LIBER III.

PROLOGUS AD EUTYCHUM.

Phædrus ad Eutychum] Sic Ms.

1 *Phædri libellos*] Ita veteres solere Poëtas loqui, pro, meos libellos, exemplis aliquot ostendit elegantissimus Hoogstratanus.

2 *Vaces oportet*] Plin. Ep. IX. 31. 'Eam reverentiam cum literis ipsis, tum scriptis tuis debeo, ut sumere illa, nisi vacuo animo, irreligiosum putem.' *Nev.*

Eutyche] Vetus inscriptio Romæ: 'Eutychus Aug. lib. Neronianus, medicus ludi matutini.' Ludus autem ille matutinus, 'Arena matutina' dicitur Martiali Epigr. lib. X. 25 quemadmodum et 'Matutinæ feræ,' Epigr. lib. XIII. 95. Fit et mentio aliorum 'Eutychorum' in inscriptionibus passim. *Rig.*

Eutyche] *Eutychi* nomen adhæsit plurimis familiis. Sic 'Ti. Claudius Eutychus' in nostris collectis pag. DCLII. 1. 'L. Publicius Eutychus Mun. Tar. lib.' id est, Municipii Tarsensis Libertus, apud Gruter. p. 83. n. 13. Alii, quibus id cognomen fuit, sunt, C. Abienus, M. Acutius M. L. A. Æmilius, L. Agrius, M. Aurelius, Cælius T. L. L. Calpurnius, C. Caninius, L. Cominius, C. Cornelius, M. Cusinius. Aliis fuit nomen paulum immutatum, *Eutyches:* ut L. Acilius, Ælius, P. Ælius, L. Annius Lib., P. Appius P. F. L. Atilius, Aurelius, Cæcilius, M. Cæsius, Ap. Claudius, Ti. Claudius. *Eutychetes* nomen servi est in lapide Romano p. CIↃLXXI. ubi perperam, Gruterus edidit *Eutychides.* Lapis ipse, quem in domo Cælimontana Mattheiorum An. 1662. vidimus, diserte *Eutychetes;* quo in lapide insignis error in nomine consulis; nam pro *M. Virgiliano Pedone,* quod verum ejus nomen est, lapis habet *M. Mergillano Pedone.*

A negotiis] Ita vocat curas publici officii, quomodo plerique veteres; unde etiam 'Negotiosa vita,' quæ opponitur privatæ, et otiosæ, et contemplationi litterisque deditæ. Dicam pluribus in commentariis ad officia Ciceron. *Schef.* Vel *negotiis* hic capere licet, ut 'Negotiantes,' de quibus ad Petron. CI. et Gronov. Obs. IV. 24. Ita Horat. Ep. II. 'Beatus ille, qui procul negotiis:' et hoc innuere Phædrum suspicari licet ex vers. 21. *Burm.*

4 *Inquis*] V. C. *inquit.* Heins. Paremus libenter ita legentibus viri doctis, et ipsi etiam Jacobo Gronovio, qui Patrem certe in hanc rem debuisset laudare, qui plurima exempla dedit ad Liv. XXXIV. 3. et Broukhusium quoque ad Propert. II. 24. 35. solitos veteres a secunda ad tertiam personam transferre orationem notasse docuit hic Hoogstratanus: et de Græcis idem indicavit nuper Raphelius in Annotat. in N. T. ex Xenophonte ad Act. Apost. I. 4. Ipse tamen Gronovius, qui nimis inertes, in eo quod pulchrum fuisset, omnes dicit, edi passus est, *inquis.* Burm.

Ingenium tuum] Id est, poëma tuum, opusculum. Proprie apud Latinos Poëtis *ingenium* adscribitur. Propert. I. 7. 'Tunc ego Romanis præferar ingeniis,' id est, Poëtis. Vide, quæ ibi notat Passeratius. *Burm.*

Digitized by Google

5 *Momentum ut horæ*] Vetus Gloss. 'Ῥοπὴ ἐπὶ ὥρας, momentum.' *Rig.*

Officii mei] Ut 'Tempus officii' dicitur, sic et 'Hora officii;' ut 'Temporis momentum,' sic et 'Horæ momentum;' atque hinc *momentum horæ officii*, minimum temporis horæve punctum, quæ hora, vel quod tempus officio est destinatum. Pæne ad eundem modum, sic ut apud Corn. Nep. vita Attici c. 3. 'Domicilium orbis terrarum imperii' legimus. Mallet tamen Heinsius *officiis meis*. Id quod nec Gronovio displicere ex ipsius literis intelligo. Faber ad lib. I. 27. disquirit, quid *officium* significet hoc loco, ac concludit: 'Debet explicari de officiosa divitum, magistratuum et principum salutatione, licet a viris doctis aliter intellectum.' Ego non existimo. Nec enim hic Eutychus is fuisse videtur, cujus unicum officium salutare. Arguit, quod sequitur, 'Ut adsuëtam FORTIUS PRÆSTES vicem.' Item, quod est fine lib. IV. ubi sine dubio ad hunc verba facit: 'Parco, ne tibi videar molestior, Destringit quem multarum rerum varietas.' Itaque *officium* de munere publico accipio, quod sustinebat forsitan in aula principali, audiens sollicitantium preces, et ad principem deferens. Vix enim aliter 'Occupatæ aures' ejus, quas mox memorat, possunt intelligi. Saltem hoc apparet, id officium non in salutando, quod putabat Faber, verum audiendo fuisse occupatum. Atque nescio, an non Fabrum in diversum traxerit locus minus diligenter inspectus. Citat sane ibi, ubi dixi, non *officii mei*, quod habent omnes libri, etiam ipsius, verum *tui: Momentum ut horæ pereat officii tui.* Schef. Lege *officiis meis.* Heins. Recte. Plin. præfat. 'Homines enim sumus et occupati officiis:' et alter Plinius de Avunculo suo Ep. lib. III. 5. qui tantum legit et scripsit, ut 'nec in officiis, nec in amicitia principum fuisse videatur.' Idem lib. IX. 15. 'Distringor officio, amicis deservio.' Eo sensu hæc vox Ovidio et aliis familiarissima: Ex Pont. I. 6. 'Nec quisquam meliore fide complectitur illas, Qua sinit officium militiæque labor.' *Burm.*

6 *Tangi tuis*] Ms. *tangit vis.*

7 *Occupatis auribus*] Eleg. in oppositione ad præcedens *manibus*, unde illud *tuis* huc trahendum est. *Schef.* Sic 'Vacivæ' et 'Feriatæ aures.' V. Munk. ad Fulg. Princ. *Heins.*

9 *Soluto*] Ms. *solito.* Gud.

Soluto pectore] Bono sensu pro, libero a curis. Quomodo Cicero 'Animo soluto ac libero' dixit in Verrina I. *Schef.*

10 *Viles nænias*] Sic per modestiam, aut usurpans cogitata Entychi, fabulas hasce suas Phædrus appellat. *Nænia*, carmen, quo mulcentur aures puerorum. Horat. Ep. I. 1. 'Roscia, dic, sodes, melior lex, an puerorum est Nænia, quæ regnum recte facientibus offert.' *Schef.* Lege: *Legunt potius aniles nænias.* Sic 'Aniles fabulæ' Apuleius Apolog. Et 'Anilis superstitio' Minut. Fel. ubi v. Herald. 'Aniles fabellæ' Horat. Sat. II. 6. 77. et Quintil. I. 8. et sic apud Mart. Capell. sub finem pro 'Senilem fabulam,' legendum *Anilem.* De næniis v. Muncker. ad Fulgent. Mythol. princip. *Heins.*

11 *Rei domesticæ*] Valt, frustra dicere ferias Eutychum, quippe quibus quidvis potius sit acturus, quam lecturus fabulas. *Schef.*

12 *Uxori vacet*] Hoc aiunt viri docti significare, quod apud *Petronium*, 'Nuptiale officium;' apud Martianum, 'Vacatio maritalis;' apud Fabium Declam. 291. 'Rem facere boni mariti.' Ego non opinor. An enim honeste satis Noster ita ad Eutychum foret locutus? Et quid? num hic opus erat feriis? Itaque *uxori vacare* hoc loco accipio pro, fabulari cum uxore, seria et jocos miscere, agere, quæ quoquo modo ei

Digitized by Google

esse possunt grata et jucunda. Quod nempe non poterat diebus aliis Eutychus, occupatus negotiis suis. Gallis est *entretenir*, nostris, *auffwarten*. Schef.

Uxori vaces] Ἔργῳ, vel ut loquitur Martianus Felix lib. I. 'Vacatione maritali.' 'Rem facias mariti' Fab. Declam. 291. 'Officio nuptiali' Petron. Nec enim nubunt puellæ, nisi ut mariti facto mulieres fiant; alias vanum connubii nomen, nec ullæ nuptiæ, sed nuptiarum umbra. Vidend. Achilles Tatius v. Leucipp. Solent autem ignavi ac desidiosi homines conjugium quasi studiorum impedimentum criminari: Et quis librorum, inquiunt, viles nœnias legere malit, quam uxori vacare? Imo probæ et pudicæ uxores ad Musas incitamenta sunt: et lepide, quia stilo maritali exarari solent, 'pugillares' nuncupantur. Artemidorus Oneirocrit II. Παιδὸς γυναῖκα σημαίνει, διὰ τὸ τέκνους παντοδαποῦς γραμμάτων ἐπιδέχεσθαι. τούτους δὲ ἐν τῇ συνηθείᾳ τὰ τέκνα καλοῦμεν. Sic Pompeius Saturninus, quam virginem, hoc est, puram, simplicem, illiteratam, et quasi novos pugillares acceperat, eruditam ac literatam fecit. Plin. Ep. I. Sidon. Apollinaris Ep. lib. II. 10. Hesperio: 'Opus est, ut sine dissimulatione lectites, sine fine lecturias: neque patiaris, ut te ab hoc proposito propediem conjux domum feliciter ducenda deflectat. Sisque oppido meminens, quod olim Martia Hortensio, Terentia Tullio, Calpurnia Plinio, Pudentilla Apuleio, Rusticiana Symmacho legentibus meditantibusque candelas et candelabra tenuerint. Certe si præter rem oratoriam, contubernio feminarum poëticum ingenium et oris tui limam, frequentium studiorum cotibus expolitam, quereris obtundi, reminiscere, quod sæpe versum Corinna cum suo Nasone complevit, Lesbia cum Catullo, Cesennia cum Gætulico, Argentaria cum Lucano, Cynthia cum Propertio, Delia cum Tibullo. Proinde liquido claret, studentibus discendi per nuptias occasionem tribui, desidibus excusationem.' *Rig.*

13 *Otium des corpori*] Cures illud. Plinius 'Corpori vacare' dixit in Epistolis hoc sensu, quod Rigaltius jam observavit. Cæterum ut hic *dare otium corpori*, sic infra c. 15. 'Dare lusum animo.' *Schef.*

Otium des corpori] Id est, corpus cures. *Rit.*

Otium des corpori, ut ad s. p. v.] Plinius Epist. I. 9. 'Corpori vaco, cujus fulturis animus sustinetur.' *Rig.*

14 *Ut ad suëtam*] Leg. ὑφ' ὃν, *assuëtam*. Nam *perstare ad vicem suetam*, parum Latine dici arbitror. At *perstare vicem* eleganter dictum, ut 'Perseverare aliquid' Symmachus et alii. Pithœus tamen ex V. C. aliam annotavit lectionem, *præstet*. Est autem totum hoc Procœmium elegantius et satis liberum. Quis Eutychus iste fuerit, qualeve officium aut qualem vicem in aula Tiberii sustinuerit, non habeo compertum. Fortasse libertus aliquis potens fuit in aula Imp. ut et de Particulone et de Filito suspicari libet, quos infra compellat. Facit quidem Josephus Ant. Jud. lib. XVIII. duorum mentionem libertorum et arrigarum, quibus Eutychis nomen fuit. Sed eorum alterutri hæc a Phædro scripta fuisse, vix ausim dicere. *Rit.*

Præstes] *Vicem* posuit pro munere. Ita *Tacitus Explere vicem* de iis, qui peragunt ea, quæ sunt sui muneris An. IV. 8. *Vestram meamque vicem explete*. *Præstare* est, peragere. Sic Cicero 'Munus suum præstare' in De Orat. Schef. Lege *præstes*. Et sic V. C. Pithœi. Vel lege, *perstet*. Heins. *Vicem* hic interpretor regressum ab otio ad munus; hoc enim proprie notat vox, cum alternamus et mutamus res et negotia. Ita, licet de alia re, Horat. Od. III. 29. *Grata divi-*

Digitized by Google

bus vices. Sic Servius ad Virg. Æn. II. 432. *vices* interpretatur pugnas, quia per vicissitudinem pugnatur; et hinc illa locutio 'Suam vicem officio fungi,' illustrata egregie a Gronovio ad Liv. I. 9. et ita 'Vices' in excubiis et aliis castrensibus muneribus. De quibus ad Quinct. Decl. II. c. 2. *Burm.*

17 *Ego quem Pierio mater, &c.*] Orpheus Hym. Μνημοσύνης καὶ Ζηνὸς ἐριγδούπου θύγατερ Μοῦσαι Πιερίδες μεγαλώνυμοι, ἀγλαοφθεγμοι. Idem: Μνημοσύνην καλέω Ζηνὸς σύλλεκτρον ἄνασσαν Ἣ Μούσας τέκετο' ἱερὰς ὁσίας λιγυφώνους. Enmelus: Μνημοσύνης καὶ Ζηνὸς Ὀλυμπίου ἐννέα κοῦραι. Solon: Μνημοσύνης καὶ Διὸς Ὀλυμπίου ἀγλαὰ τέκνα. Antonius Liberalis Metamorphos. Διὸς Μνημοσύνῃ μιγεὶς ἐν Πιερίᾳ Μούσας ἐγέννησεν. *Rig.*

Pierio] Dixi de hoc ante, in vita Phædri. Ursinus habet pro locutione proverbiali, sine causa hoc in loco, ut existimo. *Schef.*

18 *Mnemosyne*] Plutarch. περὶ παιδ. ἀγωγ. rationem reddit, cur Mnemosyne Musarum dicatur parens: Ἡ Μνήμη ὅσπερ παιδείας ἐστὶ ταμεῖον, καὶ διὰ τοῦτο μητέρα τῶν Μουσῶν ἐμυθολογησαν εἶναι τὴν Μνημοσύνην ἐπιττόμενοι καὶ παραδηλοῦντες οὔτως οὐδὲν γεννᾷν καὶ τρέφειν ὡς ἡ μνήμη πέφυκε. Vid. Max. Tyr. Sermon. κή. *Nev.*

Mnemosyne] Ms. *Nemosyne.* Gud.

19 *Fœcunda*] Ms. *Facunda.* Gud.

Novies] Quæ novem edidit liberos uno partu; eleganter. *Schef.*

Artium] Musarum, quæ artes invenerunt. Vide de his omnibus Gyraldum peculiari syntagmate de Musis. *Schef.* Ita Horat. 'Centum puer artium.' Forte tamen legendum *artificem.* Heins.

20 *In ipsa natus*] Lege, *parne sim natus schola.* Heins. An Heinsius mutare voluerit, quia metrum sibi constare non videbatur, nescio: sed non opus esse Musas sibi præ aliis faventes habere, ne aures offendantur hac vocum positione, certe scio; qui videó, principes Poëtarum syllabas breves produxisse, si vox sequens a *sc sp* vel similibus inciperet: immo fuisse viros doctissimos, qui nefas crediderint, si corriperetur. Ne multis exemplis obruamus lectorem, consulat Pincier. Parerg. lib. IV. 12. qui morosissimo satisfaciet, et utrumque usitatum docebit; ut et Barth. ad Calpur. Ecl. II. 31. qui, licet hoc concedat, tamen pro frequentiori ibi stat, ut et Adv. XXI. 8. et XXIII. 4. et ad Stat. Theb. VI. 551. Vid. et Lambin. ad Horat. Sat. I. 2. et 5. Quibus licet nos refragari nolimus, credimus tamen cum Acrone ad Horat. Sat. II. 3. 43. communem effici ea positione syllabam, neque in Phædro eam fuisse religionem legis pediæ deprehendimus, ut non liberius sibi indulserit: et ita Lucan. v. 118. 'Aut pretium, quippe stimulo fluctuque furoris.' Sidon. Carm. v. 87. 'Hannibal ante meus, quam nostra Scipio vidit:' et v. 205. 'Exclusa sceptris Geticis:' et infinita possent ex ipso Marone et aliis produci exempla, si tanti videretur. Adi Taubm. ad Virg. XI. 309. et Broukh. ad Tibul. I. v. 28. *Burm.*

Schola] Quia a *Pierio* monte Musisque ibi habitantibus propagatæ artes in cæteras orbis partes ferebantur. Videtur autem simul hic innuere Noster, quod Scholasticus fuerit. Rhetor forte, vel Grammaticus. Sic 'Hominem inter literas natum' usurpavit Justinus VI. 8. de Epaminonda. *Schef.* 'Nati in literis' Cicer. de Orat. III. 32. et 'In Fetialium manibus natus' Verr. v. 19. Simile illud Statii Theb. VI. 739. 'Sacras inter crevisse palæstras.' *Burm.*

21 *Curam habendi*] Sic *amorem habendi* Ovid. dixit avaritiam: 'Tempore crevit amor, qui nunc est summus, habendi.' Et Horat. Ep. I. 7. 'Amore senescit habendi.' *Rit.*

Habendi] Supple, rem, pecunias. Sic Horatius et alii loquuntur, testè

Digitized by Google

Rittersh. *Schef.* Vid. infr. ad lib. v. fab. 4. Πλεονεξία illa cura habendi Græcis dicitur. Vid. Evang. Luc. XII. 15. Ovidius Art. Am. III. 541. et Fast. I. 195. vocat 'Amorem habendi.' Aurel. Victor. Cæs. III. 'Studium habendi.' Rutil. Lup. de Figur. Sent. p. 7. 'Cupiditatem habendi.' *Burm.*

Eraserim] Eleganter, ad indicandum studium summum ejiciendæ ejus cupiditatis. Sic 'Eradere timorem' dixit Seneca in Thyest. Pulcherrimus alias locus, qui ostendit, quid plerisque ad veram eruditionem obstet, nempe studium divitiarum. Vix enim ista duo consistunt inter se, neque potest fieri, ut unus idemque simul et literis det operam, et congerendis pecuniis. Id quod quotidianis pæne ad fastidium discimus exemplis. *Schef.* Horat. Od. III. 24. 'Eradenda cupidinis Pravi sunt elementa: et teneræ nimis Mentes asperioribus Formandæ studiis.' *Heins.*

22 *Et laude invita*] Vulgatam hanc lectionem Viri docti varie tentarunt explicare. Quicquid explicent, nobis non videtur sanum. Neque aliter illi visum est viro magno, qui primus locum emendare tentavit. Sed scribendum omnino, *Et laude multa*; quomodo scribendum ostendit illud, quod statim sequitur; ut fastidium quorundam poëtarum, ægre admodum Phædrum in cœtum recipientium, opponatur laudi huic multæ. Hoc dicit ergo poëta: Quamvis ego in hoc studiorum genere multam laudem sim assecutus, ægre tamen, et non nisi quodam cum fastidio, recipior in Musarum cœtum. *Laus multa* hic autem est, non quidem magna, sed multa, sive multorum hominum; quod modestius est, quam si dixisset *magna laude*; *multam* enim *laudem* a multis mereri facilius est, quam a magnis *magnam*. Sic Horatius de Arte. Poët. 'Successit vetus his Comœdia, non sine multa Laude.' Passim autem Phædrus sibi laudem tribuit. Sic capitulo præcedenti: 'Si livor obtrectare curam voluerit, Non tamen eripiet laudis conscientiam.' Et ad finem hujus præfationis: 'Mihi solennis debetur gloria.' Iterum in præfatione libri V. 'Mihi parta laus est.' *Invita* autem et *multa* uno eodemque fere modo in vetustis membranis scribuntur; certe in et M dignosci non possunt nisi ex sensu; *L* et *I* etiam parum differunt, et passim in hoc libello confundi ostendimus; itaque cum Librarius illud *L* accepisset pro *I*, non potuit aliter, quam *invite*, legere. *Gud.*

Laude invita] In voce vitam τὸ *M* non exteritur, vel certe eo confugiendum, quo suadet Rittershusius, nimirum ut scribatur *incubuverim*, ἀφαιρέσει; lege, quæ supra annotata a me sunt. *Faber.* Quippe quæ me alio trahebat, cum in isthoc vitæ genere intelligeret, se mihi non posse prodesse. Vult, se non magis spectavisse laudem gloriamque in eligendo hoc vitæ genere, scholastico sc. ac litterato, quam divitias. Si enim illud voluisset, debuisset aliud sequi genus; quod vulgo magis laudatur, cui laus est favorabilior. Atque hoc est *laude invita*, ut opinor. Non dissimulabo tamen, eruditissimo Gronovio videri hic legendum, *Et laude nuda*, i. e. ob solam laudem, non ob aliud præmium. *Vitam*] Scholasticam sc. In hac voce *vitam* littera ultima non exteritur, quod Faber annotavit. *Schef.* Lege.: *Nec laude invita in hanc vitam incubuverim*: vel, *Et laude invita in hanc vitam haud incubuerim.* Heins. Gronovii conjecturam verba Inscriptionis Gruterianæ, ad epileg. libri præced. laudata confirmant: 'Nuda homine contenta est:' id est, Solo. Ita 'Nuda virtus' Gratio Cyneg. 8. Lucano IX. 594. et Stat. Theb. IV. 229. 'Nudæ vires' Theb. VI. 170. 'Nudâ odiâ' IX. 20. et quæ plura Barthius producit, et nos ad Petron.

Digitized by Google

LXXXVIII. et Heins. et Drakenb. ad Sil. I. 219. *Burm.*

Vitam incubuerim] PR. *vitam in hanc incubuerim.* Faber putat *m* in *vitam* non elidi. Ritterhusius: *incubuerim:* forte *in hancce.* Gud.

Incubuerim] F. scripserat Phædrus *incubuerim.* Solebant enim veteres *n* aliquando geminare metri causa. Exempla apud Plaut. et alios occurrunt. Sic inf. lib. III. fab. 18. legerim: *Tribuerit.* Rit.

23 *Fastidiose*] Ægre, difficulter, et quasi cum fastidio ac dedignatione ejus, qui tantopere ambit. Cicero in Ep. Att. 'Lente et fastidiose probare.' *Schef.* Senec. de Benef. II. 24. 'Alius accipit fastidiose.' Petron. c. 13. 'Tanquam mendici spolium etiam fastidiose venditabat.' Horat. Od. III. 1. 'Dominusque terræ Fastidiosus.' *Burm.*

Cætum] Musarum. Sensus: Etiamsi omnia posthabeam litteris ac doctrinæ, ut opes et gloriam, tamen ad eam veram solidamque non, nisi difficulter ac sero, pervenio. Verisimile, sed paucis persuadetur. *Schef.*

24 *Quid credis illis accidere, qui magnas opes*] Hegesias apud Rutil. Lup. II. de Fig. Sent. 'Alter in studio laudis versabatur, et industria virtutis vitam gloriosam, sed laboriosam, sequebatur: alter, in augenda pecunia occupatus, et habendi cupiditate depravatus, summas divitias summam virtutem existimabat.' *Rig.*

Accidere] Quomodo putas illum posse evadere doctum, qui, &c. *Schef.*

Magnas opes Exaggerare] Sic infra lib. IV. fab. 19. 'Qui dum quadrantes aggeras patrimonio.' Quamquam ibi forte, *aggeras*, est ab, adgerere; non ab, aggerare. Sic Cic. De Offic. I. 'Exaggerare rem familiarem:' et Catilinar. IV. 'Auctæ atque exaggeratæ fortunæ.' Pari elegantia Petronius Arb. dixit, exstruere divitias: 'Qui solas exstruere divitias curant, nihil volunt inter homines melius credi, quam quod ipsi tenent.' *Ritt.*

25 *Exaggerare*] Cicero de Offic. I. 'Quadrantes aggeras patrimonio.' Horatius: 'Exstructis in altum Divitiis.' Prudentius περὶ στεφ. in passione S. Laurentii: 'Deprome thesauros, malis Suadendo quos præstigiis Exaggeratos obtines.' *Gud.*

Quærit] Pulchre de eo, qui cum summa diligentia et desiderio agit. Virg. Æn. VII. 'Cunctantem, et quærentem dicere plura.' Livius I. 14. 'Cum parte majore, atque omni equitatu profectus, id quod quærebat, tumultuoso et minaci genere pugnæ adequitando ipsis prope portis, hostem excivit.' *Schef.*

Vigilia] H. e. vigilantia. Habes idem proœm. Inst. §. 1. *Prasch.* Non tam vigilantiam significat, ut existimant, quam curam et sollicitudinem. Cicero præf. Parad. 'Illud majorum vigiliarum munus in tuo nomine apparuit.' *Schef.*

26 *Docto labori*] Supra 'Doctus occurrit labor.' Democritus Hippocrati: 'Ἀνθρῶποι ἄνδρες σοφ' οἷς ὁ πόνος τῆς ἀρετῆς μανὴν κρίνεται. *Rig.*

Dulce] Opponitur eleganter præcedenti *Docto;* quasi diceret: Ibi labor est, hic lucrum: ibi doctum quidem aliquid, at hic dulce, quod est longe melius. *Dulce* est, jucundum, propter varias utilitates ex pecunia. *Schef.* Terent. Heaut. II. 2. 'Cui nihil jam præter pretium dulce est.'

27 *Quodcunque fuerit*] Non videtur sane pretium, ob duo isthæc verbula Sinonem laudare Virgilianum: nisi quid Satyrici subest, aut res in proverbium (ut multa sæpe) tunc abiit. *Prasch.* Sive perveniri hac ratione possit ad eruditionem, qua tu putas, sive non possit, ut ego censeo. Porro in proverbium veluti hoc abivisse apud veteres haud ægre assentior Lud. Praschio, ita suspicanti hoc loco. *Schef.* Terent. Hecyr. IV. 4.

Digitized by Google

47. 'Quidquid futurum fuerit.'

Quodcunque] Atque ita scribendum apud Virgilium ex vetustissimo Mediceo codice, cujus lectionem locus hic Phædri confirmat. Vulgo *Fuerint quæcunque*. Sed et auctoritate earundem membranarum delendus est versus proxime antecedens: 'Ille hæc deposita tandem formidine fatur.' Primo superfluus: sequitur enim 'Inquit.' Secundo falsum est, hæc locutum esse deposita formidine; immo vero paulo post poëta, 'Prosequitur pavitans.' *Gud.*

29 *Stylo*] Non ad Æsopi, sed præcedens *exarabo* pertinet. *Exarare stylo* est, scribere. Vide me in Opusculo Peculiari De Stylo. *Schef.* Immo *stylo Æsopi*, id est, genere scribendi. Quis enim credat, Phædri librum tertium cum Æsopi tertio congruere? *Burm.*

30 *Honori et meritis*] Ex veteri formula, quæ in inscriptionibus frequens..

31 *Sin autem minus*] Vir doctus tentat: *Sin, tamen haud minus.* Sed propter sequens *certe* nihil mutem. Nam et pulchrum hoc et usitatum, *sin autem minus.* Freinsh. Vid. ad Epilog. libr. II.

32 *Posteri*] Senec. Ep. XXI. 'Habebo apud posteros gratiam.'

33 *Fabularum genus*] I. e. fabulæ. Sic 'Jocorum genus' infra lib. IV. 16. Senec. Hippol. 338. 'Ignes sentit genus aligerum.' *Schef.*

Fabularum cur sit inv. genus] Id est, fabulæ. Ut initio libri II. 'Exemplis continetur Æsopi genus,' id est, Æsopus. Et libro V. ubi de tibicine: 'Et lepidum genus Desiderari cœpit, cujus flatibus,' &c. id est, lepidus tibicen. *Rig.*

34 *Brevi*] Forte *Breviter.* Heins. Nihil opus: ita enim et Cicero ad Fam. III. 8. 'Brevi tuis literis responderem:' et IV. 5. 'Decrevi brevi ad te perscribere.' *Burm.*

Servitus] Grandius et significantius sic appellat Æsopum. Adde autem Suidam voce Αἴσωπος, quem hic commode Neveletus citat. *Schef.* Verum quidem videtur hic de Æsopo servo loqui, sed verum quoque servitutem publicam sub Tyrannis 'omne studiorum genus paullo liberius et erectius periculosum facere,' ut ait Plin. Ep. IV. 5. ideoque talia deverticula quærere; et ideo Avunculum scripsisse suum Plinius dicit libros octo dubii sermonis, ne videretur ultra Grammaticos sapere. *Burm.*

Obnoxia] Arbitrio ac potestati alienæ subjecta. Absolute. Ita 'Animum obnoxium' dixit Plinius præf. operis, et apud Sueton. Tib. cap. 12. 'Obnoxium egit.' Plaut. in Trin. IV. sc. 3. 'Si bonus est, obnoxius sum.' Vide t. I. *Schef.* Sic loquendi libertatem (quod amicus meus et cognatus dilectissimus J. J. K. Diss. de Libertate Senatoria demonstratum ivit, attigitque ampliss. Bosius de Charact. beatæ Reip. §. 17.) gravissimi sæpe viri ænigmatis, satyris, dramatis, historiæ veteris imagine, et similibus rebus explicarunt: quibus exemplum præsens non immerito adscribas. *Prasch.* Ita 'Obnoxia infirmitas' Quinctil. Decl. XII. et Decl. I. 6. 'Calamitas obnoxia:' ubi vide Cl. Schultingium.

Servitus obnoxia] Intelligit Æsopum, qui Xantho Philosopho servitatem serviisse dicitur, ære ipsius redemtus. Servum autem hominem, ut Plautus alicubi ait, oculos, manus, linguam habere continentem oportet: plusque adeo ipsum scire, quam loqui, decet. Est autem hæc sors communis servo cum exule: de quo Polynices apud Euripidem interrogatus a matre, Τί φυγάσι τὸ δυσχερές; *Quæ res maxime accideret molesta exulibus?* respondet: Ἐν μὲν μέγιστον, οὐκ ἔχειν παῤῥησίαν: *Illud*, inquit, *unum omnium maximum, quod libere loqui non licet.*

Digitized by Google

Tum Jocasta: *Servile hoc narras, non loqui quod sentias audere: Δούλου τόδ' εἶπας, μὴ λέγειν ἃ τις φρονεῖ. Ritt.*

35 *Dicere*] Lege *hiscere*. Plaut. 'Ne hiscere quidem audebat.' Cicer. Philip. II. 'Respondebisne ad hoc? an omnino hiscere non audebis?' *Hiscere* cum quarto casu Propert. III. 3. 'Tantum operis nervis hiscere posse meis.' Hinc alibi dixit: 'Palam mutire plebeio piaculum est.' Et lib. I. fab. 2. 'Vocem præcludit metus.' Vide Euripidis locum a Rittershusio laudatum. Forte etiam legendum, *Quia, qua lubebat, non audebat hiscere.* Catul. Ep. 15. 'Quem tu, qua lubet, ut lubet moveto.' *Heins.* Ita apud Plaut. *Mil.* I 1. 11. melioris notæ codices, 'Mars haud ausit hiscere,' pro vulgato *dicere.*

36 *Affectus*] Non intelligit perturbationes, sed res quæ accidebant ipsi, quæ eum afficiebant. Hoc vult, omnes casus, qui venerant, omnem injuriam, qua afficiebatur, ultum esse fabula. Ita Celsus 'Corporis affectum' usurpavit pro eo, quo corpus aliter atque aliter afficitur. *Schef. Affectus* hic sunt sensus, ut animo suo sentiebat, nec audebat libere et directe eloqui, sed per fabulas adumbrabat. Sic Senec. de Ira II. 2. de Laberiano versu, 'Necesse est multos timeat, quem multi timent:' quo 'missam esse vocem publici affectus' dicit. Ita 'Affectus publicos' sæpe dixerunt auctores declamationum sub Quinctiliani nomine editarum. Vid. ad Decl. II. 1. *Burm.*

37 *Calumniam*] V. C. Pith. *Calumniæque fiet scelus et locis.* Forte legendum, *Calumniæque fictis illusit jocis.* Sic fab. 88. 'Plaudit illudens equis.' Alibi plura de hoc verbo. Vel legendum *adlusit.* Sic infra hoc verbo fab. ult. 'Intempestive qui occupato adluserit.' *Heins.*

Calumniamque fictis elusit jocis] Avien. Theodosio: 'In his scilicet urbane concepta falsitas decet, et non incumbit necessitas veritatis.' Vid. Aphthon. in Æsopi vita sub. fin. et Theon. Sophis. Progymnas. *Rig.*

38 *Ego porro illius semita feci viam*] Ms. *Ego illius pō.* Scripserat Phædrus, *ÆSOPI ILLIUS.* Posterioribus semibarbaris seculis cum scriptum esset, ut tum solebant, *ESOPIL-LIUS*, quia inter S et G maxima tum affinitas, neque animadvertisset scriba, geminandum illud primum *I;* hinc natum pro *ESO* illud *Ego. P* cum *O* proxime præcedenti putavit esse *porro*, nam in Mss. sic scriptum *porro: pō* cum circumflexo plerumque *porro* denotat. Scribendum omnino et distinguendum: *Calumniamque fictis elusit jocis. Æsopi illius semita feci viam.* 'Viam aliquam longam conficere,' est apud Ciceronem. Livius: 'Viam sibi ad castra facere:' *Se faire voie.* 'Viam facere sceleribus,' Seneca. 'Viam facere,' Plautus; *marcher, passer par quelque lieu.* Forte etiam legi posset, *Ego illius pro semita;* eo sensu quo Martialis Ep. lib. VII. 60. 'Et modo quæ fuerat semita, facta via est.' *Gud.*

Semita] Laborat versus. Nam *semita* primam producit. Quare malim: *Ego porro illius sem. Feci viam*, puto; idem esse, quasi dixisset, Ivi, profectus sum eam viam, quam ille ivit. Nec distinguo heic inter *viam* et *semitam.* Cicero dicit, 'Conficere viam.' Huc facit Lucretianus locus: 'Avia Pieridum peragro loca, nullius ante Trita solo.' *Schiop.* Non possum impetrare a me, quin existimem hic lacunam esse, et versus aliquot excidisse, quos nobis blattæ inviderint. *Faber.* Puto Nostrum scripsisse, *semitam, feci viam.* Notaverat Rittershusius, latiorem esse viam, angustiorem semitam, ex Cicerone atque Plauto. Id Schoppius repudiat, nec se ait inter hæc distinguere. Sed rectissime Rittershusius.

Digitized by Google

Hoc enim Noster vult, se Æsopi semitam, qua unus solusque ambulabat, repetendo, et frequentius, quam ipse fecerat, calcando effecisse, ut fieret via. Semita fit via, cum a pluribus incipit ambulari, et sic magis vulgatur, atque dilatatur. Id quod Phædrus a se ait factum, ideoque subjicit, *Et cogitavi PLURA, quam reliquerat.* Quod autem Faber putat, ante versum hunc nonnullos excidisse, quos nobis blattæ inviderint, in eo mihi suam sententiam non probat. *Schef.* Lege: *Exili porro e semita feci viam.* Heins. Mihi ultima Gudii conjectura non displicet, *Ego illius pro semita feci viam;* id est, studium ejus angustis terminis et pancis fabulis contentum ampliavi, plura cogitans, quam ille reliquerat. Ludunt vero sæpe autores, in his 'semitis,' 'viis,' 'itineribus', &c. Sic Flor. I. 14. 'Ad victoriam iter sanguinis sui semita aperuit;' id est, exiguo illo damno sui sanguinis militibus dedit occasionem victoriæ: nam qui primus iter aperit, semitam novam facit, quam alii sequentes ampliant, viam et iter facientes. Sic Propert. III. 3. 'Qua nova muscoso semita facta solo:' ubi vide Passeratium, qui angustam esse docet. Sic 'Viam facere' sibi auctores dicunt, qui genus peculiare scribendi sequuntur: ut Quinct. III. 1. 'Fecit deinde velut propriam Hermogenes viam.' 'Facere' vero 'viam' obviam apud Ovidium et alios est. Sed maxime huc pertinet locus Ciceronis, quem jam olim codici meo adscripsi, et huc adduxit Hoogstratanus, ex lib. II. in Verr. 23. ubi videndus Grævius, sed in quo nondum mihi satisfacio: 'Jam intelligetis hanc pecuniam, qua via modo visa exisse est ab isto, eadem semita revertisse:' ex quibus verbis colligeretur *viam* et *semitam* esse eandem. Sed legerem, *eandem semita revertisse:* Pecunia, quæ palam per viam abiit, eadem illa clam per semitam rediit. Offendit librarios pleonasmus ille *hanc*, et deinde *eandem:* sed ita centies Cicero et alii, ut alibi docemus. Præterea hinc explicandus ille Ovidii versus Art. II. 332. 'In tabulas multis hanc via fecit iter:' ut hic e semita via fit, ita illic e via fit latissimum discipulis iter et facile, per artes, quas magister amorum docet. Non etiam dissimilis locutio Velleii Paterculi lib. II. 3. 'Non enim ibi consistunt exempla, unde cœperunt, sed quamlibet in tenuem recepta tramitem, latissime evagandi sibi viam faciunt:' ubi *trames tenuis* est idem, quod hic *semita*. Vid. Lutat. et Barth. ad Stat. Theb. II. 48. et VI. 155. Non tamen damno alteram lectionem, *Ego porro illius semitam feci viam*, quam in eumdem sensum congruit: immo eam recepi in contextum. *Burm.*

39 *Cogitavi*] I. e. excogitavi. Liv. II. 55. *Praschà.* Pro composito, excogitavi. Sic Livius II. 55. 'Aliud agendum ac cogitandum;' quem locum opportune Praschius hic notavit. Corn. Nepos vita Datamis cap. 6. 'Quod ad suam perniciem fuerat cogitatum.' Quanquam, ne quid dissimulem, Noster pro, *et cogitavi*, una voce *excogitavi*, omissa conjunctione, sicut solet, scripsisse videatur. *Schef.* Lege: *Excogitando plura, quæ reliqua erant.* Heins. *Cogitare*, pro, excogitare utitur et Terent. Heaut. prol. v. 18. 'Sed hic auctor tantum poterit a facundia, Quantum ille potuit cogitare commode.' *Burm.*

41 *Accusator, index, testis*] Tacitus de iisdem Tiberii temporibus, Annal. lib. IV. 28. 'Accusator filius, &c. structas Principi insidias, missosque in Galliam concitores belli, index idem et testis, dicebat.' Quod Scioppii conjecturam firmat. Sed eodem loco ex sequentibus apparet, accusatores et delatores, sive indices,

Digitized by Google

eo tempore nomine eodem venire. Vide omnino locum, ubi Cæsar pro accusatoribus et delatoribus agit. Egregia Scipionis Africani posterioris verba ad Sacerdotem: ‘ Lucrifac censoriam notam, ne ego in tuam personam et accusatoris et testis et indicis partes egisse videar.’ De eodem Sejano Tacitus Annal. lib. IV. ‘ Adsimulabatque indicis partes adversus Germanici stirpem, subditis qui accusatorum nomina sustinerent.’ *Gud.*

Alius Sejano] Pro alius, quam Sejanus; vel, a Sejano diversus. Horat. ‘ Neve putes alium sapiente bonoque beatum.’ Idem: ‘ Ne....alius Lysippo duceret æra, &c.’ Sallust. ‘ Aliud bello mallet.’ Plaut. ‘ Qui quærit alia his, malum videtur quærere.’ Ita ibi recte decus nostrum Janus Gulielmus. *Schiop.* Pro, a Sejano, præpositione omissa, h. e. quam Sejanus; quod jam Neveletus observavit. Adde Heinsium ad Ovid. Amor. El. I. 4. 1. *Schef.*

Alius Sejano foret] Vid. Tacit. Ann. IV. et V. Sueton. Tiber. cap. 61. Dio LVIII. Eo sensu, quo Horat. dixit, ‘ Alius Lysippo.’ *Rig.*

Alius Sejano] Id est, alius quam Sejanus; ut apud Horatium: ‘ Alius Lysippo:’ quod primus Neveletus notavit. Et apud eundem Horatium, ‘ Alium sapiente bonoque beatum,’ quod habet Schefferus, qui remittit ad Heinsii not. ad Ovid. Amor. El. I. 4. 1. Sed non tantum Pœtæ, immo etiam Historici, ita loquuntur: Tacitus Ann. initio lib. XVI. ‘ Nec aliud per illos dies Populus credulitate, prudentes diversa fama, tulerat.’ Valens Acidalius notat: ‘ Recte cape, *aliud crudelitate;* id est, aliud quam crudelitatem.’ Plinius Nat. Hist. lib. II. de Deo: ‘ Alius mundo.’ Sic in V. Ms. id est, alius quam mundus. *Gud.*

42 *Judex*] Non vereor rescribere *index*. Qui Latinis scriptoribus idem valet quod, delator. Cicero pro Muræna: ‘ Vallatam indicibus atque sicariis.’ Et Paradoxo ultimo: ‘ Videt domi tuæ pariter accusatorum et indicum consociatos greges.’ Et tuus Ausonius: ‘ Indice me nemo, sed neque teste, perit.’ *Schiop.* Scribit Schoppius, *index*, et exponit, delatorem. At præcesserat de accusatore, qui a delatore nihil, hoc in loco quidem, differt. Dein repugnat ordo verborum. Præcedit *accusator*, sequitur *testis*, non potest post hunc *index* poni. Et ubi remanebit *judex?* Igitur nihil muto. Vox *judicis* vim Sejani innuit, ob quam satis ad damnationem in judicio fuit, a Sejano accusari. *Schef.* Male Schioppius *index*. Sejanus partes accusatoris, testis, et judicis sustinuit, et in Ausonii loco, quem citat, legitur: ‘ Judice me nemo, sed neque teste perit.’ *Heins.* Adde locum Taciti Ann. IV. 59. ubi Sejani in Germanici stirpem odium refert.

Judex alius denique] Rem judicii non fecit, qui mutare ausus est. *Rig.*

43 *Dignum*] Quia paterer propter ejusmodi aliquem, cujus vita fortunaque merentur, ut ipsius gratia quid feramus. Nunc, quis est *Sejanus*, unco paulo ante tractus? Hoc opinor velle. *Schef.*

Tantis malis] *Cunctis* legendum videtur Guyeto; id est, σύμπασι. *Gud.*

44 *Delinirem*] Legendum *delenirem*. Horat. Od. III. 1. ‘ Quod si dolentem nec Phrygius lapis, Nec purpurarum sidere clarior Delenit usus.’ Vid. ad Quinctil. Inst. v. 8. *Burm.*

45 *Suspicione*] Secundam in *Suspicione* per diastolen producit. Est autem locus hic eximius ad declarandam suspicionis indolem. Cui, quo penitius intelligeretur, hæc addenda censui. Suspicionis tria reperio genera: primum ingenuum, utile et laudandum, cui prudentia mater est

Digitized by Google

et moderatrix: quod nec facile concipitur, nec fovetur facile: melius fere sentire et omnia excusare sibi mavult, quousque res sinit. Sed nec facile ultionem parat, utpote cui 'satis est potuisse videri.' Ejus generis est suspicio Pamphili (nam Comicis exemplis uti libet, quo appareat, optimos affectuum pictores hos poëtas esse) in Hecyra III. 1. 19. Alterum morosum, credulum, præproperum, amicitiis adversum: quod incerta postulat ratione facere certa; quod erumpit in iras, æmulationes, jurgia, atque adeo ex incogitantia quadam provenit. Videre est id genus in Charino Terentii Andr. IV. 1. Simone ibid. v. 4. 6. Lachete Hec. II. 1. et IV. 4. 53. Demiphone Phorm. v. 7. 41. Est denique otiosum quoddam, improbum, ab animo callidissimo profectum: quod omnia tuta timet, nihilque non in pejus rapit, assuetudine magis vel natura, quam occasione: ut facit Davus Andr. I. 2. 4. Sæpe ex mala conscientia nascitur, exemplo Syri Heaut. v. 2. 49. cui merito timendum, ne propter malefacta scapulas perderet. Quam ob rem Agapetus cap. 47. Ὁ γάρ τινα μὴ ἀδικῶν, οὐχ ὑφορᾶται τινα. Et Seren. R. Jacobus Lib. II. Δάφνου βας. 'Hereditarius tyrannorum morbus est suspicio, exulceratæ conscientiæ fructus.' Ab hoc genere omnium pessimo, illa tempestate maxime quod grassabatur, Phædrus h. l. metuit. *Prasch.* Posset et legi *Suspectione*, de qua voce vide ad Quinct. Decl. I. 2. sed et secundam in *suspicio* produxit noster inf. fab. 10. 36. *Burm.*

Suspicione si quis] Ms. *Suspiciones quis.* Sed corrigunt alii. Secundam in *Suspicione* per diastolen producit PR. Sed legendum esse *Suspectione*, metrum postulat. Passim hoc nomen, præsertim apud Comicos, corruptum est. Sic apud Plaut. Amphitr. Act. I. Sc. 2. 'Et ne in suspicione ponatur stupri, Et clandestina ut celetur suspicio.' Egregie Scioppius in paradoxis Ep. 8. posteriori versu pro *suspicio*, auctoritate Donati et Festi, invitis omnibus Plauti scriptis codicibus, restituit *consuetio*; sed non transmittendus erat versus prior, in quo, ut versus Iambus Senarius constet, scribendum *suspectione*. Glossæ II. '*Suspectiuncula*; suspectio brevis.' *Gud.*

Si quis errabit] Severus Sulpicius in libr. de vita Martin. pag. 391. 'Nec vero quemquam nominare necesse est, licet nosmet ipsos plerique circumlatrent: sufficit, ut si quis hæc legerit et agnoverit, erubescat: nam si irascitur, de se ipse dictum fatebitur, cum fortasse nos de alio senserimus.' Idem Hieronymus Epist. ad Rust. de forma videndi, 'scio me offensurum esse quamplurimos, qui generalem de vitiis disputationem in suam referunt contumeliam, et dum mihi irascuntur, suam indicant conscientiam, multoque prius de se, quam de me, judicant.' *Nev.*

Errabit] Forte *aberrabit.* Heinsius.

46 *Rapiet*] Eleganter, velut de re ad se nihil pertinente. Dicet, se tactum et exagitatum tacite hac illave fabula. *Scheff.*

Rapiet ad se, quod erit commune omnium] Querolus Prologo: 'In ludis autem atque dictis antiquam nobis veniam exposcimus. Nemo sibimet arbitretur dici, quod nos populo dicimus. Neque propriam sibimet causam constituat communi ex joco. Nemo aliquid recognoscat; nos mentimur omnia.' *Rig.*

Erit] Peculiari notione ponitur, pro, esse debet. Ita inf. cap. 2. *Scheff.*

47 *Stulte nudabit*] Intelligendum forte, licet; cui respondeat, nihilominus. Sententia tali: Etiamsi per hoc, quod talia ad se rapit, stulte ac

Digitized by Google

inepte nudabit suam conscientiam, eamque conspiciendam omnibus præbebit, unde innocentia mea patefiet; tamen, etiamsi sic innocentia constabit mea, ego me apud ipsum nunc excusabo. Quanquam et intelligatur locus absque illo, licet; isto modo: Nudabit ille conscientiam quidem; nihilominus tamen ego velim me excusatum ei, quia non propterea scripsi, ut sic hic et ille se nudaret. Nisi quis existimet, fuisse apud nostrum, *Stulte et nudabit*. Cæterum *nudare* hic est, omnibus conspiciendam præbere. Quomodo Liv. III. cap. 48. 'Ætoli defectionem nudabant.' *Schef.* Vide Gronov. ad Liv. XLIV. 38. qui sæpe eo verbo utitur, sed et rariori significatione, pro, deprehendere alterius mentem, lib. XXXIV. 24. 'Ad Ætolos etiam legatum misit, magis ut nudaret animos, id quod evenit, quam spe impetrari posse.' Nisi et quis ibi *nudarent* mallet, quod tamen nollem: nam similiter Ovidius Am. II. v. 5. 'Non mihi deletæ nudant tua facta tabellæ.' Ibi tabellæ, apud Livium legatus, vel qui mittit, nudat animos. Quinctil. Decl. IV. cap. 4. 'Dignum, cui se fatorum arcana nudarent.' *Burm.*

49 *Neque enim notare singulos*] Hoc est, quod alius Poëta dixit: 'Parcere personis; dicere de vitiis.' Et quid si hic aliquis contendat legend. *Verum ipsa, vitia et mores h.* pro, *ipsam vitam, &c.* Fateor tamen, 'Vitam' et 'Mores' sæpe ἐκ παραλλήλου jungi. *Ritt.*

50 *Ipsam vitam et mores*] Mart. Ep. VIII. 3. 'Agnoscat mores vita legatque suos.' *Gud.*

51 *Forsan*] Metrum suadet ut legamus: *fors aliq. gr.* Schiop. Vel pueri videant, errorem esse in versu: legendum autem *fors* adverbialiter, quod apud Plautum et alios bonos scriptores passim reperias, sed nostra ante nos dixit Schoppius: at, quod jam monebo, nec ille, neque adeo quisquam alius, vidit, emendandum esse Ovidium Am. lib. II. Eleg. 8. 'At quanto, si forte refert, præsentior ipse,' &c. Legendum: *At quanto, si fors refert, &c.* Nam istud, *refert*, cum pro, interest sumitur, priorem habet longam: itaque ne aliquis Schoppius Ovidium quoque reprehendat, admittatur emendatio. *Faber.* Schoppius et Faber scribunt, *fors.* Verum melius, si, hoc retento, cum N. Heinsio legamus *quis*, pro *aliquis.* Et sic etiam Freinshemio placebat. *Schef.*

Forsan] Ms. Rem. *forsitan*, quod a metro longius adhuc abit; videtur tamen indicare, vitium illud, quo versus laborat, inesse voci *forsan* potius, quam sequenti pronomini *aliquis*, quod viri docti, Heinsius, Schefferus, Freinshemius, tentarunt. Quis enim non videt, utrumque et *forsan*, et *forsitan*, esse glossema, et interpretamentum veræ lectionis *fors?* quod idem omnino est, sed barbaris Monachis exscriptoribus non æque cognitum. Glos. Philox. 'Σχέδον, Fors, fortasse, forsitan, forsan.' Atque ita jam ante Scioppius: et Salmasius ad marginem libri notaverat. *Gud.*

Gravem. Si Phryx] Ms. *gravem Frigem fuisse Æsopum, si.* Gud.

52 *Si Phryx Æsopus pot. Anach. Scytha*] Apul. Apol. 'Quippe illa terræ alumna multum ad meliorem saporem juverit, et regio fœcunda, et cœlum pluvium, et ventus clemens, et sol apricus, et solum succidum. Enimvero animo hominis extrinsecus in hospitium corporis immigranti, quid ex istis addi vel minui ad virtutem vel malitiam potest? Quando non in omnibus gentibus varia ingenia provenere? quanquam videantur quædam stultitia vel solertia insigniores. Apud socordissimos Scythas Anacharsis sapiens natus est. Apud Athenienses catos, Meletides

Digitized by Google

fatuus.' Juv. Sat. x. 'Cujus prudentia monstrat, Magnos posse viros et magna exempla daturos Vervecum in patria crassoque sub aëre nasci.' Vet. Interpres: 'Apud Abderim aut Megarim, quæ fuit patria Democriti. Non ex cœli vitio regiones solent æstimari. Nam fuit Democritus ubi stulti solent nasci, id est, Achivus. Vult igitur Democritum inter stultos prudentissimum natum.' Vid. Epist. Hippocratis et Democriti. *Rig.*

Anacharsi Scythæ] Puto *Anacharsis Scytha.* Si Æsopus Phryx, Anacharsis Scytha potuit ingenio suo condere æternam famam. *Schiop.* Omissa conjunctione. Vide sup. l. I. cap. 9. *Schef.* Utinam paternæ conjecturæ, quam veram et elegantem puto, acquiescere potuisset Cl. Gronovius: *Si Phryx Æsopus potuit, si Anacharsis Scytha,* &c. nam illud *si* geminari solere videbimus ad Ovid. Amor. III. 9. 1. *Burm.*

Anacharsis Scytha] Anacharsis summa usus est in hominibus carpendis libertate. Diog. Laërtius: Παρέσχε δὲ καὶ ἀφορμὴν παροιμίας διὰ τὸ παῤῥησιαστὴς εἶναι, Τὴν ἀπὸ τῶν Σκυθῶν βῆσιν. Herodoti Melpomene: Ἔξω τοῦ Σκυθικοῦ, ἔθνεα ἀμαθέστατα. Deinde: οὔτε ἄνδρα λόγιμον οἴδαμεν γενόμενον πάρεξ τοῦ Σκυθικοῦ ἔθνεος καὶ Ἀναχάρσιος. Jure igitur Epicharmus, quum aliquis diceret, Σκύθης τις ἄλεθρος, subjecit interrogando, Ὁ δὲ Ἀνάχαρσις οὐ Σκύθης. *Rig.*

Anacharsis Scytha] Ms. *Anacharsæ Scythæ.* Gud.

53 *Condere*] Extruere. Sic Plinius dixit, 'Condere laudes' alicujus. *Schef.* Ovid. Trist. II. 'Divitis ingenii est immania Cæsaris acta Condere.'

54 *Litteratæ qui sum propior Græciæ*] Ennodius Paneg. Theod. 'Educavit te in civilitatis gremio Græcia præsaga venturi,' &c. Thessalus Hippocratis filius: Αἱ γὰρ Ἀθῆναι ὑψηλότερόν τι τῶν ἄλλων πόλεων ἐς λόγους. Arnob. V. 'Athenæ humanitatis artibus studiisque pollentes.' Tertullianus lib. de Anima cap. 20. 'Thebis hebetes et brutos nasci relatum est: Athenis sapiendi dicendique acutissimos: ubi penes Colytum pueri mense citius eloquuntur, præcoce lingua. Siquidem et Plato in Timæo Minervam adfirmat, cum urbem illam moliretur, nihil aliud quam regionis naturam prospexisse talia ingenia pollicitam,' &c. Arnobius ad G. lib. V. 'Quid, Erichthidæ o cati, quid, cives Minervii, dicitis?' Sic enim elegantissime hunc locum una cum aliis innumeris suo nitori reddidit F. Pithœus V. C. ex vetusti codicis scriptura: *Quid erit ideo cati.* Martialis Epig. lib. VI. 74. Herodoti Cleio: Ἐκεί γε ἀνακριθὴ ἂν παλαιτέρου τοῦ βαρβάρου ἔθνεος τὸ Ἑλληνικὸν, ὃν καὶ δεξότερον, καὶ εὐηθέος ἠλιθίου ἀπηλλαγμένον μᾶλλον. *Litteratæ*] Vid. Tranquil. de Illustr. Gram. c. 4. Martian. Felic. lib. III. initio. *Rig.*

Propior] Ms. *proprior.* Et ita Salmasius ad oram sui libri notavit, et alibi legendum. *Gud.*

55 *Deseram*] Est hoc inter notas boni (ut loquuntur) patriotæ: quod argumentum justa dissertatione illustrandum nobis seposuimus. *Pinch.* Omittam ornare ac promovere, cum possim. Cicero in Ep. Att. 'Non deseram preces fratris, non cæterorum promissa, nec spem uxoris, nec obsecrationem filiæ, nec fideles literas tuas.' *Schef.* Lege, *deteram.* Horat. I. 6. 'Laudes egregii Cæsaris et tuas Culpa deterere ingeni.' *Heins.* Ita et Nepos Timol. I. 'Nonnulli enim læsam ab eo pietatem putabant, et invidia laudem virtutis obterent.' Silius Ital. VII. 246. 'Quantum detritum est famæ.'

56 *Threissa*] Phædrus natione *Thrax* fuit; ita enim ea vox semper scribenda, ut apud Sueton. Calig. 54.

Digitized by Google

'Threx et auriga.' Sic scribendum ex plerisque Mss. monuit Casaubonus; ut statim cap. 55. 'Threcas quosdam;' ex Mss. ubi perperam *Thraces*. A Threx igitur descendit, Threissa et Threicius. Similiter apud Cornelium Nepotem legitur, 'Threces.' *Gud.*

Threissa cum gens] Indicat Phædrus, se gente Thracem esse: ideoque Græciæ eruditionis parenti propiorem, quam vel Æsopus Phryx, vel Anacharsis Scytha. Pro, *numeret auctores suos*, malim, *auct. Deos*, nempe Apollinem, et Musam, id est, Calliopen, quæ mater Orphei fuisse perhibetur. *Ritt.*

Auctores suos] Rittershusius scribit *auctores Deos*. Sed hoc primum falsum de Apolline et Musa, deinde nec hinc sequitur, si auctores essent, ergo Phædrum decus patriæ non debere deserere. Locum ergo obscurissimum sic expono. Linus et Orpheus primi litteris excoluerunt Græciam. Itaque auctores eos vocat et auctores Græciæ, quatenus est litterata. Eo enim τὸ *auctores* referendum videtur. Porro hos auctores dicit Noster *Thraces numerare suos*, hoc est, dicere non esse Græcos, verum Thracicæ gentis homines. *Numerare auctores suos* sic est dictum, sicut 'Aliquem accusatorem suum numerare,' apud Ciceronem in Orat. pro Muræna. Jam cum Thraces fuerint illi, qui Græciam instruxere litteris, vult dicere: Cur ego non studeo servare hoc decus meæ patriæ, cum præsertim Apollo et Musa, Dii artium, in Thracia mea habitarint, ibique eos auctores litteratæ Græciæ progenuerint. *Schef.* Rittershusius *Deos*. Male. *Auctores* sunt, Poëtæ. *Heins.*

57 *Linо*] Virg. Ecl. IV. 'Huic mater quamvis, atque huic pater adsit, Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo.' *Prasch.*

Qui saxa cantu movit] Ovid. Met. XI. init. 'Carmine dum tali sylvas animasque ferarum Threicius vates et saxa sequentia movit.' Propert. Eleg. lib. III. 1. 'Orpheu, te tenuisse feras, et concita dicunt Flumina Threicia detinuisse lyra.' De Amphione Horatius: 'Saxa movere sono testudinis, et prece blanda Ducere, quo vellet.' Silius lib. XI. 'Lapidem testudine felix Ducere, et in muros posuisse volentia saxa.' Lucanus lib. VIII. de venerabili ore Pompeii: 'Hoc leges, campumque et rostra movebat.' Quid est *movere leges?* num *movere leges* est, abrogare? an vero hoc in laudibus Pompeii commemorari poterat? [An et *rostra* et *campum* abrogavit Pompeius?] inepte. Sed lege parva mutatione: *Hoc reges, campumque et rostra movebat.* Gud.

Qui saxa cantu movit] Nota res de Orphei vi musicæ, vel ex elegantissimo illo Edyllio Cassii Parmensis, Poëtæ inter veteres Epicos eximii et Horatio æqualis: quod quamvis jam sæpe sit editum, nonnullis etiam negetur esse γνήσιον, factum potius tentandi gratia ab Achille Statio Lusitano; tamen hic quoque Notis istis, tanquam pulchrum quoddam emblema, inserere visum est, subjecta ejus metaphrasi Græca, olim elaborata ab avunculo nostro doctissimo in gratiam virtutis eruditæ studiosorum adolescentum: quibus et nos hanc operam damus.

CASSII PARMENSIS ORPHEUS.

ARGUTA primum cum plectra parentis, et auro
Distinctam sumpsit citharam Rhodopeius heros;
Ridebant segnes pulsus, digitosque micantes
Serius, et chordis indoctæ dissona vocis.

Digitized by Google

Mox pudor exardens, et gloria dulcis honesti
Lusibus avertit puerilibus, omnis et illuc
Perditus incumbens Musæ pallebat amore.
Et nunc maternis inhiat, nunc ille paternis
Cantibus: hinc illinc discens dependet utrinque.
Nulla Venus faciem cepit mentita dolosis
Compedibus: somni fuerat, parcusque Lyæi:
Donec, ridiculus dudum, modulamine silvas,
Evulsosque suis scopulos radicibus egit:
Ausus et ire viam mortalibus inconcessam
Pœnarum oblitos demulsit carmine manes.
Non levis adscensus, si quis petit ardua: sudor
Plurimus hunc tollit: nocturno exsomnis olivo
Immoritur: delet, quod mox laudaverat in se,
Qui cupit æternæ donari frondis honore.

POEMATII PRÆCEDENTIS METAPHRASIS GRÆCA; AUCTORE MATTHIA BERGIO, BRUNSWICENSI.

'ΟΡΦΕΑ φασὶ τὸ πρῶτον ἐπεὶ φόρμιγγα λιγεῖαν
Μητρὸς ἑῆς ἔκρουσε προσᾴδων μυκάδι φωνῇ,
Πουλὺν τοῖς ἀΐουσι γέλων χλεύας τε ἐτόρσαι
Τοῦ μέλεος τῷ ἀμούσῳ, ἐπεὶ νωθροῖσί τε νεῦρα
Κρούσμασιν ἀμφαφάασκε, καὶ οὐδὲν ἐοικότ' ἐπᾴδε.
Αἶψα δ' ὁμῶς αἰδοῖ τε τυπεὶς καὶ ἱμέρῳ ᾠδῆς
Χαίρειν πάλλ' ἐκέλευσε τὰ παιδικὰ, καὶ φρέν' ἔτρεψε
Παντῆμαρ πρὸς μοῦσαν ὅσον σθένος· οὐχ ὅγε μητρὸς
Οὔτε πατρὸς μεθιεὶς ὅτ' ἀοιδαίοντας ἀώρα.
Οὐδέ μιν ἀ δολόεσσα πόθῳ δαλήσατο Κύπρις,
Οὐδὲ πέδαις σφιγχθέντ' ἀπὸ δέσμιον ἀλλαχόσ' ἦγε,
Οὐχ ὁ διδοὺς βαθὺν ὕπνον ὀπωπαῖς, οὐχ ὅγε νηδὺν [νηδύι rectius esset]
Πολλὰ χαριζόμενος, μογέεσκε δὲ μοῦνον ἐπ' ᾠδῇ.
Καὶ τόθ' ὁ πρῶτα γελοῖος, ὁ μηδὲν ἀραρότα φθέγξας,
Θεσπεσίᾳ ἐνοπῇ καὶ ἀειρέας οὔρεσι πέτρας,
Φηγούς τ' ἀγριάδας ἀκτῆς ἐπὶ τηλεθόωσας,
Οὐκ ἔτι μαινομένους τε ἀπήγαγε θῆρας ἀγρώτας.
Τοῖς δ' ἔπι καὶ ζωοῖσ' ἄστειπτον ἔβαινε κέλευθον
Ταίναρον ἠνίκ' ἔβη, σκοτίην ὁδὸν, ἄϊδος εἴσω
Μειλιχίῃ πίσυνος κιθαρῇ, δι' ἔρωτ' ἀλόχοιο.
Ἐν δ' ἄρα καὶ χθονίων τὸν ἀπειθέα χῶρον ἔπεισε.
Πρὸς τὰ μέγιστ' ἐπίπαν οὐ ῥᾳδία ἐστ' ἐπιβάθρα.
Ἰδρὼς καὶ πόνος εὐρὺς ἐκεῖσ' ἀποτέμπεται ἄνδρα
Ὅς καὶ ἀκοιμήτοισι κεκασμένος ὀφθαλμοῖσι
Ἐγκεκυφώς τε βίβλοισι, λύχνου τέ κ' ἀλαίου ὀδωδὼς
Τωθάζει θαμὰ τοῦτ' ἐν ἑαυτῷ ὅπερ πρὶν ἐπῄνει.
Ταῦτά γε ναλεμέων ἔρδων κλέος ἄφθιτον ἄρσεται ἀσθλόν.

Digitized by Google

Extat de eodem et in Catalectis Virgilianis Epigramma, continens hujus allegoriæ expositionem. Id est ejusmodi:

Threicius quondam Vates fide creditur canora
Movisse sensus acrium ferarum,
Atque amnes tenuisse vagos * *
Et surda cantu concitasse saxa.
Suavisonoque modo testudinis arbores secutæ
Umbram feruntur præbuisse Vati.
Sed placidis hominum dictis fera corda mitigavit,
Doctaque vitam voce temperavit.
Justitiam docuit, cœtu quoque congregavit uno,
Moresque agrestes expolivit Orpheus. *Ritt.*

59 *Hebrique*] Editio Meursii et Neveleti habet *Erebique;* ut ad fabulam Eurydices referatur: sed male, ut puto. *Impetus* enim rapido flumini rectius convenit; et *mora* cursum suum retardanti. Senec. Herc. Fur. 573. ' Ars quæ præbuerat fluminibus moras.' Sic ' Magnum impetum maris' dixit Jul. Cæs. de Bel. Gal. III. 8. *Burm.*

Dulci] Ne quis putet illud *teneri* fuisse cum molestia, et invitorum. Ita Statius ' Vim blandam;' alii alia hujus generis dixere. *Schef.*

60 *Gemas*] Proprium livoris, *gemere* ob felicitatem alienam. Ergo eum vult abesse, ne gemitu habeat opus, si videat fortunam Phædri. *Schef.*

61 *Quoniam*] Credo Phædrum sic scripsisse: *Quod jam solennis detur mihi gloria.* Non enim gemit livor deberi cui gloriam, sed reddi. *Freinsh.*

Solennis] Solita. Respicit exempla Lini et Orphei, qui, tametsi Thraces fuerint, tamen tantam obtinuerunt gloriam. *Schef.*

Debetur] Ms. *debentur.* Gud.

62 *Induxi*] Non optantis, aut interrogantis, sed affirmantis et firmiter credentis verba sunt, hoc sensu: Scio, me his compulisse te, ut legas. Pro hac mea opera, si ex ea jucundum aliquid tibi accidet, hoc unum peto, ut reddas judicium. *Schef.*

63 *Candore note*] Ego, inquit, candore notus sum omnibus. Ergo te quoque de meis laboribus sincere et candide judicare æquum est. *Ritt.*

Digitized by Google

FABULA I.

Anus ad amphoram] Proverbium vetus est, 'Anus ad armillum redit,' id est, ad vas vinarium. Vide Festum. Confer cum hac vinosam anum Plautinam, quam is describit Curculione, Sc. Flos veteris vini. *Ritt.*

1 *Epotam amphoram*] Suet. Tiber. 42. 'Ignotissimum quæsturæ candidatum nobilissimis anteposuit ob epotam in convivio, propinante se, vini amphoram.'

Amphoram] In amphoris vinum Falernum conditum servabatur. Martialis Epigr. lib. I. 19. 'Amphora non meruit tam pretiosa mori.' *Gud.*

2 *Falerna fece*] Falerni vini nota excellens æstimatio. Virg. Georg. 'Et quo te carmine dicam, Rhetica? nec cellis ideo contende Falernis.' Vide Flor. I. 16. Plin. l. XIV. *Freinsh.* Falerni vini fece. Abl. causæ. Sic Plautus in Rudente: 'Se scelere fieri nolunt nobiles.' Livius lib. XXXI. 'Bello nobile nomen.' *Schef.*

Falerna fæce] Horat. II. Sat. 2. 'Surrentina vafer qui miscet fæce Falerna Vina, columbino limum bene colligit ovo.' Prudent. Hym. I. 126. 'Mustum Falernum.' Plura Gronovius talia observat pag. 213. Et Salmasius Hist. Aug. 58. *Gud.*

Et testa nobili] Quicquid explicent viri docti, non poterunt effugere, quin vulgata illa lectio constructionem turbet, quæ omnino talis est: *Vidit epotam amphoram, adhuc Falerna fæce, quæ jucundum odorem late spargeret.* Odor ille a Falerna fæce, an etiam a testa, ut copulativa videtur velle? immo vero *e testa nobili*, quemadmodum scribendum est. *Testa nobilis* dicitur propter materiam; fæx Falerna odorem spargens est contentum, altera vero *testa* est continens, ex quo spargitur. Gallicus interpres non cepit, imo vero nihil habet de *testa*; et illud *nobili* perperam ad Falernam fæcem retulit, *un excellent vin de Falerne.* Facillime autem a librariis τῷ *e* additum est *t*, litera proxime sequens, quod sæpe perperam factum in Mss. *Gud.*

Testa nobili] Tertullianus de Carne Christi cap. 14. 'Argilla excocta Testæ vocabulum suscipit.' 'Pia testa' Horat. Od. ad Amphoram. *Rig.*

Nobili] Quia inscriptum habebat titulum tam celebrati vini. Solebant enim inscribere istis amphoris nomen vini, ubi et quando esset natum, in quibus condebatur: unde Juvenalis Sat. v. de tali vino: 'Cujus patriam titulumque senectus Delevit multa veteris fuligine testæ.' *Schef.*

3 *Odorem*] Ita Οἶνος μέλας ἀνθόσμιος Aristophani Plut. IV. 1. 7. *Burm.*

4 *Avida*] In Ms. est *avita*, quod et Salmasius notat. *Gud.*

Avida traxit] Est simplex pro, attraxit. Columella XII. cap. 15. 'Ne humorem, quem fere noctibus remittit humus, trahere possint.' *Schef.* V. C. Pith. *avita traxit.* Lege, *avide attraxit.* Heins.

5 *O suavis anima*] Vinosa mulier statim exanimis est, si desinat lagenæ anima animari. *Animam* hic ipsum vini liquorem interpretari possis, quo modo Plautus aquam 'Animam putei' dixit. Vel etiam, *animam*, odorem. Videndus Nonius. *Rig.*

O suavis anima, qualem te dicam bonam] Viros doctos dudum exercuit locus iste. Scribe: *Quale in te dicam bonum.* Quod Latinitatis ratio et sensus ipse postulat. Nihil hac emendatione certius, nihil facilius esse, quivis sentiet, cui aliquantulum intercessit cum veteribus libris commercii.

Digitized by Google

Gronovius certe, qui unus instar omnium est, cum illi hanc emendatiunculam nostram indicarem, auctor nobis fuit, ut ita ederetur. Alloquitur autem amphoram, eamque anus vinolenta rerum omnium carissimam ducens, et delicium suum faciens, blande *suavem animam* appellat; scilicet ut Cicero carissimis suis scribens, 'Vos animæ meæ,' inquit. Sic devota vino vetula amphoram, veluti corculum amplexa: O suave olens animula! inquit, quales delicias, quale in te bonum antehac fuisse dicam, in qua tales sunt reliquiæ, et fæces ipsæ divinum quendam odorem spirant! Scheffero videtur anus illis verbis odorem alloqui, quo nihil est absurdius. Videtur autem Phædrus hanc fabulam expressisse ex Plauti loco, qui est act. I. sc. 2. Curculionis, ubi de muliere vini, supra quam dici potest, avida, ita inquit: 'Flos veteris vini meis naribus objectus est. Ejus amos cupidam me huc impulit per tenebras. Ubi ubi est? prope me est. Evax habeo. Salve, anime mi, Liberi lepos. Ut veteris vetusti cupida sum! Nam omnium unguentum odor præ tuo nautea est. Tu mihi stacte, tu cinnamomum, tu rosa, Tu crocinum, tu casia es, tu bdellium. Nam ubi Tu profusus, ibi ego me pervelim sepultam.' Ubi multis amoris vocabulis vinum alloquitur. Quis unquam audivit, virilis sexus aliquem tanto vini amore flagrare, ut illud appellet suum cor, suam animam, &c.? sed fœminæ Græcæ et Latinæ amabant vehementer vinum. Pleni sunt ejus rei utriusque linguæ poëtæ, Euripides, Aristophanes, Plautus, Juvenalis, qui fœminam comparat serpenti in Sat. 6. 'Tanquam alta in dolia longus Deciderit serpens, bibit et vomit.' Similitudine valde concinna. Nam Plinius lib. x. 72. et lib. xxii. 23. scribit, serpentes valde appetere vinum. Tempore Hippocratis, longe ante Poëtarum illorum tempora, videntur fuisse magis sobriæ, quia refert, eas neque podagra laborare, neque calvas fieri. *Gud.*

Anima] Odorem intelligit, de quo ante Virgil. Geor. II. de Lauro: 'Animas et olentia Medi Ora fovent illo.' Freinshemius in Indice vertit: Athem, id est, spiritum vitalem, quod huc nescio qui possit quadrare. Sed nec ad exemplum Plauti, qui 'Animam putei' pro aqua posuisse dicitur, ipse vini liquor potest explicari, ut Rigaltius suspicabatur. *Anima* est idem cum spiritu, at odor sese spargit per spirituum diffusionem. Unde illud apud Catullum. 'Suaves exspirans odores in Argon.' *Scheff.*

Qualem te dicam bonam] Blande compellat amphoram, quasi diceret: O bonam amphoram, qualem te dicam olim fuisse, tales cum sint tuæ reliquiæ! Ennius: 'Tarquinii corpus bona fœmina lavit et unxit.' Et in vetustis sepulcrorum inscriptionibus: CONIVGI BONÆ, FILIO BONO, HOMINI BONO, BONÆ MEMORIÆ, et alia hujusmodi. *Rig.*

Qualem te dicam bonam] Rittershusii non adhæreo sententiæ: 'Debuit dicere,' inquit, 'quam bonam;' (pro, qualem bonam) 'sed videtur de industria sic locutus esse, ut τὸ πρέπον in anu ebriosa et temulenta, cui lingua in vino nataret atque lapsaret, observasse videretur.' Hæc talia certum est a veteribus non captari. Ut mittam, quod anum tunc fuisse temulentam, nulla nota Phædrus indicet. Quare conjeceram, *quam tete* (a, tute) *dicam bonam;* quum video ab eruditissimo Gronovio repositum esse, *quantum bonam.* Observ. in Script. Eccl. cap. 15. p. 158. *Prasch.* Miror non fuisse purgatum hunc locum a tot doctissimis viris, qui antehac Phædrum ediderunt; lego: *qualem te dicam, bona?* Solenne enim Latinis scriptoribus in hujusmodi προσφωνήσει, 'O bone,' 'O bona,' Plauto, Horatio, Persio. Ita Græc. ὦ ἀγαθέ, ὦ

Digitized by Google

λῆστε, ὦ ἥρωτε. Dein quis non videat meram inesse barbariem in his vocibus, *Qualem bonam te dicam fuisse?* Scio virum doctissimum, et mihi amicissimum legisse, *quantum*, sed, uti spero, emendationem nostram non improbabit, nec si qui alii Latine sciunt. *Faber.* Notat Rittershusius, debuisse scribere *quam bonam*, sed sic maluisse, ut servaret decus temulentæ mulierculæ. Verum ista Rittershusii interpretatio eo minus valet, quia anum istam ebriam fuisse non apparet, cum sit sermo de amphora epota. Ergo Faber scribit: *qualem te dicam, bona?* Illudque *bona* dictum censet veluti per exclamationem, qualis Plauto frequens 'O bone,' 'O bona!' Verum posset dicere nonnemo, otiosam prorsus esse istam exclamationem, quandoquidem præcessit *o suavis anima!* Igitur et Praschius conjecerat, *quam tete dicam bonam.* Quanquam fors hoc nimis abeat a veteri scriptura, nec, illud *tete* cur hic poni debeat, sit manifestum. Quid? si dicamus male conjungi, quæ sunt distinguenda, neque cohærere *qualem bonam*, verum *bonam* poni simpliciter, et respicere præcedens *te*, isto sensu: Qualem te, quæ tam bona es, dicam fuisse antehac? Sane sic consuevit quoque aliis in locis, ut initio lib. I. 'Æsopus auctor repperit materiam,' et infr. cap. 11. 'Caussa libertus mali;' ut 'Æsopus auctor,' et 'Caussa libertus,' ita plane *te bonam* positum videri potest. Atque hanc nunc video demum etiam Ursini fuisse sententiam. Nam verba hæc sic ait construenda, *qualem te bonam, dicam Antehac fuisse*, ac Germanice vertenda: *O du gute fläsche, wie gut bist du wohl gewest.* Quanquam erret in eo, quod sermonem esse putet ad amphoram. Non enim illud *bonam* ad *amphoram*, sed *animam*, est referendum. Plane si quid est mutandum, placet vehementer, quod censere doctissimum Gudium scribit Ampl. Bigotius, videlicet: *quale in te dicam bonum Antehac fuisse. In te* intelligendum fuerit non de amphora, sed anima; *bonum*, non de rei cujuscunque, verum bono suavitatis; ut sit sensus: O suavis anima, quale bonum suavitatis, qualem quantamque suavitatem dicam fuisse in te, continuisse, comprehendisse te antehac, &c. *Schef.* Scribo, *quam te dico? quam bonam? τὸ qualem* est glossema *τοῦ quam: τὸ quam* omissum fuit a librario, quod frustra repetitum videretur. *Guiet.* Lege, *quale te dicam bonum.* Heins. Gudii conjectura præ aliis merito placet: sed non videtur Schefferus ejus rationem percepisse, nam revera amphoram alloquitur, quam *animam* suam vocat, et *quale*, inquit, *bonum*, quam præstans vinum olim continuisti, cujus fex ipsa tam suavem adhuc odorem spargit! Tibull. II. 4. 36. de alia re: 'Quale bonum multis addidit ille malis.' *Burm.*

6 *Tales cum sint reliquiæ*] Ex proverbio, quo boni vini etiam feces bonæ esse perhibentur. *Ritt.*

7 *Hoc quo pertineat*] Senectutem suam consolatur Phædrus. *Rig.*

Qui me noverit] Julianus Imper. Epistola Ms. Ἀλεξανδρεῦσι de Dionysio quodam: Σὺ δ' ὅτι κατὰ τὸν κοσμικὸν, Σαυτὴν ἐπαινεῖς ὥσπερ Ἀστυδάμας, γύναι, πρόδηλόν ἐστιν ἐξ ὧν ἐπέστειλας. ἡ γὰρ ἀφοβία, καὶ τὸ μέγα θράσος, καὶ τὸ, Ἐγὼ ἐμὲ γνοίης οἷός εἰμι, καὶ πάντα ἁπλῶς τὰ τοιαῦτα βαβαὶ πηλίκου κτύπου καὶ κόμπου ῥημάτων εἰσίν. Incertæ Epitaphium, Epig. Vet. lib. III. 'Et tu, quæ fuerim, si nosses, candide lector,' &c. *Rig.*

Qui me noverit] Nempe jam senem. Sic senectutis suæ etiam alibi meminit, ut infra lib. IV. fab. 25. et lib. V. fab. 10. *Rit.*

Qui me noverit] Vult ex hoc ultimæ senectutis, quæ est quasi vitæ fex, opusculo fabularum posse colligi, qualis fuerit integra adhuc ætate. *Schef.* Fabula referri debet ad servitutem Phædri, et libertatis recordationem. *Heins.*

Digitized by Google

FABULA II.

2 *Pantheru imprudens*] Vid. Camerar. p. 195. *Rig.*

Imprudens] Improvida, non providens et circumspecta. *Schef.*

3 *Agrestes*] Ita solent pro rusticis ponere poëtæ et historici. Vid. Liv. XXXVII. 29. Tacit. Ann. IV. 45. Ovid. Met. VI. 122. et 349. et alii.

Congerunt] Scil. in eam, verberantes. Ita Seneca in Œdip. IV. sc. 3. 'Congerite, cives, saxa in infestum caput.' *Schef.*

4 *Alii onerant*] Ut versui consulatur, mallem *Illi onerant:* nam ita aliquando veteres post 'Alios,' 'Hos' vel 'Illos' subjiciunt. Alii vero bisyllabum facere, non placet. *Burm.*

Alii onerant sævis, quidam contra miseriti] Ut versus constet, requiritur in prima sede ⏑ ⏑ ⏑ ⏑· *Illi ὀνῇ*; ex hoc autem loco probare vult vir doctus, nescio qua permotus ratione, secundam in *contra* corripi. *Gud.*

Onerant] Petunt, multant. Plaut. Amphit. act. I. sc. 1. 'Onerandus est pugnis probe.' Porro locum hunc sic oportere accipi, docet sequens, *nemo læderet.* Schef.

Contra] Ex hoc loco probare vult vir doctus, nescio qua permotus causa, in *contra* ultimam etiam corripi. *Prasch.* Ita et Manilius II. 253. *Contra jacens.* Vid. Voss. Art. Gram. II. 24. sed hic nihili est illa observatio. *Burm.*

5 *Periturræ*] Vid. ad Petron. CXIX.

6 *Sustineret*] Servaret vitam; nam *sustinere* est, tenere, ne scilicet discedat. Livius: 'Milites fluviatili pisce et herbis sustinebantur.' *Schef.* Vid. ad Ovid. Epist. I. 114.

Sustineret spiritum] Infra lib. IV. 'Quo paupertatem sustineret facilius.' *Rig.*

8 *Quasi inventuri*] Terent. And. I. 1. 121. 'Ita tum discedo ab illo, ut qui se filiam neget daturum.' Notanda Latialis sermonis proprietas. *Prasch.*

9 *Refecit*] Pane scilicet et quiete. Sic 'Reficere jumenta' dixit Nep. in Eum. IX. *Schef.*

Refecit] Ms. *reficit.* Gud.

10 *Veloci saltu*] Sic Horat. Epod. XVII. 'Toxicum velocius.' *Heins.*

Fovea] Pro, a fovea. Eleganter autem *liberat*, quia ibi erat capta; *saltu liberat* [sese], i. e. exilit. *Schef.* Sic 'Liberare ensem vagina,' Ovid. Met. VI. 551. Vide ad Petron. CXXXVI.

Fovea se liberat] Latinissime. Cicero de Nat. D. lib. II. 'Cum cavea liberati pulli.' Macrobius Saturn. I. cap. 16. 'Si bos in specum decidisset, eumque paterfamilias adhibitis operis liberasset.' *Gud.*

11 *In cubile*] Hoc est, latibulum ferarum. Hinc metaphorice a re venatoria 'Cubilia causarum' dicta sunt Ciceroni, et Ammiano Marcellino lib. XXX. 'Vestigia sagacius colligendo, ut Spartani canes aut Cretes, ad ipsa cubilia pervenire causarum.' *Rit.*

Concito gradu] Apuleius Asin. IX. 'Concito gradu festinat.' *Schef.*

12 *Provolat*] Cubili sc. Notat hic impetum ob iræ furorem. *Schef.*

14 *Irato*] Lege, *iterato.* Sic fab. 88. 'Iteratur illud.' *Heins.*

15 *Sibi timentes*] Apuleius Asin. lib. VII. 'Sibi quisque metuentes delitescebant:' et lib. I. 'Eximie metuens mihi.' *Schef.*

16 *Haud recusant*] *Haud recusare*, non est, velle, sed æquo animo subire, majoris boni gratia. Cornel. Nep. in Epam. cap. 8. 'Neque recusavit, quo minus legis pœnam subiret.' *Schef.*

Digitized by Google

Ita legit Barth. Adv. xxx. 20. Male Rigaltius edidit *hoc*. Heins.

Pro vita] Exagitat hunc locum Schoppius, in Infam. velut minus esset Latinus. Verum frustra. Cicero de reditu suo ad Quir. cap. 7. 'Denique ipse ad extremum pro mea vos salute non rogavit solum, verum etiam obsecravit:' quem locum liberaliter suggessit Nob. Heinsius. Qui et Ovidium sic loqui Met. vi. vs. 301. ostendit. Petronius cap. 31. 'Occurrit nobis idem servus, pro quo rogaverimus.' Et cap. 49. 'Nemo nostrum pro illo rogabit.' Fab. Decl. xii. in fine. 'Scimus, te non rogare pro vita.' *Schef.* Justin. xviii. 6. 'Pacem Deorum sanguine eorum exposcentes, pro quorum vita Dii rogari maxime solent:' et lib. xii. 4. 'Pro civibus orare.' Suet. Aug. xiii. 'Pro vita rogantes.' Vid. et Ovid. Epist. xxi. 61. Differunt vero: *rem rogare* est, petere quam non habemus; *pro re rogare* est, precari, ut nobis servare liceat. 'Pro vita queri' etiam dixit Quinct. Declam. xiv. *Burm.*

Pro vita rogant] Ms. *prumpta;* forte *promerita rogant*. Utrumque autem Latinum est, *pro vita rogare* et *vitam rogare*, sed diversa significatione. *Rogare vitam* dici possunt illi, qui nondum fruuntur illa; aut mortui, qui vitam amiserunt; sed homines, qui adhuc in vita sunt, rectius dicuntur *pro vita rogare*, constituti in mortis periculo. *Rogamus ea*, quæ non habemus, et *rogamus pro iis*, quæ in manu nostra sunt; si commode et pulchre valemus, *rogare* solemus *pro salute;* si morbo laboremus, *rogamus sanitatem et salutem; pro vita sua*, id est, pro se, pro persona sua. *Gud.*

17 *Et illa*] Mallem, *At illa*, cum N. Heinsio. *Schef.*

Memini] Scil. eorum. Sic infr. iv. cap. 25. *Schef.* Frequens ellipsis: infr. iii. 7. 'Fruere, quæ laudas, canis.' Vid. Gronov. ad Liv. xxiv. 38. Dausq. ad Q. Cal. iii. pag. 80. et P. Fabr. ad tit. ff. de Orig. Juris pag. 35. et alios. *Burm.*

18 *Qui panem dederit*] Ms. *petierat*. Gud.

Vos timere absistite] Id est, desinite. Exemplo Virgilii Æn. vi. 'Absiste moveri.' Et Columellæ lib. xii. c. 19. 'Nec absistat id facere.' Simili forma alibi dixit Virgil. 'Absiste precando,' id est, precari, Æn. viii. Et Livius, 'Absistere obsidendo,' id est, obsidere. *Rit.*

FABULA III.

1 *Usu peritus*] Theocr. Id. κβ'. Οὗτος ἄριστος Ἐστὶν ὀνειροκρίτης, ὁ διδάσκαλός ἐστι παρ' ᾧ νοῦς. In notis Tyronis pag. 41. recte pro *usurpatus*, Gruterus rescribi jubet, *usuperitus*, una quasi voce. Jul. Cæs. de Bel. Civil. iii. 98. 'Milites usu periti, ac superioribus pugnis exercitati:' ad quæ verba alia nuper exempla adduxit Lamb. Bos, magno nuper bonarum literarum damno defunctus, in Animadvers. ad J. Cæsar. pag. 25. 'Prudentes, peritos, et usu doctos,' conjungit Livius lib. xliv. 22. *Burm.*

Usu peritus hariolo velocior] Proverbium alibi a me non lectum, quod meminerim. Sensus per se manifestus est: Quamvis prudentia quoque versetur circa res futuras, et nitatur con-

Digitized by Google

jecturis, quæ sæpe falli et aberrare possunt: tamen certior est divinatione, quæ nihil habet certi. Μάντις δ' ἄριστος ὅστις εἰκάζει καλῶς. Cujus versus sententiam ita expressit Cicero de Divinat. 2. 'Bene qui conjiciet, vatem hunc perhibebo optimum.' *Rit.*

Hariolo] Sunt [harioli] prodigiorum interpretes, Valer. Max. I. 7. exter. 7. *Gud.*

Velocior] Ad conjectandum scilicet: ad animum judiciumque hic transfertur, et simpliciter ponitur. Quali sensu 'Animi velocitatem' legi apud Platonem de Leg. lib. III. Freinshemio notatur. Clariss. Gronovius de hoc loco ita in suis literis: 'Rigaltius nescio qua auctoritate, dedit, *veracior*; me invito. Intelligo enim, promptior, ingeniosior, velocior ingenio. Cic. Tusc. I. 19. 'Nihil est animo velocius.' Tusc. IV. 13. 'Velocitas autem corporis, celeritas appellatur, quæ eadem etiam ingenii laus habetur, propter animi multarum rerum brevi tempore percursionem.' Ovid. Met. VIII. 254. 'Vigor ingenii quondam velocis.' Juv. Sat. II. vs. 73. 'Ingenium velox, audacia perdita.' Gaudeo, in expositione hujus loci consentientem mihi habere virum maximum. *Schef.* Rigaltius *veracior*, quod improbat Gronovius Epistola Valerio Maximo Vorstii præfixa. Sic Aulus Gell. XV. 5. 'Omnia, vir clarissime, negotia, de quibus te cognituram esse hodie dixisti, diligentia et velocitate tua profligata sunt.' Columell. I. 8. 'Plerumque velocior est animus improborum.' Posset tamen legi *sagacior*, sive, vel *doctior*, [sic] vel *solertior*, vel *certior*, [sic]. *Heins.* Ita 'Velox experimento' Quinct. Decl. XIII. quod *usu perito* respondet. Stat. Theb. III. 399. 'Velox ferro.' *Burm.*

Veracior] Ms. *velocior*. Et ita pr. Edit. et probatum Rittershusio. *Velox* de ingenii acumine dicitur, et plane idem est, quod Belgis *gauw*, quod aliquando celeritatem notat, plerumque vero de callidis et acuti ingenii hominibus intelligitur. Sic Juvenali dicitur, 'Ingenium velox,' Sat. III. Martial. Epig. lib. VI. 28. in Epitaphio Glauciæ: 'Velox ingenio, decore felix.' Sic in Gloss. ὀξὺς exponitur, 'catus, acutus, velox.' Et colloquio II. veteri Latino-Græco, quod ex vetustissimo libro, inter alia glossaria, edidit Vulcanius, pueri, ut eorum ingenium erat, in duas classes separatim docebantur, κατὰ δυὸ τάξεις βραδύτεροι καὶ ταχύτεροι. Sic *celeritas* etiam dicitur. Cicero de Pomp. Magno apud Gell. Noct. Att. lib. I. c. 7. 'Siciliam consilii celeritate explicavit.' Contrarium *veloci* est *tardus*, quod stupidum denotat. Terent. Heaut. IV. scen. 4. 'Hui quam tardus es!' Aliter hic posset legi: 'Usu peritus hariolo felicior Vulgo esse fertur.' *Gud.*

2 *Causa*] Non, quare sit velocior, id enim in sequentibus non agitur, sed unde natum sit hoc vulgi dictum. *Schef.* V. C. Pithœi, *Vulgo causa fertur, sed non dicitur.* Posset legi, *Vulgo esse fertur, causa sed non dicitur.* Sed potius lege: *Vulgo esse fertur, causa sed non adicitur*, pro, adjicitur, secunda correpta. Sic sæpe Martialis et alii. Auctor Moreti: 'Spargit humi atque adicit servatam gramine bulbam.' Sic 'Abicere,' 'Obicere' et 'Subicere' prima correpta. Sic et infr. lib. IV. 'Fabellam adiciam.' Vide Voss. de Art. Gram. lib. II. 19. et Munck. ad Fulgent. Fab. 6. *Heins.*

3 *Notescet*] Nota fiet, cum fuerit hactenus occulta. Bonum verbum, quod apud Catullum quoque et Propertium legitur. *Schef.*

4 *Habenti*] Hariolos hæc fabula ridet: quod et Virgilium aliquot locis oblique agere observo. De prodigiis magna est dissensio. Quidam nulla credunt ὄσημα, ducti superstitione; quidam omnia, ut pestifera atheorum secta. Egregie saniorem philosophi-

Digitized by Google

am præcipit Melanch. Phys. I. p. 44. et uberius lib. II. ubi disputat de caussa finali in natura. *Prasch.*

Habenti cuidam pecora] Fabula *de tovs ἀλογευσαμένους*. Vid. Synodi Ancyranæ c. 16. Basil. ad Mitylen. Ep. 4. *Rig.*

Pepererunt] Ms. *peperunt*. Gud.

5 *Exterritus*] Forte *territus;* ut supra 'Actis,' pro, peractis. *Gud.*

6 *Consulendos*] Curt. VII. cap. 7. 'Hariolos et vates consulere desierat.' Proprie ac solenniter, ut docet Brisson. in Form. *Schef.*

Consulendos] Ms. *consolendos*. Gud.

Currit] Sollicitudinem denotat. *Schef.* Just. XI. 7. 'Profectus ad consulendos augures.'

Hariolos] Ms. *hariolus*. Gud.

7 *Pertinere*] Est et hoc inter solennia et propria de iis, quæ significant. Val. I. c. 6. 'Aruspices ad salutem imperatoris pertinere dixerunt.' Sueton. Vesp. c. 23. 'Cum inter prodigia cætera Mausoleum Cæsarum derepente patuisset, et stella in cælo crinita apparuisset: alterum ad Junianam Calvinam e gente Augusti pertinere dicebat, alterum ad Parthorum Regem, qui capillatus esset.' *Schef.* Liv. XXVI. 38. 'Ad plures exemplum, quam calamitas, pertinebat.' Vid. ad lib. I. fab. 30.

Caput] Vitam, salutem. Nempe quia præcesserat 'Humano capite,' ideo sic loquitur. *Schef.*

8 *Avertendum victima periculum*] Sic mox: 'Expiari posse majori hostia.' Solebant enim monstra et prodigia hostiis procurari, idque ex consilio et præscripto augurum et aruspicum, Quindecimque virorum, qui libros Sibyllinos super hac re adibant et inspiciebant: ut scilicet averruncaretur malum, quod illa minabantur. Sic apud Ciceronem De Divin. I. 'Cumque magna vis videretur esse in monstris interpretandis ac procurandis, in aruspicum disciplina: omnem hanc ex Etruria scientiam adhibebunt.' Idem De Divin. lib. II. 'Quemadmodum signa, quæ a Diis hominibus portenduntur, procurentur atque expientur. Hoc prænoscere unum ex officiis divinationis penebat Chrysippus.' Sic *procurandi* verbo (quod et hic est apud Phædrum) sæpe utitur in hac eadem significatione Livius: 'Prodigia procurare,' vel, 'majoribus hostiis procurare:' ut lib. XXXI. lib. XXXIV. bis terve lib. XXXVII. lib. XXXVIII. lib. XXXIX. et alibi. Gellius lib. IV. c. 6. Neque tantum in portentis ac prodigiis, sed etiam in somniis paulo tristioribus procurandis expiandisque mire superstitiosi erant. Hinc Tibullus Eleg. lib. III. 3. 'Et vanum metuens hominum genus omina noctis Parve pio placant et saliente sale.' Et idem Eleg. lib. I. 5. 'Ipse procuravi, ne possent sæva nocere, Somnia, ter salsa deveneranda mola.' Vel, ut Jos. Scaliger e vet. lib. *sanota dea. mola.* Ego pro *sæva*, libenter legerim, *scæva*, id est, sinistra. Videndus de hoc ritu et J. Gulielmus Quæst. Plaut. ad Amphitruonem. Sic et fulmen procurabant, expiantes locum fulguritum sive bidental. Procurandi fulminis scientiam quo pacto sibi Numa Pesipilius procurarit, elegenter et callide deluso Jove, qui humanis capitibus (quibus Patri quoque ejus Saturno fieri solitum accepimus) fulgurita procurari volebat, sed pro his capillum cepitium sibi a Numa obtrusum tandem acceptavit, ex lib. II. Furii Antiatis refert Arnobius adversus Gentes lib. V. Eodemque alludit et Joan. Sarisberiens. *Rittersh.*

Victima] Intelligit taurum. Hoc enim proprie *victima* veteribus, ut docet Scalig. ad Catal. Virgil. Meursium hic non moramur. *Schef.*

9 *Affirmat*] Ms. *adfirmat*. Gud.

10 *Et insitivos significari liberos*] Quasi *ἐπιστερισμῷ διὰ παρήχησιν*. Et merito primordii sui memor humana mortalitas officium nuptiale, quo tota vitæ

vis retinetur, operi rustico comparavit. Homines enim a Deo duas in partes tributi, ut esset una pars, quæ veluti terram recipiendis seminibus aptam præberet; altera quæ velut agricolam subigendæ telluri intentum exhiberet. Atque inde fida posteritas, quæ de limo terræ principem hominem efformatum esse sciebat, terræ culturam quandam imitata est, ex qua deinceps humanitatis propaginem conservaret. Nobilis etiam agricola, qui, Dei veluti colonus, terram arat animatam, nec ad momentaneos fructus, sed ad prolem longi sanguinis perennitate duraturam. Pervetus hæc consideratio fuit olim Clem. Alexandrini Pædag. lib. II. c. 10. Τοῖς γεγαμηκόσι σκοπὸς ἡ παιδοποιΐα, τέλος δὲ ἡ εὐτεκνία. καθάπερ καὶ τῷ γεωργῷ τῆς τῶν σπερμάτων καταβολῆς αἰτία μὲν ἡ τῆς τροφῆς προμήθεια, τέλος δὲ αὐτῷ τῆς γεωργίας, ἡ τῶν καρπῶν συγκομιδή. μακρῷ δὲ ἀμείνων γεωργὸς ὁ ἔμψυχον σπείρων ἄρουραν. ὁ μὲν γὰρ ἐπικαίρου τροφῆς ὀριγνώμενος, ὁ δὲ τῆς τοῦ παντὸς διαμονῆς προμηθούμενος γεωργεῖ· καὶ ὁ μὲν δι' ἑαυτὸν, ὁ δὲ διὰ τὸν Θεὸν φυτουργεῖ. Ad eamque agriculturam allusit D. Augustinus de Civit. Dei, XIV. 23. homines inspiciens in primævo illo et felici statu, quando naturæ adhuc recta qualitate appetentiam ratio frenabat: 'Ita,' inquit, 'genitale arvum vas in hoc opus creatum seminaret, ut nunc terram manus.' Menander: Παίδων στέργε τῶν γνησίων Δίδυμε σοί γε τὴν ἀμαυτοῦ θυγατέρα. Plato in Timæo, sub fin. Αἱ δ' ἐν ταῖς γυναιξὶν αὖ μῆτραί τε καὶ ὑστέραι λεγόμεναι, διὰ ταυτὰ ταῦτα ζῷον ἐπιθυμητικὸν ἐὸν τῆς παιδοποιΐας, ὅταν ἄκαρπον παρὰ τὴν ὥραν χρόνον πολὺν γίγνηται, χαλεπῶς ἀγανακτοῦν φέρει. καὶ πλανώμενον πάντη κατὰ τὸ σῶμα, τὰς τοῦ πνεύματος διεξόδους ἀποφράττον, ἀναπνεῖν οὐκ ἐῶν, εἰς ἀπορίας τε ἄλλας τὰς ἐσχάτας ἐμβάλλει, καὶ νόσους παντοδαπὰς ἄλλας παρέχεται, μέχρι περ ἂν ἑκατέραν ἡ ἐπιθυμία καὶ ὁ ἔρως ἐξαγαγόντες οἷον ἀπὸ δένδρου καρπὸν, κἄτα θρέψαντες ὡς εἰς ἄρουραν τὴν μήτραν, βόρατα ὑπὸ σμικρότητος καὶ ἀδιάπλαστα ζῷα κατασπείραντες, καὶ πάλιν διακρίναντες, μεγάλα ἐντὸς ἐκθρέψωνται, καὶ μετὰ ταῦτα εἰς φῶς ἀγαγόντες, ζῴων ἀποτελέσωσι γένεσιν. Idem Menexeno p. 238. Οὐ γὰρ γῆ γυναῖκα μεμίμηται κυήσει καὶ γεννήσει, ἀλλὰ γυνὴ γῆν. Artemidorus Oneirocrit. I. Γεωργεῖν ἢ σπείρειν, ἢ ἀροτριᾶν ἢ φυτεύειν, ἀγαθὸν τοῖς γῆμαι προῃρημένοις καὶ τοῖς ἀπαισιν. ἄρουρα γὰρ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ γυνή· σπέρματα δὲ καὶ φυτὰ οἱ παῖδες. Hinc Tertullianus lib. de Anima dixit: 'Hominem effruticare, insinuare sulco et arvo.' Lucretius quoque lib. IV. pro viro et fœminali 'vomerem' et 'sulcum' posuit. His addendus Apuleianus Ἀνεχόμενος. Eadem agriculturæ ratio hominem arbori comparavit. Plato hominem dixit arborem esse destitutis in terram brachiis ramisque radices ad sidera dirigentem. Homerus, Musæum imitatus, caducum hominum genus per arborum folia monuit. Et Ἰλιάδ. Χ. Thetis Achillem suum ut plantulam surculumque educabat: Ὅ δ' ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος. Τὸν μὲν ἐγὼ θρέψασα φυτὸν ὡς γουνῷ ἀλωῆς. Vid. Pisidæ Cosmurg. a versu 640. ad 667. Vicissim quoque in arborum natura humanitatis aliquid agnoscitur. Norunt enim illæ sexuum discretionem: imo nec amatoriis carent adfectibus; habentque suos veluti amplexus coitusque: quod eleganter in Palma notavit D. Ambrosius III. Hexaem. Theophylact. Simoc. Epist. quæ incipit: Ὀργῶσι καὶ φοίνικες ἔρωτι φυσικῷ, &c. Michaël Glycas Annal. I. p. 51. Nec mirum quod maritari arbores scripserunt poëtæ; tellurem enim matrem imitantur, quæ nuptias cum marito imbre facit. Auctor Pervigilii: 'In sinum maritus imber fluxit almæ conjugis.' Dixerat Virgilius: 'Fœcundis imbribus æther Conjugis in lætæ gremium descendit.' Pistaciis testiculos inesse notat Palladius lib. XI.

Digitized by Google

'Melius ipsa pistacia juncta ponuntur, mas ac fœmina. Marem dicunt, cui sub corio velut ossei longi videntur latere testiculi.' Arbores per insitionem coitum pati et prægnantes fieri ait Plinius lib. XVII. c. 14. Thalamumque iis tribuit Pallad. XIV. 'Sub thalami specie felices jungere sylvas, Ut soboli mistus crescat utrinque decor.' 'Plantari,' 'Seri,' et 'Inseri,' et arbores et homines dicuntur. Sic Jupiter 'Hominum sator.' Forte, quia, ut ait Arnob. uxore contentus haud una, concubinis, pellicibus, atque amiculis delectatus, impatientiam suam spargebat passim (ut vagari adolescentes solent) salax Deus. Sic Tertul. ad Uxor. I. 'Nam quid gestiamus liberos serere, quos, cum habemus, præmittere optamus?' Calpurnius Declam. XXIV. 'Nemo unquam magistratum fecit vicarium, nec in alio militavit, nec sacra gentilitia insertiva stirpe corrupit.' Fabius Declam. CCCX. 'Duo cubicula irruisti, duobus maritis injuriam fecisti, duas familias inserta stirpe confudisti.' Tabula ærea Lugduni, quæ Claudii Imp. orationem continet, super civitate Gallis danda: HVIC. QVOQVE. ET. FILIO. NEPOTIVE. EIVS. NAM. ET. HOC. INTER. AVCTORES. DISCREPAT. INSERTVS. SERVIVS. TVLLIVS. SI. NOSTROS. SEQVIMVR. CAPTIVA. NATVS. OCRESIA. &c. Eodemque plane modo Phædrus noster adulfera matre natos filios insitivos nuncupavit. Insitio veluti naturæ adulterium: adoptionem alii malunt dicere. Unde et, adoptata poma: Plin. lib. XV. c. 15. 'Omnium autem nuperrime adoptata sunt parva gratissimi saporis, quæ Petisia nominantur.' Et, adoptivæ comæ: Palladius XIV. 'Docebo, Quæ sit adoptivis arbor onusta comis.' Idem: 'Hæc et cognato cingens terebinthus amictu Nutrit adoptivis nobilitanda comis.' Quo pacto ait Virgilius arbores aliquando mirari 'Novas frondes et non sua poma.' Optatus Afer lib. VI. 'Sed ipse, arborem portans, futurum nemus, stringit in fascem; aridam arborem, nullis radicibus fultam, multiplici fraude componit. Cui adulterinos inserit ramos, et quæ suas jamdudum succisa perdiderat, alienas accipit frondes.' Nævius, Exodio, notam virilem, ramum vocavit: 'Cujus vox gallulascit, cujus jam ramus roborascit.' Eo retulit Ausonius Centon. nupt. Virgilianum hemistichium: 'Aperit ramum, qui veste latebat.' Eleganter autem et venuste Plinius, ubi de arborum coitu agit, fissuram genitalem, rimam vocat: 'Subtilior ratio vel senos calamos adjicit, mortalitati eorum et numero succurrere persuasa, per media trunco leniter fisso, cuneoque tenui fissuram custodiente, donec cuspidatim decisus descendat in rimam calamus.' Rima non arboris tantum est; sed etiam mulieris σχίσμα, interfemineum, quia dehiscit admittitque, 'Rima' dicitur. Unde et, Inrimare. Pacuvius Atalanta: 'Cum incultos pervestigans inrimarer sinus.' Glossarium vetus: 'Rima, γυναικεία φύσις.' Juven. Sat. III. 'Vacua et plana omnia dicas Infra ventriculum et tenui distantia rima.' Ausonius Cento. Nup. hæc Virgil. Æn. VIII. 'Ignea rima micat,' ad hortum muliebrem transtulit. Hinc Parmeno, apud Terentium Eunucho, Thaidem sic alloquitur: 'Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo.' Adposite ad meretricem, cujus rima non continet. Nec tralationis elegantia vacat Plautinus jocus Curculione, Lenones semper aliquam reperire rimam: 'Rogationes plurimas propter vos populus scivit; Quas vos rogatas rumpitis: aliquam reperitis rimam. Quasi aquam ferventem, frigidam esse, ita vos putatis leges.' Genitalem feminæ rimam, 'Foveam' appellavit Tertullianus. Arnobius IV. 'Scrobem:' cui Pertunda Dea præerat:

Digitized by Google

'Etiamne Pertunda, quæ in cubiculis præsto est virginalem scrobem effodientibus maritis?' Convenitque etiam hoc arborum culturæ. Nam illæ panguntur in scrobibus. Virgil. Georg. II. 'Tamen hæc quoque si quis Inserat, aut scrobibus mandet depacta subactis,' &c. Mitto referre plurima hujusmodi vocabula, quibus libidinum spintriæ nequiter abutuntur. Et quidquid horum hinc congessi, feci tum studio necessariæ interpretationis adductus, ut agriculturam in matrimonio et humana natura indicarem, hominisque fastum ad terrenam originem deprimerem: tum quia inspectis auctoris virtutibus et operibus natura veneranda est, non erubescenda. *Rig.*

Insitivos] Alienæ familiæ per dolum insitos, id est, nothos. Ita Cicero in Orat. pro Sextio, 'Insitivum Gracchum' vocat Quintium, qui se Gracchi filium mentitus erat. *Schef.* Ovid. Met. XIII. 31. 'Quid sanguine cretus Sisyphio, furtisque et fraude simillimus illi, Inseris Æacidis alienæ nomina gentis?' Ita 'Insertos numero civium' Sueton. Aug. XLII. *Burm.*

Insitivos liberos] Adulterinos, seu nothos, qui vulgo 'Manseres.' Alias etiam adoptivos liberos recte dixeris *insitivos:* nam ut pyra vel poma insitiva in alienam arborem, ita ipsi in alienam familiam et stirpem adoptione inseruntur. Quid multa? Elegans ἀποδίωξις, qua et supra usus est. *Ritt.*

11 *Expiari*] Victima piaculari averti ac declinari. Mox hoc ipsum vocat 'Procurari.' Ideo et junxit Cicero de Div. II. 'Quemadmodum signa, quæ a Diis hominibus portenduntur, procurentur atque expientur.' *Schef.*

Majori hostia] Quæ est hæc *major hostia?* Video tacere Interpretes, qui tamen videntur studuisse, ne quid tacerent dicendum per occasionem. *Majorem* Phædrus pro maxima dixit; id quod Poëtis non insolens. Jam 'Maxima hostia' apud veteres de ovibus dicebatur. Festus: 'Maximam hostiam ovilli pecoris appellabant, non ab amplitudine corporis, sed ab animo placidiore.' *Meurs. Major hostia* proprie dicitur victima. Adi Scaligerum ad illud Catalectorum: 'Corniger hos aries, humilis, et maxima taurus, Victima, sacratos tinget honore focos.' *Faber.* Nescio, an Faber inspexerit Scaligerum, ut oportebat. Nil enim tale Scaliger: hoc tantum ait, 'victimam de magnis usurpari.' Non loquitur de majori hostia; imo subdit: 'Agni sunt minimæ hostiæ, et quæ vere victimæ dici non possunt.' Aliæ ergo *victimæ* Scaligero, aliæ *hostiæ;* illæ ex magnis, hæ ex minimis. Sed si hostiæ ex minimis, quænam *majores hostiæ?* Non quæ formæ corporisque respectu, quod putabat Faber, sed ætatis; opponuntur enim lactentibus. Cicero de L. L. 2. 'Quibus hostiis immolandum cuique Deo, cui majoribus, cui lactentibus, cui maribus, cui fœminis.' Ut mares et fœminæ, sic lactentes et majores hostiæ oppositæ. Turnebus eo loco: 'Major hostia lactenti opponitur, quæ adolevit, ut homines majores et minores ab ætate dici solent.' Ita Livius XXII. c. 1. 'Decretum, ut ea prodigia partim majoribus hostiis, partim lactentibus procurentur.' Cæterum major hostia non ex solis ovibus, quod quibusdam placet, verum omni genere, porcis puta, capris, et similibus. *Schef.*

Majori hostia] Fl. Vopis. Aurelian. 'Hostias majores duas, minores quatuor.' Tibull. Eleg. I. agnam vocat 'Parvam hostiam.' *Gud.*

13 *Hominique curam cura majore aggravant*] Id est, ex incerto et sollicito dimittunt multo incertiorem ac sollicitiorem. *Ritt.*

Cura majore] Propter dissensum, et incertitudinem interpretationis, ac

Digitized by Google

propterea remedii quoque. *Schef.* Simile est illud apud Terent. Phor. II. 4. 'Fecistis probe: Incertior sum multo, quam dudum.'

Aggravant] Ms. *Adgrabant.* Gud.

14 *Naris emunctæ*] Horatianum est, de iis, qui rem possunt subodorari, hoc est, occultam indagare ac intelligere. *Schef.*

15 *Natura*] Subaudiendum, rerum, id est, natura omnium rerum nunquam Æsopum latuit. *Gud.*

Verba dare] Quem non potuit externa specie decipere. Plautus Epid. a. III. sc. 4. 'Sic mihi data esse verba præsenti palam.' Et sic sæpe. Valt, intime scivisse rationem rerum naturalium. *Schef.*

16 *Procurare*] Solemnis hæc formula, de qua Brisson. Formularum lib. I. *Nev.*

Procurare] Hic primam producit, contra Tibull. Eleg. I. 5. 'Ipse procuravi, ne possent sæva nocere Somnia.' Et ita Ovid. *Gud.*

17 *Uxores*] Non proprie *uxores* dicebantur, sed *conjunctæ*, ut ait Varro; uxor enim nisi liberi capitis esse non potest, quod tamen memini non observare quosdam scriptores. 'Contubernales' quoque dicebantur, uti ex Tacito videor observasse. *Faber.*

Uxores da] Simile quid Plutarchus tribuit Thaleti: in convivio septem Sapient. pag. 149. *Burm.*

Uxores, inquit, da tuis pastoribus] Eandem corruptelam Latiis pastoribus objicit Juvenalis, et præclare Satyricam Phædri sententiam explicat, Sat. II. 'Quadringenta dedit Gracchus sestertia dotem Cornicini, sive hic recto cantaverat ære. Signatæ tabulæ: dictum Feliciter: lugens Cœna sedet: gremio jacuit nova nupta mariti. O proceres, censore opus est, an aruspice nobis? Scilicet horreres, majoraque monstra putares, Si mulier vitulum, vel si bos ederet agnum? Segmenta et longos habitus et flammea sumit, Arcano qui sacra ferens nutantia loro Sudavit clypeis ancilibus. O pater Urbis, Unde nefas tantum Latiis pastoribus? unde Hæc tetigit, Gradive, tuos urtica nepotes?' *Rig.*

Uxores da tuis pastoribus] Juven. Sat. II. 121. aliter argumentatur; et Manilius lib. IV. 101. 'Permiscet sæpe ferarum Corpora cum membris hominum; non seminis ille Partus erit: quid enim nobis commune ferisque, Quisve in portenti noxam peccarit adulter? Astra novant formas, cœlumque interserit ora.' *Gud.*

FABULA IV.

1 *Pendere*] Proprie de rebus venalibus. Suet. de Claudio c. 9. 'Cum obligatam ærario fidem liberare non posset, in vacuum lege Prædiatoria venalis pependerit sub edicto Præfectorum.' Adde ibi Casaub. *Schef.*

Ad lanium] Id est, apud lanium. Plautus locis sexcentis: ita 'Ad prætorem solvere.' Ita apud eundem scriptorem metri necessitate admonente reponendum in hoc Mostellariæ versu: 'Tanto apud judicem hunc argento condemnabis facilius.' Leg. *ad judicem.* Item in Trinummo, ubi libri vulgati habent: 'Apud portitorem eas resignatas sibi,' reponendum *Ad portitorem*; sunt enim senarii. *Faber.*

Ad lanium] Pro, apud Lanium. Sic Plautus 'Ad forum,' pro, apud forum: 'Ad exercitum,' pro, apud exercitum. Terentius, 'Ad sororem,'

Digitized by Google

'Ad uxorem,' pro, apud sororem, apud uxorem: Heautont. *Ritt.*

Simium] Ergo et hi comedebantur olim, quamvis de iis nihil memoret P. Castell. de usu carnium. *Buchn.* In edicto Antiochi Magni apud Joseph. Antiq. Jud. XII. 3. intellectæ videri possunt hæ carnes; expressæ non sunt: quum aliæ haud minus abhorrentes moribus nostris recenseantur. Vetat enim Hierosolymas inferri 'equinas carnes, aut mulinas, aut asinorum agrestium mansuetorumve, pardalium etiam et vulpium, et leporum;' deinde subjicit: 'et in universum omnium animalium, quorum esu Judæis interdictum est.' *Freinsh.* Non velut obsonium quoddam, aut venalem cibum, quod post alios etiam Buchnerus et Freinshemius sunt suspicati, Gallumque interpretem adduxit, ut adderet, 'simium mortuum,' de quo tamen nihil Phædrus: sed alias, tanquam alia merx, vivam. Itaque hæc omnia, quæ sequuntur de sapore, joco dici putanda. *Schef.*

2 *Inter reliquas*] Τὸ *quas* duabus quidem syllabis, ut alibi, ita hic legendum κατὰ διαίρεσιν: non tamen ob id statim mutanda est scriptura, ut *reliciias* scribamus: quod putabat quidam amicus noster. Sic Lucretius lib. IV. 'Reliqüas tamen esse vias, in mente patentes.' Idem alibi: 'Numquam reliqüo reparari tempore posset.' *Ritt.*

Reliquas] Hoc loco *reliquas* quatuor syllabarum est, meliusque scribas *rellicuas*, ut apud Lucretium: 'Nunquam rellicuo reparari tempore posse.' Et alibi quoque, si vacaret exscribere. Ita apud Plautum 'Deliquum' totidem syllabarum modum habet in Mss. Codd. Camerarii et Langii. *Faber.*

Reliquas] Legendum pro *reliquias*. Sic fere apud Terentium, et alios, ut supra notavimus. *Gud.*

3 *Quidnam*] Suspicabar, *quinam*, id est, quomodo. Sed forte nihil mutandum. *Ritt.*

Quidnam saperet] Recte, nec in *quinam* immutandum, uti suspicatur Rittershusius. Juvenal. Sat. II. 81. 'Calidæ sapiat quid vulva popinæ.' *Schef.* Forte legendum, *quianam*. Sic inf. fab. 59. 'Quianam fecisset,' ut emendavit Rittershusius; posset tamen retineri vulgaris lectio. Cato de Re Rustica, de vino: 'Vinum ponito sub dio, postridie mane gustato; si id sapiet, quod in dolio est, non durabit.' *Heins.*

4 *Quale, inquit, caput est, &c.*] Mala ingenia male sæpenumero habitant. Cassius Jatrosophista, Problem. 51. Διὰ τί τερατόμορφοι καὶ ἄφρονες: Ὅτι τοῖς σαματικοῖς τὰ ψυχικὰ συμπάσχει, ὥσπερ τοῖς ψύχεσι τὰ σωματικά. Erato Terpsitheæ apud Theoph. Simoc. Τῆς φύσεως τὴν σοφίαν τεθαύμακα, καίτοι ψυχῇ σώματος εὐτρέπειαν μὴ πιστεύσασαν. *Rig.*

Caput] Ita fere Xanthi discipulus quidam de Æsopo: Οἷα γὰρ ἡ μορφὴ, τοιὰ δὲ καὶ ἡ ψυχή. *Prase.* Ingenium, intellectus, ejus nempe, qui emit. Alii enim delectantur aliis. Sunt quibus ea tantum placent, quæ ante nemini usurpata in cibum. Quomodo Mæcenas 'pullos asinorum epulari instituit,' ut ait Plin. VIII. c. 43. Possis ergo sic interpretari: Si tali emptor ingenio, ut capiatur cibis novis, præstabo gustum simii suavissimum. Atque ita quidem posset locus hic intelligi. Sed quomodo hæc interpretatio conveniens sequentibus esset, haud satis video. Dicuntur ibi formosi sæpe inveniri pessimi, quod si oppositum præcedentibus, necesse est, ut intelligamus non semper, quale caput, talem præstari saporem. Quorum verborum hic erit sensus: Non semper, qualis exterior rei forma, talis quoque sapor ejus; relato vocabulo *caput* non ad emptorem, sed rem vendendam, ipsumque obsonium. Atque ita *caput*, speciem

Digitized by Google

externam, formam, et plane id, quod faciem alias appellant, denotabit. Quod nescio an alibi reperiatur. Faber ita: *Je vous répons, que telle qu'est la teste, tel est le goût du reste.* Vellem clarius exposuisset. *Schef.*

Præstatur] Expone: *Je vous répons, que telle qu'est la teste, tel est le goût du reste.* Et eandem vim esse judico in verbo *præstare,* hoc Senecæ loco de Ira lib. II. 'Sed ne ad illam quidem arctissimam innocentiæ formulam præstare nos possumus;' etsi scio aliter intellexisse doctissimum Lipsium. *Faber.* Solenne verbum venditoris, quo promittit rem esse talem, atque sic venturam ad emptorem, qualem dicit. Vide Bar. Brissonium in Form. lib. VI. p. m. 550. Hinc apud Senec. de vita Beat. c. 14. 'Ut concedas omnia eos fide bona dicere, ut ad præstationem scribant, tamen cujus ista errores minuent?' *Schef.*

Præstatur] Ms. *præstatus.* Gud.

5 *Ridicule magis hoc dictum*] Hoc ait Phædrus in gratiam Æsopi. Planud. vit. Æsopi initio. Vide et Sueton. in Tiber. c. 68. *Rig.*

Æstimo] Existimo, puto, absolute. Verum nescio, an sic alii usurpent, dubitoque, num non *extimo* scribendum sit, pro, existimo; sicut *Dixti* apud Terent. pro, Dixisti. Sane in hac voce suum descriptores secutos esse animum, etiam alibi deprehendo. Nam apud Pacatum nostrum c. 27. ubi Mss. habent *extimare,* fecerunt *æstimare,* sic c. 49. pro *æstimandum* in Mss. *extimandum* legitur: qua de re in curis secundis ad eum Panegyricum. Sed tamen et altero modo habes apud Macrobium Satur. II. 8. 'Multi, ut æstimo, in hoc a Varrone dissentiunt:' Adde, quæ afferimus in indice ad Hyginum, qui sæpissime sic loquitur. *Schef.* Vide ad Quinct. Instit. V. 10. et Munker. præfat. ad Hygin.

6 *Formosos* Ms. *formosus.* Gud.

7 *Et turpi facie*] Bene Seneca: 'Potest ingenium felicissimum sub qualibet cute latere: potest e casa vir magnus prodire: potest e deformi humilique corpusculo formosus animus ac ingennus.' *Nev.*

Et turpi facie multos cognovi optimos] Exemplo sit vel ipse Æsopus, quem corpore deformem fuisse accepimus, sed mire ingeniosum: ut jure optimo illud Ovidianum de se dici potuerit: 'Si mihi difficilis formam natura negavit, Ingenio formæ damna rependo meæ.' Addamus et Epictetum, cujus de se ipso distichon ex Gellio notum est: Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην, καὶ σώματι πηρὸς, Καὶ πενίην ἶρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις. i. e. *Servus Epictetus mutilatum corpus habebam; Pauperiemque Irus, sed Deo amatus eram.* Immo si Petronio credimus: 'Raram facit misturam cum sapientia forma.' Ἀφορᾷν οὖν δεῖ εἰς τὸν νοῦν, καὶ μὴ εἰς τὴν ὄψιν: ut ad herum suum dicebat Æsopus. Idem et Syracides monet his verbis c. 11. Μὴ αἰνέσῃς ἄνδρα ἐν κάλλει αὐτοῦ· καὶ μὴ βδελύξῃς ἄνθρωπον ἐν τῇ ὁράσει αὐτοῦ. Et Salvator noster Joh. 7. ait: Μὴ κρίνετε κατ' ὄψιν, ἀλλὰ τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνατε. Deus item ad Samuelem I. Reg. 16. Μὴ ἐπιβλέψῃς ἐπὶ τὴν ὄψιν αὐτοῦ, μηδὲ εἰς τὴν ἕξιν μεγέθους αὐτοῦ, &c. Vel ut D. Chrysostomus citat: Μὴ πρόσχῃς εἰς τὴν ὄψιν αὐτοῦ. Est tamen cum monstrosa corporis figura etiam animum indicat pravum et distortum. Quo pertinet Epigramma Palladæ Antholog. lib. II. tit. εἰς χωλούς. Χωλὸν ἔχεις τὸν νοῦν, ὃς τὸν ποδα· καὶ γὰρ ἀληθῶς Εἰκόνα τῶν ἐντὸς σὴ φύσις ἐκτὸς ἔχει. Hoc est: *Mens animi haud aliter quam pes tibi claudicat: intus Quod latet, externa pingitur in facie.* Ritt.

Digitized by Google

FABULA V.

1 *Successus ad perniciem multos devocat*] Ms. *sæpe multos.* Exstat inter Gnomas Ethico-Politicas, quas ex Ms. Palatino edidit Gruterus: 'Sed ad perniciem quoque mortales devocat.' V. sup. lib. I. fab. 20. *Gud.*

Devocat] Pellicit ac trahit sensim, quoniam a bonis est descensus veluti ad mala. Cicero in Orat. ad Deiot. simpliciter sic usurpat *vocat*: 'Mentes judicum ad utilitatem nostram vocandas.' *Schef.* Supr. I. 20.

2 *Petulans*] Proprie hoc loco de eo, qui gaudet lædere alios. Festus: 'Petulantes, et petulci etiam, appellantur, qui protervo impetu et crebro petunt, lædendi alterius gratia.' *Schef.*

3 *Tanto melior*] Laudandi atque approbandi apud veteres formula: contra autem, *tanto nequior.* Plautus in Persa: 'Nunc jam omnes sycophantias instruxi et comparavi, Quo pacto ab Lenone auferam hoc argentum. SA. Tanto melior.' In Truculento autem: 'STR. En tibi talentum argenti; Philippicum est; tene tibi. PH. Tanto melior; noster esto.' At contra in Menæchmis: 'MESS. Quid ergo opus est? ME. Scio, ut mendices. M. Tanto nequior.' Terent. in Adelphis: 'SY. Nihilne in mentem? CT. Nunquam quidquam. SY. Tanto nequior.' *Faber.* Verba sunt Æsopi, velut laudantis alterum ob hanc nequitiam. Est enim hæc formula laudandi atque approbandi quidpiam elliptica, quæ integra foret: 'Tanto negotio commisso melior es factus.' Plautus in Trucul. 'STR. En tibi talentum argenti; Philippicum est; tene tibi. PH. Tanto melior; noster esto.' Similia habet in Persa, ut et a Fabro annotatum est, anteque ipsum a Cl. Gronovio Obs. lib. II. c. 21. Adde Terent. Adel. IV. sc. 1. et ibi Donatum. *Schef.* Vide Vavass. de vi et usu quorumdam verborum p. 60. et ad Petron. c. 69.

Tanto melior] Seneca ep. 31. et 71. Plautus extrema Truculento. Terentius Heautont. act. III. sc. 2. 'Tanto hercle melior.' *Gud.*

4 *Prosecutus*] Ellipt. pro, sic eum prosecutus verbis; quomodo Cicero loquitur in Tusculan. II. *Schef.*

6 *Potens*] Qui potest melius, atque ego, dare. Vid. sup. I. 24. *Schef.* Immo vero *potens*, hic, in urbe gratia et auctoritate valens, quod ostendit exitus fabulæ: nam cruce curavit affigi; ita 'Dites' et 'Potentes' distinguit Terent. Adelph. III. 4. 56. *Burm.*

9 *Impudentem audaciam*] An scribendum, *imprudentem?* Sed et sic Terentius in Heaut. act. II. sc. 3. 'O hominis impudentem audaciam.' *Schef.*

10 *Comprehensus*] Mallem, *Comprensus.* Schef. Et ita Heinsius: sed in pronuntiando tribus syllabis efferri potest.

FABULA VI.

Musca et mula] Camerarius p. 16. de Crabrone et Mula. *Rig.*

1 *Temone*] Mss. *timone.* Gallis hodie *Timon.* Gud.

Mulam] Mularum enim usus fuit quondam in vehiculis creberrimus. Conf. Suet. Ner. 30. Vesp. 23. Et ostenditur amplius in opere de Re Vehiculari. *Schef.*

2 *Quam tarda es? inquit*] Ms. Rem.

Digitized by Google

Quam tarde? inquit. An, *Quam tarde is, inquit?* Sed retineo potius vulgatam, imitatus Tibullum Eleg. I. 1. 'Aut stimulo tardos increpuisse boves.' Eleganter autem et proprie loquitur hic Phædrus. Hinc homines stupidos 'Mulos' vocabant. Catullus in Lesbiæ suæ maritum Epigr. LXXXIV. 'Mule, nihil sentis.' Atque hinc corrigendus Terentius Eunucho, act. III. sc. 1. 'Thras. Imo sic homo est perpaucorum hominum. Gnatho: Imo malorum arbitror, si tecum vivit:' vel, ut aliæ editiones, *Imo nullorum.* Scribe omnino, *Immo mulorum,* quod est ex asinorum stirpe: salse et lepide. Illud *malorum* genio et sale Terentiano caret, et nive Gallica frigidius. Hinc Phædrus de mula oppido concinne addit: *Quam tarda es,* plane ut Terentianus Syrus Chremetis stuporem objurgans, 'Hui! quam tardus es,' inquit Heaut. IV. sc. 4. Ut vero apud Terentium, 'Hominem mulorum;' sic apud Plautum, 'Asini homines.' *Gud.*

Non vis] Suspicatur nobil. amplissimusque Dominus N. Heinsius, *non quis:* commode. Credo tamen posse stare lectionem receptam. Et respicit *τὸ vis* eleganter tarditatem affectatam per ignaviam, quam potissimum hic putat castigandam, contra, quam fit, si ponamus *quis,* cum non queamus sæpe per infirmitatem. Adde, quæ de hac re tradidi lib. I. Rei Vehicul. cap. 17. pag. 223. *Schef.* Vid. ad lib. I. fab. 29.

Non vis citius progredi] Notum schema interrogando jubere. Virgil. 'Non arma expedient, totaque ex urbe sequentur?' Terentius, Eun. v. sc. 1. 'Non tu isthuc mihi dictura aperte es, quicquid est?' *Gud.*

3 *Vide*] Notandum, ultimam in *Vide* hic corripi. *Gud.*

Vide] Hic corripi ultimam Gudius notat, quod ut fieri posse non negamus, malumus tamen hic, *Vide dolone ne collum pungam tibi. Pungo* enim et Rimicius habet: et illud *ne* propter ultimam syllabam *τοῦ dolone* excidit, et postea transpositum. Plura olim ad Val. Flac. v. 595. dicemus. *Burm.*

Vide ne dolone collum, &c.] Scite *Dolonem* vocat muscæ proboscidem, ex qua deus prominet, quo irata pungit. Lucianus Muscæ Enc. 'Αμύνεται μέντοι οὐ κατὰ τὸ ὀρθοκίγιον, ὡς σφὴξ καὶ μέλιττα, ἀλλὰ τῷ στόματι, καὶ τῇ προβοσκίδι, ἣν κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ἐλέφασι καὶ αὕτη ἔχουσα προνομεύει τε, καὶ ἐπιλαμβάνεται, καὶ προσφῦσα κατέχει, κοτυληδόνι κατὰ τὸ ἄκρον ἐοικυῖα. ἐκ δὲ αὐτῆς ὀδοὺς προκύπτει, ᾧ κεντοῦσα, πίνει τοῦ αἵματος. *Rig.*

Dolone] Eleganter et per fastum de aculeo suo sic loquitur. Nam *dolon* proprie gladius, aut cuspis ferrea in baculo recondita, ut ex Servio cognoscimus. Et solet musca suum aculeum sic abdere. *Schef.*

Dolone] *Dolon* quid sit, jam notum: nempe lignum in quo gladiolus lateat: vel *ξιφίδιον ἐν ξύλῳ ἀποκεκρυμμένον.* Sic utitur Alphenus lib. LII. §. 1. D. ad l. Aquil. Sic Ulp. l. I. §. 7. et generaliter. D. Si quadrup. paup. fec. dic. Sic Sueton. in Claudio c. 13. *Ritt.*

Dolone] Salmasius ad oram libri: '*acolione,* hoc est, *aculeone. Dolo.* Gloss. Div. I. *Dolone, Yxus,* id est, *spata, fuste. Dolones, tela abscondita.*' Gud.

5 *Sella prima*] Anon. fab. 37. reddidit: 'Quem sustinet axis.' Neque hic pars pro parte ponitur: sed *axis* primo dicitur pro tota rheda; hæc pro parte illa, quæ Vitruvio est 'Capsus rhedæ.' *Prasch.* Intelligit aurigam. *Prima sella* est, scamnum equis proximum, in quo propria sedes aurigarum. Dixi pluribus in De Re Vehiculari. *Schef.* Hoc *primo temone* dixit Propert. II. 8. 'Spectaclum ipsa sedens primo temone pependit.'

6 *Jugum flagello temperat*] Insolentior mihi videtur hæc locutio, cujus nullum exemplum novi: *jugum* dici

Digitized by Google

temperare, ut Horatio 'Ora frenis,' vix posse puto. Quare corruptum locum et considerandum do, an non forte legendum sit, *Tergum flagello temperat lento meum, Et ora, &c.* nam in lectione a Cl. Grævio prolata, non video, cur *flagellum meum* dicat Mula, et qua ratione potius jugum *lentum* dicatur, quam flagellum. Nam eo modo 'Lentas virgas' dixit Plaut. Asin. III. 2. *Ora* vero sine dubio legendum esse puto. *Burm.*

Flagello lento] Sequacis in verbera lentitiæ. *Rig.*

Temperat] Regit, moderatur, ne tardius aut celerius incedam, quam oportet. Sic 'Temperare ora frænis' dixit Horat. *Schef.*

Lento] Facto quippe ex loris. *Schef.*

7 *Et lora*] *Continere lora*, est, tenere ea manu, quômodo apud Cornel. Milt. c. 2. 'Communivi,' pro, munivi, et apud Curt. v. c. 8. 'Condonare,' pro, donare. Mallet tamen Praschius, *ora*, pro *lora:* id quod vehementer placet. Sic enim Ovidius 'Coërcere ora frenis' usurpavit. Doctissimus et amicissimus Joh. Georg. Grævius id ipsum firmat in Lectionibus Hesiodeis c. 19. *Schef.*

Lora frenis continet] Forte *ora:* et ita conjecerat Praschius, et Grævius ad Hesiod. c. 19. Sic Lucanus l. IV. 'Rigidos vexantia frenos Ora tenens.' Sic apud Ovidium: 'Coërcere ora frenis.' Sed *ora tenere* et *continere*, est, tacere; ut Virgil. Æn. II. vs. 1. 'Conticuere omnes, intentique ora tenebant.' Unde rectius vulgata retinetur. Juvenalis Sat. I. 'Puer Automedon nam lora tenebat.' Ovidius lib. II. ad Phaëthont. 'Parce puer stimulis, et fortius utere loris.' Et statim: 'Corripe lora manu.' Et tandem: 'Lora remisit.' Virgil. Æneid. lib. I. 'Curruque hæsit resupinus inani, Lora tenens tamen.' Plaut. Menæch. act. v. sc. 2. 'Jam astiti in currum, jam lora teneo, jam stimulum in manu est.' *Frenis spumantibus*, ut Virgilius, 'Spumas agit ore cruentas.' 'Frena spumantia' est apud Virgilium Æn. lib. IV. et V. Sic et Silius Ital. lib. XII. 'Immitem quatiebat equum, spumantia sævo Frena cruentantem morsu.' Vid. Heins. ad Claudian. p. 152. Totum hunc locum ita habet Romul. lib. II. fab. 17. *Qui prima sella sedet, qui frenis ora temperat, et loris iter flectit flagello excusso.* Gud.

Spumantibus] Ita tenet, ut spument. Vult reddere rationem, quare non possit celerius incedere. Non tantum, ait, tenet, sed tenet tam valide, meque cohibet, ut et frena spument, h. e. spuma ex labore oppleantur. Imitatione Virgiliana, qui sic Æn. IV. 'Stat sonipes, ac frena ferox spumantia mandit.' Et lib. V. 'spumantiaque addit Frena feris.' *Schef.*

8 *Aufer*] Id est, omitte eam. Sic Terent. Phor. V. sc. 6. 'Quin tu hinc pollicitationes aufer.' Plaut. Pers. V. sc. 2. 'Jurgium auferas hinc.' *Schef.*

Frivolam] Vanam, cui nullæ subsunt vires. Festus: '*Frivola* sunt proprie vasa fictilia quassa, unde dicta *verba frivola*, quæ minus sunt fide subnixa.' *Schef.*

9 *Nam ubi*] Lego, *Namque ubi*, et mox, pro *currendum est, currendum erit.* Alias enim versus non constat, quamquam *M*, ut alibi, possit non elidi. *Buchn.*

Ubi strigandum] Interquiescendum. Cynthia Propertiana: 'Striga, nam capio volsi carpenta nepotis.' Seneca Epist. XXXI. 'Rursus ad honesta nitentes, quanto magis incubuerint, minusque sibi vinci ac strigare permiserint, admirabor et clamabo, Tanto melior; surge et restriga: et clivum istum uno, si potes, spiritu exsupera.' Charisius lib. I. 'Striga, intervallum turmarum significat, in quo equi strigantur.' Vid. Higinus lib. de castram. *Rig.*

Digitized by Google

Tricandum] Legendum, *strigandum*, quæ est vera lectio: sed libri scripti mendose *tricandum*, ut *triga* in veteri Glossario pro *Striga*, ut Salmasius notavit ad marginem. Et *Trix* in notis Tyronis et Senecæ pag. 157. pro *Strix*. Pithœus, Rittershusius, Scioppius, Meursius, atque ipse Rigaltius in prima editione, non animadverterant mendum; sed postquam Neveletus anno 1610. admonuerat, Grutenum legere *strigandum*, omnes facile assensere. Itaque Grutero hujus emendationis gloria debetur, quem secutus Salmasius ad Solinum: quid sit vero, primus explicavit Scaliger in Castigationibus ad Propertium et ad Catalecta: iis usus est Rigaltius, sed dissimulato auctore, inquit Faber. Sed magis in eo notandum erat, quod, cum in scriptis et editis omnibus, etiam in prima Rigaltiana editione, legeretur *tricandum*, Gruterus autem primus eleganter restituisset, *strigandum*, monente id Neveleto, Rigaltius tamen sexto anno post editas illas Neveleti notas, quas passim in secunda sua editione tacitus sublegit, emendationem illam Gruterianam, ne nominato quidem Grutero, in textum recepit *strigandum*. Vide an huc pertineat locus Columellæ lib. VII. c. 7. 'Pecuarius tamen strigosus aut pernix.' *Gud.*

Tricandum] *Tricari* ponere videtur pro, morari: opponit enim cursui. Gloss. Isid. 'Acinari, tricari, in parvo morari.' Non. Marcell. I. 26. '*Tricæ* sunt, impedimenta et implicationes (et *intricare*, impedire, morari) dictæ quasi *tericæ*, quod pullos gallinaceos involvant et impediant capilli pedibus implicati.' *Prasch.* Quid *striga*, quid *strigare*, quia vulgo notum non est, Scaligeri V. Ill. verbis dicam: '*Strigare* dicuntur equi, quoties interquiescunt, dictum a *striga*, quod erat μεταίχμιον et spatium turmarum, in quo equi stringebantur, a quo nomen habet, ut docet Charisius. Hinc factum, ut, quoties interquiescunt equi et jumenta, dicantur *strigare*. Contrarium, *restrigare*. Seneca: 'Surge et restriga, clivum istum, si potes, exsupera:' Ep. XXXI. *Striga* (male enim *triga*) id Glossis explicatur, (intellige Glossarium ab H. Stephano editum, et postea a Vulcanio illustratum,) τόπος ὅπου ἵπποι γυμνάζονται.' Hæc ille in Castigationibus Propertianis et in Catalect. Virg. Iis usus est Rigaltius, sed dissimulato auctore. Addam ego, in glossario legi *trigarium*, non *triga*. Deinde hoc quoque, si vera sit Charisii etymologia, errare Græculum magistrum, qui dixit esse locum ὅπου ἵπποι γυμνάζονται: nam dicere debuit ψήχονται. *Faber.* Recte, *strigandum*. Veteres editiones habuere *tricandum*, quod varias interpretationes peperit. *Schef.* Vide Salmas. Exerc. Plin. p. 40. qui sibi hanc emendationem vindicat, et Rutger. Var. I. 11. Hinc derivatur 'strigarium,' de quo vide Schef. de Re Vehic. I. 17. In loco Senecæ, a Scaligero adducto, vulgo *respira* legitur; ego mallem *destriga*: *destrigare* enim contrarium est τῷ *strigare*: hoc verbum Glossis Isidori restituit Gebhard. Crepund. III. 16. Vide et Gronov. ad Senec. Herc. Œt. 1908. ubi pro *respirare*, *strigare* reponere mallet, ut et apud Justin. XI. 15. *Burm.*

11 *Virtute*] Viribus. Vide supra lib. I. c. 2. *Schef.*

Digitized by Google

FABULA VII.

Lupus ad canem] Vide Camerar. p. 191. Consimilis fabula apud Avienum de cane et leone 37. Hujus autem fabulæ argumento convenit act. I. sc. 1. Menæch. Plaut. *Rig.*

2 *Perpasto*] *Præpasto* citat Salmas. Exerc. Plin. p. 26. et, præpingui explicat. *Schef.*

Perpasto] ' *Præpasto:* Vet. Gloss. ' Pastus, πιμελὴς, λιπαρός.' ' Salmas. ad marginem. *Gud.*

Confectus] De eo, cujus vires plane deminutæ sunt. Ita Cicero in Catil. I. ' Fame, frigore, inopia rerum confectum ' dixit. *Schef.*

3 *Forte occurrit*] ' Leg. *Occurrit forte.* Sic versus expeditior.' Guiet. *Gud.*

Salutantes] Absolute, pro, se salutantes. Ut in illo Terent. in Heaut. II. sc. 3. ' Sine saltem salutare.' *Schef.* Lege, *occurrit dein salutando*, vel *salutant invicem.* Heins.

Salutantes dein invicem] Ms. *dein salutantes invicem.* Salmasius, *dein se salutant invicem.* Malo, *deinde salutantes.* Gud.

4 *Unde sic, quæso, nites? Aut quo cibo fecisti tantum corporis*] Eleganter formatum ex illo parasito Gnathonis Terentiani, ad perpastum canem parasitastrum concinnatum. Eunuch. II. sc. 2. ' Qui color, nitor, vestitus, quæ habitudo est corporis?' *Facere corpus*, ut ' Amittere corpus,' apud Ciceronem Epist. lib. VII. ad Gall. et Lucretium lib. I. ' Nam veluti privata cibo natura animantum Diffluit amittens corpus.' Sic noster supra lib. I. fab. 5. ' Cervus vasti corporis.' Quod vero est apud Justinum in prologo, ' Breve veluti florum corpusculum feci,' huc quidem non pertinet; ostendit tamen *facere corpus* eadem significatione dici posse, ut apud Quintilianum. ' Facere vires.' Immo Quintilianus lib. X. sic: ' Nam Macer et Lucretius legendi quidem, sed non ut phrasin, id est, corpus eloquentiæ faciant;' hoc est, corpus eloquentiæ constituant, orationem constituant. Sed hæc non pertinent ad hanc Phædri phrasin, apud quem *corpus facere* est, pinguescere. *Gud.*

Nites] Terent. in Eunuch. ' Qui color, nitor, vestitus, quæ habitudo est corporis?' Et Horat. ' Non deterius nituistis, o pueri.' *Faber.* Eos proprie significat, quorum pellis ex sagina distenta splendet. Hausit ex Virgilio, qui sic Æn. III. ' Superoque nitentem Cœlicolum regi, mactabam in littore taurum.' *Schef.* C. Nepos Eum. 5. ' Jumenta nitida.' Ubi vide Gebhardum. Ovid. Met. I. 610. ' Inque nitentem Inachidos vultus mutaverat ille juvencam.' Vid. Lambin. ad Horat. Od. III. 12. et Weitz. ad Petron. cap. 11. *Burm.*

5 *Fecisti tantum corporis*] Notandum, *facere corpus*, pro, corpulentiorem et habitiorem fieri: quod etiamsi sine exemplo putat Rittershusius, tamen nonnulla possum proferre ita similia, ut germana esse dicas. Jam primum cum Cicero in Verrem dixit, ' Maximam uno anno pecuniam facere posset,' quid quæso ibi *facere* significat, quam aggerare, undique colligere? Dein, cum Quintilianus longe florentissimus auctor scripsit lib. X. c. 3. ' Vires faciamus ante omnia, quæ sufficiant labori certaminum,' quid aliud significat, nisi, vires nobis paremus, colligamus, &c.? Præterea ita locutos esse Græcos mihi plane constat, apud quos τὸ σωματοποιεῖν

Digitized by Google

præter cætera id quoque significat, quod hoc loco *corpus facere* dixit Phædrus. Cæterum exemplorum, quæ quasi similia affert Rittershusius, nullum est, quod ad rem faciat; sed in refellendo tempus male positum putem. *Faber.* Græca imitatione, pro, obesum reddidisti. *Corpus* habitudinem bonam et saginam significat. Ut apud Ciceronem Ep. Fam. VII. 26. et in illo Martialis Epig. lib. I. 7. 'Inque omni nusquam corpore corpus erat.' *Facere* autem *corpus*, ut *facere vires*. Fabius lib. X. c. 3. 'Vires faciamus ante omnia, quæ sufficiant laboribus certaminum, et usu non exhauriantur.' *Schef.* Huc trahit locutionem similem, 'Facere sanguinem' apud Ovid. Heroid. XIV. vs. 82. nobilissimus Heinsius. Propius accedit Senecæ locus de Benefic. lib. V. 13. quem ita legendum puto: *Vobis voluptas est, inerti otio facere corpusculum.* Vulgo legebatur: *inerti otio assuefacere corpusculum.* Idem dixit Seneca ac Noster statim: 'Et otiosum largo satiari cibo.' Sic 'Abundans corporis,' pro pingui, Claud. in Eutrop. II. 380. et contra 'Amittere corpus' Lucretium et Ciceronem dixisse notat Lambin. ad Lucret. I. 810. Ovid. Epist. III. 141. 'Abiit corpusque colorque:' et Amor. I. 6. 6. ut multi legunt, 'Aptaque subducto corpore membra dedit.' Quinct. Decl. V. c. 9. 'Hæret adstricta nudatis ossibus cutis, et, in fame sua homine consumto, jam membra sine corpore.' *Burm.*

Fecisti tantum corporis] *Corpus facere* (quod haud scio an nemo præter hunc auctorem alius ita usurparit) est pinguescere, et nitidum beneque curata cute fieri, ut Horat. loquitur. Huic contrarium est apud Lucretium lib. I. et Ciceronem Epist. Fam. lib. VII. 27. 'Corpus amittere,' id est, macrum fieri, et morbo exhaustis viribus totum langnère, valdeque imbecillum esse, adeoque ossa atque pellem, quod dicitur apud Plautum. Περὶ δ' ὀστέα μοῦνον Ῥυὸς ἦεν, inquit de tali homine Smyrnæus Paralip. lib. IX. Plinius non absimiliter Phædro dixit, folia 'caput facere,' quando jam in semen excrescunt, l. XXVI. c. 12. Sic 'Numerum facere' dixit Cyprianus et Paulinus. Illius hæc sunt verba, De Idolorum vanit. Tract. 4. 'Populus de sceleratis et nocentibus congregatur, et asylo constituto facit numerum impunitas criminum.' Paulini ista Epist. 4. 'Quasi vero numerum loquacitate facturus.' *Ritt.*

Fecisti tantum corporis] *Corporis*, carnis, pinguedinis. Vetus Glossar. 'Corpodicina, Μακελλήτης.' Sic *corpulentior*, habitior, crassior. Plaut. Epid. 'Corpulentior videre atque habitior.' Apuleius Miles. VII. 'Cum alioquin, exsectis genitalibus, possit neque in Venerem ullo modo surgere, nosque omni metu periculi liberare, insuper etiam longe crassior atque corpulentior effici.' Festus: '*Corpulentis* Ennius, pro, magnis dixit; nos *corpulentum* dicimus corporis obesi hominem.' Isidor. Gloss. Ms. '*Corpulentus*, quod sit corpore validus, et lentis carnibus.' Sic Varro de Re Rust. VII. cap. 6. admissarium equum 'corpore multo' esse debere ait. *Rig.*

7 *Simpliciter*] Aperte, absque dissimulatione. Auctor de Caus. Cor. 21. 'Fatebor vobis simpliciter, me in quibusdam antiquorum vix risum tenere.' Curtius IV. c. 11. 'Legati respondent, quum bellum in animo sit, facere eum simpliciter, quod spe pacis non frustretur.' *Simpliciter* est, candide, absque dolo. Cicero Acad. IV. 'Cum simplici homine simpliciter agerem.' *Schef.*

Est conditio] Lego, *en conditio*. Malo tamen, *eadem conditio et tibi est*. Heins.

8 *Potes*] Non simpliciter, sed in respectu ad animum et voluntatem, ex Virgilio, qui Ecloga VII. 'Et si

Digitized by Google

quid cessare potes, requiesce sub umbra.' Bene ibi Servius: 'Si tibi potes vel breve otium persuadere. Nam loquitur ad hominem amantem laboris.' Ut Virgilius ad amantem laboris, sic hic ad amantem otii. Plaut. in Pœnulo I. sc. 2. 'Potesne mihi auscultare? MIL. Possum.' Horat. Ep. I. 5. 'Si potes Archaicis conviva recumbere lectis.' Juven. Sat. v. 'Si potes illa pati.' Similiter Ovid. Met. III. 436. Virgil. Æn. XII. 177. et locis aliis. *Schef.* Vid. sup. ad lib. I. fab. 15.

9 *Inquit ille*] Mallem ego hæc divisim legere, et *ille* referre ad canem. *Schef.*

10 *Et noctu*] Quam hoc sane ineptum, domum tueri a nocte innoxia? Corrigendum aio, *et vecti domum*. Tuearis, inquit, domum a furibus, et vecticularlis. In schedis Festi: 'Vecticularia vita dicitur eorum, qui vectibus parietes alienos perfodiunt furandi gratia.' Nemo ergo dubitabit, hanc esse genuinam hujus loci lectionem. *Meurs.* Imo fortassis nihil mutandum. Τὸ *et* non copulat *furibus* et *noctu*, sed transpositum est, et conjungit illa *custos sis* et *tuearis*. Innuit itaque Canem et custodire debere et tueri noctu domum. Ita mox: 'Et vigilem nox quum venerit.' Buchn. Locus, ut videtur Meursio V. Cl. corruptus: sed errare Meursium jam jam ostendam. Verba Viri Clarissimi sunt: 'Quam hoc sane ineptum, inquit, domum tueri a nocte innoxia? corrigendum aio, *et vecti domum*. Tuearis, inquit, domum a furibus et vecticularlis.' Mox addit Meursius: 'Nemo ergo dubitabit hanc esse germanam hujus loci lectionem.' Hæc ille: quæ tamen mihi nauci non sunt. Primo, quia domum tueri a furibus et vecticularlis idem sit ac si dicerem, tueri a furibus et furibus: (nam vecticularii furum species sunt:) deinde quia nihil quidquam mutare necesse fuit; sed attendere tantum τὸ ἐξῆς: est autem tale: ut sis custos liminis et domum noctu (id est, per noctem) a furibus tuearis. Videlicet verum illud est, quod dicitur, 'Neminem omnibus horis sapere.' Cujus rei memorem esse lectorum nostrorum benignitatem volumus, si quid tale nobis evenerit. *Faber.* Meursius *et vecti* legit. 'Nam,' ait, 'quam ineptum, domum tueri a nocte innoxia?' Atque si hoc verba ista innuere deberent, non *noctu*, sed *nocte*, foret scribendum. Nemo enim dicit, *tueri a noctu*, nisi prorsus antique velit loqui. Meursium decepit solus ordo verborum paulo hic turbatior. Sic autem sese habet: Officium (ait canis ad lupum) illud est, ut sis custos liminis et tuearis domum noctu a furibus. *Noctu*, est, de nocte, tempore nocturno, ut apud alios. Consentanea nostris observasse video et Praschium, et Buchnerum, et doctissimum Fabrum. *Schef.* Constructio: Custos ut sis liminis, et a furibus tuearis noctu domum; etsi non inerudita Meursii conjectatio. *Prasch.* Lege, *ut noctu*. Heins. *Et* hic est, etiam, ut millies: non modo interdiu, cum nullus est labor vigilare et limen custodire, sed etiam noctu, cum alii dormiunt.

11 *Vero*] Particula elegantissima, quæ hic promptitudinem indicat. Sic Artabazus apud Curt. v. c. 9. 'Nos vero, pretiosissimam vestem induti, Regem in aciem sequamur.' Verba ipsa lupi sunt ad canem responsoria. *Schef.*

12 *Trahens*] Virgiliana phrasis ex Æn. tertia: 'Quum vitam in silvis inter deserta ferarum Lustra domosque traho.' *Prasch.* Vid. ad lib. I. fab. 21.

13 *Facilius*] Quid sit *facile vivere* V. Cl. Græv. ad Cicer. Familiar. III. 12.

15 *Veni*] Verba canis sunt ad lupum. *Schef.*

16 *A catena collum detritum canis*]

Digitized by Google

Hujusmodi canes Seneca vocat 'Catenarios' de Ira lib. III. c. 37. Artemidorus Δεσμίους. Petronius: 'Canis ingens catena vinctus.' Avienus hanc fabulam recitat de Cane et Leone. *Ritt.*

17 *Unde hoc, amice? nihil est. Dic, quæso, tamen*] Imitatur Terentium Andr. act. II. sc. 6. 'Simo. Quidnam est? Da. Puerile est. Si. Quid est? Da. Nihil. Sim. Quin dic, quid est?' Et ibid. act. II. sc. 2. 'C. Lætus est nescio quid. P. Nihil est: nondum hæc rescivit mala.' Et Phorm. v. 5. 6. 'P. Abi: tange: si non totus friget, me eneca. C. Nihil est.' *Gud.*

Nihil est] Sic loquebantur veteres, cum plane et διαρρήδην respondere nolebant, sed perplexabiliter, ut ait Plautus. Aliquando etiam dicebant, 'Recte,' ut in Hecyra et in Adelphis: Aliquando etiam 'Benigne,' ut apud Horatium. *Faber.* Mallem ego dicere, formulam esse illorum, qui præcidunt sermonem de re sibi parum grata. Tota enim ita sonat: Id nihil ad hanc rem est. Terent. Phor. act. v. sc. 6. 'Omitto proloqui: nam nihil ad hanc rem est, Antipho.' Vel eorum, qui dissimulant aliquid, et extenuant. Quomodo apud Ciceronem tota legitur hoc modo: 'De familia literata nihil est, quod te moveat.' *Schef.* Tergiversandi formula: ut apud Ter. Ph. v. 8. 6. *Prasch.* Terent. Eun. IV. 2. 10. 'Nihil est. Quid? Nihil?' Adel. II. 2. 24. 'Ubi illic rediero: nihil est:' scil. dicent, utentur sollemni illa formula. Persius Sat. III. 'Heus bone, tu palles. Nihil est.' Senec. de Const. Sapient. XVI. de Gladiatore: 'Respiciens ad clamantem populum, significat, nihil esse.' Virgil. Ceiri, 235. 'Quod sæpe petenti Jurabis nihil esse mihi.' Vide ad Petron. cap. 43. et 48. *Burm.*

Dic, quæso] Lupi verba, cui mox respondet canis; 'Quia videor,' &c. *Schef.*

Tamen] Elegantissime ac Latinissime. Terentius pro eo usurpavit 'Quin' in simili loco, qui est Andr. Act. II. sc. 6. Habet vim validius orandi. Ut in illo Germanorum: *Sage mir es doch: Thue es doch.* Idem Terentius in Andr. v. sc. 3. 'P. Pater, licetne pauca? S. Quid dices mihi? Ch. Tamen, Simo, audi.' Et in Heaut. act. I. sc. 1. 'At istos rastros interea tamen depone.' *Schef.* Petron. cap. 66. 'Tamen, inquit Trimalchio, quid habuistis in cœna?'

18 *Quia videor acer, alligant me interdiu*] Varro, ubi de canibus: 'Irritant ad pugnandum, quo fiunt acriores.' Catonis autem præceptum est, 'Canes interdiu claudi, ut noctu acriores et vigilantiores sint.' *Rig.*

Videor] Eleganter sese habet tota oratio; et commoda canis attollit, incommoda extenuat mitibus vocabulis. Huc pertinet *acer*, quod mox sequitur, et *quiescam*, et *qua visum est*, &c. Schef.

Acer] Seneca de Const. 14. 'Tanquam canem acrem objecto cibo leniet.' *Schef.* Sic Cato de R. R. 124. 'Canes interdiu clausos esse oportet, ut noctu acriores et vigilantiores sint.' Columell. VIII. 12. 'Catenis per diem continendi, et noctibus solvendi sunt.' *Heins.* Hinc 'Acriores literas' apud Quinct. I. 11. illustravimus.

Acer] Seneca Contr. lib. III. 20. 'Acre omnino et exporrectum est animal, canis; utique catenarius paratur.' Talem canem Columella vocat, in præf. lib. I. 'Catenatum janitorem.' *Gud.*

19 *Et vigilem*] Lege *quiescam, invigilem*, vel *evigilem, cum nox venerit.* Heins.

22 *Dat ossa dominus*] Ms. *Datur ossa;* forte, *Dat rosa dominus.* Ita Salmasius ad oram libri. *Gud.*

Frusta] Edulii cujuscunque, simplic. ut in isto Juvenal. Sat. III. vs. 210. 'Et frusta rogantem Nemo cibo juvabit.' Ubi recte Schol. Vet. explicat 'panem petentem.' Neque

Digitized by Google

poni asteriscus ibi debet. Nam quod præcedit, 'aut sine causa,' indicat solum, pro *frusta*, in nonnullis libris inveniri *frustra*, idque hoc significare. *Schef.*

· *Jactat*] Jacit, objicit, quod posterius usurpat Virgil. in Æn. VI. Supra 'Mittit' posuit. Sic autem solent de canibus. Apul Asin. 'Intestina quidem canibus nostris jacta.' *Schef.* Vid. ad Petron. cap. 64.

23 *Pulmentarium*] Quidquid ad panem datur. Vide Varronem de L. L. IV. et Guyetum ad Terent. Adel. act. III. sc. 3. *Schef.*

Pulmentarium] Plin. lib. XVIII. c. 8. Apicius, Cepuro c. 2. Προσφάγιον Vet. Gloss. *Rig.*

25 *Age, si, &c.*] Faber errorem notat in metro, et legit: *Age, si quo abire est animus.* Recte. Sic 'Potare est animus nectar.' *Gud.*

Age, si quo est abire] Pro, num est, vel, estne? Licitumne tibi est? Notat alias hic Faber errorem in metro sic restituendum: *Age, si quo abire est animus, &c.* Cum quo facit et Buchnerus, cujus emendationem certam appellavit Freinshemius, et in ipsum recepit textum. Mallet N. Heinsius: si quo fert ire animus, quod melius, ne bis idem verbum repetatur. Porro hæc sunt verba lupi ad canem, quibus canis respondet mox: 'Non plane est.' Perperam Ursinus hæc invertit. *Schef.* Lege: *Age ire, quo fert animus, est licentia?* Horat. Epist. I. 14. 'Tamen istuc mens animusque Fert, et amat spaciis obstantia rumpere claustra.' Ovid. initio Remed. Amor. 'Fert animus propius consistere.' *Heins.*

26 *Fruere quæ*] Pro, Fruere iis, quæ. Sunt autem hæc lupi verba, permittentis id, quod ipse non desiderabat. Ita solent Latini. Seneca de Ira III. c. 2. 'Paranti demum excusationem obstitit, et Fruere, inquit, mi Pollio, fruere.' *Schef.* Similem ellipsin vidimus hoc libro fab. 2.

27 *Regnare nolo*] Forte Phædri locum in animo habuit Seneca, de Benef. lib. III. cap. 37. 'Hoc est regnum, nolle regnare, cum possis.' Ubi Gruterus contra Mss. omnes legendum putat; *Hoc est regium;* quod non probo. Valer. Max. lib. II. c. 6. 'Abi igitur et esto servus, quia liber esse nescisti.' *Gud.*

Ut non sim] Hac lege ac conditione, ut non sim. Illud *mihi* eleganter abundat, modo apud optimos Latinitatis auctores consueto. Cicero Verr. VII. 'Statui egomet mihi tum modum orationi meæ.' V. inf. v. c. 5. *Schef.* Diffundit hæc, coarctatis reliquis, Anon. f. 54. *Prasch.*

FABULA VIII.

1 *Præcepto*] Mallem: *Præcepto hoc.* Scripserat Phædrus, opinor, *Præceptæ:* ut apud Terent. Adel. Act. I. sc. 3. 'Nimium isthoc abisti.' *Schef.*

Sæpe te] Respicit, quod sequitur, 'Cotidie speculo vos uti volo.' *Schef.* Lege *ipse te.* Heins.

Considera] Proprie usurpat, de contemplatione, quæ fit oculis: intuere te, inspice te. *Beseh dich.* Sic usurpavit B. Ambrosius Off. lib. I. c. 4. 'Ergo qui plantavit aurem, non audit? qui finxit oculum, non videt, non considerat?' Frustra Barthius in Adv. sollicitat hunc locum. Nam et Festus Pauli ob hanc causam: 'Considerare a contemplatione siderum videtur appellari.' *Schef.* Vid. ad Petron. cap. 12.

2 *Filiam turpissimam*] *Turpitudo*, ut

Digitized by Google

et *honestas*, proprie quidem de animo hominis, sæpe tamen etiam de corporis forma dicitur, ex qua interdum cognoscitur animus, quamvis admodum fallaci indicio. Sic infra lib. IV. fab. 4. 'Turpissimam' vocat, quam mox 'Deformem.' *Ritt.*

Turpissimam] Lege *turpissima*. Sic supr. fab. 43. 'Et turpi facie multos cognovi optimos.' 'Turpissimam' in fab. 63. aliter accipi debet. *Heins.* Quid opus mutatione, cum et *turpes puellæ* pro deformibus passim occurrant? Ovid. Art. III. 255. 'Turba docenda venit, pulchræ turpesque puellæ.' *Burm.*

4 *His speculum, &c.*] Mss. *subpositum*. Forte, *ubi positum*. *Gud.*

In cathedra] De his feminarum cathedris, et inde dictis pueris cathedraliciis, legito Pignor. de Serv. p. 210. *Pruck.* Sellam gestatoriam intelligit, qua vehebantur mulieres in publico. Dixi in opere de Re Vehiculari. Interim qui volet, consulat Pignorium de Servis, et Chimentelium de Sellis veterum cap. 24. *Schef.*

In cathedra matris, &c.] Notandum, quod ait, puerulos lusisse circa matris cathedram. Sic apud Martial. Ep. III. 63. amatores circa amicarum cathedras: 'Inter femineas tota qui luce cathedras Desidet, atque aliqua semper in aure sonat.' Et Ep. lib. XII. 38. 'Hunc qui femineis noctesque diesque cathedris Incedit tota notus in urbe nimis.' Juvenal. Sat. IX. 'Strata positus longaque cathedra Munera femineis tractas secreta Calendis.' Ad femineas cathedras pertinere puto Gloss. vet. Ms. Ἀγλαοθρᾶν, τὴν λαμπρὰν καθέδραν. Vetus Juven. Interp. 'Scamnum cervicalibus stratis.' Et in l. v. De supell. leg. recensentur Subsellia, cathedraria. *Rig.*

Cathedra] Juvenalis Sat. VI. 8. 'Apud molles minima est jactura cathedras.' Et Sat. IX. et Mart. III. 63. et XII. 38. 'Hunc qui fœmineis noctesque diesque cathedris Incedit.' Sed videtur legendum *Insedit*. Calpurnius cathedras fœmineas in Amphitheatro fuisse scribit ludis celebribus Carini: 'Venimus ad sedes, ubi pulla sordida veste Inter fœmineas spectabat turba cathedras.' Per turbam intelligit equitem et tribunos. *Gud.*

Suppositum] Prior versus gemino mendo inquinatus est; unde adeo factum, ut tota oratio suspensa sit et hiulca. Nam quid, quæso, est, *pueris suppositum erat speculum?* nisi, pueros insedisse speculo, aut eorum pedibus subjectum fuisse? Papæ! rem mirificam. Deinde, quid sibi velit, *speculum suppositum erat in cathedra?* nisi positum fuisse sub cathedra; quod contra rei narrationem est, nam in cathedra erat. Deinde, contra Latinitatis rationem; neque enim dicere possis, suppositum in arca; pro, positum in arca. Sed non morabor amplius lectorem; corrigo, et lego: *Hi speculum, in cathedra matris ut positum fuit, Pueriliter ludentes forte inspexerant.* Hoc sensu: Ibi pueri, cum speculum in cathedra matris positum esset, pueriliter ludentes, illud forte inspexerant. Qui autem erroris fons, quæ origo fuerit, operæ pretium erit attendere; et facile est ad intelligendum, ei præsertim, qui Mss. codices aliquando tractarit. Vitium quippe istud natum est ex geminatione τοῦ S in HI SPECULUM; unde exscriptor incogitans nobis effinxit: HIS SPECULUM. Eadem quoque secundi erroris origo est; nam ex *matris ut positum* (quam ego veram esse lectionem contendo) ortum est illud *matris suppositum*. Faber. Nihil melius, opinione mea, quam ut cum eruditissimo Fabro hic legamus, *ut positum fuit*, et propterea pro *His*, quod est ab initio, *Hi* scribamus. Vitium utrumque peperit littera ex vicinitate male repetita, sic ut aliis in locis evenit: *ut positum fuit*, idem est, ac si dixisset: 'Sic, ut, quomodo ibi forte positum fuit: hoc enim vult,

Digitized by Google

venisse in eam cathedram, ibique invenisse speculum matris, quod tum forte ibi jacebat, relictum. Nempe sollicitæ de forma, et hoc una secum in cathedris istis circumferebant, ut subinde possent consulere, ac, si quid minus concinne se haberet, emendare. Nisi quis propius ad scripturam veterem mallet: *Hi speculum (quod in cathedra matris appositum fuit) Puerilitèr ludentes forte inspexerant.* Sane illud *apponere*, pro, *ponere*, Tullius quoque usurpavit in Verrina VI. 'Apposuit patellam, in qua sigilla erant egregia.' Neque *in* difficultatem habet. Plinius VIII. c. 51. 'Solidum aprum Romanorum primus in epulis apposuit P. Servilius Rullus.' *Schef.* An *suspensum? ἐνέχω. Τῷ ὑποθέματι* impositum. His speculum suppositum fuit, eo scilicet, ut se in eo intuerentur: non enim forte inspexerant, ut supposuit interpolator. *Guiet.* De Cathedris vid. comm. ad Martial. X. 13. et Scheff. de Re Vehic. II. 4. In lecto etiam specula habuisse puellas patet ex Propert. III. 6. 11. 'Nec speculum strato vidisti, Lygdame, lecto:' ubi Heinsius mallet *in strato*. Gronovium hic vix intelligo. *Burm.*

5 *Inspexerant*] Rectius multo est: *f. inspexerunt.* Librarius vim factam existimans legi metricæ mutavit, sed male. *Meurs.*

Inspexerant] Ms. *inspexerunt. Speculum* postea dixere, 'Specular.' Ita legendum apud Sympos. Ænigm. 68. ubi vulgo *speculum*. Gud.

6 *Illa irascitur*] Καὶ γὰρ ἐν' ἀγλαΐῃ ζηλήμονές εἰσι γυναῖκες, ait Musæus de Hero et Leandro. *Prasch.*

7 *Sustinet*] Ferre potest. Ita 'Sustinere hominum sermones' dixit Cicero in Epist. ad Cassium. *Schef.* V. doctissimum Munker. ad Hygin. Fab. 261. et Cl. Schulting. et nos ad Calpur. Flacci Decl. XV. *Burm.*

8 *Accipiens*] Forte, *Arripiens.* Heins. Nihil necesse. Ita Terent. Adel. IV. 3. 'Ad contumeliam omnia accipiunt magis.' Ita et Eun. I. 2.

Quid enim] Putat Rittershusius, *quid ni* scripsisse. Quid si dicamus breviter dictum, quod plene ita sonat: Quid enim potius acciperet in contumeliam? Alluderetur sane optime ad ingenium muliebre, cui nil molestius, quam ob formæ turpitudinem notari. Horat. Sat. I. 1. ubi mercator: 'Militia est potior; quid enim? concurritur.' Ista sic conceperam, cum postea incidi in comment. Salmasii ad Tertull. Pall. ubi eundem locum hunc sic video probari: Conf. p. 366. *Schef.* Recte Schefferus formulam elegantem servat. Vid. Græv. ad Cicer. in Verr. II. 23. et nos ad Quinctil. VII. 10.

Quid enim] Salmasius hæc adscripsit margini: Vel *quid non*, sed *quid enim* retineo: nihil mutandum. Horat. 'Cum laqueo uxorem interimis, matremque veneno, Incolumi capite es? Quid enim?' Hæc ille. *Quid enim*, hic est, quare non. Vide Acron. ad prim. Sat. Horat. Horatius: 'Ambigitur quid enim?—Brundisium Minuci, melius via ducat an Appi.' Tertull. pall. c. 5. ubi et Salmasius p. 331. Virgil. I. VI. *Gud.*

11 *Vir natus*] Græca ratio loquendi, quæ tamen et Latinis frequens. Apuleius Asin. I. 'Si resistere, vir natus, mulieri nequibas.' Idem in Apol. I. 'An tu ignoras, nihil esse aspectabilius homini nato, quam formam suam?' Cicer. Tusc. 3. 'Mortalis natus, conditionem postulas immortalium.' *Schef.*

Vir natus] Rutil. Rhetor. ex Hyperide lib. II. *Gud.*

Vir natus] Supra I. fab. 27. 'Et qui humiles nati dici locupletes student.' Simili hellenismo usus est Apuleius Apolog. 'An tu ignoras, nihil esse aspectabilius homini nato quam formam suam?' Hyperides apud Rutilium Lupum II. de Fig. Sent. 'Nonne vehementissime admiraretur, si quisquam non gratissimum munus arbitraretur, virum se natum: sed depravato naturæ beneficio in

Digitized by Google

mulierem convertere se properasset?' *Rig.*

Rem feminarum] Vides, lector, quæ sit hoc loco *res feminarum*: speculum scilicet, et aliæ id genus nugæ, queis utuntur mulierculæ. Tamen Rigaltius, quod una mecum mirabere, allato Anacreontis testimonio, persuadere cupit, debere hoc de pulchritudine intelligi. Quod quam ridiculum sit, mitto dicere; neque annotassem, nisi veritus forem, ne tanti viri auctoritas aliis imponeret. *Faber.* Speculum. Sed audi, virgo, quid ad hæc Naumachius: Ἀλλὰ σὺ κόσμου, Παρθένε, τηνσίου μὴ δεύεο, μηδὲ κατόπτρῳ Χειρὶ διακρίνουσα τὴν αἰγιδίζεο μορφήν. *Prasch.* Suppellectilem muliebrem; id quod ad feminas pertinet. Imitatus Terentium videtur, qui sic loquitur in Heaut. act. II. sc. 3. 'Ipsam offendimus,' ait, 'Nulla mala re esse expolitam muliebri.' Per rem muliebrem pigmenta et id genus alia cultui et ornatui servientia intelligit. Atque isto modo Noster speculum, *rem* appellat *feminarum*. Rigaltius de pulchritudine accepit, contra loci mentem, nec admittit sequens, *tetigerit*. Schef. Forte *femininam*. Heins. Sic lege apud Ovidium Amor. III. 13. 'Arma mares tractent; tu res depone viriles:' ubi quædam adnotabimus. *Burm.*

Rem feminarum] Anacreon εἰς γυναῖκας: Τοῖς ἀνδράσιν φρόνημα. Γυναιξὶν οὐκ ἔτ' εἶχεν. Τί οὖν δίδωσι; κάλλος. *Rig.*

Rem feminarum] Id est, supellectilem, ne tu aliam rem intelligas; qua scilicet sunt, quod audiunt. *Ritt.*

12 *Carpens*] Fervorem amoris et ex eo festinationem notat. Ovid. Heroid. Ep. II. 'Non super incubui, non oscula frigida carpsi.' *Schef.*

13 *Dulcemque in ambos caritatem partiens*] Suaviter et eleganter dictum: ut Gunth. lib. VII. Ligurini: 'Dulcem tecum partimur amorem.' Ubi in notis meis docui, imitatione Cæsaris, Virgilii et Statii hæc dicta esse. Sic et 'Dulcem benevolentiam' dicet infra lib. III. fab. 15. *Ritt.*

Caritatem] Tribuens cuique partem suam; eleganter. Quomodo apud Virgilium Æn. I. 'Hinc portum petit, et socios partitur in omnes.' Porro de amore verbum hoc usurpari docuit ex Cæsare aliisque Rittershusius. *Schef.* Simili fere sensu dixit Pedo ad Liviam: 'Nec tua se pietas distendit amore duorum.' *Burm.*

14 *Cotidie inquit*] His respondet, quod in προμυθίῳ dixerat, 'Sæpe te considera.' Speculum enim apud veteres imago est cognitionis sui: quæ princeps sapientiæ pars habetur. Inde Prudentiæ cum serpente speculum appingitur. Etsi aliam ejus effigiem, nec invenustam, exhibet Eustath. de Ismenes et Ism. Amor. lib. II. Facit huc symbolum, 'Non inspectandum ad lucernam speculum:' quod explicat Lil. Greg. Gyrald. Adde Jac. I. 24. 2. *Prasch.* Similia his apud Senec. Nat. Quæst. I. c. 17. Et Laërt. lib. II. V. Fraider. in Anacreont. p. 263. *Heins.*

Cotidie speculo vos uti volo] Sic et Socrates spectatores suos ac familiares volebat speculum crebro inspicere, eandem ob causam. Qua de re sic Apuleius in Apologia: 'An turpe arbitraris, formam suam speculo assiduo explorare? Annon Socrates Philosophus ultro etiam suasisse fertur discipulis suis, crebro ut semet in speculo contemplarentur? ubi qui eorum foret pulchritudine sibi complacitus, impendio procuraret, ne dignitatem corporis malis moribus dedecoraret: qui vero minus se commendabilem forma putaret, sedulo operam daret, ut virtutis laude turpitudinem tegeret. Adeo vir omnium sapientissimus speculo etiam ad disciplinam morum utebatur.' Hæc Apuleius: ad quem locum quæ amicus noster Is. Casaubonus in suis illis longe eruditissimis Scholiis adscripsit, non corrado. *Ritt.*

Speculo vos uti volo] Plautus Epidico: 'Non orla causa,' &c. Seneca

Digitized by Google

Nat. Quæst. I. c. 17. ‘ Inventa sunt specula, ut homo ipse se nosceret. Multa ex hoc consecuta, primo sui notitia, deinde et ad quædam consilium. Formosus, ut vitaret infamiam; deformis, ut sciret redimendum esse virtutibus, quicquid corpori deesset;’ &c. Ælius Donatus in Adelph. Terent. ‘ Causa inspiciendi speculi, emendatio est vultus.’ Martialis Ep. IX. 17. ‘ Consilium formæ speculum.’ Plutarchus Præcept. conjug. ‘Ο Σωκράτης ἐκέλευε τῶν ἐσοπτριζομένων νεανίσκων τοὺς μὲν αἰσχροὺς ἐπανορθοῦσθαι τῇ ἀρετῇ, τοὺς δὲ καλοὺς μὴ καταισχύνειν τῇ κακίᾳ τὸ εἶδος. καλὸν οὖν καὶ τὴν οἰκοδέσποιναν, ὅταν ἐν ταῖς χερσὶν ἔχῃ τὸ ἔσοπτρον, αὐτὴν ἐν ἑαυτῇ διαλαλεῖν, τὴν μὲν αἰσχρὰν, τί οὖν ἂν μὴ σώφρων γένωμαι; τὴν δὲ καλὴν, τί οὖν ἂν σώφρων γένωμαι; Circe apud Petronium Sat. ‘ Nunquid ab aliquo naturali vitio formam meam excæco?’ Mali mores καθάπερ λέβης εἰς ὁραιότατον πρόσωπον. Nicet. I. Man. Commen. Apuleius in Apologia pro se: ‘ An non Socrates,’ &c. *Rig.*

Tu formam ne corrumpas] Usus est in juvenibus speculi iste: in senibus vero quis esse possit, docet Plautus Epidic. III. sc. 3. Cæterum idem, quod pater hic filiis suadet, suadebat omnibus Socrates. Συνεχῶς nempe, κατοπτρίζεσθαι, ἵν', εἰ μὲν καλοὶ εἶεν, ἄξιοι γίγνοιντο. εἰ δ' αἰσχροὶ, παιδείᾳ τὴν δυσειδείαν ἐπικαλύπτοιεν. *Nev.* Distributive respicit filium. *Schef.*

Formam ne corrumpas nequitiæ malis] Similiter Plautus Mostellaria. *Ritt.*

Nequitiæ malis] Illud *malis* non bene respondere præcedenti *formam* videtur. Ergo scriberem *maclis* contracte, pro, maculis. *Maculis corrumpere* est, commaculare. Verum Faber hoc haud putat esse Latinum, nec a bona mente probari. Vellem, causam addidisset aliquam. Si enim Latinum est, ‘ Corrumpere ocellos lachrymis,’ quod habet Plautus et Ovidius, cur non sit Latinum, *Corrumpere formam maculis?* At pergit: ‘ Cui persuadeatur priorem in *maclis* corripi posse? Nam etiamsi in *macula* brevis est, naturam tamen mutabit, si una sui parte mutiletur.’ Quasi vero nullus existat senarius, qui in fine habeat spondæum. Cur ergo non correxit quoque lib. V. prol. 10.? Præterea sic occurrit quoque apud Plautum in Amphitruonis Prologo: ‘ Nam cum Telebois bellum est Thebano poplo.’ Et Martialem Epigr. III. 22. ‘ Summa venenum potione perduxsti.’ Hoc enim modo legendum ibi Scriverius ait, et Ep. lib. IV. 61. ‘ Emptas lacernas millibus decem dixti.’ Itaque quærenda ratio est alia, quam cum omiserit Faber, nos indicabimus. Nam et nobis displicet nunc ista nostra conjectura, non tam iis de caussis, quas recitavit Faber, quam quod per eam pereat oppositio, quæ servanda in oratione tota videtur. Sicut igitur nominantur *mores boni*, sic plane his adversa poni debent, non *maculæ* nequitiæ, sed *mala*. Id quod jam ante annum non vidimus solummodo, sed et publice auditoribus nostris indicavimus. *Schef.* Recte *malis* retinetur. Sic in versiculis illis apud Lamprid. Sever. c. 38. ‘ Ut fias animi malis repulsis Pulcher, ne invideas livore mentis:’ et ita *bona* et *mala* de mentis et corporis pulchritudine et deformitate. Ita ‘ Bona Helenes,’ est forma ejus, Ovid. Ep. XVII. 134. et Epist. XXI. 38. ‘ Proprio vulneror ipsa bono:’ id est, pulchritudine. Vid. Passer. ad Prop. I. 2. 6. Nazar. Panegyr. c. 34. ‘ Cui forma emendatior fuerit, boni sui piguit.’ Sic ‘ Animi bona’ Valer. Max. VII. 3. Vid. ad Petron. cap. 75. et ita *bonæ* et *malæ* puellæ, *bona* et *mala* mens, mores, &c. et huc facit illud Ovid. Amor. II. 10. ‘ Non facit ad mores tam bona forma malos.’ Et in hanc sententiam plurima apud veteres occurrunt. Terent. Heaut. II. 4. ‘ Id cum studuisti, ut formæ mores consimiles forent.’ Plaut. Pœn. I. 2. 93. ‘ Pulchrum ornatum turpes mores

Digitized by Google

pejus cœno collinunt; Lepidi mores turpem ornatum facile factis comprobant.' Claud. Laud. Stil. I. 25. 'Quem vultus honestat, Dedecorant mores; animus quem pulchrior ornat, Corpus destituit.' Vide et Pindar. Od. Olymp. VIII. 24. Socrati de pueris pulchris et deformibus tribuit simile dictum Plutarch. Præcept. Conjug. p. 141. *Burm.*

16 *Vincas*] Innuit curam, et laborem, quam hæc res requirit: *istam* ponitur demonstrative, pro turpitudine ac deformitate, de qua proprie illud *vincere* intelligendum. Est autem *vincere* hoc agere, ut ne appareat, ne conspiciatur ea turpitudo, præ morum pulchritudine. Sic apud Curtium VIII. 3. 'Vicit gratiam meriti sceleris atrocitas.' *Schef.*

FABULA IX.

1 *Vulgare amici nomen; at rara est fides*] Hinc Aristoteles crebro ad familiares suos conquerebatur: Ὦ φίλοι, οὐδεὶς φίλος. Ideo et Paulus in Sententiis scripsit, Amicos appellari debere eos, non qui levi notitia nobis conjuncti sint: sed quibus fuerint jura cum Patrefamilias, honestis familiaritatis quæsita rationibus: l. 223. §. 1. D. De verb. sig. Sunt autem apud omnes scriptores querelæ frequentissimæ de paucitate amicorum, et quassa atque sublesta et lubrica plerorumque fide. *Ritt.*

Cum parvas] Hæc quoque Historia non fabula est: ut et sequens narratio. *Ritt.*

Sibi] Suos et privatos in usus. Sic Terent. in Heaut. act. II. sc. 3. 'Ornari sibi' dixit. *Schef.*

Fundasset] Capio de initio ædificationis, cum fundamenta posuisset futuræ domus. Ita Virgil. Æn. VIII. 478. 'Haud procul hinc saxo incolitur fundata vetusto Urbis Agyllinæ sedes.' Male *fundare* urbes, domum, et similia pro, condere vulgo dicunt. An hæ vero illæ ædes parvæ, quas οἰκίδιον vocat Ælian. Var. Hist. IV. 11.? *Burm.*

Socrates] Phædo apud Platonem: Τὸ μεμνῆσθαι Σωκράτους καὶ αὐτὸν λέγοντα καὶ ἄλλου ἀκούοντα, ἔμοι γε ἀεὶ πάντων ἥδιστον. *Gud.*

3 *Cujus*] De genere mortis violentæ hoc intelligendum. *Mors Socratis* enim hoc loco ea est, quali ipse olim periit. Sic Tacitus *mortes antiquorum* usurpavit Hist. I. 3. 'Laudatis antiquorum mortibus pares exitus.' *Schef.*

Non fugio] Aristippus voti idem habuit: Ἐρωτώμενος γὰρ πῶς ἀπέθανε Σωκράτης, ἔφη, ὡς ἂν ἐγὼ εὐξαίμην. *Nev.* Exprimit constantiam in eo, quod, adversum quia est, non quærimus: Non recuso subire. *Schef.*

Si famam adsequar] Epictetus c. 75. Σὺ δὲ εἰ καὶ μήπω εἶ Σωκράτης, ἀλλ' ἐκείνῳ γε εἶναι βουλόμενος, ὀφείλεις βιοῦν. *Gud.*

Si famam adsequar] De fama et posteritatis studio, quantum illud in Phædro fuerit, alibi dixi: quibus hic quoque locus aggregandus est. *Ritt.*

4 *Cedo invidiæ*] Non satis hoc intelligo. *Cedere invidiæ Socratis*, est, Socratem invidentem ferre non posse, minorem esse Socratis invidia, quomodo apud Virgilium Æn. III. 'Cedere honori Ascanii:' et apud Claudian. In Eutr. III. 'Cedere livori.' At hoc non vult Noster. Quid si legas *Accedo invidiæ?* quomodo apud Ciceronem in Ep. ad Brutum est, 'Accedere virtuti' alicujus. Quid? si *Et me do invidiæ*, quomodo apud eundem 'Dare materiam invidiæ,' 'Dare se

Digitized by Google

sermonibus vulgi,' reperitur. Sed nil opus est correctione. Optime doctissimus Gronovius in suis ad me litteris: 'Cedo invidiæ (non Socratis, nam ea vox hic repetenda non est, sed, ut Socrates,) id est, facile patior me circumveniri, et vel damnari atque occidi ab invidis, ut ille, dummodo post mortem judicer innocens fuisse. Cedo, ut apud Valerium Max. 'Unius aliquem testimonio cedere,' de quo in Pecunia Vetere p. 708.' *Invidia* igitur hic posita pro invidis, ut et in aliis consuevit. V. lib. IV. 4. Respicit et hic Sejanum cum sociis. *Schef.* Liv. III. 54. 'Video differri adversus nos certamen; dandus est invidiæ sanguis.' Et IV. 44. 'Adversæ invidiæ objici maluit.' *Heins. Cedere invidiæ* dictum, ut 'Cedere fortunæ,' Cæs. de B. G. VII. 89. 'Cedere tempori,' et similia, de quibus ad Quinct. Decl. VI. 16. *Burm.*

Dummodo absolvar cinis] Id est, post mortem: quod et Socrati accidit, cujus accusatores Anytus et Melitus tandem omnium judiciis condemnati, ipse vero Socrates eorum reus absolutus est. Significat Phædrus, se in reatu hunc librum scripsisse, cum a Sejano iniquissimo vexaretur judicio: de quo et supra. *Rilt.*

Cinis] Postquam cinis factus fuero. Post mortem meam. Sicut evenit Socrati, ut ex historia notum. Eum enim respicit his verbis. *Schef.*

5 *E populo*] Gell. II. 9. 'Unus e populo.' Idem quod inf. III. 19. 'Quidam e turba:' ubi vide. *Burm.*

Nescio quis] Formula loquentium de ignotis. Cicero de Amicit. 'Qualem fuisse Athenis Timonem, nescio quem, accepimus.' *Schef.*

Ut fieri solet] Inter ædificandum. Hoc enim maxime hic attenditur. Et est notus ea de re versus, quem et Rittershusius protulit. *Schef.*

Ut fieri solet] Nempe, 'Qui struit in calle, multos habet ille magistros:' ut vulgatum est dicterium. *Ritt.*

6 *Talis vir*] Sic apud Plautum Captiv. v. 2. 2. loquitur servus ad herum: 'Quid me oportet facere, ubi tu talis vir falsum autumas?' Sic Sallustius de Mario Bell. Jug. 63. 'Tamen ad id locorum talis vir (nam postea ambitione præceps datus est) consulatum appetere non audebat.' *Schiop.* Terent. Eun. I. 2. 'Et istam nunc times, Quæ advecta est, ne illum talem prærripiat tibi? Corn. Nep. Alcib. 6. 'Itaque et Siciliæ amissum et Lacedæmoniorum victorias culpæ suæ tribuebant, quod talem virum e civitate expulissent.' V. Heins. ad Ovid. Fast. v. 460. Ita apud Græcos τοῖος, ut docuit Spanh. ad Call. Hymn. in Dian. 146. Vid. ad Petron. LXI. *Burm.*

Talis vir] Ὁ τόσος. Plaut. Capt. act. v. sc. 2. v. 2. Sallust. Jug. LXIII. Ipse Phædo de Socrate: Ὥστε ἐγκαλυψάμενος ἀνέκλαιον ἐμαυτόν· οὐ γὰρ δὴ ἐκεῖνόν γε, ἀλλὰ τὴν ἐμαυτοῦ τύχην, οἷον ἀνδρὸς ἑταίρου ἐστερημένος εἴην. *Gud.*

Veris amicis] Carsilis: Τί φίλος; ἀνέγκρετον κτῆμα. Vide Theon. Sophist. Progym. *Rig.*

Veris amicis impleam] Nedum domum implerit Socrates, cum ne navim Theognis impleri posse dicat undequaque collectis amicis veris: vs. 83. Τοὺς δ' οὐχ εὑρήσεις διζήμενος, οὐδ' ἐπὶ πάντας Ἀνθρώπους, οὓς ναῦς μὴ μία πάντας ἄγοι. *Nev.*

Digitized by Google

FABULA X.

Periculosum est credere et non credere] De maritorum erga uxorum casus incredibilitate, nimiaque credulitate, l. 29. D. ad l. Jul. de Adult. *Rig.* [Bentl. *P. et cred.*]

2 *Exponam*] Narrabo. Ita Corn. Nep. Att. c. 18. 'Versibus, qui honore cæteros præstiterunt, exposuit.' *Schef.*

3 *Obiit*] Ms. *obit*. Gud.

Novercæ creditum est] Sententiose. Et huc pertinet impersonale verbum. Nomen novercæ fuit Phædra. *Schef.*

4 *Cassandræ quia non creditum, ruit Ilium*] Virg. Æn. II. 'Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris Ora, Dei jussu non unquam credita Teucris.' Nam, ut de eadem ait Tryphiodorus Halosi Ilii: Τὴν γὰρ Ἀπόλλων Ἀμφότερον μάντιν τ' ἀγαθὴν καὶ ἄπιστον ἔθηκε. Id est; *Dederat huic augur Apollo, Esse bonam vatem, sed non credenda profari.* Et apud Q. Smyrnæum paralipom. Homeric. lib. XII. Οἵη ἔμπεδον ἦτορ ἔχεν πιστόν τε νόημα Κασσάνδρη. τῆς οὔποτ' ἔπος γένετ' ἀκράαντον, Ἀλλ' ἄρ' ἐτήτυμον ἔσκεν· ἀκούετο δ' ἔκ τινος αἴσης. Et post: Ὡς ἀνεμάλιον ἦεν, ἵν' ἔλγεα Τρωσὶ γένηται. Κῆρες γὰρ πάντων νόον ἔκβαλον. Quorum versuum sententiam sic placuit Latinis exprimere: *Soli inerat mens firma animi et præcordia dextra Cassandræ, haud unquam verbum vanum ore profatæ, Cui suus eventus non respondisset: At ipsi, Nescio quo fato, nemo auscultare volebat, Tanquam vaniloquæ. Trojanis quippe parabant Pœnas fata suas infligere. Cæca proinde Omni privabant sensu rationeque corda.* Significatur autem per hæc cæcitas et furor hominum imminentibus pœnis fatalibus, quando sana consilia et salutaria monita a nemine in animum demittuntur, sed omnes clausis oculis et auribus in suam perniciem ruunt. Qua de re sunt noti versus veteres relati a Lycurgo in oratione contra Leocratem: notus locus Velleii Paterculi Hist. lib. II. notus Ammiani Marcellini lib. XIV. et XVII. noti denique versus Lucani. Porro titulus hujus narrationis græcissat: *De Credere et non credere:* περὶ τοῦ πιστεύειν καὶ ἀπιστεῖν. De hoc autem argumento lege Dionis Chrysostomi elegantissimum libellum, a Joach. Camerario Latine conversum et Notis illustratum. Notum est Epicharmi quoque præceptum politicum: *μάμψαο ἀπιστεῖν*: quo ille tanquam nervis et artubus sapientiam dicebat contineri. Quod et Cicero sæpissime inculcat. Et extat versus nescio cujus auctoris: Πίσυνος ἀεὶ δμῶς καὶ ἀπιστίαι ἄλεσεν ἄνδρας. Ut autem hic nimis cito credit maritus iste liberti criminationibus, ita apud Heliodorum Aristippus Demænetæ uxori privignum Cnemonem falso deferenti fidem temere adhibet, Æthiopic. Histor. lib. I. Quod exemplum augere potest numerum illorum octo vel decem, ab elegantissimo Moreto relatorum Var. lect. lib. I. 12. *Ritt.*

Ruit Ilium] Imitatur Virgilium: 'Ruit Ilium et ingens Gloria Teucrorum.' *Gud.*

5 *Multum prius*] Conjungunt vulgo. Sed illud *multum* ad *explorandæ* referendum. *Multum* enim hic est, diu, bene. *Schef.*

6 *Judicet sententia*] Animus, judicium; effectus, pro efficiente causa, nota figura. *Schef.* An scribendum *judices?* Guiet. Ita et Heinsius codici suo adscripserat: sed nihil opus,

Digitized by Google

ut recte judicat Davies. ad Cicer. de Nat. Deor. III. 2.

7 *Fabulosa*] Legendum augurer: *Sed fabulosa ne hæc vet. el.* Prasch. Praschius existimat legendum: *Sed fabulosa ne hæc vetustate, &c.* non male. Sed quia codices dissentiunt, puto *id* pronomen, quod in seqnenti versu est intelligendum, et ad illud *quod* refertur, etiam huc trahi oportere, ut sit sensus: Ne id sc. quod proxime dixi de exploranda veritate, elevem allatis exemplis, quæ propter vetustatem suam possunt videri fabulosa, propterea id narrabo, quod est factum mea memoria. *Schef.* An scribendum *eleves*, id est, extenues, minuas ob vetustatem? an *elevent?* Guiet. Forte *elever*. Heins. Puto recte Guietum *elevent* conjecisse et explicasse. Ita infr. fab. 61. 'Qui, facere quæ non possunt, verbis elevant.'

Vetustate elevem] Ms. *vetustatem levem*. Gud.

10 *Togamque puram*] Quo tempore sumta sit, variant. Rittersh. hic notat, gestatam prætextam usque ad annum decimum sextum completum. Guido etiam Pancirollus Reb. Dep. quum ad annum XVI. pervenissent. Octav. Ferr. de Re Vest. II. 1. usque ad initium anni XV. Henr. Salm. not. ad Panciroll. exemplis inductus, nullum certum tempus definitum putat. Quæ de reliquo super hoc antiquo more differunt, apud ipsos poterunt legi. Id unum addo, et prætexta et toga solis uti civibus Rom. licuisse: nisi quod amici populi hoc jure donabantur; ut fuse docet D. Gothofr. ad L. XXXII. D. de jure fisci. *Prasch.* Qua utebantur viri, primumque induebantur post expletos adolescentiæ annos. Erat autem dicta pura, quia nullam prætextam habebat purpuram, ut toga puerorum. Vide Bayfium et Ferrar. de Re Vest. *Schef.*

Togamque puram] Cic. Ep. ad Att. v. 20. 'Ego cum Laodiceam venero, Quincto, sororis tuæ filio, togam puram jubeor dare.' V. Victor. in Cic. p. 161. Expressum ex Catullo est Phædri nostri dictum: ad Mal. LXIX. 'Tempore quo primum vestis mihi tradita pura est, Jucundum cum ætas florida ver ageret.' *Gud.*

Togamque puram jam pararet filio] Deposita nimirum prætexta, quam purpura distinctam gestabant usque ad annum ætatis XVI. completum. Sic Cicero se filio suo togam puram Arpini dedisse scribit Ep. ad Att. lib. IX. ult. Catullus elegia ad Manlium vocat 'Vestem puram:' 'Tempore quo primum,' &c. *Rit.*

11 *Seductus*] Seorsum ductus in locum solitarium. Livius XXX. 5. 'Scipio deinde Lælium et Masinissam separatim seductos obtestatur,' &c. Sueton. Claud. c. 37. 'Unus ex litigatoribus seducto in salutatione affirmavit.' Terent. Hecyr. I. sc. 2. 'Pamphilus me solum seducit foras.' *Schef.* Cicer. de Orat. I. 56. 'Qui cum Crassum seduxisset, atque ad eum retulisset.'

Seductus in secretum] Nim. locum: hinc apud Sueton. 'Secretum petere;' et Tacitus Annal. lib. XI. 'Calpurnia ubi secretum datum.' Quo in loco nihil aliud subintelligi potest, quam colloquium; quod et aliquando expressum reperitur. Tacit. lib. XI. de Messalinæ adulterio et nuptiis: 'Non jam secretis colloquiis, sed aperte fremere;' quare, et in illo 'Scretum petere,' nihil aliud subintelligam. Quare dubitem, an satis Latine dicatur *Seductus in secretum*. Deinde et oratio vacillat, et desideratur verbum, quo explicetur, quid maritus ille a liberto seductus fecerit. Ms. Rem. *insertetom:* unde suspicabar *infert letum*. Sic et sensus et oratio commode procedit. *Inferre letum*, ut supra lib. I. fab. 22. 'Leto dare,' mutata paulum locutione; 'Inferre mortem,' 'Inferre necem,' utrumque Plinii est. *Seductum* vero sufficit sine vocibus *in secretum*.

Digitized by Google

Val. Max. lib. v. c. 9. §. 4. 'Seductam uxorem suppliciter rogavit.' Ubi Ms. habent, 'Seductam uxorem suspicans, suppliciter rogavit.' Et lib. viii. c. 2. §. 3. 'Seductum Titinium monuit.' Ubi tamen in quibusdam esse *Subductum* monuit Pighius. *Gud.*

12 *Sperante*] Putat Faber, hic deesse versum. Ego nil hujusmodi intelligo. Quid reponit Faber? 'Miror,' ait, 'qui monitus fuerit tamen.' Scilicet audire vult se admonentem. At qui potest, nisi addat rationem? 'Nemo dubitabit,' inquit. Nos vero dubitamus plurimum. Et quis ante Fabrum hic deesse quid putavit? Ne Meursio quidem visa est oratio hiare, qui ubique tamen invenit lacunas. Sed nimirum omnes mecum seriem orationis abruptam, et pendentem structuram non viderunt. At quid, si ad *Seductus* addas, est; quod hic intelligendum? Maritus seductus est a liberto, sperante se suffici hæredem proximum. Quid tandem deest huic orationi, aut cur non punctum majus sequi post eam potest? Vidit Rittershusius quoque, ac ideo *Seductu' st* censuit scribendum. Terentius Eunuch. iv. 4. 'Monstrum hominis, non dicturus?' pro, dicturus es, et Phorm. v. 5. 'Quidnam nunc facturus Phædria?' pro, facturus est. Fragm. Petronii: 'Catellam in terram deposuit, hortatusque ut ad rixam properaret.' *Schef.*

Heredem se fecisse proximum] *Proximus heres* hic dicitur, qui alias crebrius, a JCtis et historicis, etiam ab Horatio, appellatur 'Secundus heres,' id est, substitutus. *Rit.*

Se fecisse] Ms. *sufficisse*. Sed Salmasius monuit legendum esse *suffici se*, pro, suffectum iri. *Gud.*

Suffici] Ut *facere*, sic et *sufficere hæredes* dicimur, cum alios aliis substituimus, quanquam magis usitate *substituti* dicantur. Simili sensu Cornel. Nep. Hannib. c. 5. 'Hasdrubale Imperatore suffecto, equitatui omni præfuit.' Cæterum *suffici se*, pro, suffectum iri, vel, sufficiendum esse, quomodo apud Virgilium Æn. i. 'Progeniem sed enim Trojano a sanguine duci Audierat:' pro, ducendam esse. *Schef.*

Proximum] A filio videlicet. Nam proprie solenniterque hi 'Secundi' appellantur. Persius Sat. ii. vs. 12. 'Pupillumve utinam, quem proximus hæres Impello, expungam.' Habes tamen et apud Salvianum ad Eccles. Cathol. lib. iii. de primo hærede, in antiqua formula: 'Illum hæredem scribo proximum meum.' *Schef.*

13 *Dum*] Mallet *cum* Rittersh. et sic edidit Meursius. Sed fortasse rectius illud *dum* explicabimus per, dummodo. Salust. Bell. Cat. 'Id quibus modis assequeretur, dum sibi regnum pararet, nil quidquam pensi habebat.' *Schef.* Non potest hic capi pro, dummodo, ut mox ponitur vs. 28. et fab. præced. et apud Prop. i. 11. ult. ubi vide Passer. Ponitur et pro, donec, lib. i. fab. 19. et tunc subjunctivum requirit. Sed *dum* semper, eo sensu, quo hic ponitur indicativum requirit, ut mox vs. 23. Et recte docuit summus Gronov. ad Liv. xxxv. 8. Quare idem apud Quinct. Decl. xvii. cap. 1. initio pro *dum* rescripsit *cum*, quem ibi vide. Et ita hic mallem *cum*; et contra *cum* sæpe pro *dum* malo errore a scriptoribus esse exaratum, docet Servius ad Virgil. Æn. i. 697. Vid. et Scheffer. ad lib. i. fab. 4. *Burm.*

14 *De flagitiis*] Sic Quintil. lib. vi. c. 3. 'De annis ætatis suæ multum mentiri dixit.' *Schef.*

15 *Adjecit*] Non placet hæc distinctio. Verba illa omnia, *id quod sentiebat maxime, Dolaturum amanti*, ponenda in parenthesi censeo. *Schef.*

Maxime doliturum amanti] Οἷ μοῦνοι φιλέουσ' ἀλλήλους μερόπων ἀνθρώπων Ἀτρεΐδαι: ut ex Homero joci causa adferebat Sex. Cæcilius JC. leg. 13.

Digitized by Google

§. 1. D. ad l. Jul. de adult. *Rit.*

16 *Dolituram amanti*] Dolorem allaturum propter amorem marito signif. *Dolituram* imitatione Terentii et Plauti sic usurpat, qui posterior in Capt. I. sc. 2. 'Huic illud dolet, Quia nunc remissus est edendi exercitus.' *Schef.*

18 *Incensus*] Eleganter, ad indicandam iræ vehementiam. Terent. Phorm. act. I. sc. 4. 'Loquarne? incendam? taceam? instigem?' Donatus: 'Incendam; quia iracundia ignis est.' *Schef.*

Incensus ille] Malim *ille:* sic cum superioribus melius omnia cohærent. *Gud.*

19 *Simulavit iter ad villam*] Videnda. Apul. Miles. IX. *Rig.*

20 *Subsedit*] Substitit, commoratus est. Cic. Ep. Att. VI. 16. 'Itaque subsedi in ipsa via, dum hæc summatim tibi perscriberem.' Sed hic non commorationem simplicem, sed quæ insidiarum caussa instituitur, intelligere debemus: quomodo in venatione *subsident*, unde venatores ipsi 'Subsessores,' ut notavi ad Petron. cap. XL. Aut quomodo in militia faciunt. Ammianus lib. XXIV. 'Subsedisse manum insidiatricem latenter.' Livius lib. I. 'Partem militum subsidere in insidiis jussit.' *Schef.* Vide Serv. ad Virgil. Æn. V. 498. et II. 268.

Januam Intravit] Ellip. pro, per januam in ædes. Petronius cap. 139. 'Mulier haud inculta januam intravit.' *Schef.*

22 *In quo dormire*] Observa morem. Similis est historia Euphratis, Arandacis filii, a quo Parthiæ fluvius nomen sumsit: nec non Thestii, a quo denominatum flumen Ætoliæ, Axenus antea, post Achelous dictum. *Prasch.*

23 *Ætatem adultam*] Signif. pro filio adulto. *Schef.*

Ætatem adultam servans diligentius] *Adultam ætatem*, pro adolescente usurpat. Non potest autem quisquam nimium diligenter suorum liberum custodire pudicitiam: ut est apud Plautum. Κάλλος δυστήρητον ἥφυ παῖδων τοκέεσσιν, inquit Phocylides. Et Cicero in I. De Offic. rectissime monet, atque saluberrime: 'Maxime hæc ætas a libidinibus arcenda est, exercendaque in labore, patientiaque et animi et corporis,' &c. *Rit.*

Servans diligentius] Scil. quod adulta esset, vitiisque obnoxia, quæ hic tacite Noster innuit, plus, quam antea. *Servans* pro, observans, i. e. custodiens. Corn. Nep. Cimone c. 4. 'Nunquam hostis custodem imposuit fructus servandi gratia.' *Asservare* dixit Catullus c. 17. de puella loquens: 'Asservanda nigerrimis diligentius uvis.' *Schef.* Terent. Heaut. III. 3. 'Nisi eum, quantum Dii dant opis tibi, servas, castigas, mones.' Et paulo post: 'Atque nunc, here, hic tibi asservandus est.' Ubi etiam videtur Poëta respexisse ad morem illum, quo sine pædagogis et magistris adolescentes, in viros transcripti, vivebant. Dicit enim Syrus: 'Nam mihi jam minus minusque obtemperat.' Ceterum hanc mater curam præcipue agebat, ne corrumperetur a libidinosis, ne quis prædator corporis admitteretur. Vid. ad Petron. LXXXV. et Quinctil. Inst. I. 2. *Burmann.*

24 *Dum quærunt lumen*] Persuasum mihi est, multa Phædrum in hac narratione transtulisse ex Ovid. Fast. II. 347. et seq. Lege et confer utriusque Poëtæ verba et seriem rei, lector. *Burm.*

Concursant] Sic priores editiones habuere, quod non fuit immutandum in *concursat*, maxime cum præcedat *quærunt*, et *familia* nomen sit, quod multos innuat. Adde nobiliss. Heinsium ad Ovid. Met. II. vs. 688. *Schef.* Quinct. Decl. 11. 'Concurrit familia, quo sollicitos atque trepidantes decebat strepitus.'

Digitized by Google

Familia] Id est, servorum multitudo: ut infra, lib. IV. fab. 21.

25 *Iræ furentis impetum*] Gravissime, ad indicandam vim doloris et causam tam atrocis facinoris. Sic 'Impetum libidinum' dixit Cicero de Fin. *Schef.*

26 *Tentat*] Explorat manu. Plautus Aulul. Act. IV. sc. 4. 'EU. Agedum, excutedum pallium. STR. Tuo arbitratu. EU. Ne inter tunicas habeas. STR. Tenta, qua lubet.' Vide Giffan. Ind. Lucret. *Schef.* Quintil. Decl. I. 'Tentavit ergo vultus et pectus objectum.' Virgil. Georg. III. 563. 'Invisos si quis tentarat amictus.' Propert. Eleg. I. 8. 'Subjecto leviter positam tentare lacerto:' ubi vid. Passeratium. Lucret. IV. 235. 'Nunc igitur si quadratum tentamus, et id nos Commovet in tenebris:' ubi male Lambinus mavult *tractamus*. Burm.

Tentat] Ms. *temtat*. Gud.

Tentat in tenebris caput] Arnob. V. 'Altitudinem dormientis et matris patientiam tentans.' Virgilius Æn. II. 'Tentare latebras.' *Tentare, tatonner*, quod cæci faciunt. Sic Plin. de cochleis, quæ oculis carent: 'Corniculis prætentant iter.' *Rig.*

Tentat in tenebris caput] Colerus distinguere tentabat ante *caput:* et jungere: caput Ut sentit tonsum. Quod vix est ut probem. *Rit.*

Caput] Scripseram olim, illud *tentat* absolute hic intelligendum, et post *tenebris* ponendum punctum. Idem et Colerus judicaverat. Nunc sententiam illam muto. Video enim ista velle: non tentasse quidvis obvium, sed quæsivisse caput, ut ex eo etiam in tenebris cognosceret, virine an feminæ esset. Atque ita exigit, quod præcedit, Ad lectum accedit, quod non habet sensum idoneum, frustraneumque est, si lectionem alteram sequamur. *Schef.*

27 *Tonsum*] Nempe, sicut viri consueverant. Solebant enim pueri alere capillos, et, cum ad virilem venissent ætatem, detonsos consecrare Diis, indeque semper tonso esse capite. Martialis IX. c. 36. 'At tibi si dederit vultus coma tonsa viriles.' Ambrosius de S. Paulo: 'Secundum legem extulit illud: 'Quia vir, si comam habuerit, ignominia est illi.' Prohibet enim lex, virum esse comatum.' Isidorus Or. lib. XIX. 'Habet et sexus institutam speciem habitus, ut in viris tonsi capilli.' Servius Æn. lib. I. 'A *cædendo* dicta *cæsaries;* ergo tantum virorum est.' Pub. Consentius de verbo ex Probo: 'Masculina erunt, quum masculinæ res suberunt, quæ significantur, natura, ut *genuit*, consuetudine, ut *tondetur;* utrumque enim maribus recte assignatur.' 'Hinc apud Sueton. cap. 79. Aug. 'In capite comendo tam incuriosus, ut raptim compluribus simul tonsoribus operam daret.' *Schef.*

Transigit] Trajicit, transverberat. Tacit. An. XIV. 37. 'Se ipsum gladio transegit.' *Schef.*

Transigit] Ms. *transfigit*. Sed vulgatum rectum. Tacit. Ann. lib. IX. c. ult. ut in vetustis Mediceis legitur: 'Ferrum frustra jugulo ac pectori admovens, ictu tribuni transigitur.' Salmasius legit, *transicit*, id est, trajicit. *Gud.*

Transfigit] Omnino legendum, *transigit*, id est, confodit. Metron pariter et sensus hoc poscit. Virg. 'Transadigit' bis terve in eadem re usurpat. Sed et Valerius Flaccus Argonaut. lib. III. 'Securigerumque Nealcem transigit,' &c. Idem lib. VI. 'Lævum per luminis orbem Transigitur.' Sic Silius Italicus lib. II. 'Transegit pectora mucro.' Tacitus lib. XIV. 'Gladio se ipsum transegit.' Igitur τὸ *transfigit*, manifesto ex glossa est. *Rit.*

28 *Nihil respiciens*] Elegans hujus verbi usus est, quum curam, recordationem, miserationem, favorem, convenientiam designamus. Exempla

sunt in promptu. *Prasch.* Attendens, curans. Quomodo Cornel. Nep. in Miltiade cap. VIII. 'Hæc populus respiciens, maluit eum plecti.' *Schef.*

Nihil respiciens dum dolorem vindicet] Juv. X. 314. 'Exigit autem Interdum ille dolor plus quam lex ulla dolori Permisit.' Papinianus in lib. XXII. Ad leg. Jul. de adult. 'Mariti calor et impetus facile decernentis fuit refrenandus.' Alexander A. in lib. IV. Cod. eod. 'Inconsultum dolorem' vocat: et tamen addit: 'Nox et dolor justus factum ejus relevant.' *Rig.*

Respiciens dum] Ms. *in respiciendum.* Gud.

Dolorem vindicet] *Vindicamus* proprie injurias. Sed quia ex injuriis dolor, ideo sic loquitur. *Schef.*

29 *Allata*] Mallet Heinsius *illata*, quia sic Latini, Ovidius, Curtius, Apuleius, alii. *Schef.* Vide, quæ nos ad Ovid. Met. X. 473. notabimus.

Adspexit] Id est, vidit. Virgil. Eclog. 7. 'Atque ego Daphnim Aspicio: ille ubi me contra videt.' *Prasch.* Eleg. de conspectu improviso: *So bald er seiner ansichtig worden.* Schef.

Aspexit] Salmasius: *simul ac spexit.* Gud.

30 *Sanctamque*] Innocentem: 'Castam' dixit ante. Virg. Æn. XI. 'Tuque, o sanctissima conjux.' *Schef.* Vetus Inscriptio apud Reines. Clas. XIV. 54. 'Uxori sanctissimæ.' Ita 'Virgines sanctæ.' Horat. Od. I. 2. et male Priorius 'Sanctas feminas' apud Tertull. ad Uxor. II. 1. aliter explicat ac castas. *Burm.*

Sanctamque uxorem] Martial. Epig. lib. X. 30. 'Non ille sanctæ dulce Tybur uxoris.' Et sæpe in vetustis sepulcrorum inscriptionibus, UXORI SANCTISSIMÆ. *Rig.*

Sanctam uxorem] Quam paulo ante vocabat 'Castam,' et mox, 'Innocentem.' Sic sæpe Cicero.

31 *Sopita somno*] *Sopitam somno* dicit imitatione Virgilii, qui Æn. I. 'Hunc ego sopitum somno super alta Cythera Recondam.' Est autem *sopita* plus quam, dormiens, et de profundo somno usurpatur. Unde Plinius XXI. 18. 'Hujus semine aiunt somnum allici, sed modum servandum, ne sopor fiat.' Donatus ad superiorem locum: '*Sopitum*; nam illa ætas multum profundeque dormit.' *Schef.*

Sopita primo somno] Qui arctissimus esse solet. *Ritt.*

Sopita primo quæ nil somno senserat] In Epitaphio Miellæ Epigr. Vet. III. 'Irrumpit gladio conjux: heu victa sopore, Vix sensi armatas in mea fata manus.' *Rig.*

Primo] Recens cœpto. Est et hoc ex Virgilii dicto libro, ubi ait: 'Primo quæ prodita somno.' *Schef.*

Nil] Ms. *nihil.* Gud.

32 *Repræsentavit*] Statim de se sumsit. Notat celeritatem. Sic *repræsentare medicinam* dixit Cicero Ep. Fam. lib. V. 16. 'Neque expectare debemus temporis medicinam, quam repræsentare ratione possimus.' Sic Suet. Aug. c. 101. 'Summam repræsentari jussit.' *Schef.* Ita et Nostro æqualis Valer. Max. VI. 5. ult. ext. 'Pœnam tamen repræsentare maluit, ne qua fraus justitiæ fieret.'

Repræsentavit] Elegantissime; nam hæc vox solennis, cum de pœna ipsum factum illico consequuta sermo est. Docuit ὁ πάνυ ad Suetonium. *Gud.*

34 *Postularunt*] Solenne verbum. Est autem *postulare*, desiderium suum in jure apud eum, qui jurisdictioni præest, exponere. Brissonium vide. *Schef.*

Postularunt] Ms. *postolarunt.* Gud.

Romamque pertraxerunt ad centum viros] Hinc discimus, etiam capitales causas apud Centum viros fuisse agitatas; ut ex iis, quæ apud Quintilianum leguntur lib. IV. 'Jam quibusdam in judiciis, maximeque capitali-

Digitized by Google

bus, ut apud Centumviros, ipsi judices exigunt sollicitas et accuratas actiones.' *Rig.*

Pertraxerunt] Est et hoc inter solennia, de quibus Brissonius. Apud Horat. legitur *extrahi* hoc sensu Sat. I. 1. 'Ille datis vadibus, qui rure extractus in urbem.' *Schef.*

Ad Centum viros] Apud hos enim agebantur disceptabanturque caussæ graviores, quæ et 'Centumvirales' inde appellatæ Ciceroni, Quintiliano et Plinio Secundo. *Ritt.*

Centumviros] Vide Sueton. de centumviralibus judiciis. Lucan. Panegyr. inter Epigr. Vet. p. 114. 'Et firmare jubet centeno judice causas.' *Gud.*

36 *Deprimit*] Lege, *dein premit.* Heins.

Suspicio] *Suspectio* legendum, ut et Salmasius notavit. *Suspectio* idem est, quod *suspicio.* Celsus de Re Med. lib. II. c. 10. p. 85. 'Si morbi ratio patiatur, tum demum, nulla eruditatis suspectione remanente, id fiet.' Ita hoc loco vetustis. libr. Quod vero in quibusdam codicibus habetur *suspicio*, glossema est, nec Editoribus debuit placere. Vide ad præfat. hujus libri. *Gud.*

37 *Quod*] Forte *Quæ.* Heins.

Bona possideat] Nimis brevis est. Puto autem hoc velle: suspicatos plerosque, commisisse id facinus, ut post obitum mariti et filii sola possideret bona et hæreditatem, idque ex eo, quia tenebat illa bona. Ita elliptica erit oratio, sic explenda: Deprimit suspicio ob id, quod possideat. Aliter interpres Gallus nonnihil. Verum expositionem nostram puto negotio esse convenientissimam. *Schef.*

Possideat] Salmasius *possidat.* Gudius.

Stant] Id est, resistunt. Sumta locutio ex arena gladiatorum, ut vult Voss. Com. Rhet. I. 6. 5. vel etiam a re militari. Nam et Dares Phrygius, in quo bona quædam et antiqua: 'Penthesilea occurrit,' ait, 'fortiter cominus stetit;' et locutiones aliæ similes se offerunt. Hinc argumenta dicuntur 'Hastæ' Ciceroni et Quintiliano: hinc 'Conflictus caussarum:' hinc 'Arcem caussæ invadere,' argumenta 'Dirigere,' 'Tela' subministrare, et quæ plura possunt animadverti. *Prasch.* Fiduciam constantiamque notat, ut in isto Virgilii Æn. VII. quod Noster forte respexit: 'His ubi nequicquam dictis experta, Latinum Contra stare videt.' Persius Sat. v. 96. 'Stat contra ratio.' Martial. I. 'Stat contra dicitque tibi tua pagina: Fur es.' Solet fere usurpari de patronis causarum, et plane forense est. Vide inf. lib. v. 5. Illud *fortiter*, referendum est ad subsequens *tuentes*, mea sententia. Fabius Inst. VI. 1. 'Quædam enim jam fortiter tuenda sunt.' *Schef.* Horat. Sat. I. 9. 'Dispeream, si Aut valeo stare, aut novi civilia jura.'

Stant patroni fortiter] Infra: 'Pro judicio dum stant erroris sui.' Cic. et Victorin. Rhetoric. I. 'Mendaci oratione contra veram causam stare.' Vid. Donat. ad illud Terent. Phorm. 'Ni hæc ita essent, cum illo haud stares, Phædria.' *Rig.*

Fortiter] Ita 'Fortiter dicere' sæpe Quinctilianus de caussarum actoribus. Vid. ad. Inst. lib. II. 12. et X. 4. et in Declamationibus passim. *Burm.*

40 *Ut adjuvaret jurisjurandi fidem*] Nimirum judices pronunciaturi se ex animi sententia facere profitebantur. Fab. Decl. CCCXIII. Quintil. lib. v. c. 11. 'Rogandi etiam sunt judices, ut rem potius intueantur ipsam, quam jurijurando alieno suam donent:' et cap. 6. ubi de jurejurando: 'At is, qui defert, agere modeste videtur, quum litis judicem adversarium faciat, et eum, cujus cognitio est, onere liberet: qui profecto alieno jurejurando stari, quam suo, malit.' 'Judices, antequam judicarent, in leges

Digitized by Google

jurare consueverant,' inquit Asconius in Verr. II. *Rig.*

Ut adjuvaret jurisjurandi fidem] Id est, ut suam religionem sublevaret, quippe quibus non liqueret: hoc enim vult versus sequens: *Quod ipsos error implicuisset criminis:* id est, quia versarentur quasi in Labyrintho quodam inextricabili vel irremeabili. Nam de jurejurando purgatorio mulieri deferendo, ut ipsa innocentiam per id suam testaretur, alienum videtur, ut hæc exaudiamus. *Ritt.*

Jurisjurandi fidem] Jurati enim Senatores et decuriones sententiam ferebant: si vero aqua ipsis hæreret, neque satis liqueret, quid veri esset in re, qua de agebatur, tunc Imperatoris judicium exquirebant. In quam rem testimonia si afferam, otio abutar. *Faber.* More suo *fidem* pro iis, qui eam dederant jurejurando, id est, judicibus. Quibus in causa obscura solenne fuit juramentum, 'Sibi non liquere.' Quo liberantur, judicio ad Imperatorem devoluto. Vide Gell. XIV. 11. et Brissonium in Form. Ita sensus erit: Petierunt ut juvaret se, atque a pronunciatione sententiæ liberaret, quia fecissent fidem jurejurando, se litis hujus decisionem non invenire. Exigere hanc expositionem censeo, quod nihil post hæc judices illi faciant, sed Augustus solus causam cognoscat, et sententiam pronunciet. Sane etiam interpres Gallus sic accepit: *Les juges supplièrent l'Empereur, de les vouloir aider à s'acquiter de leur charge.* Schef.

Jurisjurandi fidem] Jurabant judices, antequam sententiam dicerent. Ita et Græci. Valer. in fin. lib. II. c. 10. *Gud.*

41 *Error*] Eleganter, sicut 'Error viæ,' 'pelagi,' et similium apud Virgilium, sic 'Error criminis,' de ambiguitate, incertitudine, obscuritate. *Schef.* Ita lib. IV. fab. 4. 'Solvit errorem omnium.'

42 *Tenebras dispulit*] Interpretem huic tropo dabimus Agapetum, qui, solem et principem inter se conferens, cap. 51. ita ponit: Ὁ μὲν γὰρ ὑποχωρεῖ τῇ διαδοχῇ τῆς νυκτός. ὁ δὲ οὐ παραχωρεῖ τῇ συναφπαγῇ τῶν κακῶν, ἀλλὰ τῷ φωτὶ τῆς ἀληθείας ἐξελέγχει τὰ κρυπτὰ τῆς ἀδικίας. *Prasch.*

43 *Fontem veritatis*] Videtur ad illud Democriti respexisse: Ἐν βυθῷ ἡ ἀλήθεια. *Ritt.*

47 *Quod si damnanda*] Lego, *Quod si tam infanda.* Nam 'damnandam' præcessit. An *temnenda?* An vero, *Quod si damnanda?* Gud.

Damnanda] Repetitio ingrata. Puto plane scripsisse Nostrum *clam tanta.* Schef. Non puto bis eandem vocem Auctorem repetisse. Lege *enodanda.* Auct. Rhetor. ad Herenn. 'Deinde contrariæ legis enodabimus voluntatem.' Gell. XIII. 10. 'Ea præcipue sententia ad enodandos plerosque juris laqueos utebatur.' Et IV. 11. 'Enodare sententias.' 'Enodator vocis,' Salmas. ad Tertull. Pall. Juvenal. VII. 'Veniet de plebe togata, Qui juris nodos et legum ænigmata solvat.' 'Nodi quæstionis' Gell. XVIII. 2. *Heins.*

49 *Subtiliter limasset*] Lucretiani Codices Ms. lib. III. 'Floriferis ut apes in saltibus omnia limant.' Glossæ veteres: 'Ζηρεῖ, Limatur, Rimatur, Terit.' Vellem viros doctos hæc subtilius limasse. *Rig.*

Limasset] Post hæc verba recte comma collocatur, contra quam tu, Rittershusi, existimas. Legendum autem ulterius, *rimasset:* antique, pro, rimatus fuisset: hoc est, scrutatus quæsivisset, teste Nonio. Confirmat hoc Plauti locus Trinum. act. I. sc. 2. 'Quod si exquiratur usque ab stirpe auctoritas, Unde quicquid auditum dicant, nisi id appareat, Famigeratori res sit cum damno et malo.' *Schop.* Existimat Schoppius legendum *rimasset,* ἀρχαϊκῶς, pro, rimatus esset; sed

Digitized by Google

non vidit locum hunc esse imitationem Ciceronis in De Off. II. 'Veritas limatur in disputatione.' Ceterum mihi satis placet Rittershusii sententia, existimantis hæc verba *(a radicibus)* jungi cum illis debere *(Non evertisset, &c.)* quod illi Salustiano simile erit: 'Cartago a stirpe interiit.' *Faber.* Absolute, pro, examinasset, imitatione Tulliana, sicut Faber optime observat. *Schef.* Male Schioppius *rimasset.* Sic 'Limatus' et 'Subtilis Orator' sæpe a Cicerone conjunguntur. 'Limare consilium,' 'Limare rationibus' Cyprianus in Epistolis. *Heins.* Probat hanc verbi *limare* significationem Stephan. Joh. Stephan. ad Saxon. Hist. Dan. lib. I. pag. 77. quem vide. *Burm.*

Limasset] Pro, elimasset. Prudent. Cath. VII. 200. A *limus*, λοξὸς, est *limare, collimare.* Gloss. Vet. 'Ζητεῖ, Limatur, Rimatur.' *Limare* est, diligentius perspicere, intueri. V. Guiet. *Gud.*

Limasset a radicibus, Non evertisset] Peccat meo quidem animo hæc distinctio. Quid enim est, *limare a radicibus? Evertere a radicibus* eleganter dicitur; illud non item, ut puto. Quare mecum sic potius distingue: *Si mendacium subtiliter limasset, a radicibus Non evertisset scelere funditus domum.* Majoris emphaseos causa duo ejusdem significationis conjunxit: *funditus a radicibus evertere:* quod est μὴ ὅθεν προβλωσον ἀναιρεῖν. *Ritt.*

A radicibus] Hoc distinguendum esse a superioribus, et cum *evertisset* conjungendum, censent Rittershusius et Faber, quod existimo esse verum. *Evertere a radicibus*, ut 'Expellere ab radicibus' apud Virgil. Cicero pro his dixit 'Radicitus extrahere.' *Schef.* Forte *ac radicitus Non, &c.* Heins. Nihil mutem: licet et Schefferus ad Obseq. c. 123. pro *radicibus evertere* videatur probare *radicitus.* Eadem ratio alterius locutionis, *a stirpe:* ut, 'A stirpe gens exstincta.' Liv. IX. 34. et Stat. VII. 207. 'Pelopisque a stirpe nepotes Tardum abolere mihi.' Dubium vero, an *a radicibus* non cum *limasset* conjungi debeat, facit Gudius ex illo Plauti in Trin. I. 2. 180. 'Quod si exquiratur usque ab stirpe auctoritas;' sed ibi cum Gronovio *auctoritas ab stirpe* jungendum, et sumendum pro primo auctore. Sequenti versu mallem *funestam domum.* Burm.

54 *Etiam*] Referendum ad *Hoc*, quasi diceret: Præter id quod jam proposui, etiam hoc potest. *Schef.* Immo vero, *etiam simplices*, jungenda; id est, licet sunt simplices et creduli; ita Justin. VI. 2. 'Nec eloquentia minus, etiam inter Athenienses, insignis.' Vid. ad Quinctil. Decl. III. 13. *Burm.*

55 *Opinione*] *Opinionem*, Salmasius.

56 *Dissidens*] Contraria, adversa semper aliis. *Schef.*

57 *Subscribit*] Verbum ex foro huc translatum, quia de re tali sermo erat. Dicuntur autem *subscribere*, qui sequuntur alios, eorumque sententiam accessione sua firmant; vide Polleti For. *Schef.* Idem de Fama dicit Ælian. Var. Hist. I. 22. *Burm.*

58 *Erit*] Id est, esse debet, sit. Ita inf. lib. IV. c. 3. 'Hæc iracundos admonebit fabula,' pro, admoneat. Plaut. Mostell. A. II. sc. 1. 'Phil. Ubi ego ero? Tr. Ubi maxime esse vis: cum hac, cum isthac eris.' Idem in Menæch. act. II. sc. 2. 'Dii te amabunt,' pro, te amant. *Schef.* Lege *Erit hisce notus*, ut de se intelligat, vel Sejano. *Heins.*

Per te] Tuo studio proprio, non ex relatione aliorum. Cicero de Am. 'Quod quisque minus per se ipse posset, id acciperet ab alio.' *Schef.*

59 *Executus*] Ita Plaut. Amph. II. sc. 2. 'Perge exequi.' Virgil. Geor. IV. 'Cœlestia dona exequar.' Est autem *exequi*, exponere, narrare, dicere. Vide Terent. Hec. III. sc. 1.

Digitized by Google

et ibi Guyetum. *Schef.*

Executus sum] Ἐπεξῆλθον, vel διεξῆλθον. Plautus eo sæpius utitur pro, narrationem institutam quasi protelo continuare. Vid. Muret. Var. lect. lib. x. c. 13. *Ritt.*

FABULA XI.

1 *Eunuchus litigabat*] Sexus humanus secundum naturam in marem ac feminam tribuitur: præter naturam vero in Hermaphroditum et Eunuchum. Ac Hermaphroditus quidem, etsi neque mas neque femina dici vere possit, tamen et mas et femina videri potest. Aristophanes in Convivio Plat. Androgynum quasi tertium sexum ex utriusque participatione compositum fuisse docet, τρίτον καὶ κοινὸν ἀμφοτέρων. Hanc vero participationem Paul. Ægineta lib. VI. utrique sexui magno dedecori esse ait: Πολλὴν παρέχειν ἀπρέπειαν ἀμφοτέροις τοῖς γένεσιν. Nempe sexuum inverecundam confusionem præfert. Qua de re exstant apud Trallianum Phlegontem versus pag. 77. Enimvero deterior multo Eunuchi conditio est. Nec enim vir, neque mulier, nec utrumque, sed plane nihil est. Sic Plautus Milite Glor. exsectum 'nihili factum' vocat. Hermotimus apud Herodotum Urania nimiam Panionio impietatem exprobrans ejulando miserabili voce ita loquebatur: Ὦ πάντων ἀνδρῶν ἥβη μάλιστα ἀπ' ἔργων ἀνοσιωτάτων τὸν βίον κτησάμενε, τί σε ἀγὼ κακὸν ἢ αὐτὸς, ἢ τῶν ἐμῶν τίς σε προγόνων ἠργάσατο, ἢ σε, ἢ τῶν σῶν τινα, ὅτι με ἀντ' ἀνδρὸς ἐκοίησας τὸ μηδὲν εἶναι; Lucianus Eunucho: Πολὺς ἦν περὶ τούτου λόγος, οὔτε ἄνδρα οὔτε γυναῖκα εἶναι τὸν εὐνοῦχον λέγοντος, ἀλλά τι σύνθετον καὶ μικτὸν καὶ παρατῶδες, ἔξω τῆς ἀνθρωπείας φύσεως. Diogenes Demonico, in Epist. Theophylacti Simocatt.: Τὸ τεχνητὸν γύναιον, τὸ δεγενὲς ἡμιάνδριον, τὸ παρὰ τῇ φύσει κατὰ μηδὲν ἐντελὲς, ὑβριστέον Λυδὸς εὐνοῦχος. Nimirum Eunuchos 'quasi a consortio humani generis extorres, ab utroque sexu aut naturæ origo, aut clades corporis separavit,' ut ait Mamertinus Panegyric. Julian. 19. Cyrillus spadones, sive Eunuchos, esse ait τερατόμορφα πρόσωπα, ψυχοκτόνους καὶ σωματοφθόρους, καὶ τῆς φύσεως παραχαράκτας, λωμοὺς τῆς φύσεως καὶ τοῦ γένους. Unde merito Eunuchi mulierum amatores, qui nihil tamen possunt, 'Nebulones' et Μάταιοι dicti. Vetus Glossarium: 'Μάταιος, inanis, cassus, vanus, nebulo.' Terent. Eunuch. 'Sane quod tibi nunc vir videatur esse, hic nebulo magnus est.' Porro Eunuchi vel nascuntur, vel fiunt. Qui nascuntur, Spadones: qui fiunt, Castrati. Glossæ veteres: 'Εὐνοῦχος ἀπὸ φύσεως, Spado: Εὐνοῦχος ὁ ἀκρωμίας, Castratus.' Nascuntur, vitio aut debilitate parentum; fiunt, arte, casu, insidiis, sponte. Arnob. v. Catull. de Aty. Plinius lib. XI. 48. De spontanea exsectione Lucianus, Syria Dea. Varro, Lege Mœnia: 'Si qui patriam majorem parentem extinguit, in eo culpa: quod facit pro sua parte is qui se eunuchat, aut aliqua liberos producit.' Sæpenumero tamen cogebantur a principibus medici facere eunuchos. Adeoque ars ipsa, cujus erat præcipua cura naturalem corporibus statum habitumque conservare, aut læsum reparare ac redintegrare, in maximum naturæ totius armata est detrimentum. Paulus Ægineta querebatur: Ἀκοπὸν ἐχούσης τῆς ἡμετέρας τέχνης ἀπὸ τοῦ παρὰ φύσιν ἐπὶ τὸ

Digitized by Google

κατὰ φύσιν ἐτάγην τὰ σώματα, τῆς ἐναντίας ὁ εὐνουχισμὸς ἐπαγγελίας τετύχηκεν· ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ ὑκοντες πολλάκις ὑπό τινων ὑπερεχόντων εὐνουφίζεσθαι ἀναγκαζόμεθα, &c. Petron. Sat. 'Persarum ritu male pubescentibus annis Surripuere viros.' Sic pueri puellæ fiebant, et puellascebant; et contra. Varro Baiis: 'Quod non solum innubæ fiunt communes; sed etiam veteres puerascunt, et multi pueri puellascunt.' Hæc autem improba in Eunuchis luxuria tandem Romanorum Impp. legibus coërcita. D. Hadrianus, ne spadones fierent, pœna legis Corneliæ de sicariis irrogata, rescripto cavit: Lib. IV. D. ad leg. Corn. de Sic. Constantinus viros exsecantes capitaliter puniri voluit: Lib. I. C. de Eunuch. Justinianus talionis lege agere permisit, ut illud idem, quod aliis feciassent, ipsi paterentur. Novel. CXLII. Ovidius Amor. II. Eleg. 3. 'Qui primus pueris genitalia membra recidit, Vulnera, quæ fecit, debuit ipse pati.' Quam pœnam veluti civilem ac legitimam Hermotimus in Panionium, a quo fuerat excisus, statuebat, hoc superdicto: Ὥστε σέ μὴ μέμψασθαι τὴν ἀπ' ἐμέο τοι ἀδομένην δίκην. Simulque Panionium proprios filios emasculare jussit, ipsosque deinde patri virilitatem eripere coëgit. Nempe ut cædem cæde ulcisceretur. Emasculationem ac detestationem φόνους vocat Justinianus d. Nov. Et eunuchismo homicidium committi Apostolici canones sanciunt. Balsam. et Photii Nomocan. Tit. I. c. 3. Quippe Eunuchi sibi ipsis supervivunt. Nam quasi vitam simul cum viro amittunt, ac toti in parte una pereunt. Apuleius Miles. VII. 'Tali sententia mediis Orci manibus retractus, sed extremæ pœnæ reservatus, mœrebam, et in novissima parte corporis totum me periturum deflebam; inedia denique continua vel præcipiti ruina memet ipse quærebam extinguere; moriturus quidem nihilominus, sed moriturus integer.' Hinc manifestarios mœchos ejus conditionis, ut jure occidi potuissent, contumelia adficere permittebatur: l. Nec in ea. §. Sed qui occidit. D. ad l. Jul. de adult. puta raphanis et mugilibus forare, ut apud Catul. et Juvenal. Προτείνων ἐκείνοις τὴν ἐπὶ σκέλοσιν ἀναιδρησιν, Nicet. Chon. Item licebat eos viro spoliare. Quo referendum illud Phædri: 'Id demum est homini turpe, quod meruit pati.' Nimirum ut, per quæ peccavit, per eadem puniatur. Quomodo et legislatoris τοὺς πατροτύπτας χειροκοποῦσι, iis, qui patrem suum pulsaverant, manum amputabant, quæ triste occidendi patris ministerium patraverat, ut notat in allegoriis Homericis Heraclides Ponticus: Καὶ γὰρ εἰκὸς ἦν ᾧ ἡμάρτανον ἐν μέρει τοῦ σώματος, τούτῳ καὶ κολασθῆναι: Artemidor. Dald. Oneiroc. I. Hinc emendandus et explicandus, contra Dion. Lambinum, Plautus, Milite Glor. Sc. ult. 'Et si intestatus nunc abeo hinc, bene agitur pro noxia. PE. Quid si id non faxis? Pu. Ut vivam semper intestabilis.' Mœchis virum exsectum collo per ludibrium suspendebant. Plaut. Ibid. 'Quin jamdudum gestio mœcho hoc abdomen adimere, Ut faciam quasi puero in collo pendeant crepundia.' Hæc de marium exsectione. In feminis duæ quasi εὐνουχισμοῦ rationes. Una est νυμφοτομία. Nam in locis muliebribus aliquando νύμφη ultra modum, καὶ εἰς ἀπρέπειαν αἰσχύνης protuberat. Eaque etiam parte mulieres ὀρθιάζουσιν ἀνδράσιν ὁμοίως, καὶ πρὸς συνουσίαν ὁρμῶσι. Huic vitio sectione remedium. Vid. Ægineta VI. c. 80. Altera est μαστοτομία. Sic Amazones viriles videbantur. Et apud Arnobium, ut Atys se viro, sic ejus amica mammarum honestate sese privavit. Uterque scilicet inguina sibi demessuit. Nam papillæ inguen dicitur. Lucilius: 'Inguen ne exiatat papulæ, tama, ne boa noxit.'

Digitized by Google

Sueton. Tiberio. c. 44. 'Nondum lacte depulsos inguini ceu papillæ admoveret.' Inguen stantis papillæ, ὀχρωμάδιον. Inguina papularum exstantia habere, ὑπερμαζίαν, τοὺς μεγάλους μαστοὺς ἔχειν. Vela et fasciæ quibus extumidæ opprimuntur papillæ, σπαδονίσματα μαστῶν: Spadonatus mammarum, in Epigrammat. Vid. Suid. *Rig.*

2 *Super*] Præter, Virg. Æn. x. 'Advolat Æneas, vaginaque eripit ensem, Et super hæc: Ubi nunc Mezentius acer?' Livius lib. XXVIII. 'Super morbum, etiam fames adflixit.' *Schef.* Suet. Cæs. XXVIII. 'Super Italiæ, Galliarum Hispanarumque, Asiæ quoque et Græciæ urbes operibus exornans.' *Burm.*

Dicta] Jocos. Ita. sup. lib. II. prol. Adde Ovid. Fast. III. vs. 695. et ibi ampl. N. Heinsium. *Schef.*

Petulans jurgium] Jurgia petulantia ille nebulo qualia ingerere potuerit, disce ex Luciano in Εὐνούχῳ. Οὔτε ἄνδρα οὔτε γυναῖκα εἶναι τὸν Εὐνοῦχον, ἀλλά τι σύνθετον καὶ μικτὸν καὶ τερατῶδες, ἔξω τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως. Jurgiis contumeliisque obnoxios esse Eunuchos, docet Xenophon Cyrop. VII. sub finem: Ἄδοξοι ὄντες οἱ εὐνοῦχοι παρὰ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις, καὶ διὰ τοῦτο δεσπότου ἐπικούρου δέονται. *Nev.* Alterius exagitandi causa institutum. Et fuerunt fere obnoxii ejusmodi petulantiæ Eunuchi. Vide Lucianum in Eunucho. *Schef.*

3 *Damnum*] Ita 'Damna corporum' Quinct. Decl. v. 12. *Burm.*

Damnum insectatus] Ut Cicero Ep. ad Brut. 2. 17. 'Desinant gloriando insectari dolores nostros.' Est autem *insectari*, per cavillationem traducere, quavis obvia captata occasione. *Schef.*

Damnum insectatus est] Martialis Epig. IX. 7. 'Virilitatis damna mœret ereptæ.' Juvenalis Sat. XII. 'Cupiens evadere damno Testiculorum.' *Rig.*

Damnum amissi corporis] Praschius: *Abscissi corporis, aut amissi roboris.* Martial. Epig. IX. 7. 'Non puer avari scitus arte Mangonis Virilitatis damna mœret ereptæ.' Tacitus lib. VI. 'Proximus huic Abdus ademtæ virilitatis.' Mamertin. Panegyr. Julian. c. 19. Hoc etiam Quintilianus lib. VII. 10. appellat *Fortunam corporis*: 'Gallus, pro evirato Cybeles sacerdote, an artem, an gentem, an nomen, an fortunam corporis significet, incertum est.' Hoc postea Phædrus appellat 'Fortunæ delictum,' quemadmodum 'Fortunæ crimen' et 'errata,' apud Ovidium: nam Phædrus, fabulas plerasque suas deligens, occulte respicit immeritum crimen fortunæ, de quo toties conqueritur, imprimis ultimis illis versiculis libri secundi: 'Fatale excidium corde durato feram, Donec Fortunam criminis pudeat sui.' Sed fortasse melius in hac nostra fabula pro *fortunæ delicto*, legi posset: *Sed quid fortunæ, stulte, defectum arguis?* Hoc sensu: Quid Eunuchum, defectum hominem, infortunii sui arguis et accusas? In Ms. reperitur, *delectum*. Apud Tacitum est, sed alio sensu, Ann. lib. IV. 'Tubero defecto corpore,' id est, confecto. *Gud.*

Amissi corporis] Quid hoc rei? Scripserim *abscissi*: quod non semel de eunuchis apud Augustin. de C. D. Ni malis, *amissi roboris*, i. e. virilitatis. *Prasch.* Mallet Praschius *abscissi roboris*. Quid? si *accisi corporis*. *Corpus accisum*, ut apud Livium: 'Accisa res.' Sic enim lib. I. 'Quanquam accisas res eorum satis constabat.' *Accisæ res* sunt, præsectæ, imminutæ. Possis quoque suspicari, *excisi corporis*, quomodo apud Petronium est 'Excisa libido' in Ms. Sed fortassis nil mutandum. Sic enim 'Amittere virilitatem' usurpavit Ulpianus quoque l. IV. ff. ad. l. Corn. ut Rigaltius jam annotavit. Cicero ipse, quanquam sensu paululum diverso, dixit: 'Vires et corpus amisi,' Fam. Ep.

Digitized by Google

lib. VII. 26. Quem locum liberaliter pro lectione ista Cl. Gronovius subministravit mihi. *Corpus* honeste, pro virili obscœno, annotarunt ex Petronio alii. Hinc 'Curare quam corporaliter,' apud Petron. in Frag. Trag. cap. 61. *Schef.* Ita Horat. Sat. I. 2. 43. 'Dedit hic pro corpore nummos:' ubi Acro: 'Corpore, id est, obscœna parte corporis.' Et ita Græcos σῶμας usurpasse docet Casaub. Anim. in Athenæum I. 5. Firmicus lib. VI. 21. etiam de feminarum parte Obscœna videtur capere: 'Si vero sint in tropico, sicut diximus, signo positi, faciunt naturale mulieris corpus incorrupto aditu glutinatum.' Sed Rutger. Var. III. 8. *corpus*, ut glossema, ejicit: ut *naturale* sit, membrum pudendum: sicut 'Naturalia' Justin. I. 4. de quibus vid. Gronov. ad Plin. XVI. 38. De *corpore* vid. ad Petron. CXII. et CXXX. *Burm.*

Amissi corporis] Sic Ulpian. l. IV. D. ad l. Cornel. de sic *amittere virilitatem*. Amissa dicuntur ea quæ corrupta alicui reliquuntur, scissa forte vel fracta. Ulpian. l. IV. D. vi bon. rap. *Rig.*

Corporis] Pari significatione dixit Petronius: 'Curavi diligentius noxiosissimum corpus.' *Rig.*

4 *En ait*] Lege, *Quin, ait, hoc uni est, cur laborem valdius. Laborare alicui rei* Senec. de vita beata. *Laborare ad aliquam rem* Cicer. *Heins.*

Unum est] Singulare, maximum. Verum mallem pro *En*, quod præcedit, legere, *Et*, hoc sensu: Etiam hoc est unum ex iis, ob quæ tantopere tecum contendo. *Schef.*

Laborem] Nepos Vita Pelop. c. 3. 'Magistratus ne quærere quidem de tanta re laboravit.' *Schef.*

5 *Integritatis*] *Integritatis ἀρσενότητος.* Adeundus Scaliger ὁ θαυμάσιος ad Phallica. Ceterum testes vulgo dicuntur per honestam ἔλλειψιν: perpetuo enim intelligendum, integritatis, aut, virilitatis. Usum hujus vocis retinuit sermo noster. Dicimus enim equum integrum, qui non sit ἐκτομίας. *Faber.* Ambigue. Nam *integritas* et de fama, et de corpore, accipitur. Posterius occulte innuit, prius dicit palam: Quia non habeo per quem probare possum meam innocentiam, iccirco laboro validius, et majori constantia tecum litigo. Eadem est ambiguitas in voce *testes*. Schef. Lege *Integritati*. Horat. 'Sæpe Diespiter incesto addidit integrum.' *Heins.* Proprie de non castrato, qui est integro corpore. Quo sensu eunuchos vocat Horat. Od. I. 37. 'Contaminatum gregem turpium virorum.' Nam 'Contaminata integris comparari' dicit Cicer. Topic. 18. et *contamino* a Græco τέμνω multi deducunt, unde in Gloss. 'Contaminat, συγκόπτει.' Ethinc Terent. Andr. prol. 'Contaminari non decere fabulas,' sed integras esse vertendas ex Græcis, non hinc et illinc esse transferendas partes, et ita mutilandas. *Burm.*

Integritatem, &c.] Ancipiti sensu hæc intelligenda, et sedulo legendus Xenophon. Κύρ. Παιδ. VIII. *Rig.*

Testes] Μάρτυρες. Idem. Ὄρχεις, δίδυμοι. Ἐρωτικὸν ζεῦγος ἐκατέρωθεν κρεμάμενον: Lucian. Amorib. *Rig.*

6 *Sed quid*] Idem ille apud Plaut. Capt. III. 4. *Pergin' servum me exprobare esse, id quod vi hostili obtigit?* Nev. Non puto hæc verba esse loquentis *Eunuchi*, sed auctoris nostri, usum fabulæ hac epichresi depromentis. *Schef.*

Delictum] Lib. II. Epil. 'Donec fortunam criminis pudeat sui.' Ovid. Met. III. 2. 'Fortunæ crimen in illo, Nec scelus invenies.' Hæ locutiones, nec perspicuæ satis, nec satis cautæ, quo rectius intelligantur ac judicentur, proderit evolvisse Melanchthonis Physices lib. II. de causis per accidens. Bœcl. Ind. Corn. voc. *Fortuna*. Grot. de V. R. p. 199. P. Mex. Var. Lect. II. 38. *Prasch.*

Digitized by Google

Lege *defectum*. Heins.

7 *Id demum est homini turpe, quod meruit pati*] Sic Ovidius: 'Quæ venit ex merito pœna, dolenda venit.' Nulla autem calamitas aut deformitas corporis cuiquam probro dari debet, si animi vitia abaint; ut neque formæ elegantia in laude ponenda est, si absit animi probitas. Plutarchus, caussam inquirens, cur apud Homerum et Venus Vulcano quamvis blandiens, claudicationem tamen tribuat, et contra Hector, Paridi convicium licet faciens, nihilominus eum his compellet verbis: Δύσταρι εἶδος ἄριστε: Plutarchus ergo hæc scribit: Οὕτως Ὅμηρος κατηγελᾷ τῶν αἰσχυνομένων ἐπὶ χωλότησιν, ἢ τυφλότησιν, οὔτε ψεκτὸν ἡγούμενος τὸ μὴ αἰσχρὸν, οὔτε αἰσχρὸν τὸ μὴ δι' ἡμᾶς, ἀλλ' ἐπὶ τύχης, γινόμενον. Qui locus valde huc pertinet. Vide et Muretum Var. lect. lib. XI. 10. *Ritt.*

Quod meruit pati] Plutarch. de audiend. Poët. Καθάπερ γὰρ οἱ τὰ ἰμάτια μαστιγοῦντες οὐχ ἅπτονται τοῦ σώματος, οὕτως οἱ δυστυχίας τινὸς ἢ δυσγενείας ὀνειδίζοντες, εἰς τὰ ἐκτὸς ἐκτείνονται κενοῖς καὶ ἀνοήτοις, τῆς ψυχῆς δ' οὐ θιγγάνουσιν. *Nev.* Generalis quidem est sententia, sed improbum illum adulterum et deprehensum fuisse notat; qualibus virilia exsecta fuisse notum est ex Horatio et aliis. Tibi ergo ex crimine, mihi infanti per fortunam, damnum illud contigit.

FABULA XII.

Pullus ad margaritam] Jo. Camerarius p. 172. *Rig.*

1 *In sterquilino*] Vid. Anon. fab. 1. *Prasch.* Vid. Barth. Adv. III. 22.

In sterquilinio] Salmasius ad oram libri notaverat *In sterquilino*, vel *sterculino*: quod verissime notavit. Nam versus Iambici ratio vulgarem lectionem repudiat. Scribendum omnino *sterculinum* vel *stercilinum*; nam veteres videntur declinasse *stercus sterci* et *stercus stercoris*. Et in antiquissimo Codice Veneto Catonis ac Varronis, qui unus libros reliquos quoscunque et vetustate et fidelitate superare creditur, nunquam *sterquilinium*, quod in vulgatis perperam legitur, sed semper *stercilinum* scriptum esse, jam olim docuit vir summi judicii Petrus Victorius, quo a renatis literis nemo religiosius optimorum auctorum membranas tractavit. Vel potest etiam legi *sterculinium* a nominativo *stercus*; unde et 'Sterculius' cognomen Saturni apud Macrobium, a stercorandi agri ratione inventa. Olim *stercilinum* et *sterquilinum* veteri pronuntiatione nihil differebat, et utrumque pronunciabatur, ut hodie in lingua Gallica *qu*; unde passim media ætate confundi cœpit *c* et *qu*. Sic in veteri Kal. Rust. quod Ursinus edidit, legitur *aquitur* perperam pro *acuitur*, et *qui* vitiose pro *cui*: quemadmodum et pro eo, quod apud Plautum hodie est *delicuerit*, in Mss. plerisque et apud Nonium est *deliquerit*. Sic in Divionensi vetustissimo epigrammatum codice, literis quadratis integre scripto, DE QUYGNO, quod est, DE CYGNO; et in eodem DE IAQUINTO, pro, DE IACINTO. Scilicet cum eadem esset pronuntiatio *c* et *qu*, rudes atque analogiæ vocum imperiti, sive marmorarii, sive scribæ librarii, promiscue has literas confundebant. Hinc in Mss. multis vitiose *Cotidie* pro *Quotidie*, quod rectius; *Coçus* pro *Coquus*, quod verius; *Locutus* pro *Loquutus*, quod analogiæ ratio

Digitized by Google

et optimæ quæque membranæ probant. In veteri inscriptione apud Gruterum DCCCI. 5. LIQUEBIT pro LICEBIT. Et LXVII. 9. HUIUSQ. LOCI. pro *hujusce*. Et in Fragmento Kal. Vet. apud Gruterum CXXXV. 2. HUJUSQUE DIEI, pro *hujusce*. Gud.

Pullus Gallinaceus] Vid. Ampliss. Cuper. Monument. Antiq. p. 200.

3 *Jaces*] Bene, de re neglecta velut per contemptum. Curtius lib. III. 13. 'Jacebant totis campis opes regiæ.' *Schef.*

Quanta] Rittershusius, *o quanta res.* Sed dubito, num sic scripserit, quia statim sequitur, *O si quis*, ingrata repetitione. Illud *quanta* intelligitur de pretio et dignatione. *Schef.* Mihi vulgata minime displicet. Obiter observandum, recte sentire, qui nomina negant esse tantum tertiæ personæ; sunt enim omnis. Hic secundæ est *res: quanta res jaces?* ut primæ *artifex*, in stolida illa querela Neronis: 'Qualis artifex pereo!' Suet. Ner. c. 49. et Cæsar. cap. 30. 'Tantis rebus gestis C. Cæsar condemnatus essem.' *Freinsh.* Heinsius legit, *o quanta res!* ut autem ingrata repetitio vitetur, recte legendum, *Hoc si quis pretii cupidus vidisset tui*, viri docti censuerunt.

4 *O si quis*] Mss. Rem. et Pith. *Hoc si quis.* Recte, ut puto. Ita edidit Pithœus, cum oratio et plene procedat, et pulchre cohæreat; quare perperam a libris veteribus discessit Rigaltius, suamque conjecturam nobis obtrusit. *Gud.*

5 *Olim*] Jamdudum. Vide nos ad Petron. Aut forte legendum, *Colli redisses ad splendorem maximum.* Heins.

Olim redisses ad splendorem maximum] Nimirum si in mundo cultuque muliebri fuisset. Nam circa margaritas ardebat insana mulierum superbia. Imo puellularum infantiam pertusa aurium lamina scrupuloso oneri ferendo præparabant. Unde gravis apud Tertullianum querela lib. de Cultu Fem. 'Scrupulosa Deus auribus vulnera intulit, et tanti habuit vexationem operis sui, et cruciatus infantiæ tanc primum dolentis, ut ex illis jam ferruminati corporis cicatricibus grana nescio quæ penderent.' Grana vocat scrupulos sive lapillos, quales 'Elenchos' mulierculæ Romanæ appellitabant, magnitudine præcellentes. Glossæ veteres: 'Uniones, μαργαρίται μεγάλοι, μαργάριτοι.' Item: Μαργαρίται μεγάλοι, Margaritæ Elenchi.' Juvenalis Sat. VI. 'Auribus extensis magnos commisit elenchos.' Plinius X. 35. 'Proceri oribus sua gratia est; elenchos appellant fastigiata longitudine alabastrorum figura in pleniorem orbem desinentes.' Petron. Sat. 'Quo margarita cara tribacca Indica An ut matrona onerata faleris pelagiis Tollat pedes indomita in strato extraneo?' Uniones et margaritæ, Elenchi: puta, quia erant quasi indices, tituli, et quædam veluti signa, propter proceram et indicis instar subjectam figuram. Unde et mulieres Romanæ dicebant, *lictorem feminæ in publico unionem esse.* Plin. ibid. Fallitur autem Stephanus, qui Elenchum, Indicem latine recte dici negat c. 8. Admonit. de abus. ling. Græc. *Rig.*

Redisses] Facta esses splendida, ut olim, quæ nunc fimo conspurcata jaces tanto tempore. *Schef.*

Maximum] Ex Rimicio mallet Neveletus scribere, *pristinum.* Schef.

6 *Ego qui te inveni*] Lego: *Ego quum te inveni.* Meurs. Lego plane hoc loco, retentis omnibus, sola distinctione mutata: *Ego qui te inveni? potior cui multo est cibus. Nec tibi, &c.* Qui, ait, ego te inveni? Qui est, quare, quamobrem, ut apud Terentium, Ciceronem, aliosque plurimos; quasi diceret: Frustra te inveni: nam nec ego tibi possum, nec tu mihi potes prodesse. *Schef.* *Ego quum te inveni.* Meurs. Sed nihil mutandum. Zeugma est, sic resolvendum ἀπὸ τοῦ

Digitized by Google

nuvoῦ potes: Nec ego, qui te inveni, te juvare *possum*; nec tu me *potes*. Freinsh. Vide notas Gudii. Tollium ad Ausonium legere, *Ego quod te inveni, potior cui multo est cibus, Nec tibi prodesse, nec mihi quicquam potest*, testatur Hoogstratanus, qui nec improbat.

Ego qui te inveni, potior cui multo est cibus] Oratio est omnino hominis cum admiratione interrogantis, et interrogationis nota apponenda in fine versiculi. *Qui* hic est pro, quomodo; quod et notum est puerulis; sed illud nescio, an æque notum, quodque huic loco stabiliendo facit, monere visum est, veterum elegantiores in interrogationibus, *qui* potius quam *quomodo*, contra ac hodie fieri solet, usurpasse. Catullus Carm. 68. 'Sed facere, ut quivis sentiat et videat, Qui possum?' Quem locum Phædrus videtur in animo habuisse, cum lupum agnus interrogaret, fab. 1. 'Qui possum, quæso, facere, quod quereris, lupe?' Cicero de Leg. lib. II. 'Hunc hominem omnino numerare, qui decet?' Et ad Attic. 'Qui fieri poterat? qui minus autem ego istic recte esse possim, quam est Marcellus?' Et de Nat. Deor. 'Qui potest esse in ejusmodi trunco sapientia?' Vide Apparat. Cicer. ubi vel decem habentur exempla, quæ interrogant omnia; nullum est extra interrogationem; *quomodo* autem plerumque extra interrogationem, et raro interrogat apud Ciceronem. *Gud.*

Potior] Melior, ut apud Cic. 'Mors potior servitute.' *Schef.*

7 *Potes*] Ellipt. Integre sic debuisset: Nec ego prodesse possum tibi, nec tu potes mihi. Plautus Aulul. II. sc. 2. 'Tu me et ego te qualis sis scio.' Terent. Heaut. I. 1. 'Nec tu illum satis noveras, nec te ille.' Atque ita solet. Vide infra c. 14. *Schef.*

8 *Qui me non intellegunt*] Hæc orthographia in libb. Mss. constanter servatur. Ut autem in hac fabula pullus gallinaceus margaritam spernit, eique granum tritici anteponit; ita Heraclitus dicebat, asinum paleas auro præferre: *Ὄνον σύρματα ἂν ἑλέσθαι φησὶν Ἡράκλειτος, μᾶλλον ἢ χρυσόν. ἡδίον γὰρ χρυσοῦ τροφὴ ὄνοις*, ut est apud Aristotelem Ethic. lib. X. 5. Nec multum absimilis est sententiæ versus veteris, a Clemente Alexandrino relati: *Ὁ χοῖρος ἥδεται κόπροις καὶ βορβόρῳ.* Id est: *Suis voluptas in luto atque stercore est.* Sic nimirum trahit sua quemque voluptas. *Ritt.*

Me non intelligunt] Quoniam sunt instar galli hujus, cui nil profuit reperta margarita. *Schef.*

FABULA XIII.

1 *Apes*] De rixa Apium et fucorum vide Colum. lib. IX. 15.

Alta] Ms. *alia*. Gud.

2 *Fuci inertes*] Jo. Tzetzes Hist. Chiliad. VIII. *Κηφῆνες ζῶα σύντροφα τῶν μελισσῶν τῷ γένει. Μελισσαῖς ὑπουργεῖ, ταύταις ὑδροφοροῦντα, Μέλι δὲ οὐκ ἐργάζεται.* Idem: *Πόνους μελισσῶν τρυχόντας καὶ καμάτους.* Philes: *Περὶ ἀργῶν μελισσῶν. Ἀργὸν δὲ ταύταις ἄλλο συμβιοῦν γένος, Ἐφίπταται μὲν τῇ χλιδῇ τῶν ἀνθέων, Ἀδύνατόν ἐστι δὲ καὶ γλυκὺ πλάττειν μέλι, Ξυναίρεται δ' οὖν ἐξ ἀμέσθου φροντίδος Τῇ τῶν φιλεργῶν πανταχῇ*

Digitized by Google

περιστάσει, &c. *Rig.*

Inertes] Proprie artis ejus imperiti. Vide Cicer. de Fin. II. Glossa: 'Ἄτεχνος, iners, sine arte.' Hoc vult, non potuisse ipsos facere sibi, propterea mendacio quærere voluisse alienos. Aliter et pro ignavis accepit Interpres Gallus. Sed hoc est conveniens sequentibus. *Schef.*

Suos] Ms. *suis.* Gud.

3 *Ad forum*] Ita Cicero pro Flacco 'Deducere ad judicium' dicit. *Schef.* Quinct. Decl. VI. 17. 'Vos non forensis ratio deducit.'

4 *Pulcherrime*] Sic Plautus sæpius: et idem hic infra: 'Pulchre tamen intelligo.' Et extremo hoc opere: 'Hoc cur, Filite, scripserim, pulchre vides.' *Schiop.* Optime. Sic Plautus passim, uti docet Schoppius. Adde Nostrum inf. lib. IV. 19. et seq. *Schef.*

5 *Legem hanc*] Conditionem, uti paulo post appellat. *Schef.* Forte *Legem hancce posuit.* Sic fabula sequenti: 'Quæstionis positæ.' *Heins.*

Partibus] Ita proprie, qui litigant inter se, vocantur. Fabius VII. 2. 'Scio apud quosdam esse quæsitum, quomodo inveniremus, utra pars deberet prior dicere.' Hinc 'Agere has aut illas partes' apud Cicer. et alios. *Schef.*

Partibus] Id est, litigantibus. Sic vulgo quoque *partes* usurpantur. *Ritt.*

6 *Inconvenienti*] De similitudine speciei externæ usurpat. *Schef.*

Color] Ms. *colos.* Gud.

7 *Plane*] Omnino. Nihil hic puto mutandum. Vult, omnino ac plane fuisse causam justæ dubitationis, propter illam similitudinem. *Schef.* Lege *plana.* Sic infra, 'Apertum est.' dixit. *Heins.*

8 *Nec religio peccet imprudens mea*] *Religio mea*, id est, ego judex. Judici religio tribuitur, propter jusjurandum quo adstrictus est. Juratus enim judicat. Cicero pro M. Cœlio: 'Habeo enim, Judices, quem vos socium vestræ religionis jurisque jurandi facile esse patiemini, L. Lucceium sanctissimum hominem et gravissimum testem,' &c. nam et testes jurati testimonium dicunt: lib. IX. C. de testibus. Plurima ad hanc rem, id est, ad jusjurandum illud judicum, quæ in jure *religio* dicitur, loca ex jure civili annotavi ad tit. Instit. De oblig. quæ quasi ex delictis nasc. *Ritt.*

Religio] Sic propter jusjurandum solenne a judicibus præstari solitum, priusquam ad judicandum accederent, loquitur, ut bene Rittershusius. Vide supra c. 10. ubi pariter 'Religionem' usurpavit in respectu ad jusjurandum, quamvis aliud ab hoc Nostro. *Schef.* L. II. ff. si usufr. petetur.

Religio] Id est, jusjurandum a me judice præstitum. Val. Max. I. IX. c. 15. §. 5. 'Violentiæ plebis judicantium religio cessit.' *Gud.*

Imprudens] Per imprudentiam, si minus omnia providero. Sic Terentius Hecyr. act. V. scen. 4. et alii. *Schef.*

9 *Alveos*] In libris Mss. esse *Alvos*, non *Alveos*, testatur Salmasius, et ex ipso ὁ πάνυ Gronovius ad Plinii lib. XXI. 12. ubi et lectionem eam probat pluribus. *Schef.* *Alvos* V. C. Pith. *Heins.* Ita et codices in Declamat. XIII. Quinctiliani sæpius exhibent: ubi vide.

Alveos] Ms. *Alvos*, et ita Salmasius ad marginem, et ad Flav. Vopisc. p. 477. ubi restituit versum Statii: 'Alvorum, calicum atque cacaborum:' ubi antea legebatur *Alborum.* Glossæ: 'Alvus, γαστὴρ, κύτος.' Alibi: 'Alveus, κύτος.' Simili modo emaculandus Plinius lib. XXI. 12. 'Imponunt navibus alvos, noctibusque quina millia passuum contrario anne subvehunt.' Ita lego ex V. C. Divion. Ibid. apud Plinium: 'Pleni alvei intelligantur;' lege ex Divion.

Digitized by Google

Plenæ alvei; vide etiam cap. 20. ubi pro *alvearia*, V. C. habet *alvaria*. In Theodori Regis lapide Terracinensi, *Albeo* pro *Alveo*. Gud.

Opus] Per *opus* mel intelligit; ideo ait, *infundite*. Atque sic solebant, proprie. Virgil. Georg. IV. de rege apum loquens: 'Ille operum custos.' Varro de R. R. III. 16. 'Intus opus faciunt, quod dulcissimum est, et Diis et hominibus est acceptum;' et mox: 'Sanitatis signa, si nitidæ, et si opus, quod faciunt, est æquabile ac leve.' *Schef.* Columell. IX. 7. 'Vicinas apes conterat, quæ omnem motum imbecillis cereis operibus suis tanquam ruinam timent.' Et cap. 8. 'Cum in propinquo sunt, justis operum peractis, se recipiunt.' Et ita Græcos ἔργον sumere, docuit Vir Illustr. Ex. Spanhem. ad Callim. Hymn. in Jovem v. 50. *Burm.*

Opus] Est imitatione Græcorum dictum. *Gud.*

11 *De quis*] Solenniter, *agi de re*. Vide Brissonium. *Schef.* Vid. ad Quinctil. Decl. VIII. 16.

De quâ nunc agitur] Etiam hoc ex formulis antiquis judiciorum depromptum esse, facile quivis paulo humanior intelligit. Solebat enim in actionis formula addi: QUA DE RE AGITUR: vel QUO DE AGITUR: ut vel ex oratione Ciceronis pro Murænа notum est. Vide B. Brissonium De formulis lib. V. ubi alia quatuor loca pro exemplo e Cicerone annotat. *Ritt.*

13 *Tunc illa talem sustulit sententiam*] Ms. *sententia*; forte, *illata rem sustulit sententia*; nisi malis: *Tunc lata litem sustulit sententia*; quod probo. Paucæ literæ transpositæ sunt; respicit autem ad principium fabulæ, 'Lis ad forum deducta.' *Gud.*

Talem sustulit] Non memini nunc quidem, sic locutum esse quemquam alium. Utut sit, ita arbitror dictum esse, ut Græci dicere solent ἀνεῖλεν de oraculorum responsis, quod idem est, ac *sustulit*. Faber. Vespascilicet: nec alio hoc referendum, exigentibus ita subsequentibus, et maxime illo, *restituo*, quod non habet alias, quocum cohæreat. *Sustulit*, Rittershusius compositum pro simplici adhibuisse censet: ac solet sæpe ita facere. Faber putat potius, imitatione usum Græca; Græcos namque de responsis oraculorum ita loqui. An *sustulit* est, clara pronunciavit voce? quo modo de cygnis Lucretius lib. IV. 'Liquidam tollunt lugubri voce querelam.' Ut *tollere querelam*; ita *tollere sententiam* videri potest dictum. Mutant tamen, et scribunt: *Tunc illa litem sustulit sententia*. Ego mallem: *Tunc illam eis tulit, &c.* ne nimis longe a veteri lectione abeamus. *Schef.* Lege: *Tunc illa talem lis tulit sententiam*. Heins.

14 *Non possis*] Supple, facere. Ita cap. præc. 'Nec mihi prodesse, nec tibi quicquam potes.' *Schef.* Vide Heins. ad Ovid. Met. VIII. 883. Alia in re hoc verbum poni elliptice vide ad Horat. Epod. XII. 12. Lamb. et Torrent. *Burm.*

15 *Fructum*] Non satis placet hoc vocabulum. Mel non est fructus apum, sed opus, et diserte supra sic vocavit. Scribo igitur, *favum*. De eo quippe lis erat. *Schef.* Sed quid tunc fiet versui? quare fructum laboris et operis, ut sæpe occurrit apud veteres, cape, quo caruissent, si fuci caussam tenuissent. *Burm.*

Restituo] Bene, ac in respectu ad sollennem vocem, prætor ex edicto recuperandæ possessionis, ad eum, qui dolo rem alterius possidebat, ut suam, aiebat, 'Restituas.' Vide Brisson. in Form. Sic Cicero pro Cæcin. 'Prætor aut vim fieri vetat, aut restitui factam jubet.' *Schef.*

Fuci] Id est, vani homines, qui versus meos sibi vindicarunt. 'Hos ego versiculos feci, tulit alter honores: Sic vos non vobis mellificatis, apes.' *Gud.*

Digitized by Google

FABULA XIV.

Videtur hanc fabulam scripsisse Phædrus in defensionem Divi Augusti, patroni sui, contra quosdam austeros censores; refert enim Suetonius in ejus vita cap. 83. 'Animi laxandi caussa modo piscabatur hamo, modo talis aut ocellatis nucibusque ludebat cum pueris.' *Gud.*

1 *Puerorum in turba ludentem nucibus*] Nota res est, pueros lusitasse nucibus. Vide Erasmum in Explicatione proverbii Persiani: 'Nuces relinquere;' Chil. I. Cent. 5. Proverb. 85. Deinde quam multi clarissimi viri ad lusus cum pueris, quos caros habebant, sese demiserint, vide apud Petrum Fabrum in præfatione Agonistici. Valde suaviter Symmachus Ep. lib. IV. 20. 'Repuerascere' (inquit) 'nos pietas jubet, ut litterarum dulcedinem liberis nostris labor participatus insinuet.' Vide et Ausonium Protreptico ad Nepotem. Est autem hic observandum elegans exemplum Chriæ dramaticæ vel pragmaticæ: cui similis est illa Lycurgi producentis in forum duos canes, ut civibus suis demonstraret, quantam vim haberet educatio in utramque partem. *Ritt.*

Quidam] *Quidam Atticus*, est, Atheniensis quidam: sic autem loquebantur de ignotis. Cornel. in Paus. c. 4. 'Interim Argilus quidam, adolescentulus.' *Schef.*

Ludentem Æsopum] Julianus Imp. Cæsaribus: 'Εγὼ δὲ φημὶ τὴν παιδιὰν, ἀνεσίν τε εἶναι τῆς ψυχῆς, καὶ ἀνάπαυσιν τῶν φροντίδων. Sic Plinius l. XXXVI. 12. Æsopum 'Fabularum Philosophum' appellat. *Rig.*

2 *Nucibus*] Solenni ludo puerorum. Vide præter Erasmum Rittershusio laudatum, Casaubon. ad Persium p. 51. *Schef.*

Restitit] Substitit, ut solent admirantes rem insolitam. Ovid. Met. VI. 326. 'Restitit, et pavido, Faveas mihi, murmure dixit.' *Schef.*

3 *Delirum*] Ms. *delerum*. Gud.

Simul] Pro, simulac, quamprimum sensit. Notavit Rittersh. et frequens Ciceroni ac Horatio esse dixit. Ita Noster supra cap. 10. 'Lucerna allata simul aspexit filium.' *Schef.*

Simul] Pro, simulac: ut infra lib. III. fab. 16. lib. IV. fab. 8. et 14. lib. V. fab. 5. et 7. exemplo Ciceronis, Horatii, aliorum. *Ritt.*

4 *Derisor*] Bono sensu, ac in laude ponitur pro eo, qui ridere stultitiam hominum solet, plura sibi tribuentium, quam revera possident; contra vero de se intra modum loquitur, bonaque sibi tributa dissimulat potius, quam ostentat. Qualis quondam et Socrates fuit; vide Casaub. ad Theophr. Charact. p. 100. *Schef.* Ita 'derisorem' Socratem vocat Senec. de Benefic. V. 6. Rationem vide apud Perizon. ad Ælian. Var. Hist. XIV. 15. Lapis apud Fabrett. cap. 3. p. 148. L. FABIO. IANVARIO QVI ET DERISORI. *Derisorem* ἐλεγκτικὸν explicat Cuper. Obs. IV. c. 4. qui in indicibus male *garruli* epitheton illi tribui notat, quod tamen nec in indice Freinshemii, nec in nostræ editionis occurrit, sed in Schefferi: ubi omissa particula *et*: Freinshemius enim recte, *Æsopus et garrulus*, ut 'Æsopus et Atticus,' &c. *Burm.*

Derisor potius quam deridendus senex] Sic supra lib. III. fab. 3. 'Naris emunctæ senex, Natura nunquam verba cui potuit dare.' *Derisor* est

Digitized by Google

εἰρων, qualis et Socrates fuit. *Ritt.*

5 *Retensum*] Proprie de arcu, cui demptus est nervus. Ejus oppositum *intensus arcus*, vel *intentus*, ut est apud Curt. de eo, cui additus est nervus, qui tamen differt plurimum ab eo, qui cum telo intenditur ad ictum: quod intelligunt, qui retensos arcus viderunt. Neque enim arcus, addito nervo intentus, etiam intentus est ad ictum. Ovid. Met. II. fab. 6. 'Exuit hic humero pharetram, lentosque retendit Arcus, inque solo, quod texerat herba, jacebat.' *Retendere* apud Apuleium ex hac causa, 'Arcum denotare.' Vide ipsum Asin. lib. v. *Schef.* Quintil. Inst. I. 3. 'Danda est tamen omnibus aliqua remissio, non solum quia nulla res est, quæ perferre possit continuum laborem: atque ea quoque, quæ sensu et anima carent, ut servare vim suam possint, velut alterna quiete retenduntur.'

Retensum] Brevitatis Phædri hoc est indicium: pro eo enim dicere debuerat, arcum tendit retenditque: sic sæpe Phædrus, ut plura velit intelligi, quam perspicuis verbis exprimit. Nisi malis hoc loco legere *detensum*; nam *detendere* est, remittere. *Gud.*

Media via] Sicut supra lib. II. c. 5. 'In media quercu,' licet sensus ibi paulo alius. Cicer. 'In medio foro' sæpe. *Schef.*

6 *Sapiens*] Per ironiam, quia præcesserat, 'Quasi delirum risit,' Æsopum sc. Desumsisse ex Terentio videtur. Nam et apud ipsum in Phor. II. sc. 2. ad hunc modum Phormio, cum dixisset Demipho: 'Filium narras mihi? Cujus de stultitia dici, ut dignum est, non potest:' subjicit, 'At tu, qui sapiens es, magistratus adi,' &c. *Schef.*

Sapiens] Philosophe, per Ironiam. *Ritt.*

Expedi quid fecerim] Scr. *quo fecerim*: ut 'Quo vincula nectitis?' Infr. fab. 57. 'Quo mi mutam speciem?' supple, Dii dederunt. *Prasch.* Et ita Heinsius. Veteres habebant *quod*. Unde Praschius faciebat, *quo fecerim*, i. e. in quem finem? Sed videtur nil mutandum. Nam τὸ *quod* elliptice accipiendum, pro, *ob quod?* Ut apud Terent. in Prolog. Heaut. 'Deinde, quod veni, eloquar.' *Expedi* est, expone, quid sc. innuam hoc facto. Ita solent de obscuris explicatuque difficilibus. Plaut. Menæch. IV. sc. 2. 'Qui tu misera es? mihi expedi.' Terent. Eunuch. IV. sc. 4. 'Agedum, hoc mihi expedi.' Vide Cic. Fin. v. et alibi. *Schef.* De voce *expedire* v. Cl. Græv. ad Justin. XLIII. 1. In prioribus editionibus Schefferus conjecerat legendum, *expedi, quâ id fecerim*. *Qui*, id est, quare, quamobrem, ut apud Ciceronem Tusc. v. Terent. Adelph. v. 3. ibique Donatum. et supr. fab. 12. *Burm.*

7 *Concurrit*] Studium videndi audiendique denotat. *Schef.*

Torquet] Optime de iis, qui multo, sed infelici, labore in re difficili versantur. Cicero de Orat. 'Verbi controversia jamdiu torquet Græculos homines.' Sed hic ponitur simpliciter, quod notandum. *Schef.*

8 *Positæ*] Proprie; talia enim dicebantur *poni*. Cicer. Tusc. 1. 'Ponere jubebam, de quo quis audire vellet:' et de Orat. 1. 'Sed quanquam satis iis, qui aderant, ad id, quod erat positum, dictum videbatur.' Senec. c. 49. 'Sederem otiosus, et ejusmodi quæstiunculas ponens.' *Schef.* Vid. Ampl. Cuper. Obs. III. ult. et Cl. Græv. ad Cicer. Famil. IX. 26. Sympos. præf. in Ænigmata: 'Nec mediocre fuit magni certaminis instar Ponere diverse, vel solvere quæque vicissim.' *Burm.*

9 *Novissime*] Ultimo, tandem. *Succumbit* absolute pro, superatur, velut in certamine, dum causam dicere non potest. *Schef.*

Tum victor Sephus] Sic legendum censet doctissimus F. Pithœus certis-

Digitized by Google

sima sane conjectura. Phædrus lib. IV. Græcanicam hanc vocem iterum usurpavit: 'Factus periculo tum gubernator sophus.' Pomponius de Orig. Juris l. II. 'Fuit post eos maximæ scientiæ Sempronius, quem populus Rom. Sophum appellavit. Nec quisquam ante hunc aut post hunc hoc nomine cognominatus est.' *Rig.*

Victor sophus] Immo, victus erat Æsopus, Phædre: nam profecto non est virile, recreare se inter pueros. Non ludus ad oblectationem inhonestus erat, sed hic modus. Scilicet, ut Poëta inquit, 'Est modus in rebus,' &c. At video Agesilai regis illustre exemplum, et hoc objicies, ut tueri te possis. Sed etiam hic frustra es. Non ille cum pueris ludebat vir, sed cum liberis pater. Vides, quam hæc longe alia ratio. *Meurs.* Diem hic Phædro dicit Meursius. Sed fortasse injuria fit auctori: qui suum de ea re judicium satis tum videtur declarare, quum 'Derisorem' vocat Æsopum. Aliud vero est deridere, aliud repellere veritatis viribus. Victor igitur Æsopus celeritate ingenii, solertia inventionis, applausu circumstantis vulgi. Neque enim justitiam causæ, sed ænigma, respicit hæc locutio, quod solvere non poterat reprehensor. Liquet hoc ex præcedentibus: 'Nec quæstionis positæ caussam intelligit: Novissime succumbit.' Quanquam si quis lusum Æsopi cum pueris defendere velit, ei non defutura est ratio et exempla. Lege sis Dan. Souterii Palamedem III. 2. *Prasch.* Sic Æsopum vocat consuetudine veteri, de qua ago in peculiari opere, De natura et constitutione philosophiæ Pythagoricæ. *Victor* autem dicitur, quia, quod ipse posuerat, alter interpretari non poterat. Meursii objectiones nostrum non feriunt. Id quod et Praschius recte observat. *Schef.* *Victorem* vocat, sumpta locutione e certaminibus, ubi, victus cum succubuisset, et manus porrexisset, tum demum Victor pronuntiabatur. Vid. Alard. ad Val. Flac. IV. 323. De magnis vero viris, qui ludendo etiam cum pueris delectati fuerunt, vid. Ælian. Var. l. XII. 15. et ibi Commentatores. Freinshemius etiam respondet cavillationibus Meursii. *Burm.*

Sophus] Repetit hoc verbi fab. 73. Tenendum autem, quod olim palmarium quid dicentibus acclamari solitum: *Sophus!* Consule Budæum ad lib. II. §. fuit, 37. de O. I. Brisson. Form. soll. p. 736. Bang. Obs. Philol. p. 764. Quo forsan Noster allusit. *Prasch.* Vide meliorem hujus appellationis rationem apud Perizon. ad Ælian. Var. Hist. II. 31. *Burm.*

Sophus] Recte restitutum contra libros manuscriptos, in quibus mendose *Æsopus*. Sic 'Fabularum philosophum' vocat Æsopum Plinius l. XXXVI. 12. et vox *Sophus* latinitate donata est; Pompon. de Orig. Jur. l. II. §. 37. 'Fuit post eos maximæ scientiæ Sempronius, quem populus Romanus Sophum, id est, sapientem appellavit.' Meminit hujus Sophi Val. Max. lib. VI. 3. *Gud.*

10 *Cito rumpes, &c.*] Publ. Syrus in Mimis: 'Arcum intensio frangit, animum remissio.' *Nev.* [Bentl. *semp. t. s. h.*]

Cito rumpes, &c.] Apuleius Milea. I. 'Arcum meum et ipse vigor attendit, et oppido formido, ne nervus rigoris nimietate rumpatur.' Amasis apud Herodotum lib. II. Τὰ τόξα οἱ κεκτημένοι, ἐπεὰν μὲν δέωνται χρῆσθαι, ἐντανύουσι. ἐπεὰν δὲ χρήσωνται, ἐκλύουσι. εἰ γὰρ δὴ τὸν πάντα χρόνον ἐντεταμένα εἴη, ἐκραγείη ἄν, ὥστε ἐς τὸ δέον οὐκ ἂν ἔχειν αὐτοῖσι χρῆσθαι. οὕτω δὴ καὶ ἀνθρήπου κατάστασις· εἰ θέλοι κατεσπουδάσθαι αἰεὶ, μηδὲ ἐς παιγνίην τὸ μέρος ἐωῦτὸν ἀνιέναι, λάθοι ἂν ἤτοι μανεὶς ἢ ὄγε ἀπόπληκτος γενόμενος. *Rig.*

Cito rumpes, &c.] Ovid. Heroid. IV. 91. 'Arcus (et arma tuæ tibi sunt imitanda Dianæ), Si nonnam cesses

tendere, mollis erit.' Divina est Syri sententia: 'Arcum intensio frangit, animum remissio.' *Gud.*

Cito rumpes, &c.] Nisi me fallit memoria, etiam Amasis Ægypti rex eodem sese argumento excusavit, cum nimiæ remissionis argueretur a suis. Vide Erasmum in proverbio, 'Arcus tensus rumpitur:' Chil. IV. Cent. 5. Adag. 77. Comparationem aliam arcus cum animo humano facit mimus apud Senecam relatus: 'Arcum intensio frangit; animum remissio:' ubi intelligenda est nimia animi remissio et ignavia. *Ritt.*

11 *Laxaris*] Lucan. Panegyr. 'Nec semper Gnossius arcu Destinat, exempto sed laxat cornua nervo.'

Erit utilis] Eo uti poteris. Sic illud 'Utilis' ponit inf. IV. c. 8. et 24. Plauto et Terentio est 'Utibilis.' *Schef.*

12 *Lusus dari*] *Dare animo lusum* est sic dictum, ut 'Dare populo spectaculum.' Plaut. Stich. Prol. 'Sticho ludus datur.' Horatius ad hoc exemplum 'Dare ludum amori' usurpavit. Vide sup. c. 1. *Schef.* Ex locis a Scheffero allatis apparet, melius legi *ludus dari*. Plaut. Bacchid. IV. 10. 7. 'Sed nimis nolo desidiæ ei ludum dari.' Et Casin. Prolog. v. 25. 'Ludus datus est argentariis.' Tollium ad Ciceronem pro Archia legere *lusus*, et *debent*, docet Hoogstratanus. Ita et Freinshemius legisse videtur. *Burm.*

Debent] Lex metrica exigit, ut legamus, *debet*. Ritt.

13 *Ad cogitandum*] Senec. Declam. lib. I. prologo: 'Omnibus quidem prodest subjectum animum relaxare. Excitatur enim otio vigor, et omnis tristitia, quæ continuatione pertinacis studii adducitur, feriarum hilaritate discutitur.' *Nev.*

Melior] *Bonus ad cogitandum*, est, facilis, promptus, aptus, utilis, imitatione Græca, de qua egimus in Indice Æliani. Quanquam et Latini sic loquantur. *Schef.*

Redeat] Velut de expulso per multiplices labores loquitur. Ita Curtius lib. III. 5. 'Paulatim redeunte animo circumstantes amicos agnoverat;' de eo, quem vis morbi ejecerat. Tacit. Agric. 8. 'Nunc demum redit animus,' de eo quem metus expulerat. Vid. supra c. 13. *Schef.*

FABULA XV.

1 *Balanti*] Succurrerat *palanti;* sed fortasse nihil demutandum. *Praschius.* Recte Praschius rejicit *palanti*, quod ante conjectaverat. Nam *balanti* desiderio matris, voceque ista quærenti ac vocanti velut, intelligere debemus. *Schef.*

Balanti] Ms. *ballanti. Palanti*, Praschius; et ita Salmasius ad oram libri notaverat; sed vulgatam tuetur Virgil. Æn. IX. 'Quæsitum aut matri multis balatibus agnum.' Stat etiam pro vulgata Accius Diomede apud Nonium: 'Passimque præda pecua balabant.' Jan. Guilelmius Veris. I. c. 21. pro *præda* apud Nonium emendabat *precia;* Scriverius *pædida;* uterque frustra; *præda*, id est, luporum. *Gud.*

2 *Stulte*] Objurgantis est. *Schef.*

Non est hæc mater tua] Quare *hæc*, cum de nulla seorsim antecesserit? Et, si monstrare canis certam potuisset, cur desiderio ejus balasset agnus? Quare censeo scripsisse Phædrum, *non est heic mater tua. Heic,*

Digitized by Google

est, hoc loco, inter capras puta. Simile quid peccatum infra lib. IV. fab. 7. ubi legendum: *Heic quum tentaret.* Vid. Not. *Schef.*

Hæc] Lego *hic.* Gud.

3 *Segregatas*] Ab hac grege capellarum sejunctas, proprie. *Schef.*

4 *Non illam*] Præcesserit versus, qui excidit: nam profecto hæc hiant. *Meurs.* Hæc non hiare, sed studio dissolvi, inque dialogum mutari videntur: ut supra fab. 46. infra fab. 76. et 80. In caussa suavitas, propter quam Terentius aliique idem quondam faciunt. *Prasch.* Meursius hic et statim ad sequentia: 'Tamen illa est potior,' notat hiulca esse: verum enimvero non animadvertit, esse dialogum, in quo decet omittere, *ille dixit, ille respondit:* quia elegantius absunt, tamquam lector ipsus audiret personas, quarum oratio fingitur. Ita fab. 46. 'Ut restiterunt: Unde sic, quæso, nites?' Item: 'Unde hoc, amice? Nihil est. Dic, quæso, tamen. Quia videor acer.' Et mox: 'Age, si quo abire est animus, est licentia? Non plane est, inquit. Fruere, quæ laudas, Canis.' Ubi si semper inseras, *dixit* Canis, *dixit* Lupus, ex disertissima fabula odiosissimam redegeris. Perinde enim esset, ac si picturis more veterum adscriberes: Hic est Lupus, Hic est Canis. Vide Ælian. Hist. Var. x. 10. Quam porro apud omnes et Poëtas et Oratores hæc frequens figura? An hiatus esse debemus dicere in his Ciceron. in Verr. III. 85.? 'Frumentum, inquit, abs te emere oportet. Optime. Modium denario. Benigne ac liberaliter. Nam ego tribus HS. non possum vendere. Mihi frumento non opus est: nummos volo.' Denique vix aliter fieri Latinus sermo ferat in talibus, ut eleganter demonstrat doctissimus Hieron. Wolfius in Præfatione ad Zonaram, cujus loci referenda pars est: 'Idem mihi in dialogismis ad perpetuam orationem rediegendis haud raro permisi, ne propria nomina, et pronomina quædam, et verbum inquit, et alia hujuscemodi ad fastidium usque inculcanda essent. Quis enim non malit eum redire in latomias, quam eandem cuculi cantionem audire toties? Ut enim Græcis vel,' &c. Et tamen etiam Græcis hoc usitatum est: quanta seges exemplorum vel apud Platonem? Nollem igitur viro docto Notam istam excidisse: et verum ut fatear, nihil usquam vidi Meursianum, quod minus placeret, quam hæ in Phædrum annotationes. *Freinsh.*

5 *Dein portat onus*] Ipse Phædrus lib. I. 'Onus naturæ melius quo deponeret.' A. Gellius XII. 1. 'Ne æquor illud ventris irrugetur, ac de gravitate oneris et labore partus fatiscat.' Ovid. Am. II. 13. 'Dum labefactat onus gravidi temeraria ventris, In dubio vitæ lassa Corinna jacet.' Ennodius Paneg. Theoder. 'Oneratæ fœtibus matres inter familias tuas oblitæ sexus et ponderis, parandi victus cura laborabant.' Psyche Miles. v. 'Crescentes dies et menses anxia numerat: et sarcinæ nescia rudimenta miratur.' Arnobius IV. 'Nomen virginitatis exponere, et genetricum pondera sustinere.' Idem lib. III. 'Gliscentibusque per dies alvis intestini ponderis morositate cunctari.' Sic, 'Matrum pondera,' Sidon. Ep. lib. IV. 20. Vid. Tertull. lib. de Carne Christi cap. 4. *Rig.*

Portat onus] Sic Lucretius lib. IV. 'Suscipere pondus;' et supra, 'Onus ponere.' *Gud.*

Ignotum] Reconditum, nec unquam adhuc visum. Num potius sic vocat, ex iguoto, ac temere conceptum? *Schef.*

6 *Prolapsum*] Ita amant de partu, maxime inauspicato. Ovid. in Ibin: 'Qui simul impura matris prolapsus ab alvo est.' *Schef.* Sedul. IV. 252. 'Qui male prægnantis delapsus ventre parentis.' *Burm.*

Digitized by Google

Prolapsam effundit sarcinam] *Cadendi* et *labendi* verbis de partione uti Latinos æque ac Græcos Poëtas, ad Oppianum docui. Puto autem et Tryphoninum JC. usurpasse verbum *excidere*, cum de Arescusa ancilla agit, sub hac conditione manumissa, ' Si tres pepererit :' l. xv. D. de stat. hom. ' Nec enim' inquit ' natura permisit, simul uno impetu duos infantes de utero matris excidere, ut ordine nascentium incerto non appareat,' &c. Ubi tamen vulgati libri omnes habent *excedere*. Sed videndum ne sit ἐμφατικώτερον *excidere*: quod Tryphoninum scripsisse autumo. *Profundendi* verbo in hac notione usus est Tertullianus lib. de Carne Christi : ' Horres utique et infantem cum suis impedimentis profusum utique et oblitum.' Ibidem paulo ante malim : *Uterum tudies inolescentem*: ubi vulg. *insolescentem*. *Inolescere* est, crescere et augeri. At *insolescere* superbire. Juvenalis quoque de Messalinæ partu *effundendi* verbo usus est : ' Patruo similes effunderet offas.' *Ritt.*

Effundit] Etiam hoc est inter verba propria hujus negotii, et de immaturo adhuc fœtu usurpatur. Quanquam hic agnus ad matris negligentiam, suamque infelicitatem, potius respiciat. Vide Juv. Sat. II. *Schef.* Focas in vita Maronis : ' Hæc cum maturo premeretur pondere ventris, Ut solet in somnis animus ventura repingens Anxius, et vigili præsumere gaudia cura, Phœbei nemoris ramum fudisse putavit.' Virgil. Æn. VIII. 138. ' Quem candida Maia Cyllenæ gelido conceptum vertice fudit :' ubi vide Servium et Cerdam. Apulei. Metam. v. ' Hæc autem novissima, quam fœtu satiante postremus partus effudit.' Lucilius apud Non. in Postica : ' Non peperit, verum postica parte profudit.' Ser. Sammon. LX. ' Nudum hominum primum mater natura profudit.' Quem imitatus auctor Declamat. VI. 10. sub nomine Quinctiliani : ' Non genuit filium, sed effudit.' Vid. Barth. ad Statii Epist. ad Stellam pag. 6. et ad Theb. x. 799. Inter fragmenta Ciceronis, ex Orat. in Pisonem legitur : ' Quæ te bellua ex utero non hominem fudit :' ubi mallem *belluam*, ut habet Servius ad Virgil. Æn. VIII. 139. et docet hoc verbo celeritatem parientis notari. Juven. I. 105. ' Jamque aderat tempus, quo jussum fundere fœtum :' &c. eleganti metaphora hinc petita, Cic. de Nat. Deor. II. 32. ' Terra gravidata seminibus omnia parit et fundit ex se :' et simili translatione Johannem Baptistam Sedulius II. 146. ' Muto genitore fluentem,' dixit, *Burm.*

Effundit] Prudent. Cath. Lactant. de Opif. 3. *Gud.*

7 *Quæ me nutrit*] Senec. de Benef. lib. III. 29. ' Cum æque sine nutricis beneficio, quam sine patris, non potuerim,' &c. *Gud.*

Admoto] Præbito, porrecto. Florus I. c. 1. ' Uber admovit infantibus.' *Schef.*

8 *Fraudatque*] Subducit eis aliquid, privat eos lacte. Ita Plautus et alii. Vide infra IV. c. 19. *Schef.* Terent. Phorm. I. 1. ' suum defraudans genium.'

9 *Tamen*] Incipit nunc canis rursum loqui. Quod non observans Meursius denuo hiatus fingit. *Schef.*

Potior] Juris respectu. Vult enim, plus deberi iis, a quibus nascimur, quam a quibus alimur. Curt. I. c. 1. ' Statuunt neminem esse potiorem, quam Abdolonimum quendam.' *Schef.* *Vera mater* Romulus, sed *verior* Rimicius ; quod non displicet ; sed ut versui consulatur, legerem, *Tamen illa est verior, quæ peperit:* ut absolute ponatur, quemadmodum lib. II. 4. ' Feles, cavernam nacta, in media pepererat.' ' Potior ' vero mox sequi-

Digitized by Google

tur, unde huc credo irrepsisse. *Burm.*

Non ita est] Verba agni, refutantis sententiam canis. *Schef.*

Non ita est] Vide Senecam de Benefic. lib. III. 30. et seqq. et lib. VI. 22. *Gud.*

10 *Niger an albus*] Id est, mas an femina: q. d. nihil ad formaturam mei contulit. *Prasch.* Catullum imitari Faber hic observat. Sed et Cicero sic in Phil. 2. 'Et quidem vide, quam te amarit is, qui, albus aterve fueris ignorans, fratris filium præteriit.' Prov. de ignotis; vide Erasmum in Chil. Vult autem, statim a partu deseruisse, ac ne respexisse quidem. *Schef.* Plaut. Pseud. IV. 7. 99. 'Hunc ego hominem nullius coloris novi.'

Niger an albus nascerer] Catullus in Cæsar. n. 94. 'Nec scire, utrum sis albus an ater homo.' *Gud.*

Niger an albus nascerer] Ex proverbio, 'Albus an ater sis nescio.' Utitur eo et Cicero Philip. 2. et Apuleius in Apologia, et Catullus in Cæsarem, et B. Hieronymus in Helvidium. Vide Erasmum Chil. I. Cent. 6. Adag. 99. Ad hanc formam Plautinum illud dictum est: 'Nullius coloris aliquem nosse.' *Ritt.*

11 *Age porro*] Non puto quidquam hic mutandum. Locus totus, si supplentur ea, quæ desunt, ita habet: Age porro hoc propositum negotium, et perge. Licet scivisset, album nigrumve me natum, tamen quum, seu cum, crearer masculus, &c. *Age porro*, formula est adhortantis, per se subsistens, quæ nulla ratione cohæret cum sequentibus. Cicero de Inv. II. 'Age porro. Quid, si ipsi velint judices adscribere, passurusne sit populus?' *Scisset* est concessivum. Demus, faciamus scivisse, etiamsi scivisset; quid ex eo ad me commodi? *Schef.*

Cum crearer] Praschius vult *num*. Sed, ut dixi, ego nihil muto. Vult reddere rationem, quare expectare indies lanium debuerit; sc. quia creatus esset masculus. Nam hos quidem parare in cibum, feminas autem ad agendam prolem vivas servare solebant, sicut hodieque receptum est. Columella VII. c. 3. 'Villicus teneros agnos, dum adhuc herbæ sunt expertes, lanio tradit.' *Schef.*

12 *Beneficium*] Per Ironiam ista dici putat Rittershus. ab agno. Ego puto, verba esse canis, interrumpentis ea, quæ dicturus erat agnus. Quasi diceret: Quid tu vis dicere de sexu tuo? quantum est beneficium, quod es factus masculus, non femina? Quanquam non repugnem, si quis malit alterum, et manere in sermone suo agnum putet: sequitur mox agni responsio, *Ut expectarem*. Illud *expectare* cum continua sollicitudine intelligendum. Atque ita solent in talibus. Darius apud Curtium V. c. 12. 'Ego hic legem fati mei expecto.' *Schef.* Lege, *Beneficium natalis an magnum dedit?* Heins. Illud *sane* moveri non debet; est enim ironiæ inserviens particula; aut etiam concedentis ut millies in declamationibus. Vid. ad Quinctil. Decl. II. 18. et IV. 6. *Burm.*

Beneficium magnum sane natali dedit] Versus est corruptus. Salmasius, ut constet, legit: *sane nato dedit*. Ego legerim: *sine natali dedit*, vel *sine vitali*. Quintil. Declam. 368. 'Beneficium dedit, vitam donavit.' Senec. de Benef. lib. III. c. 31. 'Vis scire, quam non sit magnum beneficium vitam sic dare? Exposuisses.' Hinc 'Donum vitæ' apud Valerium Max. lib. VII. c. 7. *Gud.*

13 *In horas*] Ita Cicero, 'Commutari in horas,' in Ep. ad Att. *Schef.*

14 *Potestas nulla*] Adhuc sunt agni verba. *Potestas nulla in gignendo* ejus esse dicitur hoc loco, quæ in gignendo potestatem nullam sibi habet relictam, sed cogitur simpliciter facere,

Digitized by Google

quod id negotium requirit. Quæ non potest non gignere, postquam semel partum concepit. *Schef.*

15 *Cur hæc si potior*] *Si.* Ms. *sit.* Legendi hi versus: *Cujus potestas nulla in gignendo fuit, Cur hæc? sit potior, quæ jacentis miserita est.* Gud.

Quæ jacentis] Barthius Adv. lib. XLII. c. 14. ita versum hunc emendat: *Cur hæc sit potior, quæ jacentis miserita est.* Ego me ex hac lectione non extrico. *Schef.* Quæ jacentis miserita est, non est alia, quam cujus potestas nulla fuit in gignendo. Vult autem oppositionem facere, et matrem comparare cum ea, quæ tantum præbebat ubera. Quare mea opinione ista sunt corrupta, atque sic scribenda: *Cujus potestas nulla in gignendo fuit, Cur hæc sit potior? quod jacentis miserita est, &c.* Cur hæc, id est, vera matre, sit potior? quærit Canis: cum tamen ab hac vitam habeas. Respondet agnus, *quod jacentis miserita est.* Burm.

Jacentis] I. e. auxilio destituti: aut ægri, ex fame. Plin. Ep. II. 20. 'Verania Pisonis graviter jacebat.' Supra fab. 14. 'Hic cum jaceret morbo confectus gravi Rex:' sic enim interpungi debet. Vel etiam, contemti ac neglecti. Cicero pro Roscio: 'Cur tamdiu jacet hoc nomen in adversariis?' quam locutionem mox repetit. Vox est semper ἐνεργητική. *Prasch.* Notat miserum deserti a matre agni statum, quasi diceret: Dedit vitam, sed ut eriperet iterum per crudelissimam suam negligentiam, dum jacentem me ne respicit quidem. Sic τὸ *jacere* elegantissime usurpat Ovidius Met. XV. 221. 'Editus in lucem jacuit sine viribus infans.' *Schef.*

16 *Dulcemque sponte præstat benevolentiam*] Nimirum e mamma lac sugendum præbuit. Clemens Alexand. Pædag. I. Πηγὴ τροφῆς τὸ γάλα· ᾧ δὴ καὶ γυνὴ δῆλη τεκοῦσα ἀληθῶς καὶ μήτηρ. διὸ οὖ καὶ φίλτρον εἶνόλας προσλαμβάνει. Gell. lib. XII. cap. 1. Macrob. Satur. V. cap. 11. *Rig.*

17 *Facit par. bon non. necessitas*] D. Ambrosius de Offic. I. 'Illi necessitate diliguntur, quæ non satis idonea atque diuturna est ad perpetuitatem diligendi magistra.' *Rig.*

Necessitas] Naturæ scilicet. Similiter alicubi Cicero. Congruit nonnihil cum hujus argumento fabulæ disputatio Phavorini apud Gellium de sobole non tantum parienda a matre, sed et lactanda. *Ritt.*

Necessitas] Fontes hujus disputationis pete ex Seneca Exc. Contr. III. 8. Grotio J. B. et P. II. 7. 4. Cellario Polit. I. 4. 16. Vide etiam, quid de Voconia lege, 'Ne quis hæredem feminam scribat,' judicet Augustin. C. D. III. 21. quam propugnat tamen Gaudent. de fem. excl. a success. *Prasch.* 'Naturæ scilicet,' ait Rittershusius. Et sane quin respiciat ad necessitatem aliquam edendi conceptum semel partum, nihil ambigo, maxime cum præcedat de effusa sarcina. Gronovius exponit Obser. lib. II. cap. 2. 'ordinem naturæ,' quo innuere id ipsum velle videtur, quod ante dictum est. Et addit ex Charisio: 'Nullo consilio liberos generamus.' Verum præstat ipsum legere. Rimicius habet *nativitas*, quod Neveletus ait esse longe elegantius. *Schef.* In hanc sententiam vide Cicer. ad Quirit. post Redit. cap. 2. et Declamationes sub nomine Quinctiliani editas XVI. 278. 372. et Barth. ad Stat. Silv. II. 1. 87. *Burm.*

19 *Obsistere homines legibus*] *Obsistere* est, repugnare, adversari: *leges*, jussa sunt et imperia qualiacunque, quæ quid exigunt a nobis fieri, vel non fieri; ut, sanguine junctos, parentes et liberos, amare se mutuo, non odio prosequi, debere. Contra quod peccatur sæpe, dum 'Nitimur in vetitum,' vult dicere. *Schef.*

Obsistere homines legibus; meritis

Digitized by Google

capi] Nam, ut Poëta ait, 'Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata.' Huc pertinet Pauli sententia lib. IV. tit. 5. 'Meritis liberos, quam pactionibus, adstringi placuit.' Idem ex responso quodam Papiniani refert Justinianus in leg. XXXV. Si quando. C. De inoff. testam. 'Meritis magis filios ad paterna obsequia provocandos, quam pactionibus adstringendos.' *Ritt.*

Meritis] Simpliciter pro, benemeritis, i. e. beneficiis. Sueton. in Caio c. 26. 'Omnibus pro necessitudinis jure, proque meritorum gratia, cruenta mors persoluta est.' Ita Paulus JCtus: 'Meritis liberos, quam pactionibus, adstringi placuit.' Vide supra lib. I. c. 9. *Schef.*

Capi] Trahi in obsequium et amorem, eleg. de efficacia beneficiorum. *Schef.*

FABULA XVI.

1 *Accommodat*] *Accommodare se humanitati* dictum, ut apud Ciceronem, 'Accommodare orationem auribus multitudinis,' pro, ex voluntate humanitatis vitam moresque suos regere. *Humanitas* est ea amabilitas, qua studemus, ad societatem mutuam servandam, alter alteri placere. *Schef.*

2 *Parvas oppetit*] Ut, 'Oppetere mortem.' Sed illud non memini alibi legere. *Ritt.*

Oppetit] Subit. Quomodo 'Oppetere mortem' dicimus, ut vult Rittershusius. Et sane sic 'Oppetere pestem' dixit Cicero in Tusc. I. *Schef.* Sic *præmia oppetere*, Catull. Epithal. Pel. vs. 102. 'Aut mortem oppeteret Theseus, aut præmia laudis.' *Heins.* Simpliciter *oppetere* dixit Val. Flac. IV. 543. 'Quot proceres natosque Deum, quot robora cernis Oppetere?' *Burm.*

Superbiæ] Ursinus edidit *superbia*. Causam ego non intelligo. *Schef.*

3 *Cicada acerbum noctuæ convicium*] Omnino in hanc rem Libanii Sophistæ Declamatio κατὰ γυναικὸς λαλίας, maxime pag. 19. et ult. *Rig.*

Convicium faciebat] Antiqui hoc *occentare* dicebant. Festus: 'Occentassint antiqui dicebant, quod nunc *convicium fecerint* dicimus, quod id clare et cum quodam canore fit, ut procul exaudiri possit.' Lucanus in Panegyr. in fin. 'Sic et Aëdonia superantur voce cicadæ Stridula cum rapido faciunt convicia Soli.' *Gud.*

4 *Faciebat*] Plane ad hunc modum et Ovidius de cicadis in Ep. ad Pisonem: 'Stridula cum rapido faciunt convicia Soli.' Terentius Adelph. act. II. sc. 1. 'Ante ædes non fecisse erit melius hic convicium:' ubi vide Guletum. De *convicio* dixi alibi. Cæterum non cohærent hic, *Faciebat noctuæ convicium*, sed *Faciebat convicium, acerbum noctuæ*, i. e. quod acerbum fuit noctuæ. *Acerbum* est molestum, ingratum. Cic. Or. pro Quin. 'Nihil duri, nihil acerbi mihi erit, quod rempubl. tutabitur.' *Schef.* Vide ad Ovidii Rem. Am. 507.

5 *Cavoque ramo*] Repete, in, ex præcedentibus; porro mallet *rami* Nob. Heinsius. *Schef.* An *Cavoque muro? τὸ Cavo ramo* non placet. Ex *muro* factum *rumo*, ex quo *ramo*. Guiet. Lege, *Cavoque rami*. Sic inf. fab. 64. 'Et artos circum trepidarent cavos;' et hac ipsa fabula, 'Egressa e cavo.' *Heins.*

7 *Admota prece*] Eleganter, velut de machina, ad exponendum ardorem et studium precantis. Curt. V. c. 10.

Digitized by Google

'Preces deinde suppliciter admotæ,' &c. *Prece* autem in singulari posuit, exemplo Terentii, atque aliorum. Lactantius lib. I. c. 7. 'Item rursus, cum precem in Apollinem Smyntheum rogatus expromeret.' Sic enim, non *preces*, ut est in editis, legendum, ut ostendam in adversariis meis ex Cæsaraugustano codice. *Schef.* V. sup. lib. I. fab. 19. et lib. IV. fab. 25.

8 *Accensa*] Irritata, concitata ad cantandum: absolute. Quomodo Virgilius, quanquam sensu diverso, Æn. lib. IV. 'Et sic accensa profatur.' *Schef.*

Sibi Nullum esse auxilium] In oratione sua, contra clamorem cicadæ. Simpliciter posuit, in respectu fortassis ad illud Plauti in Epid. v. sc. 2. 'Auxilium mihi et suppetiæ sunt domi.' *Schef.*

12 *Sonare cithara*] An scribendum, *Sonare citharam quos putes Apollinis?* Quid si, *Sonare cithara quos putes Apollinem?* Quiet. Anne scribemus *citharam?* Virg. Æn. lib. I. 'Nec vox hominem sonat.' Quod suavitatem noctua cicadarum carmini tribuit, simulata quidem mente tribuit: non minus quam vulpes nitorem et excellentiam corvo, fab. 13. Interim et Aristænetus Epist. I. 2. ubi delitias hortenses molli stilo depingit, cicadarum cantus meminit. *Pasch.* Buchnerus legit, *e cithara.* Non inepte. Sed nec vulgatum improbum est. *Freins.* Conjectabat hic Buchnerus, *Sonare e cithara.* At vero nomine doctrinæque Vir Clarissimus, Dn. N. Heinsius *Sonari.* Sed ignoro, an non vulgatum possit defendi, per illud Horatii Car. II. 13. 'Et te sonantem plenius aureo, Alcæe, plectro dura navis.' *Sonare plectro*, sicut hic *Sonare cithara.* Aut per illud Virgilii, ex Æn. I. quod in animo habere potuit: 'Cithara crinitus Iopas Personat aurata.' Etiam *cantus tui sonant*, pro, Tu cantans sonas; simile illi apud Fabium, 'Cantus hortatur remiges.' Praschius putabat *citharam.* Verum si quid est mutandum, rectior superior sententia videtur. *Schef.* Lege, *Sonari.* Horat. Epod. XVII. 'Sive mendaci lyra voles sonari.' Eleg. in obitum Drusi: 'Halcyonum tales ventosa per æquora questus Ad surdas tenui voce sonantur aquas.' *Heins.*

Putes] Non video, qua ratione possit ita loqui ad cicadam ipsam. Num enim ipsa sic putare debuit de canta proprio? Loquuntur sane ita de re diversa, et tertia, ut Martial. lib. XIV. de pumilione: 'Si stantem videas, Astianacta putes.' Itaque cum hic sermo sit de cantu cicadæ ad cicadam, sic scripsisse vix opinor. Forsan totus versus sic legendus: *Sonari cithara quis putet Apollinis*, includendumque parenthesi, ut sit sensus: Quia me cantus tui non sinunt dormire (nam sunt tam egregii, ut quis putet ab ipso Apolline cani) potabo. Nisi potius existimamus, illud *putes* non sic stricte referri ad cicadam, sed generatim ita poni, atque ideo vulgata omnia retinenda esse. In quam sententiam propendeo nunc magis. Qui notas olim addidit versioni Gallicæ, pro *Apollinis*, *Apollinem* putavit emendandum. *Schef.*

13 *Potare*] Bibere largius, per hilaritatem animi ex cantu, sicut solet fieri. *Schef.*

Nectar quod Pallas] Minerva nimirum avi suæ, quam in tuteia habebat, potum illum Deorum dono miserat, die credo natali suo, quo se Noctua invitaret largius. *Rittr.*

Pallas] Quia noctua est avis Palladis, ut aquila Jovis, pavo Junonis, &c. *Schef.*

14 *Non fastidis*] Sc. nectar illud: formula humanitatis et civilis elegantiæ. *e* Petronius cap. 127. 'Si non fastidis feminam ornatam, concilio tibi sororem.' *Schef.*

15 *Una bibamus*] Horatius: 'Una simus, ait.' *Gud.*

Digitized by Google

Quæ ardebat siti] *Ardebat* sitis notat magnitudinem ex cantione diuturna, usurpaturque de persona; quod observandum. Claudianus pariter lib. I. v. 104. de Rufino loquens: 'Totumque exhauserit Hermum, Ardebit majore siti.' *Schef.* Vide ad Ovid. Epist. IV. 178.

17 *Egressa cavo*] Scribo, *Noctua egressa e cavo.* Posset et legi: *Cupide advolavit egressa cavo noctua.* Guiet. Lego ad fulturam carminis, *egressa e cavo.* Faber.

Egressa cavo] Nescio an ex Ms. suo Pithœus edidit: *egressa e cavo.* Leg. *egressam*, vel *ingressam cavum*; ita Salmasius ad oram libri, et recte; nam noctua non latebat cavo; somnum quidem capiebat cavo ramo; hinc librarius putavit noctuam in cavo fuisse, sed potius de cicada hoc intelligendum est. *Gud.*

18 *Trepidantem*] Forte *Crepitantem*: nam supra 'Garrulam' dixerat. *Heins.* Male: v. inf. IV. 5.

19 *Tribuit*] Nempe silentium et canendi pausam ut faceret. *Ritt.*

FABULA XVII.

Hanc fabulam pro sua obtrusit olim orbi erudito Nicolaus Perottus, Sipontinus Pontifex, in Cornucopia ad Martialis ep. lib. I. 77. dicens, illam fabulam se ex Avieno in fabellas suas adolescentem Iambico carmine transtulisse. Vide Scriver. ad Martial. Epigr. lib. III. 20. *Heins.* Vir doctus, qui auxit et illustravit Menagiana, tom. IV. p. 118. non videtur legisse, quæ Gudius et alii de Perotto hic notarunt: nam et *Cybelæ* retineri posse credit, et versu tertio, ubi *Phœbo laurus* Perottus exhibet, ille succurrit versui adjiciendo copulam, *Phœbo laurus, et Pinus*, &c. quibus omnibus potuisset supersedere. Adde hic Hoogstratani notas. *Burm.*

1 *Olim quas vellent*] Lucian. περὶ θυσιῶν· Τοιγαροῦν καὶ οἱ ἄνθρωποι συνωδὰ τούτοις καὶ ἀκόλουθα περὶ τὰς θρησκείας ἐπιτηδεύουσι. καὶ πρῶτον μὲν ὕλας ἀπετέμοντο καὶ δρῆ ἀνέθεσαν, καὶ δρύσεα καθιέρωσαν, καὶ τὰ φυτὰ ἐπεφήμισαν ἑκάστῳ θεῷ. Arbores vero Dils dicatas plures adfert Virgilius Eclog. VII. 60. 'Populus Alcidæ gratissima, vitis Iaccho, Formosæ myrtus Veneri, sua laurea Phœbo.' *Nev.*

Olim quas vellent] Hanc Phædri Fabulam prorsus imitatus est G. Faërnus, Fab. de Jove et Minerva. Eleganter etiam imitatur Martialis Epig. lib. I. 77. *O mihi curarum pretium non vile mearum, Flacce, Antenorei spes et alumne Lavis. Pierios differ cantusque chorosque sororum: Æs dabit ex istis nulla puella tibi. Quid petis a Phœbo? nummos habet arca Minervæ. Hæc sapit, hæc omnis fenerat una Deos. Quid possent hederæ Bacchi dare? Palladis arbor Inclinat varias pondere nigra comas*, &c. Ædesium Cappadocem ex Jamblichi schola reversum pater objurgabat, quod Philosophiam non saginautem artem didicisset: Πλοῦτος δὲ οὐχ ὑπῆν τῷ γένει πολύς. καὶ ὅγε πατὴρ αὐτὸν ἐκπέμψας ἐπὶ παιδείαν χρηματιεῖν ἐκ Καππαδοκίας ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. εἶτα ἐκδεχόμενος, ὡς θησαυρὸν ἐπὶ τῷ παιδὶ εὑρήσων ἐπειδή ποτε ἀπανελθόντος, φιλοσοφοῦντα ᾔσθετο, τῆς οἰκίας, ὡς ἀχρεῖον, ἀπήλαυνε, καὶ ἐκδύκων, Τί γάρ, ἔφη, φιλοσοφία ὠφελεῖ; &c. Eunapius, Ædes. *Rig.*

2 *Divi legerunt arbores*] Adi, si lubet, Voss. Comm. Rhet. I. 5. 37. ubi inter alia redarguit Perottum, qui

Digitized by Google

carmen hoc adsignat Avieno. *Prasch.*

Quercus Jovi] Vide Plutarchum in Coriolano. Servius ad Virgil. Ecl. 'Quercus in tutela Jovis est.' *Schef.*

Quercus Jovi] Plinius Jovi esculum tribuit, lib. XII. c. 1. 'Arborum,' inquit, 'genera Numinibus suis dicata perpetuo servantur: ut Jovi esculus: Apollini laurus: Minervæ olea: Veneri myrtus: Herculi populus,' &c. *Ritt.*

Myrtus] Ms. *myrtos.* Gud.

Laurea] Pro lauro, imitatione Virgilii, qui sic loquitur Eclog. VI. *Schef.*

4 *Pinus Cybelæ*] Apud Virg. Æn. IX. ipsa Cybele: 'Pinea silva mihi multos dilecta per annos.' *Prasch.* Miror equidem Schoppium, qui tam libenter Phædrum, etsi frustra, imperitiæ circa modulum syllabarum reprehendere solet, non hunc quoque locum reprehendisse. Id enim et sua solenni confidentia facere poterat, et Servii auctoritate fretus, qui duobus locis (nescio etiam an pluribus) secundam in *Cybele* brevem esse affirmat. Sed errat Servius, et qui ejus auctoritate locum hunc Phædri sollicitare velint. Namque ut testimonia veterum nunc quidem omittam, nec Servius, nec vulgus doctorum, satis commeminisse videntur, quæ sit liquidarum literarum natura. Quippe syllabam, per se brevem, efficere longam possunt, et e contra. Inde est, quod apud Homerum Μέλος producitur Hymno in Mercurium, (si tamen illud poëma Homeri est: certe antiquissimum est,) et Ἐλάρια primo Iliados. Contra autem duo LL corripi apud Comicum in sede non ambigua scio, et, quod æque incredibile videatur, N et T in eadem syllaba corripiebant veteres, ut in 'Trecentos' et 'Trecentis' probari potest apud veterem comicum. *Faber.* Media hic producitur contra vulgi consuetudinem ob liquidam concurrentem, de quo Fabrum vide hoc loco. Praschius literam eam geminat, absque librorum auctoritate. De sinu, alias sacrata Cybelæ, vide Meursii Arboretum sacrum c. 15. *Schef.* Sed et Ant. Augustinus fine Dialogi VI. de Nummis Veterum, fortassis memoriæ vitio, refert scripsisse Phædrum, *Pinum Neptuno.* Cybelæ tribuit et Mart. XIII. 25. 'Poma sumus Cybeles.' *Freinsh.* Vide notas Gudii.

Pinus Cybele] Suave est, quod in vet. libris, quos habuere Perottus et Faërnus, legeretur: *Pinus cy bebe, Neptuno populus celsa Herculi.* Illi cum Phædri hos versus pro suis venditarent, neque intelligerent illud *cy bebe*, attribuerunt illud *Neptuno.* Itaque Perottus: *Pinus Neptuno, populus,* &c. Faërnus non tam impudenter furatus: 'Pinum humidi tridentifer rector sali.' Scilicet arripuit glossema illud *Neptuno.* Cum autem in Mss. legatur *Cibe be*, legendum est, *Cybebe*, ut ex Ms. Rem. colligitur, et nos infra ad fab. ult. hujus libri ostendemus; male Salmasius ad oram libri sui notavit legendum *Cybellæ*, ut 'Æra rotunda Cybellæ.' Pinum autem sacram fuisse Magnæ Matri etiam inde apparet, quod XI. Kal. April. quo primum die sol Æquinoctialem circulum attingit, Pinus succidebatur, et in Deum Matris sacrarium inferebatur. Arnob. lib. V. 'Quid enim sibi vult illa pinus? quam semper statis diebus in Deum Matris intromittis sanctuarium.' Sic legendum docet Vales. ad Amm. Marcel. p. 255. *Gud.*

Cibelæ] Scrib. *Cybelæ*, ut infra l. III. fab. 20. 'Galli Cybeles.' Catullus quoque in Galliambo nunc producit mediam, nunc corripit. *Ritt.*

Populus celsa Herculi] V. Torrent. ad Horat. Od. I. 7. Scholiast. Theocrit. ad Idyl. B. vs. 121. Beger. Spicileg. Antiq. p. 155. Serv. ad Georg. II. 66.

5 *Admirans*] Absolute. Ita inf. IV. c. 18. 'Mirati, sibi legatos non revertier.' Cic. ad Att. 6. 'Admiratus

Digitized by Google

sum, quod nihilominus tua manu scripsisses.' *Schef.*

Admirans] Ms. *Ammirans.* Gud.

Interrogavit] Num scribendum distinguendumque, *Interrogavit causam?* Ita sane infra lib. IV. c. 18. 'Hanc alia quum rogaret causam facinoris.' Sed nihil muto, quia præcedit, *quare. Causam dixit*, ellip. pro, causam esse dixit. Ita sup. cap. 4. 'Causa [sed non dicitur.' *Schef.*

7 *Honore fructum*] Quid si legas: *Honorem fructu?* Barth. reddidit: *Opinitate ne putemur utili Honorem habere venditum.* Buchn. Sed et Rigaltius sic edidit; et videtur melius. *Freinsh.* 'Videtur,' inquit Faber, 'legendum, *Honorem fructu.*' Idem ante judicarunt Rigaltius, et Ursinus, et nuper etiam Freinshemius, ac Buchnerus, Interpresque Gallicus. Quibus etsi non repugnem, tamen contra libros temere nihil muto. Sensus loci hujus videtur esse: Elegimus arbores nullos ferentes fructus, ne videamur, si quando in arboribus homines nos honorant, vendere *fructum* illarum arborum pro honore, et honorem velut pecuniam pro fructu recipere. Fructus sane arborum sunt Diis, non vero honor. Dii igitur non honorem vendunt, sed fructum. Præterea nec fructus arborum ad Deos veniunt. Et in universum præcipit hæc fabula, non fructum quærere proprium, et suum, sed communiter fructum. *Schef.* An scribendum, *Honorem fructu ne videamur pendere? Pendere*, i. e. expendere, destinare. *Gutet.* Vulgatam lectionem ita explicem, ut honorem de sacrificiis et supplicationibus et cæteris ritibus, quibus Dii coluntur, capiam. Si ergo fructiferas arbores legissent Dii, viderentur earum fructus et proventum vendere mortalibus honore sacrificiorum, quo quasi eos remunerentur. Ita *Honorem* passim apud Poëtas occurrere vulgatum est. Vide Erhard. ad Petron. CXXXIII. Cuper. Obs. II. 3. Barth. ad Stat. VI. 6. Scriver. ad Mart. Spectacl. I. Bronk. ad Tibul. IV. 6. 1. *Burm.*

Honore fructu] *Honorem fructu*, Perrot. et Faërn. *Gud.*

8 *At mehercule*] Verba sunt Minervæ refutantis Jovem. Ursinus porro legit: *At hæc* (Minerva scil.) *me hercule*, moxque *narret.* Quid? si faciamus: *At mi, hercules*, &c. ut *mi* sit, mihi. Sane *mi* in *me* mutatum alibi quoque notabamus. *Schef.* Forte, *At mehercle narret quisque, quicquid voluerit.* Vel potius, *At mehercle probarit*, vel, *pararit, quod quis voluerit*; vel denique, *At mehercle earum habebit, quod quis voluerit*, vel, *eari habeat.* Heins.

Narrabit] Proprie, velut de re ad se nihil pertinente. Donatus ad Ter. Andr. act. IV. sc. 3. 'Narrare aliena, et quæ nobis non sunt necessaria, dicimur.' Est autem formula secure spernentis aliorum judicia. Cæterum pro *narrabit*, mallem ego equidem *narrarit*, id est, narraverit, concessive, ut apud Ciceronem sæpe. Sic in Ver. I. 'Seditiosus homo Cn. Carbo fuit. Fuerit aliis, tibi quando esse cœpit.' *Schef.*

Narrabit quod quis voluerit] Proverbialis locutio. Sic apud Trebell. Poll. in Mario Tyranno: 'Sed dicat quisque, quod vult.' Quemadmodum et Galli hodie, *Chacun dira ce qu'il voudra.* Gud.

Voluerit] Qua ratione metro satisfieri possit, vide in notis Hoogstratani.

9 *Oliva*] Ponitur hic pro arbore, cum proprie sit fructus. Vide Serv. ad Virg. Georg. II. 68. *Burm.*

Propter fructum] Sic conjiciebat Rittershusius, et ediderunt Paris. Buchnerus legebat *fructu'st*; addens posse etiam τὸ *est* ex Glossa irrepsisse. De priore dubito, an possit elidi lit. *s* e syllaba longa. *Freinsh.* Et ita Heinsius.

10 *Genitor*] In Ms. legitur, *Deorum*

Digitized by Google

gentium; forte legendum *ingentium*. Sic Virg. Æn. lib. I. 'Olli subridens hominum sator atque Deorum Oscula libavit natæ.' *Gud.*

11 *Sapiens dicere*] An scribendum *dicere*, secunda persona præsentis; i. e. merito sapiens haberis? *Guiet.* Huc alludit Martial. I. 76. ut observat ibi Rigaltius. *Prasch.*

12 *Nisi utile*] Reddit rationem, cur dicetur sapiens. Nempe sicut passim docet Aristoteles: Boni alicujus causa agunt sapientes, quidquid agunt. Ergo sequitur, stultum gloriam captare ex facto, quod nullam plane habet utilitatem. Puto dictum esse optimum, quod habes repetitum in marmore antiquo Albæ Juliæ, ac descriptum apud Gruterum pag. 998. ut et Buchnero annotatum. *Schef.*

Nisi utile est, quod facimus, stulta est gloria] Eleganter Lucilius: 'Hunc laborem sumas, laudem qui tibi ac fructum ferat.' Non tamen omnia ad utilitatem referenda, aut hoc modulo metienda sunt. *Ritt.*

Nisi utile est, quod facimus, stulta est gloria] Zamoscius notavit Albæ Juliæ in Dacia (hodie Transilvania) reperiri lapidem, cujus hæc epigraphe geminæ defunctorum superadditur effigiei: NISI. UTILE. EST. QUOD. FACIMUS, STULTA. EST. GLORIA. Ex Zamoscio hanc inscriptionem Gruterus in corpus inscriptionum retulit pagina IↃ CCCXCVIII. 16. Extitisse adhuc nostro tempore in ea urbe lapidem illum cum hac epigraphe testatur Johannes Trosterus in lib. IV. c. 21. Dac. Nov. Ant. Noribergæ Ao. 1666. editæ. Similis vetusta γνώμη e Publii Syri Iambis Senariis reperitur in lapide sepulcrali Romano apud Gruter. pag. IↃ CCCↃ XXVIII. 9. AB. ALIO. SPERES. ALTERI. QUOD. FECERIS. Gruterus in Syri Iambis edidit, *Ab alio spectes*; aliæ editiones, *Ab alio exspectes*. Gud.

13 *Nihil agere*] Scribendum est, *Nil agere*. Sic enim citatur versus hic lib. IV. cap. 23. licet perperam adductus in antiquis. *Schef.* Subintellige, oportere: ἐλλείψει Græcis usitata. Occurrit, nescio an auctore Phædro, idem versus fab. 80. *Prasch.* Est versus confictus ex simili fab. 80. *Heins.*

13 *Nihil agere quod n. p.*] Infra lib. IV. 'Nihil agere, quod non prosit, fabella indicat.' *Rig.*

FABULA XVIII.

Pavo ad Junonem] Camerarius pag. 195. *Rig.*

2 *Cantus Luscinii*] Luscinius φιλόμουσος καὶ φιλόδοξος. Ælian. περὶ ζώων Β. v. cap. 38. *Rig.*

Luscinii] 'Luscinius' et 'Luscinia,' 'Simius' et 'Simia,' 'Galeritus' et 'Galerita' apud Varronem. Quod autem existimat Rittershusius, apud unum Phædrum reperiri hanc vocem, fallitur: nam apud Senecam Epist. LXXVI. ex quinque Palatinis codd. legitur: 'Habet vocem, sed quanto dulciorem mobilioremque Luscinii?' *Faber.* Pro *luscinias*, putat Rittershusius, apud solum Rhædrum reperiri. Ego tamen video et in Glossis ita scribi, quanquam ibi extet *luscinus*, quod puto esse pravum. Nisi forte sicut *luscinam* dixere pro *luscinia*, quod itidem ibi reperitur, sic et *luscinum*, pro *luscinio*. Sane *luscinium*

Digitized by Google

observare ex antiquis Senecæ codicibus Fabrum quoque nunc animadverto. *Schef.*

Luscinii] Nota: *Luscinius* dicitur hic, quæ vulgo tantum *Luscinia*. Hoc quoque singulare Phædrus habet. *Ritt.*

Luscinii] Ms. Rem. *Luscini;* male: nam secunda in *Luscinus* est brevis. Martialis: 'Luscinæ tumulum si Telesina dedit.' Latine tamen dicitur *Luscinus, Luscinius*, et *Luscinia*. Gloss. 'Luscinus, ἀηδών,' ut Salmasius ad Histor. Aug. p. 118. dudum observavit. Sic *simus, simius*, et *simia*, Gloss. veteres. Et *simus* est in lemmate epigrammatis apud Martialem, quemadmodum legitur in vetusto codice Puteanorum. Sed omnium optime hæc confirmari possunt ex inscriptione, quam Romæ ex olla marmorea descripsimus, in qua *Luscinus* et *Luscinia* sunt Gentis Æmiliæ cognomina, ut apud Romanos permulta ab animalibus sunt petita cognomina. Unde *Leo, Lupus, Caper, Capella, Mus, Corvus*, (in familia Cornelia et Septimia) et similia.



Luscinus etiam nomen fuit Regulo Hispaniæ apud Liv. lib. XXXIII. Fuit et *Luscinus* cognomen Fabriciis: sic apud Liv. lib. XXXIII. c. 42. 'Prætor factus C. Fabricius Luscinus.' *Gud.*

8 *Cunctis avibus admirabilem*] Mss. Rem. et Pith. *auribus;* quod miror Pithœum neglexisse: est enim antiqua et elegans lectio, præ qua sordet et nauci est vulgata *avibus*. Inter catalecta Virgilii de Laudibus Hortuli pag. 176. 'Aves canoros garrulæ fundunt sonos, Et semper aures cantibus mulcent suis. Oblectat hortus, advocat, pascit, tenet.' Ubi pro *advocat* lege *avocat*. Petronius: 'Et

Digitized by Google

colli summus avocet auriculas.' Vet. Epigr. lib. III. pag. 131. 'Musica contingens sublimis stamina Puli Ingreditur, vulgus auribus ut placeat.' An *vulgis*? sic 'vulgares' apud Liv. Lego, *vulgi auribus*. Gud.

Avibus admirabilem] *Admirabilis alicui*, sicut 'Amabilis,' 'Venerabilis,' et id genus. Sed non dissimulabo, putare me, scripsisse nostrum, *esse e cunctis*, ut sensus sit: Inter omnes hanc potissimum in admiratione esse. *Schef.* Recepimus nunc probatam tot viris doctis Mss. lectionem, *auribus*: quam firmat Ovidius Met. l. IV. 371. 'Dixerat, et factum mirabile ceperat aures:' et noster lib. II. prolog. 'Dum capiat aurem.' In Rimicio legitur, *et humana agnosceret*; unde forte posset legi: *Illum esse humanis auribus admirabilem*. Burm.

4 *Simul ac*] Puto illud *ac* posse abesse, soletque Noster alias omittere. *Schef.* Sic quidem fabula præcedenti 55. 'Simul cognovit vocem laudari suam:' et alibi; hic tamen propter metrum retinui. Vid. ad Quinct. Declam. X. 14. *Burm.*

5 *Gratia dixit Dea*] Ms. *gratiam duxit Dea*. Lege, *gratia induxit Dea*: id est, per inductionem intulit. 'Inductio est oratio, quæ rebus non dubiis captat assensionem ejus, quicum instituta est:' Verba sunt Ciceronis de Invent. lib. I. Id plane hoc loco factum est a Junone; neque enim liquido Pavoni ad querelam respondet, sed, inductionis artificio usa, aliis rebus non dubiis animum indignantem avis suæ placare, et assensionem ejus captare instituit. Nimirum ex abrupto obducens: *Sed forma vincis, vincis magnitudine*, et quæ sequuntur de smaragdino colli nitore. Atque hæc recondita vis est ejus verbi *inducere*. Cic. de Finib. lib. V. 'Natura quasi instituit docere, et induxit in ea, quæ inerant, tanquam elementa virtutis.' Lib. de Fat. 'Hanc rationem Epicurus induxit ob eam rem.' Orator: 'Muta quædam eloquentia inducere.' Pro Dom. 'Et homo facetus inducit etiam sermonem urbanum.' *Gud.*

6 *Sed forma vincis*] Hinc Firmianus, carmine de Phœnice, avem hanc a forma et magnitudine commendaturus, ait: 'Effigies inter pavonis mista figuram Cernitur, et miatam phasidis inter avem.' Vid. Avien. Fab. 15. *Prasch.*

7 *Nitor Smaragdi*] Optime, nam *nitor* proprie gemmarum. Auctor ad Heren. 'Gemmæ nitore, et splendore auri.' *Smaragdi*, qualis est in smaragdo. *Schef.* Vide, quæ notavimus ad Petron. cap. 55. et Gronov. ad Senec. Medeam 573. *Burm.*

Nitor smaragdi] Plsides Cosmurgia: Ὦ τῶν λίθον τις τὸν ταὼν μὴ θαυμάσοι Τὸν χρυσὸν, ὃς σάπφειρον ἐμπεπλεγμένον Καὶ τὴν πτερωτὴν ἐν σμαράγδῳ τορφύραν Τὰς ποικιλμόρφους συνθέσεις τῶν χρωμάτων, Ὅλας ἀσυγχύτους τε καὶ μεμιγμένας; Philes: Λαμὰν γὰρ ἐστὶν ἡ γραφὴ τῶν ἀνθέων, Χρυσὸς δὲ λευκὸς ἐγχευθεὶς τῇ πορφύρᾳ, Ἀμάραγδον ἀγνὸν ἐμφυτεύει τῇ κράσει, Καὶ σάνθεσιν φῶς, καὶ πτερωτὴν αἰθρίαν, Ἀκτῖσι φυσικαῖς μεδιῶσαν σὺν τισι. Theophylactus Simocata Epist. Τὸ Μηδικὸν ὄρνεον ὁ ταὼς καὶ τῶν Μήδων τὴν ὑπεροψίαν κεκλήρωται, μέγα τι καὶ ὑπήργμον ἐπὶ τῷ κάλλει φρονῶν. τούτου καὶ τὴν θήλειαν ἠττᾶσθαι δοκεῖ. τὸ πτερὸν τοιγαροῦν οἷα δὴ κόμην ἀνίστησι, καὶ περιφανέστατόν τε τοῖς ὁρῶσι κάλλος παρέχεται, καὶ κυκλικὸν ἀπεργάζεται σχῆμα, καὶ τὸν οὐράνιον εἰκονίζεται κόσμον, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῦ πτεροῦ τὴν τῶν ἄστρων διακόσμησιν ἀναπλάττεται· καὶ τοῦτο μὲν Μηδικῶν ὀρνέων ἦθος φιλόκαλον. Tertullianus lib. de Pallio cap. 3. 'Pavo, pluma, vestis: et quidem de cataclitis; imo omni conchylio depressior, qua colla florent; et omni patagio inauratior, qua terga fulgent; et omni syrmate solutior, qua caudæ jacent,' &c. *Rig.*

Smaragdi] Veteres scribunt *Zmaragdi*: sic in marmoribus antiquis; neque aliter vetustissimi et optimi

Digitized by Google

quique codices manuscripti. 'Zmaragdis' apud Gruter. 993. 8. et 'Barbia Zmaragdis' inter Piccartinas. Quanquam enim viri eruditi observarunt, quandoque in priscis monumentis z pro s inveniri, quod aliquando vitiose, sive ad imitationem Græci Ζ, accidisse apparet, tamen constanter et consulto veteres id fecisse observo in iis vocabulis, quæ a duabus consonis *Sm* incipiunt Græcæ originis. Hinc etiam 'Zmurna' apud Varronem, et 'Zmurnæus' apud Catonem constanter legi, notat Victorius ad Catonem fol. 2. Sic 'Cassia L. L. Zmyrna' apud Gruter. p. 660. 2. Et 'Claudia Zmyrna' apud Gruter. p. 627. 10. optimo ævo, a Smetio visa. Et 'M. Æmilius Zmaragdus' pag. 1190. 6. apud Gruter. e Pierio ad Virgil. Idem ineditæ inscriptiones a nobis collectæ testantur. Romæ in hortis Cælimontanis Mattheiorum in marmorea cistula, ubi Ciconia depicta:

D. M.
T. FLAVI. AVG. LIB.
ZMARAGDI.

Atqui hæc etiam inscriptio est optimi seculi, quo a marmorariis in scriptura rarissime peccatum videas. Ligorius repertam Romæ in cœmeterio ecclesiæ S. Mariæ vidit sequentem: A. TIMINO. IANVARIO. VETERANO...HONESTA. MISSIONE. XL. REMIS....GERINIVS. ZMARAGDVS. LIBERTVS. B. M. P, est inter nostras pag. 1522. 3. *Gud.*

8 *Plumis*] Id est, pinnis. Gloss. Græco-Lat. 'Πτερὸν, pinna, pluma, ala.' Aliæ: 'Pluma, πτίλον.' *Guiet.*

Gemmeam caudam] Martialis de Pavone XIII. 70. 'Miraris, quoties gemmatas explicet alas, Et potes hunc sævo tradere, dure, coco?' *Nev.* Quomodo Plinius alicubi 'Rotunditatem gemmeam' dixit: 'Gemmatam caudam' vocavit Statius. *Schef.* Papinius Silv. II. 4. 'Quem non gemmata volucris Junonia cauda Vinceret?' Lusimus et nos aliquando de pavone, nuda similia fabricantes, quæ descriptioni superbi aut formosi hominis subtexi possent. Placet, ea, ne semper humane loquamur, in medium afferre, si qua varietas lectori voluptatem injicere possit: I. 'Haud secus ac pavo stellati syrmatis orbem Explicat, et varias arrecto pectore pennas Ostentat Soli, triplicique insigne corona Fert sublime caput: Fauni mirantur euntem, Mirantur Nymphæ, sese stupet ipse superbus. II. Inter aves qualis præstanti corpore pavo Eminet, in justum pennas quum digerit orbem, Mille gerens oculos affixaque sidera tergo. III. Haud aliter Junonis avis ferragine pulchra Munitum attollit pectus, gemmisque coruscas In gyrum sinuat pennas, et fulgura miscet. IV. Talia formosæ præfert rota picta volucris Lumina, talis apex, tales stant vertice cristæ. V. Pavoni similis, cui sola est cura decori Syrmatis, inque sua semper qui laude moratur, Area cui quæcunque potest angusta videri. VI. Sic pavo graditur, formæ qui munere fretus Porticibus vacuis semet circumspicit errans, Cristatoque alte consurgit vertice ad auras. VII. Sic ardua pavo Pectora fert hortis, plumasque monilibus auctas Erigit. VIII. Splendida sic pavo caudæ mangonia jactat, Expectans laudem, crescitque superbia viso.' *Prasch.*

Gemmeam caudam explicans] Plinius lib. X. 'Gemmantes laudatus expandit colores, adverso maxime sole, quia sic fulgentius radiant.' *Rig.*

9 *Quo mi*] 'Supple, Dii dederunt,' inquit Praschius. Recte. Illud quo, integre est, quo fine. Est autem formula indignantis, et contemnentis præsentia; itaque dimidia tantum sui parte profertur. Horatius Ep. I. 5. 'Quo mihi fortuna, si non conceditur uti?' Cicero Verr. IV. 'Martis vero signum quo mihi, pacis auctori?' Propert. El. IV. 3. 'Nam mihi quo, Pœnis si purpura fulgeat ostris?'

Digitized by Google

Adde N. Heins. ad Heroid. Ep. II. vs. 53. et IV. vs. 167. *Schef.* Illa *muta species*, parum placet. Forte, *Quo mi, inquit, cultam speciem?* Vid. ad Ovid. Medicam. Faciei vs. 33. Vel posset legi: *Quo mi, inquit, mutæ speciem;* quid prodest mihi forma, si sim muta? *Burm.*

10 *Fatorum*] Putat quid deesse Meursius. Sed hic rursum, ut supra, personas loquentes non observat; verba ista Junonis sunt. Ait, debere ipsam acquiescere in voluntate Fatorum. *Schef.*

Partes sunt vobis datæ] Desumpta e scena locutio, in qua alteri primæ, alteri secundæ adsignantur. Vid. Dan. Heinsium ad Horat. Sat. I. 18. et locis ab illo notatis associa Epictet. Enchir. 22. *Prasch.* Rimicius habet: *partes omnibus datæ*. Ego nihil muto; *partes* absolute posuit: vult autem; cuilibet suam et peculiarem tributam esse partem. *Schef.* Ut et simpliciter usus hoc vocabulo Calp. Flac. Decl. XXIII. 'In domo partibus fungeretur;' ubi deesse *meis*, vel *patris*, notat Gronovius: sicut supplet noster IV. 25. 'Tuæ sunt partes prius,' &c. *Burm.*

11 *Tibi forma*] Senec. Epist. LXXVII. 'Valet, et leones; formosus est, et pavones.' *Nev.*

12 *Læva cornici omina*] Si una apparuerit; dextra, si binæ. Xanthus in vita Æsopi, cujus Max. Planudes auctor fertur: Ἀγαθὸς γὰρ οἰωνὸς δύο κορῶναι· ἐπεὶ εἰ μίαν ἴδῃς, τοῦτο πονηρόν. *Prasch.* Ut a læva sedens, faciat bona omina. Cicero de Div. II. 'A dextra corvus, a sinistra cornix facit rata.' Quæ Praschius habet, huc non pertinent. *Schef.*

Leva cornici omina] Virgil. 'Sæpe sinistra cava prædixit ab ilice cornix.' *Ritt.*

14 *Noli adfectare quod tibi non est datum*] Quia 'Amittit merito proprium, qui alienum adpetit,' ut supra dixit lib. I. fab. 4. Exemplo sit camelus, qui, ut est in fabulis, cornua Jovem poscens, auribus quoque privatus est. Observanda hic simul sententia Homerica, uni Deum non omnia tribuisse, sed aliis alia et diversa dona contulisse: Οὔτως οὐ πάντεσσι θεὸς χαρίεντα δίδωσιν Ἀνδράσιν, &c. Odyss. Θ. 167. *Ritt.*

15 *Deluса ne spes ad querelam recidat*] Quia, ut infra lib. V. fab. 6. 'Quem spes delusit, huic querela convenit.' *Ritt.*

Recidat] Forte scribendum *reccidat*, ut 'Reddunt,' 'Rettulit,' 'Rettudit,' infra et similia; vide Indicem Gifanii. *Guiet.* Primam producit, exemplo aliorum: quos laudat Gifan. Ind. Lucret. voc. *recidere*. Prasch. Cic. pro Sylla: 'Ad luctum reciderunt ex lætitia.' *Schef.* Vide Heins. ad Claudian. Bell. Gildon. 44. et ad Ovid. Ep. XIV. vs. 46.

Recidat] Prima producta, ut apud Anson. qui et 'Referunt' habet. V. Giphan. ad Lucret. Indic. et Scalig. Lect. Auson. lib. II. cap. 21. Salmas. ad oram notaverat, *reccidat*. Gud.

FABULA XIX.

1 *Æsopus domino solus quum esset familia*] Solus quum esset τὰ πάντα, quemadmodum Sidonius Apollinaris Carm. VII. 'Respublica nostra Tota Camillus erat.' Nam alias unicus servus *familiæ* appellatione non continetur. Ne duo quidem familiam faciunt. Ulpianus lib. XL. de verb. significat. Vid. Camerar. Vita Æs. pag. 10. *Rig.*

Solus cum esset familia] Id est, cum

Digitized by Google

ei esset unicus servus, nam alias unicus servus non facit familiam, lib. XL. de V. S. Sic Ovid. Fast. 'Tres illi tota fuere domus.' Propert. 'Tu mihi sola domus, tu, Cynthia, sola parentes.' Lucanus: 'Omnia Cæsar erat.' Martialis Epig. lib. XII. 21. ad uxorem: 'Romam tu mihi sola facis.' Tibull. lib. IV. ad amicam: 'In solis tu mihi turba locis.' Livius lib. XL. 'Demetrius iis unus omnia est.' Demosthenes: Πάντα ἐκεῖνος ἦν αὐτοῖς. Hinc illud Petronii corrigendum et explicandum: 'Solus cum esset τὰ πάντα.' Olim legebatur male *topanta*. Martialis Epig. lib. V. 26. 'Hermes omnia solus et ter unus.' Sic in veteri inscriptione, quam Capuæ vidimus in templo, quod olim S. Benedicti, nunc Societatis Jesu est, Dea Isis dicitur *una quæ est omnia*; TE. TIBI. VNA. QVAE. ES. OMNIA. DEA. ISIS. AERRIVS. BALBINVS. V. C. Gruterus ex schedis Pighianis corrupte edidit RABBINVS. Dicitur vero ideo *una esse omnia*, quia Isidem alii Junonem, quidam Cererem, quidam Thesmophoriam, alii Lunam, alii aliis nominibus appellant. Hinc et appellatur 'Myrionyma,' mille nominum, ut testatur Plutarchus de Iside. Unde explicari debet inscriptio apud Gruterum LXXXIII. 2. ISIDI. MYRIONYMAE. SACRVM. Huc et pertinet inscriptio Græca in pavimento Isidis inscripta, quam refert Plutarchus d. l. ΕΓΩ. ΕΙΜΙ. ΠΑΝ. ΤΟ. ΓΕΓΟΝΟΣ. ΚΑΙ. ΟΝ. ΚΑΙ. ΕΣΣΟΜΕΝΟΝ: *Ego sum omne quod fuit, est, et erit.* Gud.

Solus cum esset familia] I. e. instar familiæ, primo casu. Ita quoque intellexit Rigaltius Notulis ad Mart. XII. 89. ubi canit vates: 'Qui solus inopi præstat et facit turbam.' *Prasch.* Bis in expositione hujus loci peccat Rittershusius. En tibi hominis verba, sed profecto non audienda: 'Jungo et expono,' inquit, '*familia maturius*, id est, citius quam alias solemne erat familiæ, quæ tunc domo aberat. An, *solus familia*, id est, desertus ab aliis servis?' Hæc ille: quæ nihil aliud quam somnia, quam logi. Sensus est: Cum quidam dominus solum haberet Æsopum, neque præterea ullam familiam, id est, alios servulos haberet, &c. Itaque Æsopus unus solusque erat familia, quæ vox nil aliud hoc loco significat quam σύστημα seu πλῆθος famulorum. *Faber.* Rittershusium in loci hujus expositione non audimus. *Æsopus solus est familia*, pro, constituit ipse solus familiam, non habuit ipsius Dominus aliam familiam, alios servos. Eadem video in mentem venisse Rigaltio, et adducere locum Sidonii, in quo legitur, 'Respublica nostra Tota Camillus erat,' quanquam hic locus non bene conveniat. Firmant idem suo suffragio Faber et Praschius, ut postea observavi. *Schef.* Eodem modo Propert. Eleg. I. 11. 23. 'Tu mihi sola domus, tu, Cynthia, sola parentes, Omnia tu nostra tempora lætitiæ.' Et Ovid. Met. VIII. 635. de Baucide et Philemone: 'Nec refert, dominos illic, famulosve requiras; Tota domus duo sunt.' Eodem sensu Martial. XII. 89. 'Vernam, Qui solus inopi præstat, et facit turbam:' ubi malim, *solus inopi restat*, quamvis vulgata etiam explicari possit. *Burm.*

2 *Maturius*] Ponitur absolute, ut 'Ocyus,' 'Celerius,' scilicet quam pro consuetudine. *Schef.* Tempestivum convivium medio die. *Heins.*

3 *Ignem ergo quærens*] Nota: Ignem non semper veteres domi suæ excitabant, sed a vicinis plerumque petebant: neque enim facile negare petenti licebat. Videbatur enim hoc valde alienum esse ab ipsa humanitate, et vita hominum atque natura, quæ aqua et igni carere non potest. Hinc Plautus Trinumo Sc. 6. 'Datur,' inquit, 'ignis, tamen etsi ab inimicis petas.' Sic enim ibi habet Ms. Camer. non, ut vulgo, *tametsi*. Eodem et Ennii versus pertinent, quos refert

Digitized by Google

Cicero de Offic. I. 'Ut homo, qui erranti comiter monstrat viam, Quasi lumen de suo lumine accendat, facit, Ut nihilominus ipsi luceat, cum illi accenderit.' Et idem Plautus Aulularia eodem respiciens ait act. I. sc. 2. sive (ut in Ms. Eystad.) sc. 1. 'Cave quemquam alienum in ædes intromiseris. Sta. Quid si quispiam ignem quærit? Euc. Extingui volo: Ne causæ quid sit, quod te quisquam quæritet. Nam si ignis vivet, tu extinguere extempulo.' De flamma tamen Deum, id est, de igne sacrificiorum, non licebat ignem accendere vel mutuari lumen, ut infra lib. IV. fab. 10. testatur Phædrus, ne scilicet sacra profanarentur. *Ritt.*

4 *Lucernam*] Cereum. Plautus Asin. act. IV. sc. 1. 'Si lucerna extincta sit.' Cicero Ep. ad Att. 'Facerem diutius, nisi me lucerna deficeret.' Vid. infra IV. e. 10. *Schef.* Lucernam pro cereo sumi vix puto, cum oleo alatur in ea ignis. Apulei. Met. IV. distinguit 'Tædas,' 'Lucernas,' 'Cereos:' et Petron. cap. 22. 'Lucerna humore defecta:' et quis non? Vid. inf. IV. 10. *Burm.*

Accenderet] Ms. *accenderat*; al. *ascenderet*. Gud.

5 *Iter Effecit brevius*] Per compendia ivit. *Ritt.*

6 *Effecit*] Pro simplici *fecit*, aut *effecit* per compendium scilicet. *Schef.*

7 *E turba*] Ut supra fab. 9. 'E populo.' Sic et Suet. Cæs. 79. 'Quidam e turba:' et ita apud sacros scriptores Ἐκ, vel Ἀπὸ τοῦ ὄχλου. Vid. Lucæ Evang. IX. 38. XI. 27. XIX. 39. Marc. IX. 17. *Burm.*

8 *Medio sole*] Meridie, medio die, ut supra, 'Media via,' 'Media quercu.' Ita Martialis Ep. lib. III. in Liguriam: 'Non dipsas medio perusta sole.' Perperam ibi *medium solem*, regiones calidissimas exponunt. Etiam Statium sic esse locutum Theb. v. 85. annotavit Rittershusius. Sed est diversus Statii locus. Ita enim habet: 'Sol operum medius summo librabat Olympo Lucentes, cum staret, equos.' Hic non simpliciter est *sol medius*, sed *medius operum*, pro, medius in operibus, qui ad medium suorum operum pervenit, qui mediam eorum partem absolvit; quale nil hoc loco dicitur. Deinde Statius de sole, ut de Deo, loquitur: at hic ponitur pro die, imitatione Virgilii, qui sic 'Solem novum,' item 'Tertium,' dixit. Meridiem intelligit. *Schef.* Ita 'Medium Phœbum' dixit Val. Flac. III. 482. ubi nos plura dicemus: et 'Primum' II. 75. et v. 332. 'Primos soles,' III. 612. 'Medio diei' Liv. XXXVII. 29. *Burm.*

Medio sole] Lucan. lib. VI. 'Titan medium quo tempore ducit Sub nostra tellure diem.' Ita apud Ovid. Met. lib. XI. 'Mediæ quoque commoda plebi Nostra patent, Peleu.' Sed in Ms. est, *medio quoque commoda Phœbi*. Lego tantum *Phœbo*. *Medio Phœbo*, ut hic *medio sole*. Gud.

Medio sole quid cum lumine] Horat. Sat. lib. I. 4. 'Ebrius, et (magnum quod dedecus) ambulat ante Noctem cum facibus.' Sic Diis Gentium exprobrat Arnobius lib. V. 'Quod sub sole clarissimo cum lucernis et facibus orbis peragrant vastitatem.' *Rig.*

Quid] Sc. facis, elliptice, ex consuetudine celerius loquentium, nam festinabat Æsopus. *Schef.*

Quid tu cum lumine] Metron postulat, ut *tu* removeamus. *Medio sole* dixit pro, meridie: ut Statius Thebaid. V. Sic Horat. Ep. lib. I. 5. 'Supremo sole' pro, vespere dixit. *Ritt.*

Tu cum] Expungunt illud *tu*, Rittershusius et Buchnerus, propter versum; quorum sententiam sequi sese ait etiam Freinshemius, cum de dactylo in fine frustra cogitet hic Meursius. *Schef.* Forte, *medio soli quid cum lumine?* Heins.

9 *Hominem quæro*] Hoc et a Diogene Cynico factum scribunt. *Ritt.*

Digitized by Google

Hominem, inquit, quæro] Lucerna accensa homines quærebat Æsopus, quod de Satyricis etiam dici potest. Juvenal. Sat. I. 'Hæc ego non credam Venusina digna Lucerna?' Vetus interp. '*Lucernam* dicit, quia Satyrici ad omnium vitia quasi lucernam admovent, et ut adurant, et ut ostendant crimina.' *Rig.*

Abiit] Hic quoque propter versum volunt *abiit* Rittershusius, Meursius, Buchnerus. *Schef.* Non hæc frustra addidit. Noverat quippe, eo ridiculos magis esse, quos occupatus profert sales, quo magis alieni, minusque expectati ac præmeditati; eo etiam mordaciores, quo videntur magis serii. Itaque Phrygium istum derisorem *abeuntis* et *festinantis* habitu nobis sistit; quo dicterii festivitatem adjuvet. Sic in illo fab. 16. 'Rapere atque abire semper adsuevit lupus,' τὸ *abire* ad exprimendam lupi facile elabentis πανουργίαν efficax est: quum prima fronte abundare videatur. Eodem pertinet illud fab. 83. 'Nempe abigeris, quo venis:' si Rittershusii expositionem admittimus. Et hoc Livii non multum dispar: 'Legati, non impetrata pace, retro, unde venerant, domum reversi sunt.' Qui locus ad vitium μακρολογίας a Fabio refertur Inst. Orat. VIII. 3. Sosipater addit, Inst. Gramm. lib. IV. 'Nullum enim pondus adjecit sententiæ longitudo, sed decorem abstulit.' Quorum sententiæ non adscribi cupio. Frustratam enim non sine contemtu expeditionem hæc exprimere, immo et proverbium sapere credideram. Atque ad hæc omnia mirifice quadrat vernaculus sermo. *Prusch.*

10 *Molestus*] Vid. ad Petron. c. 43.

Ad animum retulit] Consideravit, examinavit animo. Puto autem *referre ad animum* dici, sicut 'Referre ad se,' considerandi scilicet causa, vel 'ad proceres,' aut 'Senatum,' sententiæ exquirendæ gratia. Vulgo 'animum referre ad aliquid' in usu est. *Schef.*

Ad animum retulit] Sic JCti, 'Ad animum revocare injuriam,' dicunt lib. II. non solum §. 1. D. de injur. §. ult. Instit. eod. tit. *Ritt.*

12 *Adluserit*] Jocari voluerit. Secutus est Virgilium, qui Æn. VII. 17. 'Heus, etiam mensas consumimus, inquit Iulus. Nec plura adludens:' *adludens* est, jocans. Servius: 'Vacat *ad*; et, ludentem significat.' Optime. *Schef.* Male Gudius *illuserit*; *adludere* enim dicuntur, qui dicto aliquo et joco risum excitare conantur. Cicer. de Orat. I. 50. 'Galba ante alludens varie et copiose:' et ita alii passim. Dicto ergo illo, *medio sole Quid cum lumine?* alluserat ille garrulus. *Burm.*

EPILOGUS.

1 *Parco*] Sc. scribere. Quomodo Virg. Æn. III. 'Parce pias scelerare manus.' *Schef.*

2 *Primum esse*] Nihil vitii, nihil scabri video in hac lectione, nec cur opus sit legere, *Primum esse tibi ne videar immodestior*, cum Gronovio, quidquam caussa est. *Molestus* enim esset Phædrus, nisi brevis. Vid. ad lib. III. 19. *Burm.*

Esse ne tibi videar] Lege, *tibi esse ne videar*. Huic transpositioni favet vetus scriptura; sed in voce *Primum*, si vulgata servetur, non eliditur m

Digitized by Google

finale, quod Phædro familiare. Cod. Rem. habet, *Primum esse tibi ne videar.* Gud.

8 *Destringit*] Putat Rittershusius, *Distringit.* Et sane Cicero in Ep. ad Q. Frat. 'Sic habeto, nunquam me a causis et judiciis districtiorem fuisse.' Mallet is, qui versioni Gallicæ primus notas addidit, emendare, *Distrahit.* Schef. *Distringit* legit et Heins.

Destringit] F. *Distringit.* Sic et alibi ista perperam permutata reperi. *Ritt.*

4 *Si quis eadem*] Mox tamen v. 1. hoc retractat. *Freinsh.*

Conari] Ms. *conare.* Corrupte. *Gud.*

6 *Materiæ*] Ms. Rem. *naturæ;* quæ vera et genuina lectio, quam et Salmasius ex Ms. margini suo adscripserat. *Naturæ copia,* pro copiosa rerum varietate; ut ipse se explicat infra; atque id voluisse liquido confirmant, quæ in rem eandem paulo post sequuntur lib. v. fab. 5. 'Et copiosa rerum abundat varietas.' Quæ plane respondent hisce: *naturæ tanta abundat copia, Labori faber,* &c. quibus verbis Phædrus adeo ad suum fatum concinnis, vaticinari magis, quam fabulari voluisse credi potest. Ego certe cum Ao. 1658. ea, quæ Tan. Faber in auctorem nostrum notarat, primum vidissem, avideque perlegissem, laborem illum infra meam exspectationem deprehendens, oraculum hoc fabulatoris nostri Editionis ejus fronti adscripseram; qua in re nullam me injuriam Fabro fecisse, res ipsa loquitur. *Gud.*

Abundet] Ut in illo Virgilii Georg. III. 'Rursus abundabat fluidus liquor,' &c. *Schef.*

8 *Præmium*] Salmasius ad oram libri sui: 'Lege: Brevitati nostræ nimirum ut reddas, peto, Quod pollicitus es.' *Gud.*

9 *Quod es pollicitus*] Leg. metri causa, *policitus.* Ritt.

Exhibe vocis fidem] Præsta ipso opere, quod voce ac sermone promisisti. Ita *exhibere fidem* usurpavit Columella II. 1. 'Inspiciendus erit villicus, an etiam domino fidem ac benevolentiam exhibeat.' *Schef.*

Exhibe vocis fidem] Petron. Sat. 'Quæso, inquit, Eucolpi, fidem memoriæ tuæ appello.' Plinius Epist. lib. III. 14. 'Immobilis et extentus fidem peractæ mortis implevit.' Ipse supra: 'Ut adjuvaret jurisjurandi fidem.' *Rig.*

10 *Nam vita morti propior est cotidie*] Hanc sententiam eleganti comparatione illustravit poëta quidam recentior: 'Velut secundo vecta navis flumine Sensim propinquat littori: sic indies Vivendo morti appellimur propinquius.' *Ritt.*

11 *Hoc minus*] Miror equidem tot doctissimos viros non vidisse, aut certe non monuisse, versum hunc suis mensuris carere. Emendari possit: *Et hoc minus et minus ad me venit muneris.* Nota illa sunt, 'Minus minusque,' 'Minus et minus,' 'Magis magisque.' Græci Μᾶλλον μᾶλλον; Alexis apud Suidam. Posset etiam non minus commode legi: *Et hoc minus tui ad me veniet muneris.* Fab.

Minus veniet] Lege, *minus usu veniet.* Ut versus constet, revocanda omnino est integra vocula *usu*, quæ ob librariorum in describendo compendia excidit; ut eo modo multæ aliæ voces et syllabæ periere, et postea a viris doctis restitutæ sunt. De usu muneris loquitur, et ob brevitatem vitæ cito expediendum esse promissum beneficium monet, ut eo uti posset longius. Munus quod differtur idem esse potest; atque ita non natura rei, sed usu tantum eo minus est, quo plus temporis consumit dilatio. Sequentia adhuc magis hujus lectionis veritatem tuentur, et de usu solo actum fuisse docent: 'Si cito rem peragas, usus fiet longior; Fruar diutius, si celerius cœpero.' Quæ verba mihi in mentem revocant

Digitized by Google

locum, qui eandem prope miserandam sortem subiit, apud Plinium Junierem Epist. lib. VIII. 5. 'Nam fruendis voluptatibus crescit carendi dolor.' Ms. *fruendi* vel *fruenti voluptatibus* indicant excidisse vocalem quandam, quam sensus requirit, et quæ omnino revocari debet, et restituí e vocis *fruendi* duabus ultimis literis, *di*, et prima sequentis vocis u, conjunctim *diu*. Scribendum enim, *fruendis diu voluptatibus*. Id antecedentia plane confirmant. Amiserat Macrinus uxorem singularis exempli, cum qua triginta novem annis sine offensa vixerat; addit ergo Plinius: 'Habet Macrinus grande solatium, quod tantum bonum tam diu tenuit, sed hoc magis exacerbatur, quod amisit, nam fruendis diu voluptatibus crescit carendi dolor.' *Gud.*

Veniet] Suetonius composito *pervenire* usus est, hoc sensu. Aug. c. 101. 'Nec plus perventurum ad hæredes suos professus est.' Et sic edidit Ursinus hoc loco, quod nec Heinsio displicet. *Schef.*

12 *Temporis*] Respicit præcedens *plus*, diciturque, ut supra 'minus muneris.' *Schef.*

14 *Si celerius capero*] Scil. frui. An *cepero*, id est, accepero, scil. munus promissum? *Ritt.*

Celerius] *Citius* scribendum videtur, ita versu exigente. *Τὸ citius* in *celerius* mutatum, propter præcedens *cito*. Guiet.

Capero] Incœpero frui. Hoc vult, nec ambigo cum Rittershusio, quoniam ad præcedens *Fruar* refertur. Ita statim ab initio: 'Supersunt mihi, quæ scribam; sed parco.' *Schef.*

15 *Languentis ævi reliquiæ*] Valerius Max. lib. VI. c. 2. §. 10. 'Robustas senectutis reliquias.' Et lib. II. c. 6. §. 8. 'Reliquias spiritus.' Et lib. IX. 'De reliquo spiritu suo sollicitus.' Ms. B. *De reliquo spiritus sui sollicitus.* Lib. V. c. 6. §. ult. ext. 'Aristoteles vero supremæ vitæ reliquias vix custodiens.' *Gud.*

17 *Bonitas tua*] Ita Antonius ad Ciceronem Ep. ad Attic. XIV. 18. 'Quod si bonitas tua responderit judicio meo, quod semper de te habui, gaudebo.' Petavius vertit, ἡ σὴ χρηστότης καὶ ἀκακία. *Gud.*

18 *Beneficium utile*] Ms. Rem. et Pith. *beneficio utilius*; scribe *beneficio utilis*. Eleganter. Ita Martialis Ep. lib. II. 90. 'Vivere quod propero, pauper, nec inutilis annis, Da veniam; properat vivere nemo satis.' *Nec inutilis annis*, id est, dum annis meis uti possum, dum per ætatem licet. Cicero: 'Et suis et publicis rationibus utilis.' *Utilis*, commodus. Glossæ Philox. 'Χρήσιμος, utilis, commodus.' *Cum jam beneficio utilis esse desierit*; [sic,] id est, cum jam Phædrus, senio debilis, beneficio tuo uti frui amplius non possit. Et hoc eleganter de sene dicitur; non tantum ob brevissimum usum et senectutis incommoda, quibus nihil ad gustum est; sed maxime etiam ob suam ipsius naturam. Sic Horatius de sene: 'Timet uti.' Unde etiam senex 'timidus' dicitur, tum aliis, tum etiam Phædro, l. I. f. 15. quem Meursius frustra sollicitat. *Gud.*

Utile] Se. mihi tale, quo possim uti, propter vitæ meæ brevitatem. *Schef.*

19 *Et mora, &c.*] Nam, ut Hercules ait apud Euripidem Alcestide: Βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται. Debitum ergo dicit vitam, quæ data est utenda; 'Data est sine fenore nobis Mutua, nec certa persoluenda die,' ut ait Pedo in Elegia de morte Drusi. Artemidorus quoque in Oniroeriticis lib. III. c. 41. debitum ex mutuo et vitam facit ἀνάλογα. Δάνειον τῷ ζῆν τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον. ὀφείλομεν οὖν καὶ τὸ ζῆν τῇ τῶν ὅλων φύσει, ὃν καὶ τὸ δάνειον τῷ ἐγχειρίσαντι. ὅθεν ὁ δανειστὴς τοῖς νοσοῦσιν ἐφιστάμενος καὶ ἀναιτίῳ, κίνδυνον σημαίνει· λαμβάνων δέ τι καὶ δάνειον. Dixi, debitum ex mutuo: hoc enim est δάνειον: non autem quodvis debitum, ut Cornarius vertit. Da-

Digitized by Google

δανιστὴς, et Latine 'Danista,' est, fœnerator. *Ritt.*

Mors vicina, &c.] Cicero Philip. XIV. 'Debita mors naturæ reddita.' Horat. in Arte: 'Debemur morti nos.' Tertull. de carne Christi c. 6. 'Mutuum debitum est inter se nativitati cum mortalitate.' Vet. inscript. Claromont. quam integram una cum aliis nec paucis Arvernize monumentis publico debet Jo. Savaro: DEBITVM. NATVRÆ. QVIDEM. COMPLEVIMVS. OMNES. ET. CARNEM. FRAGILEVMEDA. TER....A. SVMIT. &c. Vide Epitaph. Juliæ Secundæ filiæ Corneliæ Tychæ uxori I. lib. III. Epigram. Vet. p. 129. *Rig.*

Flagitabit debitum] Plutar. ad Apollon. Μαρῖλλον χρέος ἅπας λέγεται τὸ ζῆν, ὃς ἀπαιτηθήσεσθαι ἐκεῖνον ἐκ προνοίας. Dixit φόσεως ἀνάγκας Isocrat. in Panegyr. Τὰ μὲν σώματα ταῖς τῆς φύσεως ἀνάγκαις ἀπέδοσαν. *Nev.*

Debitum] Vitam scilicet, quam omnes ei debemus. Ita sæpissime Philosophi, ut et Rittershusius observat. *Schef.*

20 *Stultum*] Me, nec satis rem, ut in se ipsa est, considerantem. *Schef.*

Stultum admovere, &c.] Quid ineptius, quid stultius, si ita Phædrus scripsisset? quin se ipsum stultissimum declarasset, qui plus una vice Eutycho preces jam admoverat. Ms. Rem. *precesexes.* Pith. *precepsenis.* Unde Pithœus infelici conjectura fecit, *preces existimo.* Nam, præterquam quod illud *existimo* nimis longe a veteri scriptura abeat, verborum reliquorum verum sensum prorsus invertit, atque exstinguit; itaque facile fuit nobis veram lectionem invenire. Scribendum enim: *Stultum admovere tibi preces sexcenties.* Scilicet, *precesexes* nihil aliud erat quam *preces sexcenties.* Natum illud monstrum SEXIS ex compendio scribendi SEXC. sive [SEXCIS; utroque enim modo in vetustissimis membranis SEXCENTIES reperitur scriptum. Hoc ergo dicit: Jam semel atque iterum opem tuam imploravi; quid stultius certe est, sexcenties id te rogare? *Sexcenties* pro, pluries, etiam pueris notum est eleganter dici et in proverbium abiisse. Plautus Menæc. act. v. sc. 4. 'Quin suspirabo plus sexcenties in die.' Sic *sexcenta* pro paulo pluribus. Cicero Ep. ad Att. lib. VI. 4. 'Belli periculum, militum improbitas, sexcenta præterea alia.' De Divin. lib. II. 'Sexcenta licet ejusmodi proferre.' Sic passim; imo etiam pro panciasimis. Cicero Ep. ad Attic. lib. VII. 2. 'Venio ad epistolas tuas, quas ego sexcentas uno tempore accepi.' Sic quoque *senio* pro *sexennio* scriptum reperimus. Incerti panegyricus Constantino Aug. dictus c. 16. 'Consumpto per desidias senio.' Sic in Gruteri et H. Stephani editionibus. Sed scribendum omnino *sexennio.* Liv. p. 339. edit. Sigon. 'E Romanis cecidere.... victi.' Scribe VICTI., id est *sexcenti*, quod omnibus literis in alio quodam libro scriptum est. Livius lib. XXIII. c. 12. 'Fit SC. ut Annibali quadraginta Numidarum millia in supplementum mitterentur, et quadraginta elephanti, et argenti multa talenta.' Ubi notat Gronovius: 'Put. et Pet. omittunt τὸ *multa*, ut credibile sit numerum excidisse; M. Ant. Muretus acute legit M. VC. TA quod explicat mille quingenta talenta:' Var. Lect. lib. XVI. c. 8. *Mille* forte sufficerent ex capite 32. hujus libri. Hæc Gronovius recte dicit, *mille* sufficere, ex ipsius Livii c. 32. Ubi dicitur Mago inter alia mille argenti talenta transmissurus fuisse; atque ita altero illo loco omnino legendum. Natum illud *multa* ex compendiis scripturæ; primo scriptum CIↃ sæculo sexto circiter aut septimo Christiani CIↃIↃ; sic enim mille tum significabant; postea nono aut decimo sæculo, Monachus putans syllabam revocandam esse

Digitized by Google

sequentem geminandamque perperam scripsit MULTA TALENTA. *Gud.*

Admovere] Ita sup. III. c. 17. quamquam hic potius molestiam illam respiciat ex continuis precibus suis. Porro scribit Heinsius *admoveri*, quod placet. *Schef.*

Existima] Mallem scribere *existime*, ut sit formula confitentis importunitatem tot suarum precum. *Schef.* Licet blandiatur Gudiana conjectura, non ausus sum tamen in textum recipere, ut fecit Hoogstratanus, nec tamen valgatum possum probare, nam illud *existima* quo referam nescio: et certe corrupta vox est.

21 *Proclivis*] Absolute. Verum suspicor scripsisse, *Proclivis quum sis misericordiæ.* Silius lib. XIII. 'Sceleri proclivis egestas.' *Schef.*

22 *Sæpe, &c.*] Nam erranti medicina confessio est: atque, ut ille ait: 'Proximum ad innocentiam tenet locum verecunda peccati confessio.' Sed tamen, ut inquit Mimus: 'Mala causa est quæ requirit misericordiam.' *Ritt.*

Sæpe impetravit, &c.] Invenitur hic versus in gnomis Ethico-Politicis a Grutero editis. *Gud.*

Confessus] Rittershusio sic dicitur, qui delictum suum aperte fatetur, nec dissimulat. Sed hic passivo sensu is innuitur, qui manifesto talis, de quo nemo dubitat, quin sit reus. Quomodo et apud Ciceronem ideo 'Confessa res,' et 'Manifesta' conjunguntur. Ovid. de Pont. II. 2. 'Non est confessi causa tuenda rei.' *Schef.* Sic *confessus amor* apud Petron. 127. pro manifesto et legitimo, quem dissimulare, ut furta sua, non volebat Jupiter: 'Cum se confesso junxit amori Jupiter.' Id est, cum cum [Observa repetitionem ejusdem vocis. In majori Edit. 'cum coit cum,' &c.] Junone conjuge sua coit. Et hinc corrigendus auctor Elegiæ ad Liviam vs. 305. 'Tu confessus amor, tu solus et ultimus illi.' Antea legebatur, *Tu concessus amor.* Eodem modo Virgil. in Ceiri, 244. 'Sin confessus amor noto te macerat igni.' Ubi et *concessus* in recentioribus editionibus legitur, cum editiones veteres, testante et approbante Scaligero, exhibent *confessus.* Quinct. Inst. I. 5. 'Confessis quoque Græcis utimur verbis:' id est, receptis in usum, quæ originem Græcam manifestam produnt: male et ibi *Concessis* malebat Francius. Ita et 'Propositio confessa,' eidem Fabio lib. V. 15. quæ non opus habet probatione. 'Confessus hostis' Claudian. VI. Cons. Hon. 249. quod idem notat ac, Professus, de quo supr. ad fab. 6. hujus libri. Vide ad Petron. cap. 91. *Burm.*

24 *Tuæ prius sunt partes, aliorum dein*] Ms. *Tuæ sunt partes, fuerunt aliorum, dein simili gyro venient aliorum vices.* Lege: *Tuæ sunt partes, fuerunt aliorum prius, Dein simili gyro venient aliorum vices. Tuæ sunt partes* elegans locutio, petita a Scenicis, quorum cuique sunt partes datæ. Cicero de Divin. 'Quid de auguribus loquor? Tuæ partes sunt, tuum, inquam, auspiciorum patrocinium debet esse.' Ep. ad Att. XIV. 14. 'Tuas partes esse arbitror, ut ejus animum tenerum his opinionibus imbuas.' Pro Cornel. 'Quæ sunt igitur partes meæ?' In Verr. 'Meæ partes sunt hospitum recipiendorum.' Seneca de Ben. IV. 2. 'Primæ partes sunt ejus.' Grutero videtur a Terentio sumsisse, Phorm. prol. 'Primas partes qui aget, is erit Phania.' Sic supra noster: 'Fatorum arbitrio partes sunt vobis datæ.' Cicero pro Dom. 'Meæ partes in ea caussa præcipuæ fuerunt.' Catullus non quidem de partibus, sed proverbialiter, *prius fuere*, pro, olim fuere, eleganter Epig. IV. de Phaseli sui virtutibus: 'sed hæc prius fuere: nunc recondita Senet quiete.' Sed et tota hæc phraxis de præsenti, præterito et futuro, Catulliana et Virgiliana est. Ille Epigr.

Digitized by Google

XXI. 'Aureli, pater esuritionum, Non harum modo, sed quot aut fuerunt, Aut sunt, aut aliis erunt in annis.' Et iterum ad Ciceronem: 'Disertissime Romuli nepotum, Quot sunt, quotque fuere, Marce Tulli, Quotque post aliis erunt in annis.' Et Epig. XXIV. 'O, qui flosculus es Juventiorum, Non horum modo, sed quot aut fuerunt, Aut posthac aliis erunt in annis.' Virgil. Georg. IV. de Proteo: 'Novit namque omnia vates, Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.' *Gud.*

Sunt] Lege, *sint*. Heins.

Partes] Officii hujus, meæ innocentiæ præstandi. Quod si feceris, admonebuntur tuo hoc exemplo alii, ut et ipsi, suo quisque tempore ac loco, præstent debitum officium, innocentiæque meæ succurrant. Hic opinor sensus est, nec quidquam in verbis immutandum. *Schef.* Vid. ad III. 18.

27 *Gratulari me fac judicio*] Ms. *me tatare jud.* Hinc Pithœus ex conjectura edidit *fac*, contra librum suum. Notavit et antiquam lectionem Rigaltius, sed hinc pessime conjiciebat, legendum esse *patere*; nam peccat graviter contra versum. Malim ergo: *gratari me patere*. Vide omnino Inscriptionem apud Gruterum p. 462. 1. 'Patrono præstantissimo testimonium gratulationis exsolvimus.' Scilicet, quia Ragonius ille Vincentius judex inter Mensores Portuenses et Caudicarios feliciter judicaverat. *Gud.*

Judicio] Omissa præpositione *de*; fac me gaudere, ac gratulari mihi ipsi ob tam favorabilem tuam in causa sententiam. Sic 'Gratulari affinitate alicujus,' 'celebritate' dixit Cicero. Et Declamator Vetus in Sallust. 'Populus R. frequens adventu meo gratulatus est.' *Schef.* In Epistola Cælii ad Ciceronem lib. VIII. 13. Lambinus legit: 'Gratulor tibi affinitatem,' quod rectum puto; nam si *tibi* addatur, non puto ablativo locum esse; sed *gratulor*, absolute positum, etiam notat gaudere, lætum esse: sic dixit Servius ad Virg. Georg. III. 309. 'Cervi congregatione gratulantur.' Veget. de Art. Veter. I. 56. 'Neque servi de damno domini cogitant, quod eidem contingere gratulantur.' Vid. inf. v. fab. 7. *Burm.*

29 *Difficulter continetur*] Alludit ad sententiam versus Sophoclei: Ἔστι τῷ δικαίῳ γὰρ μέγ' ἐξεστι φρονεῖν. Id est: *Nam justa causa spiritum attolli jubet.* Eodemque sensu Plautina Alcumene ad Amphitruonem suum ait: 'Quæ non deliquit, decet audacem esse, et confidenter pro se et proterve loqui.' Et Pseudolus: 'Decet, innocens qui sit atque innoxius, Servum superbum esse, apud herum potissimum.' *Ritt.*

Spiritus] Eleganter, in respectu ad illam vehementiam commotionis, ob injuriam acceptam. Vult autem id ipsum, quod ait apud Curtium Philotas lib. VI. c. 10. 'Verba innocenti reperire facile est, modum verborum misero tenere difficile.' *Schef.*

30 *Sinceræ*] Malim scribere *sincere*, ac ad *conscius* referre, ut *sincere conscius* sit, vere conscius. Nam integritatem aliam præter sinceram non intelligo; ut, si ei jungatur, videri queat supervacuum. *Schef.* Male Schefferus corrigit *sincere*. Lege *sibi veræ*. Heins.

31 *A noxiorum, &c.*] Sejani scilicet, quem sibi accusatorem, testem ac judicem simul fuisse, conquerebatur et supra Prol. lib. III. Quanta autem hujus Sejani potentia fuerit aliquandiu in aula Tiberii Imp. ut etiam dominationem captaverit, ac regnum sibi parare cogitarit tandem, notum est ex Josepho Antiq. Jud. lib. XVIII. et ex Tacito Ann. lib. I. et IV. ubi ejus προσωπογραφία. *Ritt.*

A noxiorum] Supra: 'In calamitatem deligens quædam meam.' *Rig.*

Noxiorum] Eorum, qui nocere pos-

Digitized by Google

sunt. Sic supra posuit 'Inoxium' *Schef.*

Insolentiis] In plurali, pro, insolentia, ut augeat mali magnitudinem, et sic miserationem facilius inveniat. *Schef.*

32 *Apparebunt tempore*] Ut Græci dicunt Χρόνῳ, item Χρόνια; id est, tandem. Exempla multa apud Euripidem aliosque occurrunt. Alludit autem simul ad sententiam vet. versus: Ἀγαι δὲ πρὸς φῶς τὴν ἀλήθειαν χρόνοι. Id est: *A tempore in lucem profertur veritas.* Ritt.

Apparebunt tempore] Rutil. Lupus de Fig. Sent. lib. I. 'Quod beneficium tempore et cupienti datur, gratum est,' &c. *Rig.*

Tempore] Pro, in tempore. Cicero Offic. II. 'Ad cenam tempore venit.' Et Ep. lib. VII. 10. ad Treb. 'Renovabo commendationem, sed tempore.' Adde Vossium de Constr. c. 66. N. Heinsium ad Ovid. Heroid. Epist. IV. vs. 109. *Schef.* Plena locutione dixit Terentius Heaut. II. 2. 'In tempore ad eam veni:' et sæpe alibi. Flor. III. 3. 'Marius in tempore aggressus est.' Ovid. Epist. IV. 109. 'Tempore abest:' ubi vid. Heins. et Victor. Var. Lect. XXXVII. 16. *Burm.*

33 *Legi puer sententiam*] Ideo enim pueri ediscimus Poëtarum gnomas, ut olim viri facti in gravibus deliberationibus atque ad omnes vitæ partes illis utamur: ut verissime sit Æschines in Ctesiphontem. Versus autem sequens ex Ennii Telepho sumtus est: quod me docuit Festus in *Matire:* ubi tamen sic legitur: *Palam mutire plebeio piaculum est.* Non, ut hic, *periculum est.* Utra pensior sit lectio, *οὐκ ἔχω εἰπεῖν.* Quanquam Schoppius mens præferebat, *periculum;* Nathan Chytræus *piaculum* malebat. Pro *memini* versus postulare videtur *meminero.* Ritt.

Quam puer] Ms. *pueri.* Gud.

34 *Palam mutire*] Haud dubie est ἁμαρτημένη γραφή,' restituendumque *piaculum* pro *periculum;* nam ita integer versus ab Ennio quondam scriptus fuerat, ut apud Festum legere est: *Palam mutire plebeio piaculum est.* Istuc ipsum est, quod alicubi facete dixit Juvenalis: 'Plurima sunt, quæ Non audent homines pertusa dicere lanna.' *Faber.* Versus hic est Ennii, ut ex Festo liquet. At is scripserat *piaculum.* Ergo et hic ait Faber sic scribendum. Sed quis scit, num Festus recte Ennium exscripserit, aut il Festum, qui nobis ediderunt? Sed et solent aliquando veteres, dum adducunt talia, mutare paucis in suos usus. Itaque hic lectionem receptam retinco. *Schef.* Ego malo aberrationem esse librariorum, qui passim pro *piaculo periculum* nobis obtruserunt. Vid. Heins. ad Ovid. Met. XV. 155. et nos ad Met. II. 565. *Burm.*

Palam mutire] Ms. *mutture;* sed corrupte. *Gud.*

35 *Sanitas*] Absolute, pro ratione. Cic. Ep. Fam. ad Coss. 'Quibus ad sanitatem redeundi potestas facta est:' pro, ad bonam mentem. Sensus igitur: Dum sanitas constabit, sc. mihi, dum ero sana mente præditus, caute ac prudenter revocabo in memoriam hanc sententiam. *Schef.*

Memini] Excerpta Rigaltii *meminero.* Heins. Sic versum postulare monuerat Rittershusius, quum legeretur *memini.* Buchnerus *meminerim.* Potuit et scribi *pulcre rememini.* Nam et hoc tempore potius uti debuit Phædrus. Esset autem dictum ut 'Commemini,' apud Ciceronem. *Freinsh.*

Digitized by Google

LIBER IV.

PROLOGUS.

1 *Operis habere terminum*] Salmasius ad oram libri sui notavit: *terminum operi tradere*. Ego malo: *terminum operi statuere*; ut apud Livium. *Finem statuere* sæpe apud Ciceronem et Livium. *Statuere* ergo vox propria de fine et termino. *Gud.*

Habere terminum] Luxatus versus est, quem restituo: *Cum destinassem operis habere terminum.* Porro debet hoic statui initium libri quinti, non finis quarti. Clare patet ex istis sequentibus: *Quartum libellum dum vacivo perlegas, &c.* Meurs. Priores libri: *terminum operis habere*; unde Rittershusius et Barthius: *terminum operi hoic addere.* Quid? si legamus: *terminum operi statuere.* Sane 'Terminum statuere' usurpavit Livius quoque, et 'Finem statuere' dixit Terent. in Hec. I. sc. 2. Ita conjeceram, cum hanc conjecturam firmant litteræ Gronovii, quod impense gaudeo. 'Rigaltius,' ait: '*operis habere terminum.* Ego conjeceram, *terminum operis statuere.* Cicero pro Quint. 'Certos mihi fines terminosque constituam.'' *Schef.*

Terminum operis habere] F. *addere.* Ritt.

2 *In hoc*] Ad hoc, hoc fine. Columella VII. c. 8. 'Cratibus in hoc factis ita ordinatur, ne alter alterum contingat. Velleius II. c. 114. 'Jam in hoc solum importatum instrumentum balinei,' &c. *Schef.* Hygin. Fab. 40. 'In hoc Dædalus exul cum veniisset.' Ubi v. doctiss. Munkeri notas. Vell. Paterc. l. II. c. 41. 'In hoc scilicet, ne suspectus his foret.' Et sic 'Per hoc' pro, idcirco, de quo vide Pricæ. ad Apulei. Miles. III. p. 137. *Burm.*

In hoc] Nota locutio Juris auctoribus. *Rig.*

3 *Damnavi meum*] *Meum* est a Salmasio. Forte legendum, *damnavi prius*: ut idem dicat quod Terent. Andr. IV. 3. 'Repudio, quod consilium primum intenderam.'

4 *Talis etiam est tituli artifex*] Sequentes tres versus sic suppleo, et corrigo: [Vid. Var. L.] Plane respexit Poëta ad ista Epilogi superioris libri: 'Dein si quis eadem forte conari velit, Habere ut possit aliquid operis residui.' *Meurs.* Titulum intelligit poëtæ, qui fabulas scribit; quasi diceret: Nam etiamsi fortassis est poëta quispiam, qui et ipse scribere fabellas volet, quomodo divinare poterit eas, quas ego emisi, ut non alias scribat potius, quas ipse fingat, diversas longe ab his, quas omitto? Ursinus scribit: *avidus est.* Atque id etiam Gronovio in mentem venit, ut testantur ejus litteræ, ubi simul explicat, ejusdem laudis cupidum, et ab statuarum titulis ait esse translatum. *Schef.* Lege, *erit*; alioqui versus non stabit nisi τὸ M sustineat syllabam; dein ita legi oportere ratio clamat. *Faber.* Forte, *Nam si quis talis est etiam tituli locus.* Vel, *Nam si quis reliquus est etiam tituli locus, Quo pacto damnet, si quid hic omiserit?* Heins. Freinshemii conjectura præ cæteris placeret, si transponatur modo *est* hoc modo: [Observa τὸ *modo* bis dictum.] *Nam si*

Digitized by Google

quis talis etiam tituli est appetens: vel, *si quis tales etiam titulos appetit.* Sic Ovidius Art. Am. I. 'Tu titulos alia Palladis arte petas:' et ita centies Poëtæ hac voce *tituli* utuntur: metaphora, ut recte Schefferus a statuarum titulis petita. Vid. et Barth. ad Claud. Bel. Get. præf. 9. et Steph. Joh. Steph. ad Saxon. Grammat. præfat. p. 2. *Burm.*

Talis etiam est tituli artifex] Locus mendosus et mutilus. Mss. Rem. et Pith. prorsus ignorant absurdum illud *artifex*, quod frigidum atque inficetum commentum est Rigaltii, neque huic purpuræ attexi meretur. Melius Pithœus, Rittershusius, et alii, tunc temporis defectum indicantes atque agnoscentes, quod sanari posse diffidebant, intactum reliquere; et sane absque integriore codice scripto, illud, quod casus nescio quis ante tot sæcula huic loco prorsus abstulit, ita plene restitui vix potest, ut amplius dubitationi non sit locus. Accedit quod illa vox *tituli* hic etiam valde sit inepta, atque indubie corrupta; nam Poëtæ titulum intelligi mihi non probatur; neque id illi placuit amico, dum viveret, nostro, cujus sincerum ac subtile judicium maximi semper fuit, qui explicabat *talis tituli*, talis laudis; idque a statuariorum titulis desumptum esse volebat. Erudite ut solebat; sed nimis longe petitum loco nostro haud convenire videtur. In mendo, ut dixi, vox illa subest, cui corrumpendæ librariis imperitis causa fuit ille in membranis defectus proximæ vocis. Quid igitur faciemus huic, non tantum corrupto, sed et misere mutilo loco? Equidem decerno nihil, etiamsi, quo me haud levis conjectura ducat, habeam. Neque enim, quid sensus expetat, obscurum cuiquam esse potest, antecedens simul capitulum revolventi. Mutat rationem consilii, et ad objectiunculam suam sibi ipsi respondet: Nam si quis etiam alius similli fabularum conscribendarum studio tenetur, quibus divinationum conjecturis assequi poterit, quid dictum, quidve indictum voluerim? scripserit ergo meo judicio: *Nam si quis talis etiam est studii diligens.* Hoc plane est illud, quod antecedenti capitulo dixerat: 'Dein si quis eadem forte conari velit.' *Diligens studii* idem, quod apud Plinium 'Diligentissimus artis.' Et Cicero Ep. II. 13. 'Studiosus studiorum meorum.' Et passim apud alios: 'Diligens salutis.' *Studium* proprie de exercitio tali et ipsa hac fabularum fingendarum arte, apud Phædrum etiam in epilogo lib. II. 'Si nostrum studium ad aures pervenit tuas, Et arte fictas animus sentit fabulas.' Et prolog. lib. III. 'Fortasse dices: Aliquæ venient feriæ, Quæ me soluto pectore ad studium vocent. Legesne, quæso, potius viles nænias?' Hinc lib. II. epilog. 'Quoniam occuparat alter, ne primus forem; Ne solus esset, studui, quod superfuit.' Ubi Mss. *studui*; sed vitiose; et recte conjecit studii Rittershusius, qui deos versus istos primus restituit, multo exemplo me nominatus quidem ab iis, qui ejus conjecturam in textum receperant. Sed ne quis illud *studii* a vulgata lectione *tituli* nimis longe recedere, alterum vero *diligens* absque ullius vetustæ scripturæ vestigiis temere a nobis scriptum existimet; visum est et fontem erroris, et nostræ fundum emendationis, bona cum lectoris venia, paululum diligentius detegere. Sciendum ergo est, non tantum hujus, sed et versus proxime præcedentis, extremas literas quasdam periisse; sic utrumque versum mutilum in fine ad fidem codicis sui Pithœus ediderat. Idem defectus utrobique in Remensibus membranis. Rittershusius defectum levissimum prioris versiculi facile supplevit; recte ut puto restituens *meum*; id sensus et versus postulant; atque adeo placuit Rigaltio,

Digitized by Google

ut, etiam invitis membranis, tacitus eas quatuor literulas in secundæ editionis suæ contextum reciperet. Nec plures fere literas versu proxime sequenti periisse puto: Videtur enim extremam utriusque versiculi particulam una eademque clades afflixisse, membranis id loci casu quodam, sive perforatis, sive aliter corruptis, foramine quidem exiguo; sed ita, ut ambitus ex utroque versu quatuor circiter postremas literulas abstulerit. Isti versus ita mutili in veterrimo codice iis compendiis sunt scripti, quæ tunc temporis, a quinto ad decimum fere seculum Christianum, vulgari in usu erant: licet illis literarum formis in typographiis nostris careamus, ex sequentibus tamen, in talibus antiquitatis monumentis vel leviter versato, scribendi illa ratio facile apparebit: *CONSILIUMTACITO-CORDEDAMNAVI....supple:* meum *NAMSIQUISTALISETIAMESTU-DILI....supple:* gens. Sequentibus barbaris atque obscurissimis illis sæculis, cum ejusmodi compendia frequentari desiissent, immo vix recte amplius intelligerentur, unde tot et tanta in optimos auctores invecta monstra deprehenduntur; Phædrum ex tali codice descripturus Monachus, hoc loco neque compendiosam scripturæ rationem, neque defectum illum animadvertens, misere hærens ad ultima illa, sive *VDILI*, sive *TV-DILI*, revocata proxime præcedenti litera, pro *TVDILI* scribendum putavit *TITVLI;* quæ inepta lectio ex uno codice in alium, ita ut fieri solet, facile propagata est; debebat autem miser ille non unam tantum illam, sed duas proximas, literas, *ST* revocasse, et sic statim genuina lectio *STUDI* prodiisset, cujus vocis ultima syllaba *DI* primam sequentis ob similitudinem et compendium scribendi iterum absorpsit; qua geminata sponte sua se ostendit, quæ latebat, vera lectio *STUDI. DILIgens*, quatuor postremis literis, ut dixi, fato simili cum superioris versiculi ultimis deperditis. Atque hæc, erudite lector, qualiacunque tui facio judicii. *Gud.*

5 *Divinabit*] Optime Paris. Priores *damnabit*, nullo idoneo sensu. *Freins.*

6 *Ut illum ipsum*] Leg. *Ut illud ipsum cupiat, &c.* Res probatione non eget. *Faber.* Quid, si *illum* referamus ad artificem, *ipsum* ad *quidnam*, *cupiam* ad Phædrum? hoc sensu: Quo pacto divinabit, quidnam omiserim, ideo, quia cupiam artificem illum famæ tradere ipsum, quod omisi? *Schef.*

7 *Sua cuique*] Hic excidisse versum unum aut alterum præcedentem existimo. *Meurs.*

8 *Colorque prior*] Lege: *Colorque proprius.* Gud.

Colorque propior] F. *proprius:* præcessit enim, *Sua cogitatio.* Sæpe autem *suus* et *proprius* ἐκ παραλλήλου jungi solent. *Rittersh.*

Colorque prior] Et metri ratio et sensus ipse satis produnt, errorem esse in versu. De metro clara res est; de sensu non minus. Quid enim hoc sit Latine, *cuique color prior est?* Certe nihil, nisi ἀφασία. Itaque legendum est et ob sensum, et ob metri necessitatem, *Colorque privus*, quod mox explicabo, ubi fontem erroris ostendero. Fraterculi, qui patrum nostrorum memoria, antequam typographorum ars prodisset, libros quæstus causa describebant, dici non potest, quam imperiti, quam fœde barbari fuerint: mihi quoque ipsi vix atque ægre fides fieret, nisi aliquando Mss. codices legissem, et nunc legerem. Qui igitur Phædrum describebant, cum non intelligerent, quid esset *Color privus* (neque enim hoc in Meditationibus, Sermonibus, Homiliis legerant) reposuerunt, *prius* pro *privus*. Alii autem, qui sibi doctiores visi sunt, (quidni enim?) illos correxerunt, et, structuræ saltem rationem habendam existimantes, rescripse-

Digitized by Google

runt, *Colorque prior*. Jam vero metri cognitio ad ejusmodi cucurbitas qui tandem pervenire potuisset? Atque ita locus Phædri turpi mendo inquinatus remansit, qui nunc certissima correctione a nobis purgatur. Legendum enim: *Sua cuique quum sit animi cogitatio, Colorque privus.* Quid autem significet, *cuique color privus est*, nemo ignorabit, qui Horatium saltem legerit. *Privus* est Ἴδιος, peculiaris, proprius, privatus. At vero *color* metaphorice est agendi ratio, διάνοια, &c. Italis *maniera*. Ita Seneca Epist. LII. cum tria hominum genera constituit, ait alia esse primæ notæ, alia secundæ; cum denique de tertio agit, hoc addit: 'Hic tertius color est.' Sæpe apud illum memini me legere. Interpres Gallicus legit *proprius*, sed male auspicio. *Faber*. Sed quo colore defendi hic potest *color*? (ut obiter versus faciamus, dum versibus intenti sumus) Rescribo: *Calorque propior*. Ovidius: 'Est Deus in nobis; agitante calescimus illo.' 'Calor Pierius' ab aliis nominatur et 'Poëticus ἐνθουσιασμὸς,' teste Brodæo in Anthol. lib. II. tit. *de Ποιηταῖς*. Contra 'Frigus' reprehenditur in Poëtis, et λογογρυφοῖς. *Freinsh.* Conjicit Cl. Freinshemius *Calor*, et de instinctu poëtarum explicat. In cujus sententiam libentissime concedo. Etsi Faber illud *Color* tueatur ex Senec. Ep. 52. Veteres editiones habent, *propior*, ex quo Rittershusius suspicabatur *proprius*. Sed et illud *prior*, quod ex codicibus antiquis edidit Rigaltius, in *privus* mutat Faber. Ac profecto potest fieri, ut *privus* scripserit. Saltem ut non *prior*, verum *privus* legatur, metrum exigit. Sensus: Habet quisque suam indolem, suum ingenium, suam scribendi rationem, nec bene supplet, quæ alii omiserunt. *Schef.* Lege, *Colorque proprius*. Alterum est ex conjectura Pithœi. *Heins.* *Color* non mutandum. Vid. ad Petron. cap. 11. ubi et quidam *coloris* pro *coloris* malunt. *Privus* vero Fabri vehementer probo, de quo ad Ovid. Met. IX. 20. agemus.

Levitas] Resiliendi a proposito, et mutandi consilium, de quo ab initio. *Schef.*

10 *Quare*] Cohæret cum sequenti, *ego plures dissero*. Propterea, inquit, quia intelligo, frustra me aliis relinquere, quas excogitavi, fabulas, et te sentio hoc genere delectari, iccirco plures tales fabulas nunc scribo, quas voco *Æsopias*, non *Æsopi*, quandoquidem is scripsit paucas. Illa: *Quas Æsopias, &c.* in parenthesi scribenda puto. *Schef.*

Particulo] Particulones alias dicti sunt Cohæredes, quod partes patrimonii sumant: inquit Nonius. At hic proprium nomen est. *Ritt.*

11 *Quas Æsopias, non Æsopi, nomine*] Priscianus sophista ex arte præexercit. secundum Hermogenem vel Libanium: 'Nominantur fabulæ omnes communiter Æsopiæ, quoniam in conventibus frequenter solebat Æsopus fabulis uti.' Vide Schefferum in notis ad Prolog. lib. I. *Æsopius*, Cognomen in Inscriptione Dacica: Gruterus pag. 347. 4. Q. LABLIUS AESOPIVS. Puto tamen scribendum *Æsopeas, Αἰσωπείους*. EI Latini mutant in E. Vide Torrent. ad Sueton. voce *Odeum*. Salmas. ad marginem: *Αἰσωπείους. Gud.*

12 *Quasi*] Causam denotat. *Schef.* [Harius legit *Quia paucas ille ostendit, ego plures fero:* et *Quia pauca ostendit ille, ego plura dissero.* 'Bentleius,' ait, 'in quam ipse incidi conjecturam reponit.']

Quasi paucas ostenderet] Ms. Rem. *Quasi paucas ille ostendit*. Sed delendum ineptum illud et otiosum *Quasi*: lapsu scribæ, illud male repetentis ex præcedentis versiculi capite; nisi hominis inepti glossema velis. Itaque, ut versus constet, scribendum omnino: *Paucas ostendit ille, ego plures dis-*

Digitized by Google

seram. Sic de eadem re lib. IV. fab. 20. 'Invenit ille, nostra perfecit manus.' *Gud.*

13 *Vetusto genere*] Μεθόδῳ, via, ratione. Hoc superius explicatum fuit. *Faber.*

14 *Quartum*] Post hunc quoque versum alter exciderit, nam hic sensus nullus est perfectus. *Meurs.* Ursinus scribit *Quintum*, et mox *nunc* pro *dum*. Sed invito Nostro, uti puto, cujus hæc est mens: Ego dissero plures fabulas hoc quinto libro, dum tu legis quartum, et in eo evolvendo tempus aliquod insumis. Igitur sequitur *Hunc* scil. quintum libellum, velut in oppositione illius, de quo ante dixerat. Unde et post *perleges*, scribendum punctum est finale, non comma. *Schef.* Richterus in specimine suo p. 67. legit: *Parvum, dum feriæ, libellum perleges:* vel *Quarum libellum*, &c. Si ita licet conjicere, nulla nos morabitur umquam difficultas. Nec Gronovium multum morantur salebræ, qui: *Quartum libellum ductum varie perleges.* Sed, an quartus libellus magis varie ductus est reliquis? aut an aures capere possunt tres voces in literam mugientem exeuntes, *Quartum libellum ductum?* quare consultius est abstinere.

Quartum libellum] Quare *quartum* magis, quam reliquos libros? neque enim est, quod conjicias, quartum librum inscriptum fuisse Particuloni; imo vero contrarium ostendimus. Nam si prologum libri tertii, quem Eutycho dedicavit, cum epilogo libri quarti diligenter conferas, statim deprehendes, ad eundem Eutychum fuisse scriptum utrumque librum. Accedit, quod in præfatione quinti libri non verisimile est, unius quarti libri lectionem adeo desiderasse; potius quintum dixisset. Denique oratio non apte procedit; quod nemo non videt. Meursius more suo versum hic excidisse clamat. Nimis licenter. Leviter emaculanda est vulgata lectio, unica literula extrita, et invitis licet membranis scribendum: *Quarum libellum;* scilicet fabularum, quæ proxime præcedunt. *Libellum* vocat totum hoc opusculum suum, ut lib. I. prol. 'Duplex libelli dos est.' Et lib. IV. fab. 6. 'Parva libellum sustine patientia.' Ad exemplum Catulli: 'Cui dono novum lepidum libellum.' Quæ sequuntur emendationem nostram confirmant; nam quod dicit, *Hunc obtrectare si volet*, &c. non de quarto aut quinto libro, sed de toto libro accipiendum esse, satis convincunt tot aliæ Phædri querelæ de invidis et malignis hujus laboris obtrectatoribus. Vide imprimis lib. II. fab. 9. et lib. IV. fab. 2. Talis ergo est totius loci sensus: Mi Particulo, quoniam fabulæ te delectant, quas, Æsopi ad exemplum a me confictas, rectius Æsopias, quam Æsopi, nomino, quoniam ille paucas tantum ostendit, ego tuæ in spem gratiæ vetusto illo scribendi genere, sed rebus fabulisque novis usus, plures ejusmodi fingo disseroque; quarum libellum dummodo tu, ut flosculos apicula, late et varie perlegens, nunc his, nunc illis ex floribus, omnia libans, sic verba mea tuas in chartas transferes. *Gud.*

Dum tu varie perleges] *Varie* constanter in Mss. Sed cum ab iis abesset *tu*, Pithœus conjicit *vacive;* quod Faber adeo probat. Sed æque facile, immo facilius, *tu* excidere potuit, ut idem error in fabula 9. hujus libri adhuc reperitur. *Tu*, quod hic ἐμφατικῶς positum, opponitur maligno obtrectatori, quod statim sequitur. *Varie* autem ita intellige, ut superiori nota declaravimus, ut, tanquam apes ex floribus delibando, omnia mea verba in chartas transferas, licet malignus eas obtrectet. *Gud.*

Vacive] Διὰ σχολῆς. *Vacivus*, pro, vacuus, Plautinum verbum. *Ritt.*

Vacive] 'Aures vacivas' dixit Plau-

Digitized by Google

tus prolog. Casin. et Trin. *Nev.* Pithœus, V. Cl. et cui hujus, super alia multa, scriptoris opera debemus, ediderat, *dum vacive perleges;* sane bene. *Vacive* autem est, otiose, animo vacuo a curis, &c. Plautus et Terentius utuntur τῷ 'Vacivus.' Exemplis proferendis in re clara supersedeo. *Faber.* Per vacationem et otium. Retinui hanc lectionem, approbante Fabro, etiamsi *varie* sit editum a Rigaltio, quia illud *varie* hic nihil facit. *Schef.*

15 [Bentl. pro *Hunc* in textu posuit *Huic*, nescio an dedita opera, an per incuriam. *Harius.*]

16 *Imitari, &c.*] Semper enim hoc, quam illud, facilius fuit: Ῥᾷον γὰρ μωμῆσαι ἢ μιμῆσαι. Et, Μωμήσεται τις θᾶσσον ἢ μιμήσεται. Id est, *Non tam æmulari, quam reprendere, est facil.* Unde et Theognis sapientissimus apud Græcos Gnomologus ait: Μωμεῦνται δέ με πολλοὶ ὁμῶς κακοὶ ἠδὲ καὶ ἐσθλοί, Μιμεῖσθαι δ' οὔτις τῶν ἀσόφων δύναται. Id est, *Carpunt me multi, pariter pravique bonique, At nostrum ex rudibus nemo imitetur opus.* Ritt.

18 *Transfertis mea*] Ms. *feretis.* Gud.

20 *In literorum pl.*] Scribe: *Inliteratum plausum ire desidero.* Id est, Indoctorum hominum plausus nihili facio. *Rig.*

In literarum pl.] F. *literarum pl.* id est, approbationem literatorum hominum promereri cupio. Quasi dicat: Quid de me vulgus, illiteratum, profanum, et malignum judicet, οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ. 'Odi profanum vulgus et arceo:' ut ait Horatius, et ex eo Petronius Arb. De vulgo ab eruditis hominibus contemnendo nonnulla notavit ævi nostri gloria Jos. Scaliger in notis ad Catull. quibus addas licet Propertianum: 'Populi confusa valeto Fabula: nam domina judice tutus ero.' *Ritt.*

In literarum pl. ire d.] Ut versui laboranti succurrerent Viri docti, fecere *Illiteratum plausum;* et verba et sensum mutarunt, quæ mihi sana et pulchra videntur; sed ordinem verbi unius, transpositione a Monacho Grammaticastro turbatum, aut, ut Gellius dicit, posituram leviter mutare debebant: legendum enim: *In literarum ire plausum desidero.* Sic versus constabit propter geminam consonam. *Literarum,* id est, literatorum, ut apud Val. Max. lib. II. c. 9. 'Ipsæ medius fidius mihi literæ sæculi nostri obstupescere videntur.' Et Noster: 'Noli molestus esse omnino literis.' 'Ire in lachrymas' apud Statium, et Plinium Paneg. c. 55. 'Ibit in sæcula fuisse Principem,' &c. Tacit. An. XIV. 61. 'Itur etiam in Principis laudes.' Sic infra fab. penult. 'Consurgere in plausus.' Trebel. Pol. de Salonino: 'De quo nihil est, quod dignum in literas mittatur.' Salmasius et Casaubonus legunt: *dignum quod.* Lucanus lib. X. 'Ite feroces Cæsaris in jugulum;' Et mox: 'Jugulumque in Cæsaris ire.' Silius Ital. lib. III. 'Ire per ora Nomen in æternum paucis mens ignea donat.' *Gud.*

In literarum pl. ire d.] Exercuit quoque hic locus ingenia virorum doctorum; sed profecto sanus est, et plani sensus. Si maligni, inquit Phædrus, obtrectare hunc librum volent, faciant, dum imitari non possint. Mihi satis laudis est, Particulo, quod tibi ac tui similibus placeam; neque aliud votum habeo, quam ire in plausum literarum, id est, literatorum. *Meurs.* Versus obscurus. Et, nisi me fallit, inest macula huic loco, quæ sine judicio et ingenio magno elui neutiquam potest. Nec satis, quid velit, intellego, nec sensus fallor tamen. Absque curiositate mea foret, qui ductus literarum religiose observare soleo, non vererer rescribere: *Inliteratum plausum cur* (vel *non*) *desidero:* q. d. Tu modo et tui similes viri docti meas fabulas laudetis: ab

Digitized by Google

illiteratorum hominum cavea plaudi mihi nihil moror. Extricent, qui possunt aliquid ingeniosius; mihi fraudi esse non debet, si, quod saluti fore spero, id consuadeo. *Schiop.* Videre jam antea multi legendum esse, *Inliteratum plausum non desidero.* Neque vero est cur Meursii V. Cl. et doctissimi auctoritas opponatur. Sed ignoscant mihi tanti viri Manes: nam si, quæ scribit, vera sint, tum vero gravissimus erit error in metro. Neque possum non mirari, tam doctum hominem fuisse hoc loco adeo negligentem et incuriosum. *Faber.* Rigaltius nihil mutans τὸ *ire desidero* interpretatur, abire, facessere, valere jubeo: ad exemplum Martial. Epigr. I. 43. 'I nunc, et ferrum, turba molesta nega.' Et Epigr. II. 6. 'I nunc, edere me jube libellos:' quod mihi tamen videtur alia forma dici; non enim jubetur hic abire, aut facessere quisquam, sed permissio est, aliis etiam verbis explicari solita: ut Curt. v. 11. 9. 'Eludat licet.' Liv. VI. 41. 10. 'Eludant nunc licet religiones.' Cic. Paradoxo I. 'Quamobrem licet irrideat, si quis velit.' Buchnerus, quartum pedem in vulgata trochæum esse merito arguens, legi jubet: *In literarum plausum ire o desidero.* Vel *exdesidero.* Ita Seneca Ep. LXXX. 'Eximpero Argis, regna mihi liquit Pelops.' Sic apud Plaut. Asin. I. 3. extrem. 'Exobsecrabo.' Cæterum hæc posterior conjectura mihi videtur audacior: prior aliunde arridet parum. Schoppio maxime accederem, leviter mutans, in hanc formam: *Inliteratum plausum nec desidero.* Sic optimates olim Romani 'plausum si quis eorum aliquando acceperat, ne quid peccasset, pertimescebat.' Quod videtur ad Phocionis dictum respicere, de quo Plutarch. Apophth. cap. 69. Ad rem quod adtinet, Buchnerus adjungit exemplum Pindari, qui se beatum existimabat, si liceret sibi versari cum bonis, quibus placeat, securum, quid vulpes aulicæ de se faciant. Pyth. Od. II. extr. *Freinsh.* Assentior omnino Fabro, et nescio quibus aliis, quos laudat (nisi forte inter eos Schoppius est, qui primus ita sensit), legentibus, *Inliteratum plausum non desidero,* quod sic Schoppius exponit: Tu modo et tui similes viri docti meas fabulas laudetis: ab illiteratorum cavea plaudi mihi nil moror. Posset tamen legi *nec* pro *non desidero.* Id quod et Freinshemio arrisit. *Schef.* Heinsius quoque sententiæ Schoppii et Fabri subscribit. Sed legi mallet: *Inliteratum plausum nec desiderem.* Certe *ire in plausum* minime stare potest, nam est idem quod plaudere; ut 'Ire in lacrymas,' Lacrymari, et similia ὅσα κόνις. Et hoc ipsum exemplum a Gudio allatum, 'Consurgere in plausus,' docet. 'Ire in secula' longe diversa ratione dicitur. V. Barth. Adv. v. 12. nec reliqua exempla a Gudio allata quadrant.

Ire] Abire, facessere, valere jubeo. Martial. Ep. lib. I. 43. lib. II. 6. Plena hujusmodi exemplorum omnia. *Rig.*

Digitized by Google

FABULA I-II.

Asinus et Galli] Intellige hic Gallos Cybeles, sive Magnæ matris Deum sacerdotes. Non videtur autem hæc fabula librum IV. ordiri debere, sed potius vel ad finem libri tertii referenda, vel illi de mustela et muribus postponenda: ut liber IV. ab hoc prologo incipiat: 'Joculare tibi videtur:' &c. *Ritt.*

1 *Qui natus*] Censeo, cum Rittershusio et Rigaltio, finem hic potius esse statuendum libro III. quam exordium IV. *Meurs.* Hanc fabulam habent Rimicius lib. III. 18. et Anonymus Nilantii 47. sed pro Gallis negotiatorem inducunt, asinum ad mercatum agentem. An Phædrus obliquo in sacerdotes animo personas ab Æsopo traditas mutaverit, an vero Monachi ordini sacro ignominiosam notam ita se demere posse crediderint, si pro Gallis alium inducerent, nescio. *Burm.*

Qui natus est infelix] Compendiosius fabulam narrat Camerarius p. 162. De Asini pelle. *Rig.*

Natus infelix] Sic ex siderum dispositu in ipsa natali hora, ut putabant, et tradebant Mathematici. Petronius: 134. 'Hunc adolescentem, quem vides, malo fato natus est.' Senec. Benef. IV. 4. *Schef.* Ad rem pertinet Senecæ locus de Benef. IV. 4. 3. 'Quis est autem tam miser, tam neglectus, quis tam duro fato et in pœnam genitus, ut non tantam Deorum munificentiam senserit?' Ubi Lipsius notat Petronii verba: 'Hunc adolescentem, quem vides, malo fato natus est.' *Freinsh.* Vid. Ampl. Cuper. Obs. II. 17. sed in Petronio est *malo astro* natus est.

2 *Tristem*] Propter varias calamitates, laboriosam, ærumnosam. *Schef.*

Post obitum quoque] Non est γνώμη digna Philosopho. Ut quid enim? Sævias quantum libet in demortui cadaver, hoc nihil ad se pertinere sapiens putabit, tantum abest, ut miseriam in eo aliquo collocet. Errasti itaque, Phædre. *Meurs.* Immerito fortasse Phædrum iterum pervellit Meursius. Primum enim captat *miseriæ* vocem, qua ille utitur populariter, et exemplo aliorum Poëtarum: cujusmodi licentiam ne Philosophi quidem semper adspernantur. Deinde Stoice plane: 'Sævias,' ait, 'quantum libet, in demortui cadaver, hoc nihil ad se pertinere sapiens putabit.' Sævitur vel in mortuorum corpus, vel in famam. Corpus vel excluditur tantum a sepultura, vel aliis modis inquietatur et vexatur. Omnia hæc ut facere impium, sic pati grave tot bonorum sensu consensuque gentium habetur: ita ut hæc altera mors videri possit. Et de sepultura quidem consule Augustin. C. D. I. 13. Grot. J. B. et P. II. 18. Kirchm. Append. ad lib. de Fun. Rom. c. 3. Dion. Gottofr. ad lib. I. D. de cadav. sepult. Quibus illustrandis servit historia de canicula Marphisa, apud Gassend. Vita Peiresc. lib. II. p. 188. et aliarum animantium, apud Kirchm. l. c. Nam illæ quidem sententiæ, quæ contemtum sepulturæ præ se ferunt, vel imprudentem fastum spirant, vel sunt figuratæ, ad consolandos eos, qui injuste talia patiuntur. Et sic intellige Augustin. l. c. I. 12. Negligere autem quietem corporis post mortem, adeo a moribus moratarum gentium alienum est, ut maxime pium credant, sepultis

Digitized by Google

eam precari. Unde illa: 'Ossa quieta, precor, tuta requiescite in urna.' Item: 'Sic bene sub tenera parva quiescat humo.' Unde legibus cautum, ne translatione corpora mortuorum inquietarentur. Legendus iterum Kirchm. de F. R. III. 25. Picart. Obs. Dec. IX. c. 9. Dextræ vero post obitum famæ (quæ ipsius corporis suppliciis etiam imminuitur) studium honestati plane convenit. Quare aureum est illud Phædri fab. 48. 'Et cedo invidiæ, dummodo absolvar cinis.' Cum quo amice conspirat Pont. Paulinus ad Auson. 'Studio properante laboro, Si qua datur, ne morte prius, quam crimine, solvar.' Sed ad alia properamus. *Prasch.*

3 *Persequitur*] Eleganter, ad exprimendam odii fatalis acerbitatem. *Schef.* *Prosequitur* apud Ovidium legitur Epist. VII. 111. 'Durat in extremum, vitæque novissima nostræ Prosequitur fati, qui fuit ante, tenor:' ubi tamen IV. etiam codices *Persequitur*: quæ perpetua est fere eorum verborum permutatio. Petron. cap. 139. 'Non solum me numen et implacabile fatum Persequitur.' *Burm.*

Dura] Ex sententia communi moratarum gentium, apud quas pœnæ ac supplicia habentur, quæ fiunt in corporibus defunctorum contra consuetudinem. Ac ne Philosophi quidem omnes adversantur. Imo Socrates et Plato sensum mortuos habere putabant eorum, quæ hic geruntur. Quibuscum facit ipse Aristoteles, ut ex Nicom. I. cap. 12. apparet. Adeo hic non audiendus est Meursius, nostro se opponens. Cum præsertim ipse longe aliter in opusculo de Funere c. 2. sentiat. *Schef.*

4 *Galli Cybeles*] Curetes aliis, et Corybantes dicti. Egregie vero rem totam describit Babrias in μυθικοῖς, quod fragmentum Babriæ debemus Natali Comiti; nullibi quippe, quod sciam, exstat, præterquam in ipsius Mythologia. Plura eum habuisse verisimile est: atque fieret aliquando, ut prodiret Babrias. Versus autem ii sunt: Γάλλοις ἀγύρταις εἰς τὸ κοινὸν ἐπράθη Ὄνος τις οὐκ εὔμοιρος, ἀλλὰ δυσδαίμων, Ὅστις φέροι πτωχοῖσι καὶ πανούργοισι Πείνης ἄκος, διψῆς τε καὶ κακὴν τέχνην. Οὗτοι δὲ κύκλῳ πᾶσαν ἐξ ἔθους κώμην Περιόντες ἔλεγον· Τίς γὰρ ἀγροίκων Οὐκ οἶδεν Ἄττιν λευκὸν, ὡς ἐπηράθη; Τίς οὐκ ἀπαρχὰς ὀσπρίων τε καὶ σίτων Ἀγνῷ φέρων δίδωσι τυμπάνῳ Ῥείης; Si plura de Gallis istis sacerdotibus scire est animus, adi eumdem in Mythologia. *Nev.* Sc. sacerdotes. Cybele est Isis, Terra Mater, Mater magna Deum: cujus sacerdotes castrati vocabantur Galli. *Schef.* Μητραγύρται, habet Æsop. Fab. 245. *Prasch.* Sacerdotes Rheæ, qui castrati, unde ille Arcesilai apud Laërtium: Ἐκ μὲν γὰρ ἀνδρῶν Γάλλοι γίνονται, ἐκ δὲ Γάλλων ἄνδρες οὐ γίνονται. Unde dicantur, notissimum est. Herodianus in Commodo: Πάλαι μὲν Φρύγες ὠργίαζον ἐπὶ τῷ ποταμῷ Γάλλῳ παραῤῥέοντι, ἀφ' οὗ τὴν ἐπωνυμίαν φέρουσιν οἱ τῇ Θεῷ τομίαι ἱερωμένοι. Ceterum dum eum locum huc transcribo, aliquot lineis superius animadverti gravissimum in illo scriptore vitium: nam ubi et Politianus et H. Stephanus legerunt, Πόλεμον γενέσθαι περὶ ὅδων, legendum est περὶ ὅρων. Phrygas nempe de finibus adversus Lydos contendisse: locum ipsum adito, nam mihi satis esse debet monuisse. *Faber.* *Cybebes* legendum docuit Gudius, cujus notas vide. Ita et in Catalect. Pith. p. 128. 'Jam tibi Cybebes sint et rosa grata Dionæ,' scribendum notat Heinsius. Vide quæ collegit diligentissimus Drakenborchius noster ad Sil. Ital. XVII. 8. *Burm.*

Galli Cybeles] Apuleius. Miles. VIII. *Rig.*

Galli Cybebes] De Gallis Cybeles vide Reinesii Epist. 617. Martialis Ep. lib. v. 42. 'Sectus Matris Entheæ Gallus.' 'Genucius quidam

Digitized by Google

Matris magnæ Gallus amputatis sponte genitalibus,' Valer. lib. VII. c. 7. Vide et Apulei. lib. VIII. Hi solebant stipem cogere, et certe larga stipe donabantur. De Gallis iis Lucretius lib. II. 624. ' Ergo cum primum magnas invecta per urbes, Munificat tacita mortales muta salute, Ære atque argento sternunt iter omne viarum, Largifica stipe ditantes, pinguntque rosarum Floribus, umbrantes Matrem comitumque catervam.' Cicero de legibus, lib. II. primo inter leges a se scriptas hanc habet: ' Præter Idææ matris famulos, eosque justis diebus, ne quis stipem cogito.' Postea in legum istarum explicatione ad hanc legem hoc habet: ' Stipem sustulimus, nisi eam, quam ad paucos dies propriam Idææ Matris excepimus; implet enim superstitione animos, et exhaurit domos.' *Gud.*

Cybeles] Ut Græcis tam in prosa quam versa oratione alma Deum Mater dicta est et Κυβήβη et Κυβέλη, sic etiam eadem Latinis in utraque oratione tum *Cybebe* syllaba media producta, tum *Cybele* syllaba eadem correpta, dicitur. Hinc semper, quando secunda syllaba in versu longa occurrit, scribendum *Cybebe*, nunquam *Cybelle*, ut plerique editores in iis poëtarum locis, ubi ratio metri secundam longam requirit, excudi curarunt. Neque etiam secunda in *Cybele* produci potest propter sequentem liquidam *l*, ut Faber putavit. Utrumque perperam. Et verissimum est, in omnibus locis, ubi ratione metri secunda longa est, scribendum esse *Cybebe*. Ita et hoc loco, et in fabula 17. hujus libri, habet optimus Codex Remensis; atque sic diserte legunt omnes antiquissimi Poëtarum Mss. Codices, quos consuluimus. Sic in illo venerandæ antiquitatis codice Mediceo Virgilii Æn. X. ' Nymphæ, quas alma Cybebe Numen habere maris, Nymphasque e navibus esse Jusserat.' Quod Nicolaum Heinsium effugerat, qui ante me codicem illum contulerat, ut videre licet ex ejusdem priori editione Virgiliana; sed anno 1676. a me monitus, in posteriori sua editione, ut dixi, mutavit. Neque aliter eo loco legitur in vetustissimis meis membranis Maronis. Sed et idem inveni in Lucani libro I. vs. 600. antiquissimi codicis Divionensis Boheriani: ' Et lotam revocant Almone Cybebem.' Scilicet stato die quotannis a d. V. Kal. April. simulacrum Cybelæ carpento impositum Almonis aqua abluebatur; atque hinc is dies dicitur ' Lavatio.' Vid. Amm. Marc. lib. XXIII. pag. edit. Vales. 241. ubi v. annot. Valesii. Sic et apud Prudentium in antiquissimo codice Ms. reperitur *Cybebe*, et sic passim in omnibus. Silius Italicus de Bello Punico lib. IX. ' Pariter veneranda Cybele.' Scribendum omnino, *Cybebe*. *Cybebe* etiam rescribendum in Sylvii Mæcenatis epigrammate: ' Ades huc, ades, Cybele Dea, montigena Dea, Age, tympano sonanti quate flexibile caput.' Sed totum negotium conficit pervetustus Servii codex septingentorum circiter annorum, e scamno XLV. bibliothecæ Mediceæ; sic enim hactenus vulgatæ Servii editiones ad Virgilii illum locum Æn. lib. X. ' *Alma Cybele*] A Cybelo Phryge, qui primus ei sacrum instituit, Mater Deum dicta Cybele ἀπὸ τοῦ κυβιστᾷν τὴν κεφαλήν, id est, capitis rotatione, quod semper Galli, motu capitis per furorem comam rotantes, ululatu futura pronuntiabant. Lucanus: ' Crinemque rotantes, Sanguinei populis ululârunt tristia Galli.' *Cybele* autem Bacchius est, nam *Cybele* anapæstus est.' Sed Servii codex ille laudatus Mediceus sic hunc locum exhibet, quomodo omnino scribendum censemus: ' *Cybebe alma*] Mater Deum dicta *Cybebe*, vel ἀπὸ τοῦ κυβιστᾷν τὴν κεφαλήν, quod semper Galli per furorem motu capitis co-

Digitized by Google

mam rotantes ululatu futura pronuntiabant. Lucanus: 'Crinemque rotantes Sang. p. u. t. Galli.' *Cybebe* autem Bacchius est, nam *Cybele* anapæstus.' Hinc recte discimus, in iis Poëtarum libris, quæ Bacchium requirunt, semper *Cybebem*, in aliis, quæ anapæstum exigunt, *Cybelem* scribi oportere. Sed etiam in prosa *Cybebe* promiscue dicebatur, licet hactenus in omnibus editis libris *Cybele* tantum legatur. Primum hoc nos doceat, nondum publice visa, rara hæc inscriptio vetus, quam sub imagine illius Deæ turritæ, inter duos Leones sedentis, et manu dextra aristas quasdam, sinistra tympanum tenentis, Romæ in superiori parte palatii Farnesiani anno 1662. primus detexi: VIRIUS MARCARIANUS V. C. DEAM CYBEBEN P. S. Id vero Deæ nomen Latinis veteribus non insolens, sed commune et vulgatum fuisse, confirmatur vetustissimis membranis aliorum auctorum. Sic apud Fulgentium Planciadem Mythologiarum libro III. 'Matrem Deum in modum potentiæ poni voluerunt, unde Cybebe dicitur, quasi *κῦδος βέβαιον*, id est, gloriæ firmitas: hoc est, decus firmum, et stabilis gloria. Unde et Homerus ait: Ὥτε Ζεὺς κῦδος ἔδωκεν; id est: Cui Jupiter gloriam donavit. Ergo ideo et turrita pingitur, quod omnis potentiæ elatio sit in capite; ideo et leonum currui præsidens, quia omnis potentia etiam virtuti dominatur; ideo multiplici veste, quod omnis potentia ornata sit.' Ita diserte codex noster Fulgentii in optimis et pervetustis membranis, nisi quod Græca sint scripta latinis literis; ut *cidos bebeon;* unde *κῦδος βεβαῖον* restituimus facili negotio. Cætera illa, ut et nomen ipsum *Cybebe*, plane sunt conformia libro illi veteri; in vulgatis hæc, ut pleraque illius auctoris, quem ad veteres membranas infinitis locis emendatum habemus atque illustratum, hactenus corruptissime leguntur. Nummus est apud Christinam Reginam, in cujus una parte Faustina senior hac cum inscriptione: DIVA AVGVSTA FAVSTINA. In aversa parte Cybele sedens cum Leonibus, eademque forma, qua in Statua Farnesiana, cum hac inscriptione: MATRI DEVM SALVTARI. Est et alter æreus Faustinæ Junioris apud eandem, ubi Cybele pariter sedens pari forma, sed artificio minori, cum hac inscriptione: MATRI MAGNAE. Hinc ergo de *Cybebe* nomine mihi certe videtur, olim Romæ hoc magis in usu fuisse, quam alterum illud *Cybele*, quamvis in prosa oratione absque auctoritate veterum Mss. non temere id mutandum putem. Nam Poëtæ, ut dixi, in iis locis, ubi versus anapæstum exigeret, utuntur illo *Cybele* recte, ut apud Virgilium, etiam in vetustissimis membranis, Æn. lib. III. 'Hinc mater cultrix Cybele Corybantiaque æra.' Et Epigramma vetus apud Gruterum p. IXCLV. Romæ in tabula marmorea: 'Qui colitis Cybelen, et qui Phryga plangitis Athin.' Cybele autem Græcis dicta est a monte Phrygiæ Κυβέλῳ, in quo maxime colebatur. Auctor Etymol. Magn. Κύβελον, ὄρος ἐν Φρυγίᾳ, ἔνθα τῆς μητρὸς τῆς Κυβέλης ἱερὸν ἅγιον ἐστίν· ἔοικεν οὖν Κυβέλη ἀπὸ τοῦ ὄρους κληθῆναι. Hinc apud Virgilium Æn. lib. XI. circa finem: 'Forte sacer Cybelo Chloreus olimque sacerdos.' Sic vetustissimi, tam Virgilii, quam Servii, codices; male vulgati *Cybele; Cybelum* mons pro ipsa Dea Cybele, quæ in illo colebatur, ut et Servius explicat. Marmor illustre Arundellianum, continens epochas veterum Græcorum nobiliores, Epoch. X. sic: ΕΩΝ ΜΗΤΡΟΣ ΕΦΑΝΗ ΕΓ ΚΥΒΕΛΟΙΣ. Seldenus ita supplevit: Ἄγαλμα τῆς τῶν Θεῶν μητρὸς ἐφάνη ἐν Κυβέλοις; et vertit: *Simulacrum matris Deum apparuit in Cybelis montibus.* Eadem tamen Κυβήβη non minus frequenter Græcis, quam Κυβέλη, vocabatur a *κυβήβειν, in caput dejici*, ut solent furiosi et furore perciti. Photius Pa-

Digitized by Google

triarcha Constantinopolitanus in etymologico nostro ἀνεκδότῳ: Ἐπειδὴ οἱ μανιώδεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν πάθους γινομένου τοιοῦτοι γίνονται. ὅθεν καὶ τὴν μητέρα τῶν Θεῶν Κυβήβην λέγουσιν· αἰτία γὰρ ἐνθουσιασμοῦ τοῖς μύσταις γίνεται· Vide et Eustath. ad Odyss. B. pag. 1431. edit. Rom., ubi eadem de caussa Κυβήβα ἡ Κυβήβη ἡ Ῥέα dicitur; unde non dubito quin legendum apud Strabonem Geog. lib. x. p. 324. edit. Casaub. Καὶ τὴν Ῥέαν (ἐκάλουν) τὸν Θεὸν Βάκχον Κυβέλην καὶ Κυβήβην καὶ Δινδυμήνην. Ubi pro Κυβήβην hactenus perperam Κίβην legitur, quæ vox nauci est. Sed ibi statim legitur: καὶ τοὺς τόπους· Casaubonus notat fortasse κατὰ τοὺς τόπους. Nam paulo ante Strabo a locis has Matris magnæ appellationes esse ortas dixerat. Locus ille est eodem loco: Οἱ δὲ Βερέκυντες, Φρυγῶν τὸ φῦλον, καὶ ἀπλῶς οἱ Φρύγες, καὶ τῶν Τρῴων οἱ περὶ τὴν Ἴδην κατοικοῦντες, Ῥέαν μὲν καὶ αὐτοὶ τιμῶσι, καὶ ὀργιάζουσι· Ταύτην μητέρα καλοῦντες Θεῶν, καὶ Ἀγδεστιν, καὶ Φρυγίαν, Θεὸν μεγάλην· ἀπὸ δὲ τῶν τόπων, Ἰδαίαν καὶ Δινδυμήνην, καὶ Πυλήνην, καὶ Πισσινουντίδα, καὶ Κυβέλην· Æque corrupta illa vox apud Hesychium: Κυβήκη ἡ μήτηρ τῶν Θεῶν. Omnino enim scribendum levi mutatione Κυβήβη, uti apud alios Etymologicos Græcos, et etiam apud vetustissimum Græcarum Venerum arbitrum Anacreontem. Apud Heliodorum quædam Venerearum rerum Arsacis ministra *Cybele* nominatur, quæ semper Græce ibi Κυβέλη dicitur; argumento secundam in *Cybele* esse semper brevem. *Gud.*

Circum quæstus] Περὶ ἀγορᾶς. *Rig.*

Circum quæstus ducere] Faber, locum hunc exponens, idem ait esse, ac quod Galli dicunt, *aller à la quête.* Ac iccirco illud *quæstus* non esse ellipticum, pro, quæstus causa, ceu putabat Rittershusius. Puto autem Fabrum innuere modestam mendicantium formulam, stipemque petentium, qua vitæ suæ genus definiunt. Ita *quæstus* erit, ipsa mendicatio, quæsitio, vel conquisitio stipis. Et erat proprium istorum Gallorum, stipem petere. Vide vel Rosinum de hoc more. Verum magis mihi probat conjecturam suam doctissimus Heinsius, qui scribit *circum in quæstus ducere*, et *circumducere in quæstus* dictum ait, ut apud Claudianum, ‘ In quæstum venire.’ Nam *quæstui* ut sit dissyllabum, quod Ursinus comminiscitur, nimis licentiosum est. Audiamus, tamen, et quid sentiat perspicacissimus Gronovius: ‘ Quicquid explicant,’ inquit, ‘ scribo *circum cœtus ducere*, i. e. oppida, fora, conciliabula. Cic. in Somn. ‘ Concilia et cœtus hominum jure sociati.’’ *Schef.* Dura certe locutio, si *quæstus* genitivo casu sumatur, cui medetur quidem Heinsii et Gudii correctio, *in quæstus*, et cui simile illud Apuleii Met. I. ‘ Secundum quæstum profectus:’ sed nec hoc satisfacit. Gronovii *cœtus* non displiceret, nisi ostendere possemus, Gallos etiam a singulis et hominibus, et domibus in agro sparsis, ostiatim stipem mendicasse: et *cœtus* pro oppidis et pagis, nisi quando de sociandis primo hominibus agitur, sumi posse, vix puto. Cicer. in Verr. III. 26. ‘ Ducere circum civitates’ rectius dixit. Forte *quæstum* legendum, ut sit positum pro, quæsitum, in supino; pro, ad quærendum: ut lib. I. fab. 16. ‘ Sponsum vocare’ explicuimus: et ut Virgil. Georg. IV. 449. ‘ Venimus hic lapsis quæsitum oracula rebus:’ et ‘ Mittere scitatum’ Æn. II. 114. et noster inf. IV. 17. ‘ Mittere oratum:’ et quæ plura obvia. Sed hoc etiam hariolari est. *Circum* vero non jungendum puto cum *ducere;* sed absolute poni docet Quinctiliani locus Decl. IX. 12. ‘ Et necessarii quoque victus inopem circum ad alienas mitteret domos.’ De mendicantibus sacerdotibus stipem Diis suis, vid. Ampl. Cuper. Obser. III. 4. *Burm.*

Digitized by Google

Circum quæstus ducere] Videtur scribendum, *circum in quæstus ducere; τὸ in* excidit per similitudinem antecedentis *m;* scilicet idem error in eodem codice lib. I. fab. 8. ‘ Quoniam dignos adjuvat,’ pro *indignos*, ut rescribendum primi editores statim animadverterunt; hoc vero loco propter præpositionem *circum* ratio eos fugit; est *circum in quæstus ducere*, eleganti tmesi, pro, circumducere ad quæstus faciendos. Sic fab. 1. lib. I. ‘ Male, ait, dixisti mihi,’ pro, maledixisti mihi. Virgilius Æn. lib. I. ‘ Atque arida circum Nutrimenta dedit;’ quem locum in animo habuit Gratius in principio Cyneget. ‘ Altaque circum Firmamenta dedit;’ quod diligentissimum Vlitium fugit. *Gud.*

Circum quæstus ducere] Jungo, *circumducere quæstus*, sc. gratia: ut ellipsis Græcissans, et tmesis. *Ritt.*

5 *Asinum*] Solennem ad talia eorum ministrum atque bajulum. Hinc pars magna fabulæ Apuleianæ, quam habes libro VIII. et proverbium, ‘ Asinus mysteria portans,’ de quo vide Erasmum, et qui illi citantur. *Schef.*

7 *Detracta pelle*] F. *Detr. e pelle.* Quod ait de tympanis Gallorum Cybeles, id lucem accipit ex Catulli Galliambo. Solebant autem strepitu tympani obtundere clamorem eorum, quos evirabant, ne exaudiretur. *Ritt.*

Tympana] Quibus solenniter utebantur. Dionys. Hal. II. ‘ Deam vicatim circumferunt more suo circulatorio, pectora plangentes ad cantum tibiarum, tympanorumque sonitum.’ Erant autem ista tympana ex ligneo circulo, cui superinductum ex una solum parte esset corium, illa plane effigie, qua exhibuit Laur. Pignor. de Serv. Falliturque plurimum Dempsterus ad Rosin. II. c. 4. quando ærea fuisse scribit, et ‘ Ærea Corybantina’ Virgilii de ipsis accipit. Quod vel ex Servio ad eum locum potuisset discere, cum ita scribat: ‘ Ærea autem cymbala Corybantibus Jasonis filiis, quibus vagitum Jovis celaverunt.’ *Cymbala* vocat, non *tympana.* Schef. Respicit huc Seneca de Vita Beata XIII. 4. ‘ Sed in manu tympanum est:’ ubi Lipsium vide. *Freins.*

Rogati mox a quodam delicio suo] Salmasius ad Histor. Aug. pag. 491. distinguit, *Rogati mox a quodam, delicio suo Quidnam fecissent.* Sic Asinus ‘ Delicium’ dicitur Apuleio lib. VIII. et in Copa inter Catalecta Virgilii: ‘ Huc, Alibida, veni, fessus jam sudat asellus; Parce illi: vestrum delicium est asinus.’ Lege vero ibi: *Hue, Calybita, veni.* Per *Calybita* ibi intellige τὸν θαλαμήπολον Matris Deum, Gallum scilicet, qui in thalamo Cybebes versatur, et curam ejus gerit. *Delicium* vero vocabantur pueri et puellæ elegantes, sæpe in veteribus inscriptionibus. Gruterus pag. IↃCXVII. 3. ‘ Delicio suo;’ et pag. IↃCLXI. n. 7. 8. 11. 12. ubi et de fœmina; de puella idem p. 1024. 2. ‘ Calvinæ M. Silvani Filiæ, delicio suo.’ Et Laur. Antiq. p. 500. In palatio Justinianæo,

L. VALERIO THREPTO
VALERIA MESSALINA
DELICIO SVO
VIXIT ANNIS XXVI.
MENSIB. V. DIEB. XIX.

Vide Reinesium pag. 347. *Gud.*

Delicio] Hic locus a nemine, quam Apuleio, commodius explicari potest, extremo libro octavo. Inter alia et hæc sunt: ‘ Erat quidam Juvenis satis corpulentus, choraula doctissimus, collatitia stipe de mensa paratus, qui foris quidem circumgestantibus Deam cornu cauens adambulabat: domi vero promiscuis operis partiarios agebat concubitus.’ *Schiop.* Glossar. Petron. ‘ Delitiæ, pueri amati, παλλγια.’ Petronius cap. 28. ‘ Chiramaxio, in quo deliciæ ejus ferebantur, puer vetulus, lippus, domino Trimalcione deformior.’ Quintilian. Inst. Or. I. 2. ‘ Verba ne Alexandrinis quidem permittenda delitiis.’

Digitized by Google

Prasch. Num quod esset ipsorum, an potius quod unus ex ipsis nefando huic flagitio addictus? Solebant enim fere id genus simul corpore quæstum facere. *Delicio* est a *delicium*, quod hic puerile scortum notat. Alii 'Delicias' vocant. Sed et 'Delicium' legitur apud Martialem, licet alio sensu. Hæc notavi olim, cum nuper amplissimus Gronovius me admonet, distinguendum: *Rogati mox a quodam, delicio suo Quidnam fecissent*, ex Salmasio ad Histor. Aug. p. 493. Quam cum nec habeamus ipsi, nec aliunde habere possimus, eo lectorem relegamus. Interea non omitto addere, quæ me docet idem optimus Gronovius. 'Fallitur,' inquit, 'Salmasius in exponendo illo Copæ; 'Huc, Calybita, veni, fessus jam sudat asellus, Parce illi; vestrum delicium est asinus.' Nam membranæ Petavianæ *vræ*, cum linea in capite. Unde scribendum: *Vestæ delicium est asinus.* Causam, cur Vestæ delicium dicatur asinus, habes apud Ovid. Fast. VI. vs. 320. et Lactantium lib. I. c. 21.' *Schef. Delicium* pro cinædo. Sic Galli apud Apuleium. Vid. Gronov. ad Stat. comam Earini. *Heins.* 'Delicias' et 'Delicatos' pueros dictos constabit ex notis ad Petron. XXVIII. et LXIII. sed hic distinctionem Salmasii veram puto. An vero *delicio* capias dativo, an ablativo casu, positum, mea parum interest, qui utrumque usitatum noverim: sed tamen ablativum hic præferrem, et supplerem per præpositionem *de*; quid *de delicio suo fecisset*. Vid. ad Quinct. Inst. I. 5. et Passer. ad Cicer. pro Cæcin. II. et Syl. ad Orat. pro Cluent. LXVI. *Burm.*

Delicio] *Delicium* vocabant puerum, quem in amoribus habebant: τὰ παιδικά. Adeo enim hoc usitatum erat Græcis, ut etiam turpe esset puero, amatorem nullum reperire. Quanquam autem vix effugiebant probri, imo sceleris suspicionem, cum formosis adolescentulis versantes: tamen nequitiæ suæ hoc quasi velum obtendebant, ut dicerent se amorem suum non ad fœdam atque abominandam corporum commixtionem, sed ad constituendam amicitiam referre. Inde vocabant hunc ἔρωτα ἐπὶ φιλίᾳ. Cicero 'amorem amicitiæ' vertit. Sic nimirum Tusc. 4. 'Quis,' inquit, 'est enim amor iste amicitiæ? Cur neque deformem adolescentem quisquam amat, neque formosum senem?' Idem Cicero Tusc. 5. etiam Dionysium Siciliæ tyrannum scribit more Græciæ quosdam adolescentes amore conjunctos habuisse. Eusebius de præpar. Evangel. l. VI. Παρ' Ἕλλησι καὶ οἱ σοφοὶ, ἐρωμένους ἔχοντες, οὐ ψέγονται. Vide et Maximum Tyrium Philosophum Platonicum Serm. 8. cum 3. seq. Habet hac de re quædam, nisi fallor, etiam Muretus in Var. Lect. quæ ex his nostris augeri possunt. *Ritt.*

9 *Quidnam fecissent*] Lege *Quianam* (vel *Quid ita*, ut fab. 9. 'Quid ita cessarunt pedes?') *necuissent? hoc jocati sunt modo:* supr. fab. 37. 'Tum sic jocata est tanti majestas ducis.' *Heins.* Vid. eundem ad Ovid. Trist. v. l. 20.

Quidnam fecissent] Leg. *Quianam*, id est, Quare fecissent? scilicet tympana ex pelle asini, satis dum viveret plagis contusi. Quidnam fecissent, non erat cur quæreret Delicium illud. Videbat enim tympana esse facta. An *Quidnam*, id est, Ob quid? *Ritt.*

Locuti] Supra lib. I. c. 6. 'Sic est locutus, partibus factis, leo.' Item c. 28. 'Quem stans volturius super, Fertur locutus:' lib. III. c. 6. 'Tum sic locuta est tanti majestas ducis:' Ita namque habuerunt veteres. Et lib. IV. c. 3. 'Postquam interfecit, sic locutus traditur:' et cap. 17. 'Sic est locutus ante pœnam Jupiter:' et lib. V. c. 5. 'Quas aspernatus ille sic locutus est.' Ostendit vel consensus iste, nil in locis his mutandum, neque

Digitized by Google

enim quantumvis supini librarii errare in omnibus potuerunt. *Schef.*

11 *Aliæ plagæ*] Id est, adhuc graviores illis, quæ ingerebantur viventi. Vide de eleganti hoc vocis *alius* usu, quæ notavimus ad Petron. cap. 108. Ita et ' Mors alia' Stat. VII. 807. est deterior, et ' Aliæ tenebræ' eidem VIII. 16. Aliquando simpliciter diversum a priori notat: ut Liv. XXXVIII. 24. ' Aliaque sanctitate et gravitate vitæ hujus matronalis facinoris decus ad ultimum conservavit:' et ita passim. *Burm.*

Mortuo] Casus tertius, pro, in mortuum. Flaccus Argon. IV. ' Crebros et Liber congerit ictus Desuper averso.' *Schef.*

Mortuo] Ms. *mortui*. Gud.

12 *Jocularе tibi videtur*] Male transpositi duo primores versus. Restituo in pristinum ordinem: *Dum nihil habemus, &c. Jocularе, &c. Sed diligenter, &c.* Evidens est correctio mea. *Meurs.* Sed malim respicere Poëtam ad priorem fabulam: et hic per ἀποστροφὴν alloqui Lectorem. Sicut ferme infra 64. 30. ' Quid tibi videtur? hoc quoque insulsum est, ais.' *Freinsh.* Mallet Heinsius: *Joculares tibi videmur.* Forte scripsit: *Jocular' oc tibi videtur*, contracte, pro, Joculare hoc. Cicero de L. L. lib. I. c. 20. ' Joculare istuc quidem, Pomponi, et a multis sæpe derisum.' Vide quæ notavi supra lib. III. cap. 9. *Bene*] Recte, merito. Sed hæc est lectio Rigaltii. Priores habuerunt *leve:* ex quo putabam: *Jocular' oc tibi videtur, est sane leve.* Nunc vix dubito, quin Noster scripserit hoc modo: *Jocular' oc tibi videtur, et sane levi, Dum nihil habemus majus, calamo ludimus. Levi calamo* dixit ex Virgilio suo, qui sic Ecl. v. 2. ' Tu calamos inflare leves.' *Schef.* Lege, *Joculares tibi videntur, sit sane, levi, Dum nihil habemus in manu, calamo ludimus.* Vel *Joculares tibi videmur, insane.* Heins. Nobis maxime placet lectio, ex Heinsii et Schefferi conjecturis conflata: *Joculares tibi videmur: et sane levi, Dum nihil habemus majus, calamo ludimus.* Sic Ovid. Met. x. 152. ' Nunc opus est leviore lyra.' Horat. Od. II. 1. ' Quære modos leviore plectro.' Cui ' Majus plectrum' Od. lib. IV. 2. opponitur: et imitatione veterum Gunther. in Ligurino I. 365. ' Nos regia tantum, Gesta levi calamo, quadam brevitate sequemur:' ita *musa levis* Ovid. ex Pont. IV. 16. 30. ' Et tua cum socco musa, Melisse, levis:' et ita passim *levia studia* dicuntur minoris momenti, nec seria satis. Claud. Rapt. II. 144. ' Jam levibus laxat studiis.' Cicer. de Senect. XIV. ' Quid in levioribus studiis, sed tamen acutis,' ubi de Poëtices studio agitur. ' Levioris operæ libellos' dixit Plinius in præfatione. Si *jocularе* legamus, nescias, quo referas; nam genus scribendi subintelligere, ellipsis esset durior et insolentior. *Burm.*

Et sane bene, Dum nihil habemus majus, calamo ludimus] Schefferus legit: *Et sane levi, D. n. h. m. calamo ludimus,* ut apud Virgilium Ecl. v. vs. 2. ' Tu calamos inflare leves:' quod ante dixit ' Ludere calamo agresti.' Sic Martialis Ep. lib. IX. 75. ' Frange leves calamos et scinde, Thalia, libellos.' Potest vero legi et distingui: *Joculare tibi videtur: et sane leve Dum nihil habemus manui, calamo ludimus.* In Mss. est *manu ludimus*, quod versus respuit. Nescio, an Plinius aliquid huc faciat Ep. lib. I. 6. ' Meditabar aliquid, enotabam, ut si manus vacuas, plenas tamen ceras reportarem.' Virgilius Eclog. I. ' Non unquam gravis ære domum mihi dextra redibat.' Si legatur, *Dum nihil habemus majus;* vide, an huc faciat illud Ciceronis in Tuscul. II. præfat. ' Quid possum, præsertim nihil agens, agere melius?' An vero legendum, *leve ludimus?* ut sit aliquod leve, exiguum, et minoris momenti; ut Catullus: *Canere grave*, de Berecynt. et

Digitized by Google

Att. ‘ Tibicen ubi canit Phryx curvo grave calamo.’ Sic ‘ Fistula dulce canit,’ &c. *Gud.*

13 *Ludimus*] Quoque est ex ejus Ecl. I. 10. ubi ait: ‘ Ludere quæ vellem calamo.’ Quanquam simul respiciat ad remissionem illam animi per breve carmen, qualis proprie ‘ Ludus’ dicebatur, et qui ea utebantur, ‘ Ludere.’ Vide Plin. Ep. VII. 9. et quæ nos pridem in opusculo de Stylo. Verum aliter hic Faber: ‘ Nullibi,’ ait, ‘ rem infelicius gessit Schefferus.’ Quid ita? ‘ Nam, *et sane bene*, concessio ironica est, quod sentire debuit.’ Scilicet non sensi ego hanc concessionem. Sed num, si ut ipse, ita ego eam sensi, hinc sequetur, esse retinendam? Non est quæstio de formulæ hujus sensu, sed de voce *bene*. Hæc ambigitur an retineri debeat, num pro ea scribi *levi*. Pro *bene* stat editio Rigaltii; incertum, an ex codice Remensi, cum non pauca immutarit ipse conjecturis ductus, ut ex collatione primæ secundæque editionis liquet facile. Pro *levi*, editio Pithœi, et Virgiliana ratio loquendi, cujus Noster esse solet tenacissimus. An rem gerit infeliciter, qui non temere a lectione hac recedit? Sed pergit: ‘ Deinde existimavit hæc argumenta ad tibiam cani.’ Unde vero hoc de me rescivit Faber? ubi, aut quo verbo dixi? Et quid quæso? Annon possis hoc objicere, sive *bene*, sive *levi* legatur? Itaque revera nusquam (Ita enim malo ego, quam ‘ nullibi’) rem infelicius gessit Faber. Sensus loci hic est: Videtur haud dubie tibi hoc scribendi genus joculare atque contemptibile. Et profecto, solet hæc esse consuetudo nostra; quando non habemus argumentum aliquod grave, de quo scribamus, animi causa et veluti per jocum levi calamo ludimus, ac, arrepto quovis minuto argumento, aliquos effundimus versiculos. In commune loquitur, non privatim de his fabulis. Nisi plane retentum illud *leve*, quod est in veteribus, quis explicare malit per, minutum quid: ut sit *calamo ludere leve*, canere rem levem, parvam, minutam. Quomodo alicubi ‘ Ludere læta,’ Ovidius usurpavit. Quod fortasse fuerit optimum. *Schef.* Ita Mantuanus olor Ecl. I. ‘ Ludere, quæ vellem, calamo permisit agresti.’ Lusus est alioqui puerilis, qui fit calamo, seu arundine. Gr. Κάλαμον ἐπιβαίνειν, de quo Meursius Græcia Ludib. pag. 22. *Prasch.*

14 *Diligenter intuere has nænias*] Synesius Προθεωρίᾳ λόγου περὶ ἐνυπν. Ἀρχαῖον οἶμαι καὶ λίαν πλατωνικὸν, ὑπὸ προσχήματι φαυλοτέρας ὑποθέσεως κρύπτειν τὰ ἐν φιλοσοφίᾳ σπουδαῖα. Julianus Imp. Cæsaribus: Καὶ αὐτὸς οὐκ ἀτιμάζω τοὺς μύθους, οὐδὲ παντάπασι ἐξελαύνω τοὺς ὀρθῶς ἔχοντας, ἀκόλουθα σοί γε, φίλα τῷ σῷ, μᾶλλον τῷ κοινῷ Πλάτωνι διανοούμενος, ἐπεὶ καὶ αὐτῷ πολλὰ ἐν μύθοις ἐσπούδασται. *Rig.*

Nænias] Vid. ad Præfat. lib. III.

15 *Quantam sub illis utilitatem*] Synesius Ægyptio: Διὰ ταύτων ὁ μῦθος εἴργασται πρὸς τὸ χρήσιμον ποικιλλόμενος. Aphthonius in Æsopi vita: Νουθετικοὺς δὲ καὶ ὠφελιμωτάτους λόγους συνταξάμενος, προσενήνοχεν εἰς τὸν βίον προσπλέξας ἀλόγων ζώων κοινωνίαν. ἐν οἷς ἀνθρώπων σκολιὰ ἔργα καὶ ἤθη αἰθαίρετα, καὶ τρόπους ταμπουκίλους προσευκάσας, ἐν τοῖς ἐπιμυθίοις ἔδήλωσεν. *Rig.*

Sub illis] V. C. Pith. *subtilis.* Lege *in fabellis*, vel *in vilibus*, ut supra, ‘ Viles nænias.’ *Heins.*

16 *Non semper ea sunt, quæ videntur*] Eunapius vita Ædesii: Οὔτως ἕτερόν τι ἐστὶ τῷ νῷ θεωρεῖν, καὶ τοῖς τοῦ σώματος ἀνατηλοῖς ὄμμασιν. Tertullianus Apologetico: ‘ Cæcitatis duæ species facile concurrunt, ut, qui non vident, quæ sunt, videre videantur quæ non sunt.’ Sic hominem, quem prima ratione fortem et generosum putes, secundam rationem si inspicias, ignavum et pavidum judicabis. Elegans apud Martialem ἀπόδειγμα,

Digitized by Google

Epigr. lib. x. 25. de Mutio gladiatore, qui manum urere jussus præsente molesta tunica, veste ex papyro et charta pice inlita, (sic enim recte tunicam molestam depingit vetus Interpres Juvenalis Sat. I. et VIII.) in qua vivus arsisset totus, ni imperatis paruisset, metu majoris illius mali manum focis imponere maluit: 'In matutina nuper spectatus arena Mutius, imposuit qui sua membra focis, Si patiens fortisque tibi durusque videtur, Abderitanæ pectora plebis habes: Nam cum dicatur tunica præsente molesta: Ure manum, plus est dicere: Non facio.' Vitio gentis humanæ, pro vera scientia, mendacis opinionis speciosam occasionem sæpe arripimus, quæ judicium deinde nostrum perturbat. Deque hac emphasi et hypostasi tractatum edidit eruditissimus Jurisconsultus Doctor meus Bonaventura Irlandus in Pictonico Præsidatu Senator, ac eandem nunc considerationem bono publico plenius et uberius retractat. *Rig.*

Quæ videntur] Theocritus: Πολλάκις, ὦ Πολύφαμε, τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται. *Meurs.* Non de solis fabulis, sed et aliis generatim et per sententiam loquitur. Quæ videntur, ait, non semper ea sunt, videlicet quæ videntur; sæpe deteriora, quam primo intuitu comparent. *Quæ* et *ea* notant hic conditionem, naturamque. Cic. in Ep. 'Ea nostra ratio est:' i. e. talis, hujusmodi. *Schef.*

Decipit] Ms. *despicit*. Gud.

Decipit Frons prima multos] Theognis: Πολλάκις τὴν γνώμην ἐξαπατῶσ' ἰδέαι. Id est, *Sæpe externæ animum decipiunt species*. Ritt.

Decipit Frons prima] Accius Bruto: 'Quem tu esse hebetem deputes æque ac pecus, Is sapientia munitum pectus egregium gerat.' Plautus: 'Summa ingenia in occulto latent.' *Rig.*

17 *Frons prima*] Prima species, ut apparet, cum primum et negligenter aspicitur quidpiam. Sic Fabius et alii. *Schef.* Vid. Quinctil. Inst. VII. 1. XII. 7. et Declam. CCCVI.

Rara mens] Non obvia uniuscujusque mens, sed providæ et perspicax, qualis esse solet rara. Similiter fere Tacitus de Mor. Ger. cap. 31. 'Rara cujusque audentia apud Cattos in consensum vertit, crinem barbamque submittere,' &c. *Schef.*

18 *Cura*] Scripserim: *Q. i. condidit cor angulo*. Alludit ad fabulam de Momo accusante Jovem, quod pectus homini fenestratum non indidisset; quo cordis secretum perspici potuisset. *Meursius.* Non audimus Meursium, pro *cura*, *cor* scribentem. *Curam* enim eam hic intelligit, qua sensus animi abdunt occuluntque multi. Quorum instar esse potest Tiberius, Tacito non uno loco sic descriptus. *Schef.* Leg. *Quod interiore conditur curæ angulo*. Heins. *Curam* hic capio pro studio, quo auctor sub involucris fictarum fabularum verum sensum tegit. Sic supr. lib. II. prol. 'Omni cura morem servabo senis:' et Epilog. ejusdem libri: 'Si livor obtrectare curam voluerit:' ubi vide notata. *Burm.*

19 *Hoc ne locutus sine mercede existimer*] Plinius Cæcilius Calvisio suo: 'Assem para, et accipe auream fabulam.' *Rig.*

Ne locutus sine mercede existimer, Fabellam adiciam] Quid hic facit *mercedis* mentio? videtur alludere ad morem veterem, quo recitaturi fabulam solemni velut præfatione sibi audientiam parabant: 'Accipe fabulam, et para assem.' As igitur velut merces erat, quam sibi pro recitationis opera stipulabantur. Admonuit de hoc more jam olim Mariangelus Accursius initio fabulæ suæ De Testudine, quam Diatribis suis adjecit. 'Fabulam,' inquit, 'spondenti auream non fuit olim vitium inter amicos assem petere,' &c. Dicebant etiam præfantes, se exposituros fabulam, si au-

Digitized by Google

dire vellent: qui mos hodieque in vulgo nostro Saxonico remanet. Ad hanc formulam Petronius Arb. respexit, dum aggreditur expositionem fabellæ de matrona Ephesina. Scripsi autem, *adiciam*, non ut erat editum *adjiciam*. Vide infra l. IV. f. 6. *Ritt.*

Sine mercede] Existimat Rittersh. et Rigalt. (ut ex ejus Funere Parasit. colligo) ad morem alludi puerilem, quem tangit etiam Plin. Ep. II. 20. 'Assem,' inquit, 'para, et accipe aureum fabulam.' Hoc amplius, tres demum fabulas redimi asse solitas, ex ejusdem verbis patet: 'Sufficiunt duæ fabulæ; an scholastica lege tertiam nescis?' *Prasch.* Intelligo, Phædrum nostrum dicere, hoc præmii sese lectori suo daturum, ut fabellam de mustela et muribus sit narraturus. Scio aliter sensisse Rittershusium et Rigaltium, sed quare ab utroque diversus abeam, nihil causæ esse puto, ut pluribus exponam. *Faber.* Rittershusius et Rigaltius existimant, alludere ad consuetudinem antiquam dandi asses ei, qui narrasset fabulam. Et huc quoque Praschius inclinat. Faber ait dicere, hoc præmii sese lectori daturum, ut fabellam de mustela et muribus sit narraturus. Sed cur præmii hic meminisse debeat, ego non intelligo. An enim ipse præmium debebat lectori? pro illa ipsius auscultatione vel lectione fortassis. At quid lector Phædro pro tanta utilitate? Quid? si *sine mercede* idem Nostro sit, ac gratis, frustra. Ut sit sensus: Ne videar frustra dixisse, non intelligi a quovis, quid fabulis subsit eruditionis sapientiæque, en vobis aliquam de mustela et muribus, in qua potestis experiri vires vestras, et ostendere, quid innuat. Quod si deprehendetis, pro illa multiplici doctrina habebo mercedem a vobis, quia non poteritis non mihi agere gratias. Ita *sine mercede*, proprie erit, sine gratia, eo fere modo, quo Galli *sans merci*. Sane etiam Interpres Gallus vertit *vainement*, hoc est, *frustra*. Suadet hanc interpretationem, quod in fabula sequenti morale ab auctore non, ut solet alias, subjicitur. *Schef.*

21 *Mustela cum annis*] Vid. Æsop. fab. Αἶλουρος καὶ μῦες. Camerar. de Corvo et Vulpe pag. 215. et pag. 225. de Mustela. Similem in modum fabulatur Mich. Glycas, Annal. I. de Vulpecula: Λέγεται δὲ καὶ τὴν ἀλώπεκα βρωμάτων ἀποροῦσαν ὑπτίαν ὡσεὶ νεκρὰν, καὶ φυσᾶσθαι. κἀντεῦθεν διογκουμένην αὐτὴν ὁρῶντα τὰ πετεινὰ ἐπιβαίνουσιν αὐτῆς, καὶ ὡσεὶ νεκρῆς ἅπτονται. ἐκπηδήσασα οὖν αἴφνης ἡ νεκρὰ συλλαμβάνει καὶ κατεσθίει αὐτά. Mustela, felis, αἶλουρος. ὁ ἰδιωτικῶς λεγόμενος κάττος. Scholiast. Callim. Hym. in Cerer. Vet. Gloss. 'Αἶλουρος, Felax, hæc Catta.' *Rig.*

23 *Involvit se*] Volvit se in farina, et volutando in ea, sic opplevit exterius, ut tota farina videretur. *Schef.*

24 *Abjecit*] Sc. se, eleganter, velut rem vilem, quam et iccirco 'abjectam' appellamus. 'Abjicere se in herbam' dicit Cicero in Or. I. *Schef.* Ovid. Epist. VII. 1. 'Sic ubi fata vocant, udis abjectus in herbis, Ad vada Mæandri concinit albus olor.' Propert. I. 14. 1. 'Tu licet abjectus Tiberina molliter unda.' Petron. cap. 26. 'Abjecti in lectis.'

Negligenter] Ms. *nec legenter*. Gud.

25 *Compressus*] Forte *comprensus*: ut sit error natus ex antiqua scribendi pronuntiandive ratione: *Comprẽsus: Cõsul.* Ritt.

Compressus] Mallet Rittershusius, *comprensus*. Puto idem esse ac, oppressus. Cicero in Orat. Harusp. 'Jam ista serpens, quæ tum hic delitescit, tum se emergit, et fertur illuc, compressa atque illisa morietur.' *Schef.*

Occubuit necî] Rursum ad Virgilium respexit, ut solet. Is enim ita Æn. II. 62. 'Seu certæ occumbere morti.' Cæterum Virgilius ex Ennio desum-

Digitized by Google

sit, uti Servius testatur. *Schef.*

26 *Perit*] Ita rescribo, pro *periit*. Ritt.

Periit tertius] Sic optime Paris. Fuerat in aliis: *periit et tertius*, quod quia non conveniebat numero, Rittershusius emendarat, *perit et tertius*. Freinsh.

27 *Aliquot seculis venit*] Miror præteritum huncce a viro doctissimo Rigaltio locum (nam alios, qui in Phædrum scripsere, mihi videre nondum contigit) cum sensus ex eo elici nullus potest. Legi posse videtur: *Venit peritus aliquot retro seculis:* cui conjecturæ viam præmunivit Rimicius, qui habuit: *Postea venit major annis, et cautus mus.* Nevel. Versus suadet, *post sæclis*, aliquot seclis post, at, 'Longo post tempore venit.' Sin legamus: *Aliquot advenit sæclis*, erit similiter dictum, ut illud Propertii: 'Venturum paucis me tibi Luciferis,' paucis post Luciferis, seu diebus. Et Catull. 'Cenabis bene, mi Fabulle, apud me Paucis, si tibi Di favent, diebus.' *Schiop.* Non facit ad stomachum meum nulla, quam legerim, emendatio. Quod si meo judicio res staret, expungerem hunc versum, ut qui videtur ex priori pullulasse, et legerem: *Alter similiter, deinde venit et tertius, Qui sæpe luqueos et muscipula effugerat.* Prasch. Ita locum integrum edidit Rigaltius, frustra occupatis omnibus in ejus restitutione, etiam nuperis scriptoribus. Quos inter Ursinus scribit, *Aliquot venit sepultis recte territus*, non inepte. *Retorridum* Rigaltius sic ait dici, sicut apud Horatium, 'Recoctus scriba' Sat. II. 5. Notatur vetulus, rugosus senio, quomodo *retorridas plantas* macilentas, siccas, et contractas in rugas, Columella dixit lib. III. 12. 'Niniam siccitatem destituere plantas dicit naturali alimento, aut in totum necare, aut scabras et retorridas facere.' Cæterum tales, usu ipso edocti, sunt fere callidi. Vide Gell. lib. XV. 30. et quæ Salmas. in Lampridii Commodum, 11. et Severum, 59. annotat. *Schef.* Columel. XII. 17. 'Arbor retorrida.' *Heins.* 'Retorridi' voce utitur et Columel. lib. IV. 4. et alibi. 'Macie torridus' Cic. Agrar. II. 34. et ita 'Torridam vocem' capio apud Calpurn. Eclog. III. 59. exsuccam, gracilem, et ingratam. Et ita hic capio macrum, contractum et siccum murem. Nam pro exercitato et perito posse capi, non puto. Nec a Salmasio aut quocumque hoc demonstrari idonea auctoritate video. *Burm.*

Secutis retorridus] Ms. *seculis retorridus;* et ita Salmasius ad oram libri. Alii legunt *reterritus*. *Retorridus* rectum est, et idem quod *recoctus*, id est, exercitatus, et multarum rerum usu peritus. Vide de hac voce Salmasium ad Lamprid. Sever. cap. 59. *Gud.*

Retorridus] Ut Horatio 'Recoctus scriba.' *Rig.*

Rete] Pro, reti, ut 'A mare,' pro, A mari, Plautus dixit. *Ritt.*

28 *Qui sæpe laqueos*] Non solum igitur vulpes vetula (de qua proverbium est) sed et mus vetulus difficulter capitur: Γέρων ἀλώπηξ οὐχ ἁλίσκεται πάγῃ. Γέρων δὲ καὶ μῦς οὐχ ἁλίσκεται πάγῃ. *Ritt.*

Sæpe laqueos et muscipula] Infelices mures: Οἱ ζῶσι πικρῶς, κἂν συλῶσι τὰς ψίχας. Οὓς καὶ γαλῆ τρίζουσα, καὶ πλὰξ, καὶ βρόχος, Καὶ παγὶς ἐξέτριψε, καὶ βραχὺ στέαρ, Philes. Ut supra, 'Aranea.' *Rig.*

Muscipula] A, muscipulum, neutro genere. Est autem usitatius, hæc muscipula, g. f. *Ritt.*

Muscipula] Notari potest *Muscipulum*, quod haud scio an alibi reperias, nisi in Thesauro Philoxeni. *Faber.* Non dubito, quin et sic probati scriptores extulerint. Ita enim et apud Apuleium, veterum verborum studio-

Digitized by Google

sum, 'Decipula' leguntur: Asi. v. 11. Et in Glossis Philoxeni, *Muscipulum* reperitur. *Schef.*

30 *Sic valeas*] Id est, plane non valeas, sicut nec farina es, quam esse te simulas. *Schiop.* Id est, male pereas. Exempli gratia; si tibi cum simulatore et infido, quique tibi infensus esset, ageres, posses dicere: Ita valeas, ut mihi ex animo amicus es. Nota est ratio bene optandi, precandi, &c. qua nil frequentius apud Comicos. *Faber.* Eleganter, *valeas*, velut intelligebat farinam non esse. Ita infido posses dicere, inquit Faber, ita valeas, ut mihi ex animo amicus es. Plautus Aulul. IV. 10. 'Ita te amabit Jupiter, ut tu nescis:' et cap. 3. 4. 'Tu Aristophontes, de me ut meruisti, ita vale.' Antonius apud Sueton. ad August. c. 69. 'Ita valeas, uti tu, hanc epistolam cum leges, non inieris,' &c. Quæ loca indicavit optimus Gronovius. *Schef.* Terent. Andr. IV. 2. 'Valeant, qui inter nos discidium volunt.' Gruter. Inscript. 710. 10. 'Quisquis eum læsit, sic cum suis valeat.'

Sic valeas] Terentius Heaut. v. sc. 4. 'Ita mihi atque huic sis superstes.' Valer. Max. IX. 13. 'Ita vivam dabo:' ubi delendum est *dabo* ex Mss. Plane autem huic loco similis est ille Martialis: 'Sic leve flavorum valeat genus Usipiorum, Quisquis et Ausonium non amat imperium.' Inspice locum; plane concordat. *Gud.*

Quæ jaces] Respicit superius 'Abjecit se;' quasi diceret: Simulas te jacere immobilem, farinæ instar; verum, si accederem propius, fieres animata mobilisque, meque arriperes. *Schef.* In V. C. est *laces*. Lege *ut farina mi places*. Τῷ *farina* superscripta fuit glossa *esca*, sive *esqua*, quæ in contextum irrepsit, et hinc fecerunt *es, quæ*. Heins.

FABULA III.

Vulpes et uva] Vulpes uvis pasci docent et sacræ literæ. Vide Cantic. II. 15. quod egregie etiam ex hac fabella illustrat Bochartus in Hierozoic. lib. III. 13. *Burm.*

1 *Fame coacta*] Qui vult, contendat hæc cum Gabr. Fab. 18. Æsopo Fab. 159. *Prasch.*

Fame coacta vulpis] Babrius. Camerarius p. 157. *Rig.*

Vulpis] Sic supra, 'Gruis.' *Gud.*

Alta in vinea] *Vineam*, vites nominat; *alta* vinea est, ad perticas ligata et erecta. Varro de R. R. I. c. 8. 'Multæ species vineæ, aliæ enim humiles et sine ridicis, ut in Hispania, aliæ sublimes, ut quæ appellantur jugatæ:' *sublimis* et *jugata vinea* Varroni; quæ hic *alta*. Nisi censeas, scripsisse *altam*, ac retulisse ad *uvam*, ut sit *alta uva*, quæ in alto pendet. *Schef.* Apud Ovid. Met. XIII. 800. ex Mss. legitur, 'Lentior et salicis virgis, et vitibus altis:' pro vulgata *albis*, quod non æque bene τῷ *lentior* convenit. *Burm.*

2 *Uvam appetebat*] Distinguendus hoc modo locus, *Uvam appetebat; summis saliens viribus Quam tangere*, &c. Heins.

4 *Nolo acerbam sumere*] Palladius Septemb. 'Acerbitate rigidam uvam,' dixit. *Uva acerba*, cruda, ὀμφακίζουσα. Vetus Gloss. 'Ὄμφαξ βότρυς, Acerba uva, Uva immatura.' Unde 'Vinum crucium' insuave, Lucil. Virgunculæ nondum maturæ nec ἀνδρὸς δεκτικαὶ uvis acerbis et crudis comparantur.

Digitized by Google

Ismine apud Eustathium Philosophum Amor. v. ambitiosius lascivientem Isminiam suum alloquitur: Φεῖσαι παρθενίας ἐμῆς, μὴ πρὸ τοῦ θέρους ἐκτίλῃς τοὺς στάχυας, μὴ τὸ ῥόδον τρυγήσῃς πρὸ τοῦ προκύψαι τῆς κάλυκος, μὴ τὴν σταφυλὴν ὀμφακίζουσαν, μήπως ἀντὶ νέκταρος ὄξος ἐκθλίψῃς. Nicetas Choniates Andronic. 1. Καὶ παραγκαλιζόμενος ὁ πέπων τὴν ὀμφακίζουσαν, ὁ ὑπέρπυρος τὴν ἡλικίαν, τὴν ὀρθότιτθον νεανίδα, καὶ ὁ ῥικνὸς τῷ χρόᾳ καὶ χαλαρὸς τὴν ῥοδοδάκτυλον καὶ δρόσον ἵμερτος στάζουσαν. *Rig.*

Acerbam] Proprie. Cicero de Senect. 'Uva primo est peracerba.' *Schef.*

Acerbam] Ms. *acervam*. Gud.

5 *Facere quæ non possunt*] Hunc quoque locum ad Phædri ambitionem retuli in indice. Apparet enim contra eos vibrari hoc dictum, qui fabulas ejus elevabant verbis, quod facillimum est factu: Μωμήσεταί τις ῥᾷον ἢ μιμήσεται. *Freinsh.*

Elevant] Levia et vilia esse dicunt, contemnunt. *Schef.* V. sup. ad fab. 49.

6 *Adscribere*] Verbum ex re numularia desumptum. Solebant enim creditores solutam sibi apud mensarium summam jubere transcribi in suas tabulas. Qūa de re nonnihil egi in opusculo de Novis Tabulis ante annos plusculos. Et hoc proprie *adscribere*, idemque est ac, accipere velut ex debito, et suum facere: eleganter. *Schef.*

FABULA IV.

1 *Equus*] Hæc fabula Æsopi non est, sed Stesichori, qua olim adversus Phalarin, tyrannum illum immanitate nobilem, præstantissimus poëta usus fuit, ut ex Aristotele discere est, Rhetoric. II. 20. Locum ipsum legito; magnum enim operæ pretium fuerit. Dicam obiter, iuitio capitis mendum esse, quod non vidit Ricobonus; sed a me alibi corrigitur. Ceterum hanc fabulam paulo aliter narrant Stesichorus, Horatiusque, aliter Phædrus: sed tamen in universum res eadem est. *Faber.* Habet hanc quoque fabulam Nicephorus Basilaces, editus a Leon. Allatio inter excerpta Rhetorum pag. 127. sed pro Apro Cervum habet, et multus in ornanda hac fabula est. Inseruit quoque carmini suo De Lite Michaël Hospitalius, quod quam sit elegans et veteris notæ, colligi inde potest, quod et Barth. Adv. lib. VII. 17. prisco aut semiprisco Juridico aut Philosopho adscripserit; et Boxhornius, ut antiqui ævi pretiosas reliquias, adjecerit Sulpiciæ Satyræ: sed in Patinianis pag. 49. verus auctor Hospitalius esse dicitur. Rimicius quoque hanc fabulam lib. IV. 9. habet, qui etiam Cervo pro Apro partes hic dedit; ut et Camerarius fab. 163. *Burm.*

Sedare] Proprie. Lucret. lib. v. 943. 'At sedare sitim fluvii fontesque vocabant.' *Schef.* Vide Ciofan. ad Ovid. Met. XIII. 415.

Quo] Refertur ad sequens *vadum*; pro, in quo, omissa præpositione. Ordo verborum hic est: Aper dum sese volutat, turbavit vadum, quo equus sedare sitim solitus fuerat. *Schef.*

3 *Sonipes*] Sic et Statius lib. IX. 'Turbatus sonipes;' et sæpe alibi apud eundem. *Gud.*

Iratus fero] Sic Cornel. Att. c. 17. 'Irasci eis nefas duceret.' *Schef.*

Digitized by Google

4 *Auxilium petiit hominis*] Horatius ad Fuscum Aristium fabulam narrat de equo et cervo: 'Imploravit opes hominis, frenumque recepit.' Hac fabula primum usus est Stesichorus apud Himerenses adversus Phalarim, ut tradit Aristoteles Rhetoric. lib. II. 20. Camerar. pag. 158. *Rig.*

Levans] Tollens e terra, dum in se recipit sessorem. *Schef.*

5 *Jactis telis*] Gronovius ad hunc locum: 'Video mutasse Rigaltium: *ad hostem lætus. Hunc*, &c. Non placet. Nam apud Tacitum legisse memini: 'Telisque non in vanum jactis,' et 'Jacere sagittas.'' *Schef.*

Hunc telis eques] Ms. *Jactis hunc telis eques;* quod Gronovio placet, qui delet *lætus.* Omnino puto sic disponendum locum: 'Petit auxilium hominis, quem dorso levans redit Ad hostem lætus: jactis hunc telis eques.' *Jactis telis* proprie est. Sic Cæsar de bell. Gall. lib. III. 'Alii multis telis conjectis defensores vallo munitionibusque depellerent.' Si tela de balistis aut tormentis explodebantur, eadem *missa* dicebantur. Cæsar Bel. Civ. lib. III. 51. 'Pompeius tumulum quendam occupavit, qui tantum aberat a nostro castello, ut telum tormento missum adigi non posset.' Sic recte Ms. Vulgo pessime *tormentum*, vel *missum adjici;* nullo sensu. *Gud.*

7 *Precibus tuis*] Pro, tibi precanti. *Schef.*

9 *Frenos pati*] Huc respicere puto auctorem Declamat. XIII. 9. quæ sub Quinctiliani nomine editur: 'Cur infrenatis equis victor insidet?' *Burmann.*

10 *Vindictam Dum quæro, servitutem reperi*] Hunc generalis sententiæ versum ex hoc loco sumere licet. Multi tanta ardent vindictæ cupiditate, ut ipsi non recusent sese in servitutem alteri mancipare, aut in aliud malum prævisum præcipitare, dummodo hostem suum sibi ulcisci liceat. Talis et Hecuba describitur ab Euripide, cum sic loquens inducitur: *Τοὺς κακοὺς δὲ τιμωρουμένη, Ἀλῶναι τὸν σύμπαντα δουλεῦσαι θέλω*: id est: *Istos malos ulcisci dum liceat mihi, Me servituti mancipare haud abnuo Ævum per omne.* Cicero quoque apud Dionem lib. XLIV. ait: 'Multi, alios ulcisci cupientes, ipsi una perierunt.' Quam autem fabulam hic Phædrus de equo et apro, eandem Aristoteles ex Stesichori ad Himerenses oratione narrat de equo et cervo Rhetoric. l. II. 20. *Ἵππος κατεῖχε λειμῶνα μόνος. Ἐλθόντος δ' ἐλάφου, καὶ διαφθείραντος τὴν νομὴν, βουλόμενος τιμωρήσασθαι τὸν ἔλαφον, ἠρώτα τὸν ἄνθρωπον, εἰ δύναιτο μετ' αὐτοῦ κολάσαι τὸν ἔλαφον. ὁ δὲ ἔφησεν, ὢν λάβῃ χαλινὸν, καὶ αὐτὸς ἀναβῇ ἐπ' αὐτὸν, ἔχων ἀκόντια. συνομολογήσαντος δὲ καὶ ἀναβάντος, ἀντὶ τοῦ τιμωρήσασθαι, αὐτὸς ἐδούλευσεν ἤδη τῷ ἀνθρώπῳ. οὕτω δὲ καὶ ὑμεῖς*, &c. inquit Stesichorus Himerensibus Phalarim ducem adversus hostes eligere volentibus. *Ritt.*

12 *Hæc iracundos*] *Οὕτω δὲ καὶ ὑμεῖς*, inquit apud Aristotelem Stesichorus, *ὁρᾶτε μὴ τοὺς πολεμίους βουλόμενοι τιμωρήσασθαι, ταὐτὸ πάθητε τῷ ἵππῳ*, &c. *Faber.*

13 *Impune potius lædi*] Ellipt. pro, potius esse, i. e. melius, lædi *impune*, h. e. nulla sequente pœna læsionem eam, elabente reo. *Schef.*

Potius] Ms. *pocius:* subaudiendum vero hic est *velle:* fabula admonebit, velle potius, id est, malle lædi, quam dedi alteri. *Gud.*

Lædi quam dedi] *Παρονομασία* et *ἀνταναίκλασις* elegans, si sit rara in scriptis, tanquam *ἥδυσμα*, non si subinde reponatur, tanquam *ἔδεσμα*: qua affectatione tamen quidam sibi mirifice placent. *Ritt.*

Digitized by Google

FABULA V.

1 *Plus esse in uno*] Æmilius Probus de Epaminonda: 'Quamdiu ille præfuit reipubl. caput fuisse totius Græciæ: ex quo intelligi potest, unum hominem pluris, quam civitatem, fuisse.' Justin. IV. 4. 'Ab his mittitur Gylippus solus, sed in quo instar omnium auxiliorum erat.' *Nev.*

Quam in turba] Nonne melius *quam turba?* cum *in* antecedat. *Schef.* Vid. Ovid. Ep. v. 111.

2 *Narratione posteris tradam*] Vetus inscriptio Prænestæ: ACCIPE POSTERITAS QVOD POST TVA SECVLA NARRES. *Rig.*

Posteris tradam] Plenus bonæ spei fuit Phædrus, ad posteritatem perventura esse scripta sua: quæ spes ei pene decollavisset, absque Pithœis clarissimis fratribus esset, quibus vitam debet. Sic lib. III. Prol. 'Habebunt certe, quo se oblectent, posteri.' Lib. V. Prol. 'Longaque dignum judicatis memoria.' Et lib. V. fab. 5. 'Chartis nomen victurum meis, Latinis dum manebit pretium litteris.' *Ritt.*

Tradam] Proprie, de scriptoribus. Cic. de Cl. Or. 'Sapientem virum fuisse memoriæ traditum est.' *Schef.*

Brevi] An hæc narratio est brevis? Forte *gravi*, id est, seria; *narratio* non est fabula. *Gud.*

3 *Quidam decedens*] Hac fabella continetur elegans et subtilis τῶν ἀπόρων quæstio: cujusmodi est, quæ ab Africano proponitur l. qui quadringenta. D. ad leg. Falcid. *Rig.*

Decedens] Proprie de mortuis lege naturali. *Schef.*

Reliquit] Etiam hoc est inter propria. Corn. Nep. Attic. c. 13. 'Domum habuit ab avunculo hæreditate relictam.' Plaut. Aulul. act. III. sc. 1. 'Agri reliquit ei non magnum modum.' Cornel. iterum in Epam. c. 10. 'Male in eo consulere patriæ, quod liberos non relinqueret.' *Schef.*

4 *Oculis venantem viros*] Plaut. Mil. Glor. IV. 1. vers. ult. dixit, 'Venaturam oculis facere.' Senec. *lenocinium puellare* vocat Decl. VI. p. 473. 'Muliebrem vestem sumsit, capillos in feminæ habitum composuit, oculos puellari lenocinio circumdedit.' Hi Apuleio in Apol. *oculi illices* dicuntur: 'Quis non disciplinam matris agnovit? cum in puella videret immedicatum os, et purpurissatas genas, et illices oculos.' *Nevel.* Imitatione Plautina, ut notavit Rittershusius. Porro *venari* dicitur, quæ captat et vulnerat oculis. Quale genus locutionis et in Sacris reperitur. V. Cant. c. 4. *Schef.* Vide Barth. Adv. XXXV. c. 8. et XLIII. c. 21. Ovid. Am. I. 253. 'Quid tibi femineos cœtus venatibus aptos Enumerem?' Clemens Alex. Pædag. III. 2. Θηρῶσαι τοὺς ὄλεμον παίδων ἀφρόνων περὶ τὰς μόρφας ἐντεταμένους. Menander in Leucadia: Τὸν ὑπέρκομπον θηρῶσα, ἡδέως' ολοτρώντι πόθῳ, &c. *Burm.*

Oculis venantem viros] Ovidius: 'Oculis venatur amorem.' Plautus: 'Oculis venaturam facere et aucupium auribus.' Alio sensu dixit Sophocles: Τοιὰν δ' ἐν ὄψει ἴυγγα θηρατηρίαν Ἔρωτος ἀστραπήν τιν' ὀμμάτων ἔχει. *Gud.*

Oculis venantem viros] Quia ἐκ τοῦ ὁρᾶν τὸ ἐρᾶν. Sic et Ovidius dixit 'Amores venari.' Elegantissime. Nam formosa femina, tanquam visco volucres, sic ipsa adolescentes capit et attrahit. Plautus, si bene memini,

Digitized by Google

'Venaturam oculis facere,' dixit. *Ritt.*

Oculis venantem viros] Eodem sensu Martial. Epig. lib. I. 97. 'Sed spectat oculis devorantibus draucos.' *Rig.*

5 *At alteram lanificam*] Lucilius Sat. VI. 'Thaunomeno, inquit, valva, sororem Lanificam dici siccam atque abstemiam ubi audit.' *Rig.*

Lanificam] Sumsisse ex Lucilio videtur, qui sic Sat. VI. apud Non. 'Sororem Lanificam,' &c. *Schef.*

Frugi] Ms. *fruci*. Gud.

Rusticam] Laboriosam. Nam, ut Posidippus ait, Ἐν ἀγροῖς καμάτων ἅλις. Sic formica 'Rustica' dicitur, sed contemtim, Fab. 80. ubi tamen aliam rationem assignamus. *Prasch.* Delenda est copula, vel post τὸ *frugi* repetenda. *Buchn.* Pace clarissimi Viri dixerim, nihil mutandum. Duplex mulieris descriptio, quod fuerit *lanifica*, et quod *frugi rustica*. Sic enim conjungo, sicut apud Cic. Tusc. IV. 16. 'Hominem frugi omnia recte facere:' et III. 8. 'Græci frugi homines χρησίμους appellant.' *Freinsh.* Laboriosam, exponit Praschius. Ego aliter intelligo hæc verba, quia sequitur, 'Date lanificæ rusticæ;' nec enim jungere sic potuisset absque tautologia, si id voluisset, quod putabat Praschius. Credo igitur, opponere rusticam illi, viros venanti oculis, id est, elegantia morum, amabilitate vultus, compositione docta omnium membrorum allicienti viros: et sic eam intelligere, quæ sit rudis et agrestis, negligens illas artes, quibus student alias placere puellæ. Sic 'Rusticos homines' vocat Belon apud Curtium VI. c. 11. quos auctor prius dixerat, 'Civilis habitus rudes.' Virgil. Ecl. II. 'Rusticus es, Coridon, nec munera curat Alexis.' *Schef.* Non tam puto hic per *rusticam*, rudem et incultis moribus intelligi, quam, quod videtur Praschius innuere, talem, quæ ruri solebat lanæ et telæ operam dare; nam veteres maxime in rure familiam ancillarum lanificarum habebant, quarum curam hæc filia frugi videtur suscepisse, et hinc postea Mater Lanificæ agellos, pecora, villam et omne rusticum instrumentum seposuisse narratur, et Phædrus eam *lanificam rusticam* vocat. Sic in l. XII. §. 5. et 6. et l. XVI. ff. de instr. et instr. leg. *Lanificæ*, quæ familiam rusticam vestiunt, memorantur. Vid. Columel. XII. 3. Sic infra fab. 80. formica 'rustica' dicitur, quæ ruri vitam agebat. Et Horat. Sat. II. 6. 80. 'Rusticus urbanum murem mus paupere fertur Accepisse cavo,' quem postea 'Agrestem' vocat, vs. 107. et ita patet, *rusticam* non cum *frugi* conjungi debere, et melius legi, *At alteram lanificam, frugi et rusticam*. Et ita Heinsius hunc locum legendum esse annotavit. *Similis* fere est titulus apud Spon. Misc. Erud. Ant. bis positus p. 151. et 223. et apud Fabret. p. 252. 'Hic sita est Amymone Marci, Optima et pulcherrima, lanifica, Pia, pudica, frugi, casta, domiseda.' Quem nuper eleganti dissertatione illustravit Vir Cl. Belandus, amicus optimus, et collega nuper conjunctissimus: sed quem, dum hæc scribo, immatura nimis et literariæ reipub. damnosissima morte exstinctum tristis et confusus audio. *Burm.*

6 *Devotam vino*] H. e. deditam, ut recte Rittershusius (licet perperam ex Virgil. Æn. I. quippe ubi aliud significat) ostendit. Varro sic 'Devotum animum' alicui dixit. Et Tiberius apud Sueton. c. 67. 'Si quando de moribus meis devotoque vobis animo dubitaveritis.' Cic. Tusc. III. 'Devotus et donatus studiis.' *Schef.*

Devotam vino] Id est, *deditam*, ut apud Virgil. Æn. IV. 'Dido pesti devota futuræ.' Et Cic. Tusc. III. 'Devotus et donatus studiis.' *Ritt.*

Turpissimam] Id est, deformem. V. sup. fab. 43.

Digitized by Google

8 *Sub conditione*] Hac lege, hac limitatione. Formula propria jurisconsultorum. Vide l. si quis. ff. de Cond. cum l. seq. et aliis. *Schef.*

Totam ut fortunam] Ἅπασαν τὴν οὐσίαν. Usitatius est plurale, *Totas fortunas.* Ritt.

Fortunam] Rem familiarem, bona hæreditaria, in singulari, quod notandum. Horat. Ep. I. 5. 'Quo mihi fortuna, si non conceditur usus?' Sic enim cum plerisque Mss. legendum atque exponendum esse locum hunc, vel ex hisce Nostri censeo, contra Lambini sententiam, atque aliorum. Apul. Asin. III. 'Præter tantam fortunæ copiam octo pedibus auctiores remeavimus.' Item post: 'Fortunam popularium inquirebamus.' *Schef.* Vid. ad Quinct. VI. 1. fin.

10 *Ne data*] Ms. *Ni.* Gud.

Ne data possideant aut fruantur] *Frui data*, pro datis, antique. Sic supra l. III. f. 7. 'Fruere, quæ laudas.' *Ritt.*

Fruentur] *Frui data*, quarto casu. Plautus Asin. v. sc. 1. 'Exorari poterit, ut sinat sese hanc frui.' Ita habent libri veteres, quod nescio cur mutarint. Cato de R. R. c. 149. 'Pabulum frui occipito ex Kal. Sept.' *Schef.*

Tum simul] *Tum* est, tunc, et refertur ad *conferant.* Schef.

12 *Centena*] Hoc est centum singulæ, quæ valent 2500. scutatos monetæ Italicæ vel 3000. Imper. Vide Cl. Gronovium in De Sestert. felicissimi ingenii ac profundissimæ eruditionis opere. *Schef.*

13 *Implet*] Eleganter, ad exprimendam magnitudinem ejus, propter raritatem casus. Sic Ovid. 'Orbem gloria complet.' Symmachus: 'Æternam complebat nomine Romam.' *Schef.*

14 *Jurisperitos*] Lege, *Juris peritos.* Heins.

Jurisperitos consulit] JCti sicut testamentis faciendis sæpe adhibebantur (id quod multis probat auctoritatibus B. Brissonius lib. VII. Formularum, et ego amplius confirmo quodam loco Epigrammatis Agathiæ, quod extat Anthol. lib. II. tit. 22. εἰς ἰατρούς: ubi medicus ægroto suadet, ut Jurisperitum accersat condendi caussa testamenti: Θάρσει. τὸν νομικὸν δὲ κάλει· καὶ χρήματα σαυτοῦ Εὖ διαθεὶς, βιότου λῆγε μεριμνοτόκου.) Ita iidem et de interpretatione ultimarum voluntatum consulebantur, si ambigue quid scriptum nuncupatumve esset, ut voluntatem testatoris per conjecturas quasdam indagarent, tanquam venator et canis sagax feram per vestigia ejus persequitur ad usque cubilia. *Ritt.*

Consulit] Proprie de peritis juris, unde et 'Consulti' nominantur. Cicero in Mur. de Jctis: 'Et vestrum illud licet consulere.' *Schef.*

Nemo expedit] Ut sup. lib. III. cap. 15. 'Expedi, quid feci.' *Schef.* Satyricum agere hic videtur: itidem ut Terent. Phorm. II. 4. *Prasch.*

16 *Fructumve*] Repetenda est negatio ex superiori versu. Quanquam ego mallem *Fructum nec capiant.* Schef. *Fructum si* V. C. Pith. *Heinsius.*

Tulerint] Acceperint. Plautus Merc. A. II. Sc. 3. 'Quod posces, ferea.' *Schef.*

18 *Consumpta est*] Illustravit hujus verbi usum, in hac re, Daviesius ad Hirt. de Bel. Alex. cap. 47.

19 *Testamenti sensus*] Inter lineas in Ms. Rem. eadem antiquissima manu notatur; in alio codice fuit *census*; quod intelligi potest de pecunia, quam filiæ conferre et repræsentare matri ex bonis paternis debebant. *Gud.*

Sensus] Vide de hac vocis hujus significatione Cellarii curas posteriores p. 88.

20 *Fidem advocavit*] Id est, (locus enim dignus qui explicetur,) fide sua usa est mulier, et, ut in testamento perscriptum fuerat, ita fecit, ad priorem partem quod attinet, ut scilicet, 'tribus æquabiliter distribueret;'

Digitized by Google

conditionem autem appositam, 'Sed tali modo Ne,' &c. cum non videret, quo pacto explicare posset, *neglecto jure*, priori parti testamenti satisfecit. *Faber.* Sciendum enim, eorum, quæ dubia sunt, quædam solvi posse: hæc valent; quædam esse ejus generis, ut nulla ratione explicari queant: hæc habentur pro non scriptis. L. II. De his quæ pro non script. L. quo tutela. XXXVII. §. 3. de R. J. L. si quis. 27. De reb. dub. Hæc Cujac. Præf. ad d. D. tit. de reb. dub. *Prasch.* Eleganter et proprie usurpat illud *advocare*. *Advocantur* enim, a quibus jus exquiritur. Ascon. de Divin. 'Advocatus dicitur, qui jus suggerit.' Cæterum quia, qui suggerere jus debuerant, non poterant id explicare, ideo hic *fidem* advocat. Intelligit autem fidem bonam, ex qua testamento studet satisfacere, quando ex jure non potest. *Schef.*

Fidem advocavit jure neglecto parens] H. e. Mater, cum a JCtis non posset hæc res expediri in tam mirabili et inextricabili testamento, ipsa fidem implevit, nullo licet jure cogente. Vide Instit. de Fideicommissar. hereditat. et de Codicillis: item Plinium Epist. lib. v. *Ritt.*

Jure neglecto] Fecit mulier, inquit Faber, quod priorem partem testamenti attinet: conditionem autem appositam, cum non videret, quo pacto explicare posset, *neglecto jure*, priori parti satisfecit. Vult itaque, quantum video, intelligere de eo jure, ex quo talis conditio simul debuisset observari. At vero jus est nullum, quod ejusmodi conditionem observare jubet, quin imo, quæ non possunt ratione ulla explicari, ea pro non scriptis haberi, jurisperiti tradunt. Itaque cum sic negligi jus, quod fuit nullum, non potuerit, *neglectum jus* de consultis interpretor; quasi Noster diceret, non amplius curasse ipsos, nec exspectasse diutius, si forte invenirent aliquid, sed, quod posset, id fide bona fecisse. Ut sit *jus*, contrarium præcedentis *fidei*, hic positum sicut lib. III. c. 1. 'Servitus,' et alia similia passim apud Nostrum. Nisi malis per *jus* intelligere, quicquid stricte ex testamenti formula cuique deberetur. Quomodo Interpres Gallus: *La mere, laissant ce qui était du droit et de l'ordonnance de mort, se contenta d'agir en cela de bonne foi.* Schef.

Jure neglecto] Ms. *neclecto*. Forte, *jure nec lecto*. Alias interpretare, bona fide, nec observato stricto jure. *Gud.*

21 *Seponit*] Rigaltium in Phædrum non videre contigit: sed alibi legi, versus hos disjectos, ut putat, sic ab ipso in ordinem conjici: *Seponit machæ vestem, mundum muliebrem, Lavationem argenteam, eunuchos glabros, Demum politam, delicatos hortulos; Lanificæ agellos:* Et sic deinceps. Quam lectionem probat Demsterus ad Rosin. I. 2. Improbat Meursius ad h. l. cui nos subscribimus. Nam et mox sequitur: 'Tradet luxuriæ domum:' quod de potrice dictum esse Phædrus dubitare nos non sinit, dum sic eam insuper περιφράζει, 'Vitam quæ luxu trahit.' Ne de nimia in herciscundo inæqualitate, deque consuetudine et commoditate convivandi in hortulis ac domo dicam. *Prasch.*

Vestem, mundum muliebrem] 'Vestis muliebris,' 'mundus muliebris,' 'ornamenta muliebria' distinguuntur: l. XXV. D. de auro, arg. mund. &c. *Rig.*

Seponit mæchæ, &c.] Hic versus Hexameter Iambicus est. V. *Barth.* Adv. XVI. 14.

22 *Lavationem argenteam*] Ad luxum hic refertur lavationis instrumentum. Videatur Gyrald. ad Symb. Pyth. 'Dextrum pedem prius induendum, sinistrum vero prius lavandum:' Petr. Angelus Bargæus de Ædif. Urbis Romæ eversoribus p. 38. seq. In vet. Notis conjunguntur B. V. V. Balnea, Vina, Venus. *Prasch.* Vas ingens lotioni destinatum, uti

Digitized by Google

vult Rigaltius, adducto testimonio Ulpiani ex leg. XXV. ff. de Auro, Argen. ubi de mundo muliebri: 'Vasa unguentaria, et si qua similia dici possunt, veluti lavatio, riscus.' Quanquam lectionem hanc non omnes habeant libri, sintque, qui *alabastriscus* pro postremis vocibus substituant. Sane si res mei foret arbitrii, *lavationem argenteam* ego dicerem innuere, supellectilem omnem balnearem, ut strigiles, guttos, urceolos, et id genus, maxime cum sequatur ex opposito de instrumento rustico. Quanquam possit hoc intelligi etiam per vas illud velut principale. Citat sane 'Concham, lavationem argenteam,' ex Sidonio Rigaltius, si fides est Freinshemio. Sed et ipsum Ciceronem ita accepit doctissimus Gronovius Fam. Ep. lib. IX. 5. ubi legitur: 'Ut lavatio parata sit.' *Schef.*

Lavationem argenteam] Ulpianus l. Argumento D. de aur. arg. mun. &c. 'Mundus muliebris est, quo mulier mundior fit: continentur eo specula, matulæ, unguenta, vasa unguentaria, et si qua similia dici possunt, veluti lavatio, riscus.' Errant viri docti, qui legunt, *veluti alabastrum, &c.* 'Concha, lavatio argentea,' Sidon. Apollin. Ep. IV. 8. *Rig.*

Eunuchos glabros] Distingue *Eunuchos, glabros:* nam *glabri* diversi sunt ab *Eunuchis.* Catullus Epith. Jul. et Man. 'Diceris male te a tuis Unguentate glabris marite Abstinere, sed abstine.' Inscriptio vetus, quam Florentiæ vidimus in villa viri Illustrissimi Caroli Strozzæ:

LIARUS
ANTONIA DRUSI
GLABER
AB CYATO.

Glabri ergo proprio nomine Veteribus optimi ævi dicebantur pueri imberbes, 'depiles propter ætatem,' ut alicubi Nonius videtur explicare, veraque natura ab Eunuchis differunt. Sunt autem illi, qui aliis 'Delicati' vocantur; neque enim *Eunuchi* semper erant pueri, neque ob ætatem pilis defecti; imo plerique, calida et matura ætate inguina tradebant medicis, et deinde caloris, non ætatis, ratione pilis defecti erant. *Glabri* vero sunt illi 'pueri minuti, quos facie et garrulitate amabiles undique conquirebat' lautissimus quisque, ut de Augusto narrat Suetonius cap. 83. Hos 'Delicias' vocabant, ut Statius Sylv. Car. lib. v. 5. quem locum ibi laudat Casaubonus, quem pluribus de his vide agentem. Cicero hos appellat *pueros delicatos*, Tusculan. lib. v. de Dionysii convivio, quo exceptus Damocles: 'Tum ad mensam eximia forma pueros delicatos jussit consistere, eosque nutum ejus intuentes diligenter ministrare.' Sic ibi legendum; hactenus corrupte in omnibus editionibus *delectos.* Sic inscriptio apud Gruterum p. 661. n. 9. quam vidi et emendavi Romæ ad lapidem:

EVTYCHETI PVERO DELICATO B. M.
L. FVFIDIVS SPORVS DOMINVS FECIT.

Cætera, quæ Gruterus habet, non apparent in lapide, et videntur aliunde assuta. In indice Gruteri est: 'Coarmio delicatus Gladiatoris;' sed numerus vitiosus est. Hi pueri a Martiale appellantur 'Læves pueri.' Glossar. Philox. 'Ψιλὸς ὁ λεῖος, glaber, levis. ψιλῶ, deglabro.' *Glaber* vero pro *Eunucho* videtur accipi ab Hygino fab. 274. de Agnodice puella: 'Eum glabrum esse et mulierum corruptorem, illasque ægritudines dissimulare.' *Gud.*

Eunuchos glabros] Notandum Eunuchos fuisse in mundo muliebri. Sed cui bono mœchæ Eunuchi dati? Puta, ut delicias dicerent, flabello ventulum facerent, vanam et sterilem libidinem suscitarent. Juvenal. Sat. VI. 'Sunt, quas Eunuchi imbelles ac mollia semper Oscula delectent, et desperatio barbæ, Et quod abortivo non est opus.' Martial. Epig. VI. 67. 'Cur tantum Eunuchos habeat tua

Digitized by Google

Gellia, quæris, Pannice? vult fu. Gellia, non parere.' Cyrillus apud Suidam: Εἰώθασι γὰρ, ὅς ἀκριβῶς μεμαθήκαμεν, οὐ μόνον οἱ σπάδονες καὶ τὰ μόρια τῆς αἰσχρουργίας ποσῶς ἔχοντες ὑσελγαίνειν ἀμήτρως, καὶ ἀκολασταίνειν ἀναιδῶς καὶ ἀκορέστως, ἀλλά γε καὶ οἱ τέλεον ἀνδρώποι καὶ ἐκτετμημένοι ταῦτα, καθάπερ οὖν καὶ οἱ ἐκ γενετῆς ἐστερημένοι ταῦτα. φεῦ τῆς ἐσχάτης ἀτοπίας καὶ φρενοβλαβείας, διὰ χειρῶν καὶ δακτύλων φθείρειν τὰς γυναῖκας, καὶ τὴν ἀνοσιουργίαν οὕτως ἀμαυρῶς κατεργάζ'εσθαι. Alias Eunuchi virginibus mulieribusque custodes comites additi: quasi tutius Eunuchi possint εὐνὴν ἔχειν καὶ φυλάσσειν. At ipsi sæpe, ut ait idem Cyrillus, ὁς φύλακες ἅμα καὶ σωφροσύνης δῆθεν ἐπόπται μετὰ γυναικῶν καθεύδοντες ἀναισχύντως καὶ ἀπηνθρασμένως αἰσχροπραγοῦσι. Optimi vero Eunuchi παρὰ τὸ εὖ νοῦν ἔχειν, καὶ ἀπηλλάχθαι τῶν ἀφροδισίων. Sic in sacris litteris beati Eunuchi στερισκόμενοι τῆς ἐπιθυμίας, οἱ εὐνουχίσαντες ἑαυτοὺς ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας, καθαρίζ'οντες τὴν συνείδησιν ἀπὸ νεκρῶν ἔργων. Sic ingeniosissimus Epiphanius Serm. Εἰς τὴν Θεόσωμον ταφὴν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, Joseph virum Mariæ ἄνανδρον vocat, quasi sine viro: Ἐκεῖ Ἰωσὴφ ὁ ἄνανδρος ἀνὴρ τῆς Μαρίας, ὧδε Ἰωσὴφ ὁ ἐξ Ἀριμαθαίας. Nuper in vetere Glossario Ms. legebam: Ἄνδρα ἀντὶ νοῦ μητρῶα. ὁς τὸ, τὸν ἄνδρα Μαρίας. Lexic. Cyril. Ms. Εὐνοῦχος, ὁ ἄγαμος. Hinc emendandus Suidas: Μονότροπος, μόνος τραφεὶς, ἀγαθὸς ἀγύναιος. Legendum: ἄγαμος. *Rig.*

Glabros] Leves, imberbes, vide Juvenal. Sat. VI. *Schef.* Rectissime et ingeniose, ut solet, Gudius *Eunuchos* a *Glabris* distinxit. Glabri autem maxime in deliciis erant luxuriosis. Senec. de Brevit. Vitæ c. 12. 'Quanta celeritate, signo dato, Glabri ad ministeria discurrant.' Gloss. 'Ἁβρὸς glaber, delicatus, molliculus.' *Burm.*

24 *Jumenta*] Equos intelligit. Atque sic a bovibus distinguit Columella quoque lib. I. c. 6. 'Non altius edita esse præsepia convenit, quam ut bos aut jumentum sine incommode stans vesci possit.' *Schef.* Idem Colum. VI. 14. 'Machina clausa jumenta bovesque curentur:' et Plinius distinguit 'Boves' a 'Jumentis' lib. XI. 34. et XVII. 9. Nepos tamen in Hannib. cap. 5. 'Sarmenta in cornibus jumentorum deligata incendit:' nisi cum Bosio ibi *juvencorum* legas. Hic vero asinos vel mulas intelligo: ut 'Pistrinensia jumenta' Suet. Cal. 37. et ita centies apud Apuleium. *Burm.*

Instrumentum rusticum] Similiter Attilius in litteris ad Senatum apud Valer. Max. lib. IV. cap. 14. 'Mercenarium amoto rustico instrumento discessisse.' Cicero junior ad Tironem: 'Videor videre ementem res rusticas.' Lamprid. Alexand. 'Auxit agris, animalibus, gregibus, ferramentis rusticis.' Falluntur, qui ultima hæc duo verba distinguunt, quasi *ferramentis et rusticis* dixisset. Apud Jurisconsultos 'Enthecæ prædiorum' vocantur dotes prædiorum, instrumenta talia agri colendi caussa, et quicquid repositum in usu agri: l. II. §. ult. ff. de instr. leg. l. Lucius de leg. 2. Vide quæ notavit Cujacius ad Septimum Respons. Papinian. et Mercerus ad Non. p. 530. In margine Cod. Rem. ad *instrumentum rusticum*, velut Scholion quoddam, antiqua manu, scriptum est: 'Ut Caccabum, cribrum, vallos, et similia utensilia.' Ubi nota, quod *caccabus*, quod vulgo *cacabus*, scribatur cum duplici *c*: est enim Græcum vocabulum κάκκαβος, id est, olla testacea, apud Athenæum ex Antiph. quæ et κακκάβη eidem Athenæo alibi et Aristophani. Scribitur tamen et κάκαβος; et apud Dioscor. lib. IV. c. 74. ἁλικάκαβον, salinum quoddam. Sed rectius puto κάκκαβος. Calepinus *Catabum* explicat 'vas æneum, in quo pulmentarium coquimus;' sed, puto, fallitur Calepinus,

Digitized by Google

neque enim vas æneum fuit, sed testaceum; non tantum apud Græcos, ut ex Aristophane apud Athenæum vidimus, sed etiam apud Latinos. Unde Plin. lib. XXXII. c. 6. 'Succus in caccabo novo coquitur mellis crassitudine.' Et Apicius: 'Capita porcorum simul elixabis in caccabo novo, ut aqua ad tertiam deferveat.' Fuisse vero caccabos æneos et argenteos, patet ex l. XVIII. §. 1. de instr. et instr. legat. et l. XIX. §. 12. de aur. et arg. leg. *Vallus* vero est firmior palus, cui vitis alligatur, et quo etiam milites castra muniebant. Virgil. 'Exacuunt alii vallos furcasque bicornes:' cum palisade. *Instrumentum rusticum* Græci dixerunt τὰ γεωργικὰ παρασκευὰς, ut videre est apud Dion. Halic. lib. I. p. 46. edit. Wech. ubi recte vertitur, *instrumentum rusticum*. Dicitur Plauto, *mundus rusticus*, in Mercatore: 'Multopere in mundo rustico se exercitum.' Eleganter; nam *mundus* non tantum de muliebri ornatu, sed quarumvis rerum mobilium prompta et ad manum parata copia dicimus. Apuleius Metam. lib. VI. ad ejus imitationem: 'Erant et falces, et operæ messoriæ, mundus omnis.' Ita legendum recte monuit Janus Guilielmus Verisim. lib. III. cap. 13. Festus: '*Mundus* non alius est, quam quod moveri potest.' Gallis, *meubles*. Gud.

Instrumentum rusticum] Quidquid fructuum quærendorum, colligendorum, conservandorum causa, paratum est. Ulpian. l. Quæstum est. ff. De instruct. vel instrum. leg. *Rig.*

25 *Potrici*] Sidon. Epist. lib. II. Epist. 9. 'Famulorum turba compotrix.' Terent. in Andria: 'Importunitatem spectate aniculæ, quia compotrix ejus est.' Vetus Gloss. 'Πότης, Bibax, Potax.' *Rig.*

Potrici] Sic 'Compotricem' dixit Terentius Hecyra. *Ritt.*

Plenam antiquis apotheoam cadis] Sic sæpe apud Juris auctores, 'Vinum in cellis atque apothecis conditum.' *Rig.*

Antiquis cadis] Sic Apul. Asin. Au. II. 'Vini cadum in ætate pretiosi.' Qua de re plura alii notant. *Rig.*

Apotheoam] Cellam, ubi disponebant et custodiebant cados. Columella dicto loco: 'Apothecæ recte superponentur his locis: unde plerunque fumus earum exorietur, quoniam vina celerius vetustescunt,' &c. *Schef.*

Cadis] *Cadus* est vas vinarium ingens, capiens vini libras centum; vide Pætum de Mensuris p. m. 58. Cæterum *antiquis* addit, quia tales pretiosiores. Quo enim vetustius vinum, eo delicatius et melius. Hinc apud Petronium titulus amphoræ: 'Falernum Opimianum annorum centum.' *Schef.*

26 *Domum politam*] Rigaltius hunc versum transponit. Non assentior. Et vis sententiæ meæ fulcrum? Ecce, in sequentibus, cum Æsopus male data ex testamenti sententia mutat: 'Domum, et ornamenta, cum venustis hortulis, Et vina vetera date lanificæ rusticæ.' Nihil clarius, nihil certius: mutat Æsopus nihil in rebus, sed alias iis tantum personas assignat. *Meurs.* Perfectam absolutamque omni ratione. Vide Varronem de R. R. lib. I. c. 2. Plaut. Mostel. I. sc. 2. Festus: 'Omnes perfectiones antiqui *politiones* appellabant.' *Schef.* Hinc in jure 'Politores agrorum,' de quibus ad l. LII. §. 2. ff. pro socio tractant JCti. quæ lectio ex hoc loco firmari potest.

Domum politam, et delicatos] Sic apud Varronem de Re Rust. lib. I. cap. 2. 'Regie polita ædificia.' Festus: '*Depolitum*, perfectum: quia omnes perfectiones antiqui *politiones* appellabant.' *Rig.*

Delicatos] Non satis memini, an olim apud Epigrammatarium legerim 'Delicatum nemus;' sed ad hoc scio, legisse me apud Ciceronem in Verr.

Digitized by Google

'Delicatissimum littus,' et apud Plinium Secundum, 'Anio delicatissimus amnium' Epistol. lib. VIII. 17. quæ sane dignissima est, quam legas. *Faber.* Ut 'Littus delicatum' apud Cicer. in Verr. et 'Amnis delicatus' apud Plinium Ep. VIII. 17. quemadmodum Faber notat. Sed et 'Domum delicatam' dixit Seneca in Hippol. Mox 'Venustos' reddit. *Schef.* Ita 'Delicata Asia' Cicer. pro Muræn. XIX. 'Delicatissima navigia' Suet. Vitel. X. *Delicatum* dici omne, quod pretiosum, molle, nitidum, ad pompam et ostentationem compositum est, recte docuit Vir Amplis. Cuperus Obser. I. c. 3. Sic apud Petron. c. 33. 'Notavique rem omnium delicatissimam.' Vid. et inf. v. 1. et ad Quinct. Decl. I. 13. *Burm.*

Delicatos hortulos] 'Hi Græcis ἀναλοὶ κῆποι. Philostr. Προστέων ἐν ᾧ ἀναλοί τε κῆποι καὶ πῆγαι. Sic *hortorum deliciæ* in lib. IV. C. de aquæduct. 'Mansura pœna in eos, qui, ad irrigationes agrorum et hortorum delicias, furtivis aquæ meatibus utuntur.'' Hæc Salmasius ad marginem. Sic Martialis: 'Ruris bibliotheca delicati;' rus enim ibi, hortus. *Gud.*

Delicatos hortulos] Mox ipse dicet: 'Venustis hortulis.' *Rig.*

27 *Sic destinata*] 'Αφωρισμένα. *Rig.*

Destinata dare] Propria hæc quoque in testamentis ordinandis verba: ita JCtus in l. XLIX. §. ult. de leg. III. distinguit inter 'Adtributa' et 'Destinata:' et hinc explicandum illud dictum apud Petron. cap. 43. 'Cui datum est, non cui destinatum.' *Burmannus.*

30 *O si maneret*] H. e. superesset, superaret. Virgil. Æn. II. 'Insula dives opum, Priami dum regna manebant. Et paulo post: 'Trojaque, nunc stares; Priamique arx alta, maneres.' Adhuc lib. IV. 'Quid si non arva aliena domosque Ignotas peteres, et Troja antiqua maneret?' Cicero de LL. I. 1. 'Si manet illa quercus, hæc est, profecto.' Quintil. Inst. Orat. III. 1. de M. Antonio: 'Namque hoc solum opus ejus, atque id imperfectum, manet.' *Pressch.* Eleganter de defuncto, quippe qui ante habuerit. Si, inquit, posset conditus sepultusque nunc videre, quam male vos intelligatis ejus voluntatem. Atque sic Virgilius sæpissime. Ut Æn. lib. IV. 'Si Troja antiqua maneret.' *Schef.*

Si maneret condito sensus patri] *Condere* verbum mortuale vel sepulchrale. Unde 'Conditorium,' quod et 'Conditivum,' Senecæ et Petronio est sepulchrum. Hoc primum. Deinde quia dubitabant veteres, an sensus rerum humanarum ad defunctos pertingeret: crebesrime his utebantur et similibus formulis: 'Si quis manium sensus est:' 'Si quis in morte sensus est:' 'Si quis etiam inferis sensus:' 'Si quis defuncti sensus est:' 'Si quid inferi sentiunt:' 'Si quis post funera sensus:' 'Si quid habet sensus umbra:' 'Si manes post fata aliquid sentiunt:' 'Nigras si quid sapis inter arenas,' Propert. lib. IV. 'Si sentire datur post fata quietis:' Nemesianus Ecloga I. Reliquorum auctores pete a Brissonio De Formulis lib. VIII. fol. 737. cui duo postrema ista exempla addidi: et hoc Euripideum in Hercule Furioso, Ὦ φίλταν', εἴτις φθόγγον εἰσακούσεται θνητῶν παρ' ἕδρᾳ, σοὶ τάδ', Ἡράκλεις, λέγω. *Ritt.*

31 *Voluntatem*] Optime de testamento, quia est voluntas ultima. Plin. Ep. II. 16. 'Legem mihi dixi, ut defunctorum voluntates, etiamsi jure deficerentur, quasi perfectas tuerer.' *Schef.*

Suam] Pro, ejus. Cicero Philip. IV. 'Quod autem erat præsidium salutis libertatisque vestræ, si C. Cæsaris fortissimorumque sui patris militum exercitus non fuisset.' Contra Cornelius *ejus* dixit pro, suus, Themist. cap. 8. 'Hic cum propter multas ejus virtutes magna cum dignitate viveret.' Atque sic hæc crebro permutantur.

Digitized by Google

Vid. Voss. de Constr. c. 56. *Schef.*

32 *Potuissent*] Puto plane scripsisse Nostrum *pot' essent*, pro, possent, exemplo Plauti, Terentii, et aliorum. *Schef.*

33 *Solvit*] Eleganter; quia eo tenebantur, velut vincti. Sic 'Solvere metum' Virgilius usurpavit. *Schef. Errorem* vero cape ut supr. III. 10. 41.

36 *Vestem, uniones*] Luxus muliebris instrumenta recensentur non pauca apud Plaut. Aulul. act. III. sc. 5. 'Purpuram atque aurum, Ancillas, mulos, muliones, Pedissequos, salutigerulos Pueros, vehicula qui vehar.' *Nev.*

Pedissequos] Recte monuit Hoogstratanus, *pediseques* scribendum, ne versui vis inferatur. Ita in lapide apud Gruter. DC. 8. VERNAE PEDISEQVO: et MCXII. 10. CINNAMVS. TI. CÆSARIS AVG. PEDISEQVVS: et in Bellor. monumentis t. XII. Thes. An. Græc. p. 37. TI. CÆSARIS PEDISEQ. PRIMIANO. *Burm.*

37 *Vitam quæ luxu trahit*] Quæ luxuriose vivit, profuso et soluto in convivia et compotationes sumptu. Festus: '*Luxa* membra suis locis mota et soluta: a quo *luxuriosus* in re familiari solutus.' Idem: '*Luxantur*, a *luxu* dictum, id est, luxuriantur.' Glossæ veteres: ''Ασωτία, luxus, luxuria, ganeum. 'Ασωτεύομαι, luxo, luxurior, prodigo, helluor.' *Rig.*

Luxu] *Luxus*, qui alias latius patet, hic stricte accipitur pro ebrietate seu temulentia, quæ scite a veterum quodam μητρόπολις κακῶν appellata est. *Ritt.*

Trahit] Valde eleganter, velut reluctantem et invitam, quando vita ebriorum morti est similior, quam vitæ. Ita 'Senium trahere luctu' apud Claudianum est in De Raptu, III. *Schef.* Vide sup. fab. 21.

38 *Agros et vites*] Lege, *Agros avitos et pecora.* Liv. II. 23. 'Agro paterno avitoque se exuisse.' Flor. III. 15. de Graccho: 'Qui cum pari tumultu et terrore plebem in avitos agros arcesseret.' Columel. præfat. de Cincinnato: 'Ad quatuor jugerum avitum hæredíolum rediit.' Vel legi potest, *Agros, vineta et pecora:* Sic agros suos a vineis distinguit Ausonius de villa sua. V. C. Pith. habet, *Agros utiles.* Heins.

Agros, vites] Ms. *utiles.* Rescribe meo periculo *villas*, et sic recte respondebunt verba superioribus, ubi in distributione bonorum a matre facta conjunguntur in una portione, agelli, pecora, villa, operarii, boves, jumenta, et instrumentum rusticum; ne verbulo quidem vites memorantur. Æsopus vero in secunda distributione contractioribus verbis utitur, et personis tantum aliis assignat, servatis portionibus a matre primo factis. Ibi autem *villarum* mentio fit, et, si jam *vites* essent distribuendæ, illæ sub agris et villis comprehenduntur. Si quis vero *vites* minus a veteri codice scriptura *utiles* abire contendat, quam illud *villas*, hunc scire oportet, in antiquissimo illo codice Remensi, qui ad veri incunabula plerunque digitum intendit, sæpius *T* vitiose pro *I*, et *I* perperam pro *T* scriptum reperiri. Sic in prologo hujus libri, *subtilis*, ubi corrupte *TI* pro *IL*; pro *sub illis.* Sic hic *UTIles* vitiose pro *VILlis.* Gud.

39 *Perpeti*] Terent. Heaut. IV. 4. 13. 'Non possum pati, quin tibi caput demulceam.' Hæc monstrant, quemadmodum supplenda sit ἔλλειψις in trito loquendi genere, 'Non possum, quin hoc faciam.' *Prasch.* Ferre, sustinere, id agere, eleganter, ad signandam difficultatem faciendi ejus, quod ingenio repugnat. *Schef.* Vid. Gronov. ad Senec. Thyest. 470.

40 *Teneat*] Retineat. *Schef. Tenere* hic est, quod supra 'Possidere' dixit; exempla apud Ciceronem et JCtos obvia. V. l. XV. ff. de his, quæ ut indig. auf. l. XVIII. ff. de acceptil.

Digitized by Google

Alienum suis] Vide ad Quinct. Instit. lib. VI. 3.

41 *Ut vinum paret*] Forte legendum *impetret*. Gud.

Vinum paret] De hoc loco sic Gronovius ad me: 'Lego, *ut vinum petat*. Suet. Claud. 40. 'Descripsitque abundantiam veterum tabernarum, unde solitus esset vinum olim et ipse petere.'' Rectissime, nam sequitur mox *ornatum paret*, ingrata repetitione. *Schef.* *Parare* et *petere* sæpe confundi vidimus ad Calpur. Fl. Decl. XXV.

42 *Agros abjiciet*] Vili pretio vendet; itidem ferme Terentius de psaltria, quam adolescens, ut oblectaret ætatulam suam, mercatus fuerat, 'Quæ, quantum potest, Aliquo abjicienda est, si non pretio, gratiis.' *Faber.* Sic M. Tullius 'Ædificationem' dixit 'abjicere.' Dares Phryg. de Exc. Troj. 'Hector muliebria verba Abjicit.' Quæ si cogitasset Mynsingerus, forte non scrupulum ipsi injecissent verba §. 47. Inst. de R. D. 'Quod dominus ea mente abjecerit.' Ad quæ ita commentatur: 'Argumento hujus verbi (abjecerit) videtur hoc de rebus tantum mobilibus, quæ abjici possunt, intelligendum esse: verius tamen est, res solo quoque hærentes, et quæ immobiles habentur, pro derelicto fieri.' *Prasch.* Faber optime hoc loco: '*Abjiciet*, vili pretio vendet; itidem ferme Terentius de psaltria, quam adolescens, ut oblectaret ætatulam suam, mercatus fuerat, 'Quæ,'' &c. Hæc Faber optime, ut dixi. Alii aliter, sed frustra. Nam et Plautus ita in Mostellaria act. III. sc. 3. 'Nunquam edepol me scio vidisse usquam abjectas ædes, nisi modo hasce.' Ubi simul consule Clariss. Gronovium. *Schef.* Vid. Gronov. Obs. III. 21. Seneca de Benef. I. 11. 'Recipe, non desidero, meo contentus sum. Interim non reddere tantum libet quod acceperis, sed abjicere.'

Agros abjiciet] Lactantius præfat. 'Abjecisse quosdam res familiares suas.' Sic Latin. Pacatus: 'Rejicere sumtum;' quod perperam mutat Gronov. Obs. II. 22. *Gud.*

Abiciet] Sic frequentissime veteres alterum i in hoc et similibus verbis compositis a *jacio* consueverunt abjicere. Vide indicem Giphanii in Lucretium. *Ritt.*

Ornatum paret] Indigna Phædro repetitio ejusdem verbi, quod duos proxime sequentes versus claudat. Forte hic legendum *parem*, id est, ornatum parem mœchæ; subaudiens *paret*, quod in antecedenti versu. Vel an legendum *par et*, id est, pariter, eodem modo, quo illa vinum paret, hæc sibi pariter ornatum. Sic apud Plautum: 'Quid tibi est? N. Pol mihi par idem, quod est tibi.' Scribendum puto *par et*, id est, pariter. Sed et scribendum superiori versu *ut vinum comparet*. Sic *vendere* et *comparare*, sive emere, eleganter sibi opponuntur. Syllaba autem *com* facile ob compendium scribendi, vel sequentis versus vocem similem, excidere potuit. *Comparare* pro, emere vulgatum. Suetonius: 'Animosissime comparare.' Terentius Heaut. act. IV. sc. 6. 'Des qui aurum, ac vestem, atque alia, quæ opus sunt, comparet.' Plautus Pœn. 'Negotii sibi qui volet vim parare, Navem et mulierem, hæc duo, comparet.' *Gud.*

Paret] Comparet sibi pecunia, emat. Ita Cic. in Ep. ad Att. 'Cogito trans Tiberim hortos aliquos parare;' et in Or. pro Flacco: 'Si tam te Crassi agri delectabant, hic alicubi in Crustumino, aut in Capenati, paravisses.' Plautus addit, 'Pretio parare.' *Schef.*

44 *Luxuriæ*] Ms. *luxoriæ*. *Luxuria* vero explicandum est, luxuriosis, luxui deditis, quibus domus illa polita cum ornamentis suis conveniens erit. Sic 'Invidia' pro invidiosis hominibus est metonymia, abstractum

Digitized by Google

pro concreto; hoc non intellexit Schefferus, et frustra tentavit Heinsius. *Gud.*

Luxuriæ domum] *Domus luxuriæ*, pro ea, quæ instructa est ad luxum, quæ dedita et consecrata velut est luxuriæ. Quomodo Plautus in Casin. II. sc. 1. 'Stabulum nequitiæ:' in Trin. II. sc. 2. 'Hospitium calamitatis:' Cicero in De Leg. Agr. 'Domicilium superbiæ:' et Cornel. Nepos Vita Attic. cap. 3. 'Domicilium imperii' usurpant. Ad eundem modum 'Domum luctus,' 'Domum precationis' dixit vetus Bibliorum Interpres. Hæc scripseram, cum nob. Dn. Heinsius significat legendum sibi videri *licituris domum*: *liceri* esse, pretium pro re venali offerre, idque verbum, ut parum intellectum, passim corrupisse inscios librarios. Quod est valde verisimile; nisi putemus, illud *luxuriæ* non mutandum, quia velut causam continet, cur, cum omnino ædes aliquas debuerit habere, illas vendere voluerit, nempe quia vidit, luxui servire potius, quam habitationi. *Schef.* Conjecturam, quam cum Scheffero Nobil. Heinsius olim communicaverat, in libro suo induxit, ita ut videatur postea sententiam mutasse; adscripsit vero locum Cic. Agrar. II. 'Capuæ in domicilio superbiæ, atque in sedibus luxuriæ collocati,' et Liv. XXIII. 8. 'Luxuriosa domus.' Non recte autem videtur Gudius vocem *luxuriæ* hic dativo casu accipere, et explicare per, luxuriosos; nam *domus luxuriæ*, est ea, ut recte Schefferus interpretatur, quæ ad luxum et magnificentiam est instructa; sic de domo Agesilai C. Nepos c. V. 'Quam qui intrarat, nullum signum libidinis, nullum luxuriæ videre poterat.' Et Ovid. Fast. VI. 643. de domo Vedii: 'Hæc æquata solo est, nullo sub crimine regni, Sed quia luxuria visa nocere sua.' Et ita Curtius III. 11. 20. 'Ingens auri argentique pondus,' 'Non belli, sed luxuriæ apparatum,' vocat: et Justin. II. 14. 'Græcos, diviso inter se auro Persico, divitiarum Luxuria cepit.' Ex quibus omnibus patet, *Luxuriam* Latinis proprie dici, nimium et profusum sumptum, et, ut Nonius explicat, 'contra pudorem et supra modum profusio.' Quod et ex lib. IX. c. 1. Valerii Maximi apparet, qui ei libidinem comitem facit, ut et Terent. Heaut. V. 1. 'Ut illius animum, qui nunc luxuria et lascivia Diffluit, retundam.' Et supra C. Nep. loco laudato. Eadem vero forma 'Luxuriæ castra' dixit Cicer. Verr. V. 37. et Carthaginem 'Fraudum domum' Silius VI. 479. Lucanus vero X. 488. 'Luxuriosam domum:' quæ omnia nostram interpretationem confirmant. *Burm.*

46 *Et dictam*] Præscriptam, constitutam summam. Terent. 'Dotem dicere' ait, Heaut. V. 1. 64. et 69. *Prasch.*

Et dictam] Ms. *Edictam.* Gud.

48 *Quod multorum, &c.*] Non igitur semper ad multitudinem respici oportet, sed ad eos, quibus potius lux veritatis adsistit: ut graviter monuit Arcadius in l. XXI. ob Carmen. §. ult. D. de testibus. 'Neque ex multitudine auctorum judicandum, quod melius et æquius est: cum possit forsitan et deterioris sententia et multas et majores in aliqua parte superare:' ut Justinianus ait in præfat. De Conceptione Digestorum. *Ritt.*

Digitized by Google

FABULA VI.

2 *Historia quorum in tabernis pingitur*] Nihil hic deest, sed τὸ *m* ante vocalem non absorbetur. Cujus rei et alibi apud Phædrum exempla observavi: ut supra l. I. f. 13. Non fuit igitur, quare Pithœus asteriscum ante τὸ *in* poneret, quasi loci corrupti signum. *Ritt.*

Quorum in tabernis historia depingitur] Scribendum ex Ms. *Historia quorum in tabernis pingitur. M* non eliditur in *quorum*, quod frequens est Phædro; præsertim in medio Iambi versu, in cæsura. Sic l. I. f. 4. 'Aliamque prædam ab alio ferri putans.' Et l. I. f. 12. 'Tunc moriens vocem hanc dedisse dicitur.' (Sic Codex Petri Danielis; sed Remensis, *edidisse. Dare vocem*, ut 'Mittere.') L. III. f. 6. 'Nam ubi strigandum et ubi currendum est scio.' L. IV. f. 8. ex Ms. Rem. 'Reperire effugium alterius quærit malo.' L. V. prol. 'Quum destinassem operis habere terminum.' *Tabernæ* autem hoc loco intelliguntur omnes, quæ sunt popularis usus, ut alicubi explicat Nonius Marcellus. Quanquam ætate Nonii per tabernas intelligebant œnopolia. Vide Salmasium ad Spart. p. 45. Tamen etiam Suetonius de Claud. Imp. c. 40. 'Descripsitque abundantiam veterum tabernarum, unde solitus esset vinum olim et ipse petere.' Sed Cassiodorus in Psalm. 14. 'Majores nostri *tabernas* domos pauperum appellaverunt, et quod ibi habitabant et *cænabant* (sicut antiquis mos erat simul cibum sumere) ex duobus nominibus unum traditur factum esse vocabulum, scilicet *tabernaculum*.' Gud.

In tabernis] Ex consuetudine. Vide quæ scribo in opusculo de Pictoria c. 4. *Schef.* Ita in Anthol. II. c. 12. p. 202. Γραπτὴν ἐν τοίχῳ Καλτούρνιος ὁ στρατιώτης Ὡς ἔθος ἐστὶν, ἰδὼν τὴν ἐπὶ ναυσὶ μάχην. Unde apparet, has picturas in parietibus fuisse: de quibus vide Bronkh. ad Propert. II. vs. 26. Sic in tabernarum librariarum postibus nomina scriptorum venalium scribebantur. Martial. Ep. I. 118. 'Contra Cæsaris est forum taberna, Scriptis postibus hinc et inde totis, Omnes ut cito perlegas poëtas.' *Burm.*

3 *Artos*] Vulgo *arctos* scribimus, contra veterum auctoritatem, quæ hic observatur. *Ritt.*

Arctos circum trepidarent cavos] Horatius Epist. I. 'Macra cavum repetes arctum.' *Trepidare* autem idem hoc loco est, quod supra lib. III. fab. 16. 'Noctua egressam cavo trepidantem consectata.' Quibus in locis nihil aliud est, quam ultro citroque pavidum concursare. Omnium id optime explicat A. Hirtius de Bello Afric. c. 28. 'Animadvertit, hostes circa vallum trepidare, atque ultro citroque pavidos concursare.' Itaque eleganter Phædrus jungit *trepidarent* et *fugerent*. Talis quippe trepidatio fugientium est. Tacitus Ann. XV. 'Neque minus deformem illam fugientium trepidationem.' Proprie tamen *trepidare* est expavescere, præ timore contremiscere. Tacitus Ann. XV. 'Trepidabantque gentes de æstimatione singulorum.' Quo loco certe *trepidare* non est trepide festinare, sed timore et sollicitudine confundi; ut apud eundem Hist. III. c. 58. 'Largus promissis, et, quæ natura trepidantium est, immodicus.' Rigaltius

Digitized by Google

perstringit Faber, ac si *trepidarent* apud Phædrum pro ἔτρεσαν, expaverant, accepisset; sed hoc non dicit Rigaltius, quem vide. *Gud.*

Trepidarent] Callim. Hym. in Cerer. Καὶ τὰν αἴλουρον τὰν ἔτρεμε θηρία μικκά. *Rig.*

Trepidarent] Pro ἔτρεσαν (id est, expaverunt) accepit Rigaltius. Miror; nam longe alia vis est in τῷ *trepidare*. Quippe vel Servio teste festiuare est: quid enim illud Virgilii, 'Dum trepidant alæ?' sed piget isthæc refellere ex Livio, Salustio, &c. *Faber.* Non est, expavescerent, aut paverent, ut vult Rigaltius, sed per sollicitudinem festinarent intrare, ut recte notat Faber, Servio auctore. *Schef.*

Cavos] 'Cava' dixit Cato de R. R. c. 128. hæc murium domicilia. Sed 'Cavos' usurpavit et Varro lib. III. c. 15. ubi de gliribus agit. Videtur Noster in animo habuisse illud Horatii Ep. I. 7. ubi Mustela ad Vulpem: 'Macra cavum repetes arctum, quem macra subisti.' *Schef.* Et 'Cavus' occurrit apud Columel. I. 6. et apud Terentian. Maur. pro puteo, notante Barth. Adv. XV. 2. *Burm.*

4 *Ægre recepti, &c.*] 'Babrias: 'Αλλὰ μὲν οὖν σωθέντες ἦσαν ἐν τρώγλαις,' Salmasius in ora libri. *Gud.*

Recepti] Sc. cavis. Ut Virg. Æn. II. 'Ne recipi portis, aut duci in mœnia possit.' De loco tuto usurpatur, unde quoque 'Receptaculorum' nomen. *Scheff.*

5 *Duces eorum*] Lege, *Duces ut horum.* Heins.

Capitibus cornua Suis ligarant] Quasi tufas et flammulas. Vid. Veget. lib. III. Mauricius Strategic. I. Κασσίδια ἔχοντα τουφία μικρὰ καὶ φλάμουλα κατὰ τῶν μήλων. Amplius declaravi in Gloss. Barbaro-Græco. *Rig.*

6 *Ligarant*] Pro, alligarant, aut ligarant in capitibus. *Schef.*

Conspicuum] Ut essent ἐπισημότεροι. Ita brevius Æsopus fab. 246. Tale signum in Julio Cæsare fuit 'Color vestitus,' purpureus scilicet, ut ipse prodit B. G. VII. 88. *Prasc.* Non tesseram, ut putat Rittershusius, sed notam, qua duces a gregariis discernerent. Sic enim solebant, ut docet Veget. II. 13. 'Antiqui centuriones bellicosos loricatos, transsumptis cassidum cristis, ut facilius noscerentur, singulas jusserunt gubernare centurias.' Et c. 16. 'Centuriones habebant galeas ferreas, sed transversis et argentatis cristis, ut facilius agnoscerentur.' Inde 'Insigniti milites' hi tales, apud Varronem. Neque novum, quod de cornibus Noster habet. De Pyrrho rege Plutarchus: 'Agnitus fuit ab eximia crista et a cornibus hircinis.' De Nabide Silius Lib. XV. 682. 'Casside cornigera dependens infula.' Adde quod in opere eruditissimo de Unicornu cap. 1. observavit Vir clarissimus, veterique amicitia conjunctissimus mihi Dn. Thomas Bartholinus. Locum sic, nec aliter, accipiendum vel id arguit, quia subditur, *quod sequerentur milites.* Nam tesseram non sequuntur, sed observant, ut a suis hostes dignoscant. *Schef.*

7 *Signum, quod sequerentur milites*] Id est, tesseram militarem. Σύνθημα vocant Græci: ut præter ceteros Euripides Phœniss. et Onosander. Tali pro signo versum Homeri integrum Claudius dabat excubitori Tribuno: Ἄνδρ' ἀναμίνασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπαίνῃ. Id est: *Ulciscare virum, qui te irritaverit ultro.* Sæpius autem unica dictio, eaque boni ominis pro tessera dari solebat: Victoria, Palma, Triumphus, Virtus, &c. Vide Torrent. ad Suetonium. *Ritt.*

8 *Hæsere*] Pro, obhæsere, ob amplitudinem cornuum. *Schef.*

9 *Immolatos, &c.*] Hic et alter versus grandioris spiritus sunt et majestatis tragicæ; cujus generis versus cum humiliori characteri intermiscentur, nulla res est, quæ ad ridicu-

Digitized by Google

lum faciat magis. Plautus in ea re aliquando mirabiliter nugatur: Horatius quoque in Satyris et Epistolis eadem arte sæpe usus fuit. Hujus generis est apud Terentium: 'Qui templa cœli summa sonitu concutit.' Ibi enim nebulo quidam ob ereptam puellæ virginitatem ovans, Jovem illum Opt. Max. in tegulas granditate carminis devocat. *Faber.* Grandius, ut augeret risum in humili hac re, uti bene Faber observat. Manet autem in similitudine. Solebant nempe victimas post victoriam offerre Diis. Vide Heliod. Æth. lib. x. *Schef.*

Immolatos] Id est, mactatos: *καταχρηστικῶς.* Nam *immolandi* verbum ad sacrificia proprie pertinet. *Ritt.*

10 *Capacis alvi*] Quod 'Barathrum' aliis. In Anonymi Fab. 21. clamant ranæ: 'Nos sepelit venter.' *Prasch.* Ita poëtica exaggeratione Virg. Æn. ix. 700. dixit 'Reddit specus atri vulneris undam Spumantem,' teste Servio. Et Silius Italicus, Virgilium imitatus, lib. vi. 276. 'Tabificam spirat sanîem specus ultima.' Imitatus et Prudentius, ad cujus Cathemer. vi. vs. 105. vid. Heinsium, qui adducit ex Hymn. vii. ut et hic Gudius, 'Alvi capacis vivus hauritur specu:' et ita Lycophron v. 154. de Cerere mandente Pelopis humerum dicit, *Ἐτύμβευσε τάφῳ, Condidit sepulchro:* ubi Tzetz. *συμβολικῶς τάφον* dicit pro *γαστέρα* positum. Vide et Canter. et Meurs. quod imitati Latini Poëtæ. Attius in Atreo inter fragm. a Vossio collecta: pag. 106. 'Natis sepulchrum est ipse parens:' et Ovidius Met. vi. 665. 'Seque vocat bustum miserabile nati.' *Mersit* vero eleganter; ut idem poëta in Ibide 387. ex Ms. 'Ut quos demersit vastum Polyphemus in alvum:' vulgo *demisit*, quod capacitatem non satis vastæ alvi exprimit. *Burm.*

Capacis alvi mersit tartareo specu] Hunc locum imitatur Prudentius hymno Cathem. vii. vs. 114. 'Exceptus inde beluinis dentibus Alvi capacis vivus hauritur specu.' *Gud.*

Capacis alvi mersit tartareo specu] David. Psal. v. *Τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν.* Optatus Afer advers. Parm. ii. 'Unde furori vestro tanta fames innata est, ut guttura vestra sepulcra patentia feceritis? unicuique sepulcro sufficit unum funus, et clauditur: gutturi vestro bonorum funera minime sufficiunt; et adhuc patent, dum aliquos quæritis devorare.' Artemidor. Oneirocrit. i. *Στόμα ἔοικε τάφῳ· ὅσα γὰρ ἂν λάβοι τὸ στόμα, διαφθείρει καὶ φυλάττει.* Principis fiscum 'Charybdis specum' vocat Pacatus Paneg. Th. A. *Rig.*

Alvi tartareo specu] Simili fere grandiloquentia et *δεινότητι* Oppianus Ceto tribuit *γαστρὸς χάος* Halieut. lib. v. vs. 52. *Ritt.*

12 *Periclitatur magnitudo principum*] Similis fere sententia fuit supra l. ii. f. 7. 'Tuta est hominum tenuitas; Magnæ periclo sunt opes obnoxiæ.' Contraria tamen huic præsenti sententia est apud Horatium in Epist. 'Quicquid delirant Reges, plectuntur Achivi.' Imo et apud ipsum Phædrum supra l. i. f. 30. 'Humiles laborant, ubi potentes dissident.' *Ritt.*

Magnitudo] Eleganter; tum, ait, cum premit, periclitari solent principes, propter suam magnitudinem. *Schef.*

13 *Minuta plebes*] Miror veteres technicos, et Rittershusium ipsum existimare, in nomine *plebes* esse archaismum, cum certum sit Livium nunquam aliter locutum; ut nec Sallustium, nec ejus imitatorem Tacitum. *Faber.* 'Subjecta plebes' Quinct. Decl. xiii. 2. Petron. xliv. 'Itaque populus minutus laborat.'

Minuta plebes] *Ἀρχαϊκῶς* hoc quoque: ut Ennius apud B. Hieronymum in Epistolis: 'Plebes in hoc

Digitized by Google

regi antistat loco; Licet lacrimare plebi, regi honeste non licet.' Sic sæpe Ausonius, sæpe Guntherus. Plura ex veteribus exempla annotavit Priscianus: ut hoc Lucillii: 'Deficit alma Ceres, nec plebes pane potitur.' *Ritt.*

Plebes] Hirtius Bell. Alex. cap. 5. pag. 361. Gryph. 'Sed ea plebes et multitudo.' Sic vetustissimi Mss. Petavii hic habent *plebis*; eodem nempe modo dicitur 'Plebes' et 'Plebis,' ut 'Vulpes' et 'Vulpis,' 'Grues' et 'Gruis.' Inscriptio Concordiæ:

T. TREBELIENO
CLA. RUFO
Q. TR. PL. LEGATO
CÆSARIS AVGVSTI
PLEBIS. *Gud.*

Facili præsidio] Quia facile præsidium aliquod invenit. Ita 'Facilis vindicta' lib. I. c. 30. *Schef.*

FABULA VII.

1 *Nasute*] Ordo: Tu, nasute, qui distringis, &c. Itaque non adverbium est, sed nomen, frustra Rittershusio ambigente. *Nasutus*, qui sagacius aliis se putat hominum errores vitiaque odorari. *Schef.* Male. Nasutus est, derisor, ut supra Æsopum vocavit. Hoc jam Lexicographi recte observarunt. Sic 'Stili nasum' condidisse Lucilius Plinio dicitur in præfatione.

Nasute scripta distringis] F. *destringis*: ut supra l. I. f. 29. 'Gravi destringunt alios contumelia.' Illud, *nasute*, potest vel adverbium esse, vel nomen, hoc modo: Tu, o nasute, qui destringis, &c. *Ritt.*

Distringis] Recte N. Heinsius *destringis*. Schef. V. Illustr. Virum Cuper. Observ. IV. 5. et supra ad lib. I. 29.

3 *Parva*] Id est, Brevi, ut jam docuit Rigalt. Ursinus corrigit *Parum libellum sustine*, aitque genus esse locutionis proverbialis. Non placet. *Schef.*

Parum libellum] V. C. *Par libellum*. Scribe, *Parvum lib.* Sic supra fab. 2. lib. I. 'Parvum tigillum.' *Rig.*

Parum libellum sustine] An *Parvum libellum?* an potius: *Parum libellum sustine? Libellum*, scilicet judicii et censuræ tuæ, paulisper inhibe. Vel ita: Adhibe huc stateram et lances tuas: imponam in eas, quod tibi satis ponderosum videatur, cum cetera omnia tam levia reputes. *Rit.*

Sustine] Tene, non abjice statim fastidio quodam tam minutæ scriptionis. *Schef.*

5 *Et in cothurnis*] Meursius, *En, in cothurnis.* Frustra. Expecta, ait, non abjice libellum donec te placem, et Æsopus prodeat in cothurnis, id est, donec novo et tragœdiæ convenienti sermone utentem eum audias, id quod vocat *novum*, quia inusitatum Æsopo, fabulisque ejus. Ovid. Trist. II. 'Et dedimus tragicis scriptum regale cothurnis, Quæque gravis debet verba cothurnus habet.' *Schef.* Meursii conjecturam tamen Heinsius et Gudius recipiendam censuerunt.

En in cothurnis] Hinc *stylus cothurnarius.* Ammianus Marcel. lib. XXVIII. init. 'Cum cothurnarius stylus procederet lachrymoso.' Sed ibi melius *cothurnaceus* ex vet. Cod. qui habet *cothurnacius.* Inspice totum locum Ammiani. *Gud.*

6 *Utinam ne unquam*] Notissimum illud e Medea Ennii translatum ex Euripidis cognomine Tragœdia fragmentum, quo etiam Cicero aliquoties

Digitized by Google

utitur: 'Utinam ne in nemore Pelio.' Quod quasi in proverbium abiit, de re altius et a remotissimis causis repetita, more mulierum. Eum locum Phædrus hic scite imitatur. Simile est illud ejusdem Euripidis in Hecuba: *Ἴδοιμ' ὅτε πρῶτον ὅλαν Ἀλέξανδρος εἰλατίναν ἔταμε*, &c. *Ritt.*

Nec unquam] Ms. *ne unquam*. Gud.

Nec unquam] Apud Quinct. lib. v. c. 10. Medea loquitur: 'Utinam ne in nemore Pelio umquam cæsa abies fuisset.' Quod ex principio Medeæ Euripidis est. *Nev.* Puto veteres scripsisse junctim, sicut 'Necubi,' 'Necunde,' et similia. *Neo* hic idem ac, non, ut sæpe apud Virg. Simulat autem, se scripturum tragœdiam, et joco hoc velut exordium facit, quomodo Ennius in translatione Euripidis Medeæ. Vide Fabium Inst. v. c. 10. *Schef.*

Pelei nemoris] *Pelii nemoris*, Salmasius ad marginem. Alius est mons *Pelinna* sive *Pelina* in Chio, quem perperam quidam *Pelenam* appellant, erratumque in hoc nomine apud Dionysium. Dicæarchi fragmentum de monte Pelio exstat in bibliotheca regia Paris. *Gud.*

Pelei nemoris] Lege, *Pelii in nemoris jugo*. Ennius; 'Utinam ne in nemore Pelio.' Catull. 'Quorum post obitum princeps e vertice Pelii.' *Heins.* Heinsius: '*Pelii in nemoris*, quia sic et Euripides et Ennius: "Utinam ne in nemore Pelio:" optime, nam *Pelei*, parentis nomen est. *Schef.* Vide Lutat. ad Stat. Theb. v. 336. ubi 'Pelias pinus' dicitur: et 'Thessala pinus' Ovidio Ep. XVIII. 158. ubi vide Heinsii notas.

7 *Bipenni*] Gloss. '*Bipennis*, securis Amazonica.' *Gud.*

8 *Professæ mortis*] Juven. Sat. XII. 'I nunc, et ventis animam confide, dolato Confisus ligno, digitis a morte remotus Quatuor aut septem, si sit latissima tæda.' Contra Senec. Epist. 44. 'Erras si in navigatione tantum existimas minimum esse, quo morte vita deducitur. In omni loco æque tenue intervallum est. Nam ubique se mortem prope ostendit: ubique tam prope est.' *Nev.* Sic ob certitudinem periculi loquitur, quasi palam testarentur se ambulare ad mortem, qui navigant. Senec. Med. 'Professa produnt odia.' *Schef.* Ovid. Amor. III. 14. 'Solaque famosam culpa professa facit.' Ita 'Professa odia' Senec. Med. 154. 'Professus hymen' Stat. Silv. I. II. 26. 'Professus furor' Quinct. Decl. IV. Vide Cl. Græv. ad Cicer. Verr. III. 56. et sic Cicer. Tusc. II. 5. 'Quod est enim majus argumentum nihil eam prodesse, quam quosdam professos philosophos turpiter vivere?' Ita recte ex Palatino codice Gebh. Crep. III. 3. pro *perfectos*. Non dissimiliter apud Apulei. Apolog. I. legi debet: 'Paupertas, Philosophiæ vernacula, est frugi, sobria, parvo petens, æmula laudis, adversa divitiis, professa, habitu secura,' &c. cum in vulgatis nullo sensu legatur, *adversum divitias professa*. Burm.

Professæ mortis viam] Elegantissime dictum. Plus autem est, *professa mors*, quam *προδηλος θάνατος*. Significat enim *αὐθαίρετον θάνατον, ἢ ἑκούσιον*. Ita navigatio nihil aliud est, quam mortis quædam professio. Merito igitur exclamat Propertius contra navigationes: 'Ite rates cursus, et leti texite causam, Ista per humanas mors venit acta manus. Terra parum fuerat fatis; adjecimus undas, Fortunæ miseras auximus arte vias:' &c. Et Horatius Carm. lib. I. *Ritt.*

Audacem viam] Ad imitationem Ovidii de Dædalo: Art. Am. II. 23. 'Audacem pennis repperit ille viam:' et hinc 'Improba Argo' Senecæ Medea 340. eodem sensu, quo 'Improbam' Julii Cæsaris classem vocat Florus III. 10. *Burm.*

9 *Fabricasset Argus opere Palladio ratem*] Apollodorus lib. I. Bibliothec. *Ἄργος Ἀθηνᾶς ὑποθεμένης πεντηκόντορον*

Digitized by Google

νῶν κατεσκεύασε τὴν προσαγορευθεῖσαν ἀπὸ τοῦ κατασκευάσαντος Ἀργώ. *Rig.*

Fabricasset Argus opere Palladio ratem] Nota Argum hujus navis sive ratis architectum fuisse. De opere Palladio quod ait, explicat Claud. 'Ipsamque secandis Argois trabibus jactent sudasse Minervam:' &c. Gubernator ejusdem Tiphys fuit. *Ritt.*

Argus] Naupegus. Vide Val. Flac. Lib. I. Hyginus Fab. XIV. 'Dux Jason regnavit. Faber Argus Danai filius.' *Schef.*

Opere Palladio] Quæ fingitur ipsa dejecisse arbores ad eam necessarias, ut jam Rittershusius docuit ex Claudiano. Et consentit Callistratus in imagine Æsculapii. *Schef.*

10 *Inhospitalis*] Proprie: nam olim Axenus appellabatur, qui deinde Euxinus est dictus, propter crebra latrocinia: vide Geogr. *Schef.* Proprie, neque sine respectu ad priscam appellationem; quippe olim ἄξενος dicebatur. Pindarus in Pythionicis: Ἐπ' Ἀξείνου [Πόντου] Στόμα τεμπόμενοι ἦλθον. Lucianus in Toxari: Μήτε προσηγορίαν [τοῦ Πόντου] καταδείσαντες, ὅτι Ἄξενος ἐκαλεῖτο, οἶα, οἶμαι, ἀγρίων ἐθνῶν περιοικούντων. Sed facere non possum, quin et locum alium ex Ovidio afferam; quod equidem facerem minus, ni mihi persuasum foret, gratificaturum esse me Nasonis Manibus. Quid velim, jam scies, audi modo. Locus est in extrema Elegia 13. lib. III. Trist. quæ sane perquam est elegans, et ingeniosa, si qua ejus scriptoris alia est. Alloquitur autem natalem suum, rogatque, ne ad sese redeat, quamdiu in regione Pontica morabitur: 'Si tamen est aliquid nobis hac luce [die natali, scil.] petendum, In loca ne redeas amplius ista precor. Dum me terrarum pars pæne novissima Ponti Euxinus falso nomine dictus habet.' Hæc legunt omnes puerique senesque: hæc probant omnes; quæ tamen corruptissima esse, jure videor posse contendere: nam quid istuc, *pars novissima terrarum Ponti?* Videlicet in tertio versu legendum: *Dum me terrarum pars pæne novissima, Pontus, Euxinus falso nomine dictus, habet.* Non temere ait Pontum Euxinum esse pæne novissimam partem terrarum: cum veterum quidam, ut cuivis, qui vel prima tantum elementa τῶν γεωγραφικῶν legit, notum est, non longe a Ponto Euxino Oceanum Borealem esse, et mare Hyrcanum ejus sinum existimarint. At imperiti, qui nobis hunc locum corruperunt, credidere, loqui Ovidium de parte novissima Ponti, in quam scilicet relegatus fuerat: quod ita ineptum ridiculumque est, ut alium quærendum esse existimem, qui nugatoria illa capita refellat: nam mihi alio properandum est. *Faber.*

Inhospitalis Ponti sinus] Id est, Euxini, qui ἄξεινος potius, quam εὔξεινος, dici merebatur. Sic 'Inhospitalem Caucasum' vocat Horatius. *Ritt.*

Prima] Martial. Ep. VII. 17. de fragmento Argus: 'Fragmentum quod vile putes et inutile lignum, Hæc fuit ignoti prima carina maris.' Lucanus itidem III. 193. 'Inde lacessitum primo mare, cum rudis Argo Miscuit ignotas temerato litore gentes.' Vide et Propert. lib. II. ad Cynthiam de somnio naufragii, ubi eodem epitheto 'Rudis argo' dicitur. Ovidium pariter Amor. Eleg. II. 11. *Nev.* 'Prima Deum magnis canimus freta pervia nautis;' ut orditur epos suum Val. Flaccus, quod explicat Glfan. Ind. Lucr. voc. *prima.* Ovid. Met. lib. VI. fin. 'Vellera cum Minyis nitido radiantia villo Per mare non notum prima petiere carina.' Idem tamen, in descriptione diluvii, navigiorum, ut rei usitatissimæ, meminit. Et Phædrus in hac Digressione Minois exemplum opponit. Quæ sic conciliari possunt verbis Vossii Inst. Orat. lib. V. c. 2. sect. 7. 'Sed pro Poëta dixerit aliquis, non

Digitized by Google

quidem *primam* fuisse navem, attamen primam *navem longam*, hoc est, ut vulgo loquuntur, primam galeam galeonem, aut galeidam. Hoc nos docet Plin. H. N. lib. VII. 56. 'Longa,' inquit, 'nave Jasonem primum navigasse, Philostephanus auctor est." *Prasch.*

Prima quæ ponti sinus] Martialis Epig. VII. 18. Vid. Apollodorus, Biblioth. I. p. 42. et. III. p. 240. Apollonius Argonaut. I. Palæphatus de Phryxo et Helle. *Rig.*

12 *Æetæ*] Salmasius notat: *Ætate*, vetus liber. *Æëta* pro *Æëta*. Gud.

13 *Jacent*] Eversa scil. Ita Senec. Agam. vs. 170. de Troja: 'Traxisti jacens pares Mycenas.' *Schef.* Ovid. Met. VIII. 114. 'Superata jacet.'

14 *Involvens modis*] Occulens, tegens; eleganter. Imitando Virgilium, qui Æn. VI. 'Obscuris vera involvens.' Ita 'Involutos fraudibus' dicit Tacitus An. XVI. c. 32. unde quoque nob. Heinsius, pro *modis, dolis* scribit apud Nostrum. Cum præsertim apud Apollonium πολυκερδὴς hinc appelletur. *Schef.* Lege, *variis evolvens dolis.* Sic apud Ovidium Medea: 'Neve doli cessent.' *Heins.*

15 *Per artus fratris*] Cicero quoque de Medea hoc habet in ea Pro Lege Manilia: 'Ex suo,' inquit, 'regno sic Mithridates profugit, ut ex eodem Ponto Medea illa quondam profugisse dicitur: quam prædicant in fuga fratris sui membra in his locis, qua se parens persequeretur, dissipavisse, ut eorum collectio dispersa, mœrorque patrius, celeritatem persequendi retardaret. Sic Mithridates fugiens,' &c. *Ritt.*

Explicuit] Eleganter, in respectu ad oppositum *involvens*, usurpatur in re ardua, ex qua non nisi consilio singulari datur elabi. Cic. pro Pomp. 'Siciliam undique cinctam periculis celeritate consilii explicavit.' Nempe cum Medea fugeret, insequebatur eam cum Jasone pater Æëtes; imminenti ergo, et jam capturo, membra dissecti fratris objecit per partes, ut, dum singula colligit, ipsa interea tempus haberet elabendi. Atque hoc est *explicare iter per artus fratris.* Schef. Ita 'Explicare difficillimum bellum' Flor. I. 17.

16 *Patris*] Forte *patria*. Heins.

Infecit] Dum persuadet ipsis, redituras ita eum juvenem. Nota est fabula, descripta Ovidio Met. VII. 6. Ordo: Infecit manus Peliadum, cæde patris. *Schef.*

Infecit] Mss. *interfecit*, sed male. Euripides in Medea: Κτανεῖν πείσασα Πελιάδας κόρας Πατέρα. *Gud.*

17 *Quid tibi videtur*] Scil. de isto Poëmatio meo. Satin' grandi cothurno suffultum incedit? *Ritt.*

Hoc quoque, &c.] Respicit eos, qui Euripidem, ejusque imitatorem Ennium, ob exordium tragœdiæ, quæ Medea dicitur, carpebant. Quidam falsum hoc contra fidem historiæ scriptum arguebant; alii inepte atque insulse rem alte repetitam reprehendebant: et potuit fortasse Ciceronem in animo habuisse, qui Rhetor. lib. II. inter vitiosæ argumentationis vitia refert remotum illud, quod ultra, quam satis est, petitur, cujus exemplum ponit ex Ennio, qui in Medea ita loquitur: 'Utinam ne in nemore Pelio securibus Cæsa cecidisset abiegna ad terram trabes.' Ubi Gothofredus notat, hæc ex Ennii Medea esse. Euripides ita suam Medeam incipit: Εἴθ' ὤφελ' Ἀργοῦς μὴ διαπτάσθαι σκάφος Κόλχων ἐς αἶαν, Κυανέας Συμπληγάδας, Μήδ' ἐν νάπαισι Πηλίου πεσεῖν ποτε Τμηθεῖσα πεύκη, &c. Nutrix Medeæ loquitur: *Utinam navis Argo non volasset per Cyaneas Symplegadas in terram Colchicam, Neque in saltibus Pelii cecidisset unquam Secta pinus, neque manus remigassent Virorum præstantissimorum, qui aureum vellus Allatum Peliæ iverunt: neque enim mea domina Medea navigasset ad turres agri Iolcii, Capta vehementer animo amore Jasonis: Neque per-*

Digitized by Google

suadens filias Peliæ, ut interficerent Patrem, &c. Et post paucos versus: *Nam, proditis suis liberis meaque domina, Jason cubat in nuptiis regiis, Ducta Creontis filia, qui princeps est hujus agri.* Gud.

18 *Falsoque dictum*] Id est, ἀνιστορησίαν committis, et migras tempora. *Ritt.*

Vetustior] *Minos, eorum quos auditu cognovimus antiquissimus, classem comparavit, &c.* Thucyd. I. 1. 17. Adde Strabon. lib. X. Aristot. Polit. II. 10. Pausan. lib. I. Nic. Damascenum in Excerptis ab Valesio editis. Euseb. num. DCCLXV. Cedrenum, Reinecciumque in Regno Cretensi, Bœclerum in Minoë. Sed quomodo dici potest *longe vetustior;* si verum putabitur, quod ex Clidemo scripsit Plutarch. in Theseo c. 17. *Decretum fuisse Græcis commune, ne quo navigaret triremis ulla, quæ plus quinque viris caperet, sed solus navis Argus dux circumveheretur Jasoni, ad latrocinia mari summovenda. Quum Dædalus autem navigio perfugisset Athenas, Minoa, qui præter decreta persequebatur eum longis navibus, in Siciliam tempestate ejectum, vitæ ibi finem fecisse.* Nimirum ante Trojana tempora vix quidquam est in Historia Græca satis certum. *Freinsh.* Sane vetustior quibusdam visus est, sed qui pote, cum constet ex Diodoro, Hygino, Apollodoro, aliis, Theseum una cum Jasone Colchos esse profectum? At idem Theseus, cum esset in flore ætatis, missus est in Cretam, aut, ut alii volunt, ultro ivit. Erat autem tertius tributi persolvendi annus, ut annotavit Plutarchus. Qui ergo fieri possit, ut ille Minos multo antiquior sit Argonautis? At tandem, inquies, tandem, Jasone antiquior est Minos. Sane, inquam, bene: sed non ille ipse, quem tu rere. Duo namque hujus nominis olim in Creta regnarunt: alter Jovis filius, alter nepos. Ille superior insignis fama justitiæ fuit, unde et apud Orcum judex esse credebatur: alter autem crudele illud et inhumanum tributum Atheniensibus imposuit, quod diligenter observandum fuerat. Erit itaque ἀνιστορησία Phædri: (nam hanc morosi lectoris objectionem ut veram admittit:) quam tamen, qui æquus fuerit, ei condonaverit, ubi didicerit Platonem quoque duobus locis eundem errorem errasse in dialogo, cui Minos nomen est. Quin et Plutarchus utrumque confudit, quamvis verum inaudisset. Nam insularium quorundam meminit, (locus est in Theseo,) qui duos fuisse Minoas prædicabant; a quibus admonitus, in viam redire debebat. Diodorus autem alterum ab altero recte distinxit p. 263. editionis Rodomannianæ. Sed, inquies, idem Diodorus lib. V. aliter scribit: fateor, sed ibi rem ex traditione Cretensium narrat, non autem ex suo judicio. Eum legito, si vacat; nam tam prolixas ῥήσεις huc transferre operosius esset, et locum ostendisse sat est. Sed ecce tibi aliud non minori cura observandum: Argonautas videlicet omnium primos navibus usos, et primos in Colchicam penetrasse, falsum est. Qui tandem? inquies. Æëtes Corinthius erat, et in eas oras una cum filia Medea sese contulerat. Testis mihi in eam rem est Eumelus, historicus poëta. Est autem antiquissimus scriptor, et Homero æqualis. Nam haud dubie floruit Homerus, quidquid vulgo dicatur, circa tempora Romæ nascentis: At Eumelus circa nonam Olympiadem (alii circa tertiam) uti ex Clemente Alexandrino constat: unde vix est, ut stare possit, quod dixit vir doctissimus et infinitæ prope lectionis Vossius, Græcos nullum suæ gentis nominare posse, qui non quingentis et amplius annis recentior sit bello Trojano. Ejus autem scriptoris locus lectione dignissimus occurrit apud Scholiasten Pindari in Oden XIII. Pythionicarum; unde ea, quæ supe-

Digitized by Google

rius dicta a me sunt, diserte asseruntur. *Faber.* Saltem opinione vulgi, ex qua non indecenter nasuto illi Noster tribuit hanc sententiam. Alias æquales fere fuere, ut recte Faber docet. Quanquam alia ratio fuerit Jasonis, alia Minois, ut prolixe ostendi de Milit. Navali lib I. c. 1. et lib. II. c. 1. ubi habes omnium horum expositionem. *Schef.*

19 *Perdomuit*] Instituto maris imperio, de quo egi nonnihil prædicto opere, agamque diligenter in illius nova editione, quæ nunc est sub manibus. Sic enim, cum ista scriberem, credideram typographo Amstelodamensi, qui ultro editionem istam a me poposcerat per litteras non unas. Quo justiorem habeo caussam conquerendi etiam publice de perfidia ipsius, cum præsertim per eam mihi erepta sit occasio pulcherrima edendi ejus operis in Germania jam ante annos plusculos. *Schef.*

20 *Exemplo*] Supplicio, pœna. Cæsar B. G. I. 'Obsides nobilissimi cujusque liberos poscere, et in eos omnia exempla cruciatusque edere.' Terent. Eun. act. v. sc. 5. 'Futura exempla dicunt In eum indigna.' Donat. 'Graves pœnæ, quæ possunt cæteris documento esse, *exempla* dicuntur.' *Schef.* V. Gellium VI. 14.

Impetum] Incursum piratarum intelligit, et id, quod de inhospitali Ponto præcesserat, respicit. Vide de Mil. Naval. Scio, alios accipere de injuria, per cædem Androgei filii facta Minoi ab Atheniensibus, atque ita et Interpres Gallus. Sed qua ratione *impetus* vocari possit, equidem haud video. Etenim *impetus* hic positus pro impetentibus, sicut Lib. I. c. 5. 'Improbitas' pro improbis: c. 13. 'Stupor' pro stupido, &c. *Schef.* V. C. Pithœi: *imperium.* Lege, *Justique vindicavit exemplum imperi*, quasi dicat: Acquisivit sibi laudem justi imperii, pro exemplo justi Principis est habitus; sic 'Vindicare laudem, honorem,' apud Paterculum sæpe: lib. II. c. 121. *Heins.*

21 *Lector Cato*] Sed et Censor et Cato duplex severitatis exemplum. Val. II. c. 9. et idem II. c. 10. 'Quisquis sanctum et egregium civem significare velit, sub nomine Catonis definiat.' *Quid ergo possum facere dic, lector Cato?* Salmasius. *Gud.*

Lector Cato] Id est, qui perpetuo frontem caperatam, et senili tristitie striatam geris, teque morosum ac fastidiosum meorum carminum judicem præbes: cui, quicquid agam, sive quod recens inveniam, sive quod antiquum reponam atque refingam, nunquam satisfacio, nunquam placeo. Sic Petronius Arbiter: 'Quid me spectatis constricta fronte, Catones? Damnatisque novæ simplicitatis opus?' Notum est in tales illud Satyricum: 'Tertius e cœlo cecidit Cato.' Nota Catonis severitas: qui ita de se ipso apud Sallustium: 'Qui mihi atque animo meo nullius unquam delicti gratiam fecissem, haud facile alterius libidini malefacta condonabam.' Hinc passim et Martialis *Catonem κατ' ἀντονομασίαν* dixit pro tetrico ac moroso censore, ut in Epistola lib. I. præfixa: 'Non intret Cato theatrum nostrum, aut, si intraverit, spectet.' Et Epigram. 3. 'Cur in theatrum, Cato severe, venisti?' Et Epig. lib. IX. 29. 'Qui spectatorem potui fecisse Catonem, Solvere qui Curios Fabriciosque graves.' Et Epig. lib. X. 19. 'Tunc me vel rigidi legent Catones.' Et Epig. lib. V. 53. 'Epistolisque commodat gravem vultum, Similis Catoni, Tullioque, Brutoque:' &c. *Ritt.*

Cato] Proverbialiter, de eo, qui morositate ingenii omnia carpit. Sic usum quoque Martialem, Rittershusius ostendit. Puto autem hic ponendum punctum interrogationis, non in versu demum sequenti, ut fit vulgo. *Schef.*

22 *Nec fabellæ nec fabulæ*] *Fabellas*

Digitized by Google

dicit, puto, quas ipse tractat; *fabulas* ex diverso, quas Poëtæ majorum, ut sic loquar, Gentium; velut Ovidius in suo Cyclo. Differunt, quod hæ splendidiores, humiliores illæ. Fere ut tragœdia differt a comœdia: it. quod illæ prorsus finguntur, verisimiliter tamen. Inde finiuntur, *Λόγος ψευδὴς εἰκονίζων ἀλήθειαν*; id est, *Oratio ficta, verisimili dispositione imaginem exhibens veritatis.* Hæ plerumque veris intexta habent falsa et incredibilia. Palæphatus: *Γενόμενα δέ τινα οἱ ποιηταὶ καὶ λογογράφοι παρέτρεψαν εἰς τὸ ἀπιστότερον καὶ θαυμασιώτερον τοῦ θαυμάζειν ἕνεκα τοὺς ἀνθρώπους.* Quod etiam tot exemplis monstrat. Lege, sodes, Lactant. I. 2. Et hæc discrimina, si animum attendas, subministrat ipse Phædrus. Aliter tamen Vossius Inst. Or. IV. 11. 4. *Prasch.* Nec minora scripta, qualia fabulæ Æsopiæ, nec majora, qualia Tragœdiæ, seu Tragica argumenta, quorum specimen nunc proposui. Sic exposueram hæc, cum video Fabrum ad eundem fere modum: 'Nec apologi,' ait, 'nec argumenta ex historia fabulari petita.' *Schef.*

Fabulæ] Per *fabulas* hic intellige tragœdias. *Gud.*

23 *Noli molestus esse*] Minatur adversariis, more Poëtarum proprio. Junge fab. subsequentem. Sic Horatii in Cassium Severum commina-tiones extant Epod. 6. Terentii in Lavinium, prologis fabular. Catulli in Asinium, non longe a principio. Virgilium Nolanis propter injuriam acceptam (de qua in Nolam urbem extat lusus Sanazarii Epig. lib. II.) non minatum esse modo, sed quasi ex hominum memoria, sic ex carmine suo ipsos derasisse, auctor est Gell. VII. 20. Quod tamen refellit Jov. Pontan. in Actio. Adde Platonem in Minoë. Inde magnis Principibus ac Civitatibus inter arcana, Poëtas in oculis ferre. Exempla congerit P. Mexia Var. Lect. III. 9. *Prasch.*

Molestus esse literis] Salmasius, *literis Majorum;* vel si *Majorèm* scribendum est, lege *exhibeam.* Gud.

Omnino] Defatigando et vexando ingenium tuum morosum, dum nil afferunt, nisi quod tibi displiceat. Alii aliter exponunt, et de vindicta accipiunt, qua Poëtæ uti adversus inimicos suos consueverunt. Sed alterum puto magis velle Nostrum, saltem quoad speciem externam. *Schef.*

25 *Stulti*] Pro, si qui nauseant, non quod subsit causa, sed quia ipsi stulti sunt, et rem non intelligunt. Ursinus, *qui stultitiam;* nempe veteres editiones habebant, *si qui stultitiam.* Sed mihi hæc correctio non placet; mallem cum Rittershusio, *qui stultitia nauseant.* Schef.

Stultitiam nauseant] F. *Stultitia nauseant.* Illud autem, *cœlum vituperant*, proverbiale est: *λοιδορῆσαι τὸν οὐρανόν.* Vide Suidæ et Zenodoti collectanea. *Ritt.*

26 *Cœlum*] Deo ipsi faciunt convicium, ac imprudentiæ ipsum accusant. Proverb. ut ex Suida et Zenodoto docuit Rittershusius. *Schef.*

FABULA VIII.

Serpens ad Fabrum] Æsopus et Camerarius eandem fere fabulam de mustela conscripsere. *Rig.*

Hæc fabula etiam apud Lockmannum Arabem legitur, nisi quod ille feli tribuit, quod Phædrus viperæ.

1 *Mordaciorem*] Dissidet huic affabulationi, ut persæpe, Æsopea fab. 187. *Prasch.* Confer Horatii Sat. I. 7. Sic Schoppius ad maledicendi certamen provocat amicos Scaligeri, in Scalig. Hypobol. pag. 359. 'Scilicet,'

Digitized by Google

inquit, 'qui te ipsum μάστυρα ψόγου non modo nihil vereor, sed in tuis etiam castris cædo, et quod vix videbatur natura ferre, ut accidere posset, bene maledicere doceo, is alicujus credo asseclæ et subburdonis tui maledicta pertimescam,' &c. *Freinsh.*

Improbo] Sævo, violento. Dixi alibi. *Schef.*

2 *Describi*] Ms. *discribi*. Gud.

4 *Hæc cum*] Non placet *Hæc*, quia proxime præcessit *Vipera*. Scribo: *Heic*, &c. Schef.

Tentaret] Quæreret, absolute. Juvenal. Sat. VII. 'Cum Poëtæ Romæ conducere furnos Tentarent.' *Schef.* V. lib. I. 24.

Tentaret] Ms. *temtaret*. Gud.

Si qua res cibi] Id est, aliquis cibus. Ut 'Res voluptatum' dixit Plautus Amphitr. Sic Euripides aliquoties Χρῆμα θηλειῶν dixit, id est, negotium vel res feminarum, pro, feminæ. Et Aristophanes Τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν, pro Αἱ νύκτες. Sed de hac quoque Græcorum periphrasi honesta pluribus aliquando ad Oppianum agebamus. *Ritt.*

Res esset cibi] Id est, Cibus, Χρῆμα τροφῆς. Nil Græce crebrius, præsertim apud Atticos et Ionas (id est, novos et veteres Atticos.) Ita sæpe apud Aristophanem et Herodotum. Exempla passim, ut Χρῆμα σὺς μέγα, *Magnus aper*; Χειμῶνος χρῆμα ἀφόρητον, *Vehemens tempestas*, et alia sexcenta, quæ a me alibi notata sunt. Ita denique Plutarchus de Octavia dixit, Χρῆμα θαυμαστὸν γυναικὸς, *Mulier plane mirabilis*. Vol. I. 929. editionis majoris. Quid autem illud Luciani, Πάγκαλόν τι χρῆμα παρθένου, *Formosissima puella*? quid venustius dici aut fingi potest? Sed solens more suo facit Lucianus: neque enim temere quemquam reperias tersiorem elegantioremque. *Faber.* Si quid esset, quod in cibum posset utile esse, si cibus esset. Sic jam olim locum hunc exposuit Rittershusius, et postea optimus eruditissimusque Dn. Gronovius Obs. lib. III. cap. 24. Quibuscum Faber quoque facit, in Animadversionibus suis, et Guietus ad Terent. Phor. act. IV. sc. 4. ubi vide. *Schef.* Ita et Voss. de constructione cap. 7. Lege tamen, *Si qua spes esset cibi*. Heins. Vid. et Græv. ad Cicer. in Verr. I. 14.

5 *Illa contra contumax*] Sic Martial. 'Syllaba contumax.' *Rig.*

6 *Me, stulta*] Ab eadem mente est illud Mart. lib. XIII. 'Quid dentem dente juvabit Rodere? carne opus est, si satur esse velis.' Quo retuleris etiam gemitum sagittatæ aquilæ, apud Gabriam fab. 27. Βαβαὶ, πτερόν με τὸν πτερωτὸν ἀλλάει· quum deberet fieri, quod Anonymus præsentem fabulam explicans p. 523. occinit: 'Fortem fortis amat.' Rem nomine suo dignam facerent, si hæc ad animum referrent inter litteratos multi. *Prasch.* *Stulta* casus est penultimus, et ad viperam refertur, ut supra, 'Si qui stulti nauseant.' At *capture est*, studiose quærere, et *capto lædere*, ut apud Columellam, *capto acquirere*. Verba ejus lib. VIII. c. 2. 'Sed ne hæc tamen cura aliena est agricolæ, captantis undique voluptates acquirere.' Vid. Ovid. Met. X. 58. ibique Nob. Heinsio notata. *Schef.* Vide inf. lib. V. fab. 3. Quinct. Decl. II. cap. 14. 'Tam quiete facit, quasi captet imponere.' Decl. VIII. 'Captet licet crudelissimus senex parricidii immanitatem metu majore protegere:' et paullo post: 'Sive captavit ex hoc vultu quamdam artis mutationem imitari:' et sæpius. *Burm.*

Stulta] Casu vocativo, ut supra lib. III. 'Stulte, inquit, erras.' Et lib. I. 'At ille stultus.' *Gud.*

7 *Omne adsuevi*] Similis plane locus Horatii: 'Fragili quærens illidere dentem Offendet solido.' *Schiep.*

Adsuevi] Diæresis, ut lib. I. fab. 11. 'Ut insueta voce.' *Gud.*

Digitized by Google

FABULA IX.

Vulpis et caper] Æsopus fab. 4. Camerar. pag. 74. *Rig.*

1 *Homo simul*] Curtius IV. 19. 'His (quod in adversis fieri solet) alius in alium culpam referebat, cum omnes verius de sævitia maris queri possent.' *Nev.* [In errorem hic inconsulto lapsum esse Bentleium monet Burm. in majori Ed. 'Tam mire,' ait, 'festinabat Vir doctiss. ut pro Rem. lectione (quam scil. citabat) revera aliam dederit. Rem. enim: *Homo in periculum simul ac venit.* Bentl. vero: *Homo, simul ac venit in periculum.*']

Homo simul ac venit, &c.] Rescribe ex Ms. Rem. quod et Salmasius probat: *Homo in periculum simul ac venit callidus, Reperire effugium alterius quærit malo.* Hinc πανουργεῖν, quod est *astute et callide scelus quoddam committere*, ut vulpes facit in hac fabula. A veteri Scholiaste Aristophanis ad Vespas explicatur ἀλωπεκίζειν. *Gud.*

Homo in periculum] Sic legendum puto. Vetusti codicis scriptura: *In periculum simulac venit callidus vulpis et caper, homo simul ac venit in magnum periculum repperire effugium alterius, &c.* Rig.

Simul ac] Laborat versus, nisi illud, *ac*, deleas. *Simul* et hic, ut sæpius, pro simulac. *Schiop.* Non laborabit versus, si *venit* præsentis hic temporis esse cogitas. *Freinsh.* Heinsius quoque minime necessariam Schoppii correctionem esse notavit; quin et ultima in *Homo* potest produci.

2 *Reperire effugium alterius quærit malo*] 'Non tamen sapienti viro decorum fuerit, unde amico infamiam parat, inde gloriam sibi recipere:' Nero apud Tacit. *Rig.*

Alterius quærit malo] Periculo alterius, quærit opem, nec curat, licet ferentem sibi eam opem videat in malum incidere. *Schef.*

3 *Cum decidisset*] Non abludunt nimis fab. 4. et 284. Æsopi. *Prasch.*

Inscia] Id est, cum ignoraret subesse puteum. V. Muncker. ad Hygin. Fab. 100. et Pincier. Parerg. Ot. Marpurg. I. cap. 4.

4 *Altiore*] ['Heins. *altiori*: et sic reposuit Bentl. non admonito lectore.' Epist. Crit. de Not. Bentl. in Phædrum.]

Clauderetur] Cohiberetur propter altitudinem, quo minus posset egredi. Virgiliana imitatione. Poëta sic in Æn. X. 'Ecce maris magno claudit nos obice pontus.' *Schef.*

Clauderetur] Ms. *cladaretur.* Gud.

Margine] Quod *ripa* in flumine, id *margo* in puteo, structura nempe ea, qua includitur; propria puteorum, qua destituuntur fontes, fluentes scilicet in plano. Vide Palladium. Plin. lib. IX. cap. 97. 'Gadibus fons inclusus ad putei modum.' Habes differentiam et inclusionem. *Schef.*

8 *Tanta bonitas est aquæ*] Frontinus lib. I. de aquæd. 'Bonitate proxima Martia.' *Rig.*

10 *Barbatus*] Elegans est, animalibus ab ea parte corporis, qua maxime cognoscuntur, nomen imponere; quod Phædro familiare. Sic 'Auritulus' pro Asino; 'Bidens' pro Ove; 'Sonipes' pro Equo, &c. Catullus Epig. 19. 'Barbatus hirculus.' *Gud.*

11 *Evasit puteo*] Sic Livius XXI. 33. 'Sibi quoque tendente ut periculo prius evaderet.'

Nixa celsis cornibus] Hirci. Ergo *nixa* est *innixa.* Cicero de Har. Resp. 'Vix innixa in omnium nostrorum

Digitized by Google

humeris cohærebunt.' Et sic plane censeo legendum: prima syllaba in *innixa* propter similitudinem sequentis extrita vel omissa est a librario. *Schef.* Dubito, quia *innitimur* rei infra nos positæ, vel saltem æqua nobis altitudine, sed hic vulpes e vado nititur in cornua hirci, et ita cum posset assequi marginem putei, evadit. Quare ego mallem *enisa*, vel *enixa*, id est, ope cornuum ascendens. Sic 'Per ardua enixi' Curt. VII. 11. Cornua autem ut instrumenta, quibus enititur in summum, considerari debent. Sic apud Horat. Od. III. 3. 'Hac arte Pollux et vagus Hercules Enisus arces attigit igneas:' ut optimi codices, non *innixus* quod ibi locum habere nequit: et recte Bentleius notat, *inniti* quem fulero, ne cadat, *eniti*, qui in altum conatur evadere. Ita 'enituntur' equi solis apud Ovid. Met. II. 64. *Burm.*

12 *Hircumque*] Ms. *Hurcum*. Gud.

Clauso] Propter clausum vadum egredi non valentem. *Schef.*

Hærentem] Eleganter, in respectu ad difficultatem elabendi, ac incertitudinem consilii in malo præsentissimo. Cic. Acad. I. 'Hærebat nebulo; quo se verteret, non habebat.' *Schef.* De navibus dixit, 'Hærere in vado,' Florus III. 10. et IV. 2.

Vado] *Vadum* Poëtis quivis locus æquoris aut fluminis. Silius Italicus, lib. II. 'Cæruleo provecta vado jam Dardana puppis.' Phædro vero etiam placuit, *vadum* agnoscere in puteo. Vid. Barth. ad Claud. Epith. Honor. et Mar. vs. 142. Behot. Apoph. II. 12. et Gronov. Obs. I. 19.

FABULA X.

1 *Peras*] Eo alludit Persius Sat. IV. 'Ut nemo in sese tentat descendere, nemo, Sed præcedenti spectatur mantica tergo.' Eodem quoque Catullus in Suffenum: 'Sed non videmus manticæ quod in tergo est.' Forte et illud Senecæ de Ira lib. III. 'Aliena vitia in oculis habemus, a tergo nostra sunt.' *Nev.*

Peras imposuit Jupiter] Ammonius: Πήρα δέρμα τι ἀρτοφόρον, ὃ ἐπὶ τῶν ὤμων φέρουσιν οἱ πομένες. *Rig.*

Peras duas] Arsenius: 'Αποφθεγμάτων Ξυναγ. Αἴσωπος ἔφη, Δύο πήρας ἕκαστον ἡμῶν φέρειν· τὴν μὲν ἔμπροσθεν· τὴν δὲ ὄπισθεν· καὶ εἰς μὲν τὴν ἔμπροσθεν ἀποτιθέναι τὰ τῶν ἄλλων ἁμαρτήματα, εἰς δὲ τὴν ὄπισθεν τὰ ἑαυτῶν, διότι οὐ καθορῶμεν αὐτά. *Gud.*

2 *Propriis repletam vitiis*] Elegantissime Horatius Sat. I. 3. 'Egomet mi ignosco, Mævius inquit. Stultus et improbus hic amor est, dignusque notari. Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis, Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum?' &c. *Freinsh.*

Propriis, &c.] Catullus: 'Suus cuique attributus est error: Sed non videmus, manticæ quod in tergo est.' Persius Sat. IV. B. Augustinus in Psal. L. 'Non posui,' inquit, 'post dorsum meum, quod feci. Non intueor alios oblitus mei. Peccatum meum ante me est, non post me,' &c. *Rig.*

Propriis, &c.] Ex illo Catulliano: 'Sed non videmus, manticæ quod in tergo est.' Quod et Persius imitatus est hoc versu: 'Sed præcedenti spectatur mantica tergo.' Sed et aliis hac elegantissima fabella uti placuit: ut Galeno, ut Themistio. Hujus quidem locum mihi indicavit amicus

Digitized by Google

meus eruditiss. David Hœschelius, ex oratione quæ Βασανιστὴς inscribitur: Σοφὸς γὰρ ἦν Αἴσωπος ὁ μυθοποιὸς, ὃς ἔφη, τοὺς ἀνθρώπους δύο πήρας ἕκαστον φέρειν, τὴν μὲν ἔμπροσθεν, τὴν δὲ ὄπισθεν. γέμειν δὲ κακῶν ἑκατέραν· ἀλλὰ τὴν μὲν ἔμπροσθεν, ἀλλοτρίων. τὴν δὲ ὄπισθεν, τῶν αὐτοῦ τοῦ φέροντος. καὶ διὰ τοῦτο οἱ ἄνθρωποι τὰ μὲν ἑαυτῶν κακὰ οὐχ ὁρῶσι, τὰ δ' ἀλλότρια πάνυ ἀκριβῶς θεῶνται. Nimirum, ut Plutarchus ait, ἕκαστος αὑτοῦ φαυλότερος κριτὴς ἢ ἑτέρων. Atque ut Johan. Chrysostomus: Ἐν τοῖς ἑτέρων ἁμαρτήμασιν ἐσμὲν πικροὶ ἐξεταστάι· καὶ τῶν ἡμετέρων οὐδένα λόγον ποιούμεθα. *Ritt.*

3 *Gravem*] Gravatam, vel ut ante, *repletam*. Cætera dixit et Suet. in Caio 32. 'Manibus abscissis, atque ante pectus e collo pendentibus, circumducebatur.' *Schef.* *Gravem* pro, gravatam dixit et Ovid. Met. I. 266. 'Barba gravis nimbis.' Flor. III. 5. 'Classis apparatu belli gravis:' ut recte Freinshemius, quem ibi vide. Stat. XI. 273. 'Urbem armis opibusque gravem:' et ita passim. *Burm.*

4 *Hac re*] Id est, ideo. *Ritt.*

Hac re] Pro, Hac ex re, sicut dicimus, 'Qua re,' pro, Qua ex re, ut est plene apud Cornel. Nep. in Datam. cap. 2. 'Qua ex re majoribus copiis præesse cœperat:' *Qua ex re*, est, Qua re, vel conjunctim, *Quare*. Ita *hac re*, et *ea re*. Ut rursum Corn. vita Milt. cap. 4. 'Vidit hostes eadem re fore tardiores.' Curt. c. 9. 'Ea re paruit Artabazo.' Mutant hoc, sed absque ratione. Possis quoque plene, qua de re, interpretari. Nam et sic Cornelius in Alcibiade cap. 4. 'Qua de re, ei cum nuncius missus esset, non parere noluit.' Sic enim accipiendum distinguendumque locum illum arbitramur, ut *qua de re* sit, quare, quamobrem. *Schef.* Vid. Giphan. Indic. Lucret. *in hac re*, et *his rebus*. Et Gronov. ad Gell. IV. 1. Supr. I. fab. 13. 'Hac re probatur, quantum ingenium valet:' ubi et de argumento fabulæ sumi potest. Vid. Gud. ad I. fab. 2. *Burm.*

FABULA XI.

1 *Ara*] In ara perpetuus ignis. Sic lib. I. fab. 28. 'Vulpes ab ara rapuit ardentem facem.' *Gud.*

2 *Ipsumque*] Jovem; ponit autem pro ipsius fano; nota figura. *Schef.*

Ipsumque, &c.] Tale est illud Plinii lib. I. 'Alii in ipso Capitolio fallunt, et fulminante pejerant Jove.' *Rig.*

Compilavit] Exspoliavit. Cic. de N. D. I. 'Alii omnia, quæ possunt, fana compilant:' h. e. expilant, spoliant. *Schef.*

Suum] Proprium ipsius Jovis, quod ab eo fur acceperat. Sic Cicero de Har. Resp. 'Sua concio risit hominem.' Curtius III. cap. 1. 'Suam naturam plerumque fortuna corrumpit:' vulgo hæc non recte exponunt. Lactant. I. cap. 9. 'Hunc homines Deum putant, sed Philocteta suus hæres non putavit.' Ita legitur in optimo Ms. non *ejus*, uti est in editis ex emendatione sciolorum. *Schef.*

3 *Onustus*] Ita solent de furibus, quod ad lib. I. Frontini cap. 4. observavit eruditissimus Keuchenius. *Schef.*

4 *Vocem sancta misit Religio*] H. e. Deus. Videtur in animo habuisse illud Virgilii Æn. III. 'Namque omnem cursum mihi prospera dixit Religio.' Quamquam ibi religio significare videtur illud potius, quod exquirendarum rerum futurarum gratia

Digitized by Google

ex præscripto religionis adhibetur, ut sacrificium, et id genus; *misit* est, *emisit*, ut sup. III. c. 19. *Schef.* *Vocem mittere* est, loqui. Lucan. Panegyr. 'Defensura reos vocem facundia mittit.' Cicer. pro Cæl. 22. 'An aliquam vocem putatis ipsam pro se caussam et veritatem posse mittere?' Et sic apud Valer. Max. III. 2. 23. 'Quoniam excellenti virtute dubium reliquisti, inter undasne pugnam fortiorem ederis, an in terra vocem miseris.' Quod merito Vorstio placet, præ vulgato *emiseris*: quod tamen loco Petronii cap. 19. defendi posset: ubi vide notata. *Burm.*

Sancta misit religio] Ms. habet *sanctam*; sed *sancta* rectum est. Sic supra lib. I. fab. 27. 'Pœnas ut sanctæ religioni penderet.' *Vocem mittere*, pro loqui, est Ciceronis, quatuor diversis locis. *Gud.*

5 *Malorum munera invisa*] Gravissime in hanc sententiam scripsit Plato: *Cum vir honestus turpe sibi ducat, munera ab improbo homine capere: quanto magis Deum ita animatum esse debemus existimare?* Ritt.

Ista] Quæ tu abstulisti nunc furto; *munera* vocat donaria, quæ vulgo dari Diis, et in templis eorum suspendi solebant. 'Dona templorum' dixit Tacit. Agric. cap. 6. *Schef.*

7 *Sceleste*] Mallet N. Heinsius, *scelesto*, ut sup. 'Miserum spiritum' dixit. *Schef.*

Spiritu culpam lues] 'In Vet. Inscript. 'Mulier spiritu incomparabili.'' Salmasius. *Gud.*

Culpam lues] Nota, Quod etiam falsæ religionis contemtus aut violatio nunquam cuiquam impune abierit: cujus rei exempla ex historicis multa colligi possunt. Sed Brenni inprimis est memorabile: de quo sic Propertius canit lib. III. 'Torrida sacrilegum testantur limina Brennum, Dum petit intonsi Pythia regna Dei: At mons laurigero concussus vertice duras Gallica Parnasi sparsit in arma nives.' De quo et Justinum vide lib. XXIV. et Callimachum Hymno IV. in Delum. *Ritt.*

8 *Olim*] Potuit studiosis indicari, *olim* eleganter de futuro dictum, ut Horat. 'Non si male nunc, et olim sic erit:' q. d. Etiamsi nunc male sit, tamen non semper in futurum male erit. Hic quoque infra: 'Olim senio debilem Frustra adjuvare bonitas nitetur tua.' *Schiop.*

Adscriptus pœnæ dies] Fatalis, decretorius. Κυρία ἡμέρα, 'Dictum fatorum tempus,' ut mox appellabit. *Prasch.* Scriptus a Fatis, definitus; vide, quæ notavi olim ad nitidissimum Pacati Panegyr. cap. 18. ibi enim causa, quare *scriptus*, seu *adscriptus* dicatur. *Schef.* Senec. Herc. Fur. 190. 'Licet nulli scriptum proferre diem.' Martial. X. 44. 'Gaudia tu differs; at non et stamina differt Atropos, atque omnis scribitur hora tibi:' et ita *transcribere*, Ovid. Met. VII. 72. 'Ergo ego cuiquam Posse tuæ spatium videor transcribere vitæ.' *Venerit dies*, ut 'Advenire' dixit lib. I. 16. *Burm.*

Pœnæ] Ms. *pœna*. Gud.

10 *Verendos excolit Pietas Deos*] Nihil muta. *Excolere* est idem quod, colere. Ovid. ex Pont. I. 8. 59. 'Quæque tua est pietas, ut te non excolat ipsum.' Vide ad Quinct. Decl. VIII. 12. *Burm.*

11 *Luminis commercium*] Elegantissime: ut 'Linguæ commercia' Lucretius: 'Sepulturæ' B. Ambrosius. Vide notas ad Guntherum. *Ritt.*

Commercium] Usum; vult, vetasse Deum, accendi in posterum lumen de igne sacro, sicut fur fecerat, et contra, de lumine ignem sacrum. Sic apud Ovidium, 'Linguæ commercia' usurpantur, Trist. v. El. 10. apud Velleium I. II. c. 65. 'Commercia epistolarum.' *Schef.*

12 *Ita hodie*] Ms. *Itaque*: recte. *Gud.*

Lucernam] Ms. *lucerna*. Gud.

Digitized by Google

Lucernam de flamma Deum] Mos antiquissimus is quidem. De tempore Justiniani Procopius lib. I. Vandalic. templum Cypriani apud Carthaginem describens: Οἱ μὲν οὖν τῶν Ἀρειανῶν ἱερεῖς τότε ἱερὸν ἐκάθηραν ἅπαν, καὶ τὰ λύχνα ἐν παρασκευῇ ποιησάμενοι. Et superius eod. lib. de exploratoribus Maurorum: Τά τε γὰρ ἱερὰ ἐκάθηραν αὐτίκα, τήνδε κόπρον καὶ εἴ τι ἄλλο οὐχ ὅσιον ἐνεκεῖτο, ξὺν ἐπιμελείᾳ πολλῇ ἀφελόμενοι. τά τε λύχνα ἔκαυσαν ἅπαντα. Marcellin. XXII. 31. 'Accensis cereis ex usu.' *Freinsh.* Petron. Halosi Trojæ: 'Ab aris alius accendit faces.' *Heins.*

13 *Nec de Lucerna fas est accendi sacrum*] *Sacrum* pro sacrificio vel hostia positum. Ad sacra autem fere perpetuum ignem in æde sacra alebant: sicuti et ad monumenta carissimorum: lib. XLIV. Mævia. D. de manumiss. testam. lib. V. §. proinde D. de donat. inter vir. et uxor. Et Petronius Arbiter huc alludens, scripsit de ancilla matronæ Ephesinæ, lugentis maritum suum, hanc adsidentem conditorio lumen in monumento positum renovasse quoties defecerat. Quod hodieque nonnullis in locis inter Christianos servatur. *Ritt.*

Sacrum] Sacrificium, victimam. Scilicet non ex culina, sed cœlo petebant ignem, quo in hoc negotio utebantur. Serv. ad Æn. XII. 'Apud majores aræ non incendebantur, sed ignem divinum precibus eliciebant, qui incendebant altaria.' Vide Stuckium de Sacrif. pag. m. 102. *Schef.*

Quot res] Ms. *Quod.* Gud.

15 *Explicabit*] Hic quoque versus ad Phædri ambitionem relatus est in Indice. Alioquin tamen verum est ipsum quemque suorum verborum optimum esse interpretem. Attamen vitium est, ita loqui; ut quod sentias intelligi non possit etiam ab eruditis et prudentibus. *Freinsh.* Non necesse erit, ut explicet alius, quia ipse, qui excogitavi, nunc facturus sum. Aliter exponit Freinshemius, sed non persuadet. *Schef.*

Qui repperit] Se ipsum intelligit. Unde discimus, primum fabulæ hujus auctorem esse Phædrum. *Schef.*

16 *Aluerit*] Xenophon Cyrop. in fine. Πολλοὶ δὲ πολλοὺς ἠύξησαν ἤδη καὶ ἰδιώτας καὶ πόλεις, ὑφ' ὧν αὐξηθέντων τὰ μέγιστα κακὰ ἔπαθον. *Nev.* Foveris, ad honores promoveris. Cic. Att. VII. 5. 'Sero resistimus ei, quem per annos decem aluimus.' *Schef.*

17 *Inveniri*] Ita sup. I. c. 13. ubi vide not. *Schef.*

Contrarios] Adversarios, hostes. *Schef.* Sic Varr. lib. IV. de Ling. Latin. 'Quod fulmine ictus Phaëthon contrariis Diis:' id est, inimicis, infestis.

18 *Scelera, &c.*] Sic Æschylus: *Confide. Tandem præstituto tempore Pœnas dabunt, quicunque temserint Deum.* Vel, si Græce loquentem audire malumus: Θάρσει. χρόνῳ τοι κυρίῳ τ' ἐν ἡμέρᾳ Θεοὺς ἀτίζων τις βροτῶν δίκην δώσει δίκην. Eadem est vox omnium sapientum sæpe iterata, et cotidiana experientia comprobata. *Ritt.*

Scelera non ira, &c.] Supple, quæ nulla est: nam Deum irasci Pagani negabant. Locum unicum afferam ex Cic. Off. III. 'Num iratum timemus Jovem?' &c. Nobis vero Christianis Dei in contumaces iram, h. e. puniendi voluntatem, passim describunt sacra folia: Exod. XV. 7. Num. XIV. 18. Ezech. VII. 19. Joan. III. 36. Rom. II. 8. et III. 6. Est enim ira in Deo effectus, qui in homine ab ejusmodi affectu gignitur. Et huc pertinet Lactantii liber de Ira Dei. *Prasch.*

19 *Fatorum dicto tempore*] Ita sc. quod ex superioribus repetendum. Per *Fata* puto Parcas intelligere, et opponere Diis, quos hic excellentiori significatu solos superos appellat; vide simile quid infr. V. 7. 5. *Schef.* Proprie, *dicto.* Sic infra: 'Rediit hora dicta,' id est, constituta. Te-

Digitized by Google

rent. Andr. 'Hic nuptiis dictus est dies.' Sic Cæsar de Bell. Gall. I. 'Omnibus rebus ad profectionem comparatis diem dicunt, qua die ad ripam Rhodani omnes conveniant.' *Schiop.*

20 *Interdicit*] Absolute. Sic Terent. Hec. IV. sc. 1. 'Interdico, ne extulisse extra ædes puerum usquam velis;' hoc est, prohibeo. *Schef.*

Ne cum maleficio, &c.] Caussam reddit Theognis et Menander: quorum ille sic in Gnomis: Ἦν δὲ κακοῖσι ξυμμιχθῇς, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἐόντα νόον. Hujus autem versiculus etiam per Apostolum I. Cor. 15. sanctificatus est (ut cum Tertulliano loquar ad Uxorem lib. I.) Φθείρουσιν ἤθη χρηστ' ὁμιλίαι κακαί. Id est, *Bonos corrumpunt mores congressus mali.* Alteram deinde caussam adfert Horatius; quia 'sæpe Diespiter Neglectus incesto addidit integrum.' Imitatur Euripidem, cujus hæc sunt extrema Electra: Οὕτως ἀδικεῖν μηθεὶς θελέτω, Μηδ' ἐπιόρκων μέτα συμπλεέτω. Immo etiam secundum Hesiodum: Πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ. *Rittersh.*

21 *Usum bonus consociet*] Quippe, ut feliciter ille extulit: Τὸν συνόντα πάντοτε ἀνθρώποις πονηροῖς, ἢ παθεῖν, ἢ μαθεῖν ἀνάγκη τι πονηρόν. *Prasch.* Cic. de Fin. lib. III. 'Nec vero rectum, cum amicis aut bene meritis consociare aut conjungere injuriam.' *Schef.*

Consociet] Ms. *consotiet.* Gud.

FABULA XII.

Malas esse divitias] Et hoc et reliqua harum fabularum lemmata (excepto lemmate fab. 60. quod ad præcedentem versum spectat) non a Phædri manu esse, nemo abnuet, qui ponderabit tit. fab. 3. 6. 25. 32. 47. 48. 65. 72. 85. 87. 88. 89. Hos et computes partim esse mancos, partim ἀπροσδιονύσους, denique ex primo aut proximo versu temere inspecto natos, ipsa res, opinor, indicat. Quo magis miror, adjudicatos Phædro a doctissimo Meursio, ut ex notatis ad hanc fabulam constat. Sed etiamsi Phædri esset hoc lemma, tamen primus ille hoc non diceret. Vid. Not. Rittersh. ad h. l. Plinius 'aurum' ait 'proscissum convitiis ab optimis quibusque, et ad perniciem vitæ repertum,' Hist. Nat. XXXIII. 1. Cæterum esse rem bonam in genere naturæ, addubitare nemo sanus potest, qui videat, tot quotidie homines, tot civitates, instrumento hoc servari. Τὸ ἄτθμα ὄργανον πρὸς ζωὴν ἐστι, effatum est Philosophi. Unde Hebræorum voce 'Commoditatem' significant opes: sicut Latinis 'Bona' dicuntur, quod beant, id est, prosunt. L. 49. D. V. S. et 'Beati' divites. Quid igitur? schema est, communi loquendi consuetudine receptum: sicut ferrum 'noxium' dicimus, quod haud per se nocet, verum ab hominibus ad hominum perniciem confertur. *Prasch.*

Ridicule contra lemma hujus fabulæ, ut et contra primum versum, quasi lemmata a Phædro essent, disputat Meursius. *Gud.*

1 *Opes invisæ*] Non recte philosopharis, Phædre. Odisse opes, non est viri fortis: immo non cadit hic adfectus in eum, cujus omnis virtus consistit in æquanima patientia, et generoso contemtu. At *sapienti viro* dicere fortasse voluisti. Sed neque sic evadis. Nunquam oderit vir sapiens divitias, quippe quas scit sine culpa et crimine se admittere posse. Hoc tantum faciet. Si obstabit Ho-

Digitized by Google

nesti respectus, contemnere se illa posse ostendet. Et dic, sodes, bona fide. Itane videntur tibi *opes invisæ merito?* Erras profecto; ut et in lemmate, quo *malas* esse contendis. Audi veram vocem. Non divitiæ malæ sunt, sed mali, qui illis male utuntur. Præterea, ut porro tibi errorem tuum manifestum faciam: Hercules ille in tua fabella non dicit odisse se divitias, sed divitem corruptorem. Hoc attendere debueras, et lemma facere: *Malas esse corruptelas.* Meurs. Sed sane Phædrum defendit Onosandri dictum, relatum a Rigaltio, ex Strateg. cap. 1. Neque etiam dubitatur, dites ut plurimum imbelles esse. 'Quanto pecunia dites, et voluptatibus opulentos, tanto magis imbelles:' Tacit. Ann. III. 46. Hinc Agesilai Strategema narratur in Plutarchi Apophth. Lacon. c. 5. *Equitibus cum destitueretur, Ephesum reversus est, opulentisque injunxit, ut pro se quisque equum virumque præberet; ea ratione subito equi equitesque idonei timidorum divitumque loco collecti sunt.* Melius hoc explicat Livius, Scipionis factum referens, qui videtur Agesilaum imitatus, pr. lib. XXIX. Meminit etiam Appianus Punicis. Sed et strenui milites post opes quæsitas abnuunt pericula. 'Ibit eo quo vis, qui zonam perdidit, inquit' ille apud Horat. Epist. II. 2. Hinc Epaminondas *armigerum suum comperiens multum pecuniæ accepisse a quodam, qui captus fuerat: Proinde, inquit, scutum tu mihi redde, tibique cauponam eme, in qua vitam exigas. Dives enim et unus beatorum factus, non vales adhuc pericula adire:* Plutarch. Apophth. cap. 100. Propter lemmata vero frustra Phædrum accusari reor. Nam illum ea quidem scripsisse non existimo: quum tam male quadrent fabulis: ut fab. 33. 'Anus diligens juvenem:' quum *dilectam* potius quam *diligentem* inducat fabula: *virum* autem *ætatis mediæ*: non vero *juvenem*. Inspice etiam inscriptionem fab. 65. 85. et alias, unde nec ullam inscriptionum istarum rationem habendam censui. Reliquam accusationem Phædri dispunget nota ad 70. 5. *Freinsh.* Quæ hic Meursius disputat contra philosophiam Nostri, prorsus aliena sunt, nec scribi a tanto viro debuerunt. *Schef.* Sallust. de Rep. Or. I. 'Omnes victores divitias contempserunt, et victi cupiverunt.' Ergone, inquies, *opes invisæ merito*, aut contemtu dignæ? Primum dico, quod contemnere vel odisse sæpe est, non nimium sectari; ut opponatur avaritiæ. Qui vero ad hunc modum ipse se vincit, cupiditatesque suas refrenat, ac paupertatem sustinet patientia, cur viri fortis titulo sit fraudandus, rursum non assequor. Deinde meminisse debemus, opes simpliciter non esse contemnendas: sunt enim inter illas δόσεις ἀγαθὰς, quas Apostolus Jacobus ait, καταβαίνειν ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων, Ep. I. 17. Sed comparatione instituta inter bona ista, quæ τίμια vocat Stagirita, (in quibus Christianis maxime sunt cœlestia,) possunt ac debent quodammodo contemni: Ὁ γὰρ πλοῦτος, δῆλον, ὅτι οὐ τὸ ζητούμενον ἀγαθόν. Quo modo multa Patrum Ecclesiasticorum dicta dextre explicare licet. *Prasch.*

Opes invisæ] Ælianus in Histor. Var. ostendit, optimos Græcos fuisse pauperrimos. Menander: Ὅτε πλοῦτος ἐξώκειλε τὸν κεκτημένον εἰς ἕτερον ἦθος, οὐκ ἐν ᾧ τὸ πρόσθεν ἦν. Apud Arsen. Ψόγῳ πλούτου. Socrates apud eundem: Αἱ μὲν ποθήρεις ἰσθῆτες τὰ σώματα, αἱ δὲ ὑπέρμετροι περιουσίαι τὰς ψυχὰς ἐμποδίζουσιν. *Gud.*

Opes invisæ merito sunt forti viro] Onosander Strateg. cap. 1. Ἡ δ' ἀφιλαργυρία δοκιμασθήσεται καὶ πρώτη. τοῦ γὰρ ἀδωροδοκήτως καὶ μεγαλοφρόνως προϊστασθαι τῶν πραγμάτων αὕτη παρατία. Πολλοὶ γὰρ, κἂν διὰ τὴν ἀνδρίαν ἀσπίσι πολλαῖς καὶ δόρασιν ἀντιβλέψωσιν, περὶ τὸν χρυσὸν ἀμαυροῦνται. *Rig.*

Digitized by Google

2 *Quia dives arca*] Isocrates aperte: Πλοῦτος κακίας μᾶλλον ἢ καλοκαγαθίας ὑπηρέτης ἐστὶν, ἐξουσίαν μὲν τῇ ῥαθυμίᾳ παρασκευάζων. Vide Ælian. Var. Hist. XI. 9. ubi ex Mss. Palatino et Plut. in Apophth. leges χρυσοῦς pro χρυσία. *Nev.*

Dives arca] Eleganter *arca*, propter sequens *intercipit*, velut excipula insidias struens laudi alienæ. Habebant alias in arcis pecuniam, ac fere in foro. Juvenal. Sat. X. 'Prima fere vota,...crescant ut opes, ut maxima toto Nostra sit arca foro.' Adde ibi Scholiasten veterem. Hinc illud: 'Quantum quisque sua nummorum possidet arca.' Cicero Parad. 'Animus hominis dives, non arca, appellari solet.' Catullus Epig. 23. 'Cui neque servus est, neque arca.' *Schef.*

Dives arca veram laudem intercipit] Litteræ enim, ut ait B. Hieronymus, marsupium non sequuntur: quamvis Crœsos quis spiret et Darios: Sudoris comites sunt et laboris. At πενία σοφίαν ἔλαχε, καὶ μόνα τὰ τέχνας ἐγείρει: ut est apud Theocritum. *Ritt.*

3 *Cœlo receptus*] Et hanc fab. executus est Æsopus fab. 194. *Prasch.*

Cœlo, &c.] Egregie ipse apud Senecam extremo Hercule Œteo ad Alcmenam matrem: 'Quid me tenentem regna siderei poli, Cœloque tandem redditum, planctu jubes Sentire fatum? parce: nam virtus mihi In astra, et ipsos fecit ad Superos iter.' Et postea: 'Virtus in astra tendit; in mortem timor.' Cui pulchre succinit Chorus ibidem: 'Nunquam Stygias fertur ad umbras Inclita virtus: Vivite fortes, Nec Leteos sæva per amnes Vos fata trahent; sed cum summas Exiget horas consumta dies, Iter ad Superos gloria pandet.' Vide tamen Lactantium Divin. Inst. lib. I. 9. ubi demonstrat, nullam in Hercule virtutem fuisse, ob quam dignus esset cœlo recipi. *Ritt.*

Hercules] Ms. *Herculis*. Gud.

4 *Gratulantes*] Ipsi novos istos honores: *persalutare* est, salutationem omnium finire, sicut 'Perorare' dicimus, et 'Persanare,' et id genus. *Schef.*

5 *Veniente*] Ms. *Venienti*. Gud.

Pluto] *Plutone* V. C. Pith. *Heins.*

Pluto, &c.] Cæcæ matris cæca proles. Vide Aristophanem Pluto. Ut autem ille hic malis amicus esse dicitur: ita contra de Paupertate inquit Petronius Arbiter: 'Nescio quo modo bonæ mentis soror est paupertas:' Et ut idem: 'Amor ingenii neminem unquam divitem fecit.' Cujus rei causam inquirit Aristoteles Problem. 4. Sect. 29. *Ritt.*

Fortunæ est filius] Aliter tamen ἐγενεαλόγησεν Hesiodus, qui Plutum Cereris filium fecit: et recte ille quidem. Nam, ut iis, qui Græce penitissime sciunt, notum est, priscis temporibus πλοῦτος fruges et alia ad annonam ac penum pertinentia significabat. Quod hoc loco probarem, nisi id V. Cl. Daniel Heinsius in notis ad Hesiodum ostendisset. Quem locum si legeris, e re tua feceris. Ergo, dixerit Schoppius aliquis, erravit Phædrus. Hem! bona verba, nam et Hesiodum, ut omnes in Græcia pueri, legerat; et rem πρὸς τὸ ἦθικὰ referre maluit. Quid enim? an non verum est, κατά γε τοὺς ἠθικούς, Plutum, id est, τὰ χρήματα esse a Fortuna? Addam amplius, non omnes veteres hac in re secutos esse Hesiodi auctoritatem. En tibi hominem, qui et simulacrum Pluti in sinu et manibus Fortunæ vidit olim; quippe præterea rationem addit, cur illum Fortunæ filium esse nonnulli censerent; is est, Pausanias ἐν Βοιωτικοῖς pag. 294. edit. Wechelianæ: Καὶ πλησίον Τύχης ἐστὶν ἱερόν. φέρει μὲν δὴ Πλοῦτον παῖδα. Deinde rationem subdit: Σοφὸν μὲν δὴ καὶ τοῦτοις τὸ βούλευμα, εἰσθεῖναι Πλοῦτον εἰς τὰς χεῖρας, ὅτε μητρὶ ἡ τροφῷ τῇ Τύχῃ. *Faber.* Ex quorundam non omnium mente. Vide Pausan. in Bœoticis, quem locum

Digitized by Google

opportune Faber notat. Quanquam hoc jam olim quoque observaverit Gyraldus. *Schef.*

6 *Causam quæsivit pater*] Duplici ratione Herculis pater dici potest Jupiter: primo, quia ipsum ex Alcmena procreasse perhibetur: dein, quia heros. Hi enim Θεῶν παῖδες usurpantur, quorum nomen, naturam, genera, cultum explanat Hierocles in Aur. Pyth. ad illud Ἕπευ' ἥρωας ἀγαναύς. Jovis etiam filios (quæ tertia potest esse ratio) a Poëtis, quos ipsos Plato *Filios Deorum* vocat, appellari præstantissimos virtute, prudentia, viribus; Neptuni, alienos ab omni humanitate, observavit Gellius xv. 21. Vide etiam Antonium de Guevara Epist. P. 2. p. 16. *Prasch.*

7 *Amicus est*] Active scilicet, amans eos. Cic. Ep. I. 8. 'Pompeium tibi valde amicum esse cognovi.' Vide Luciani Timonem. *Schef.*

8 *Objecto*] Eleganter, velut esca volucribus objicitur, qua capiantur: corrumpit omnia, inquit, dum pecunias et lucrum monstrat. Active namque hoc intelligo, ut in illo Tacit. An. IV. 60. 'Drusum traxit in partes, spe objecta principis loci.' Aliter Cic. c. ad Brut. 'Splendore falsi honoris objecto aciem boni ingenii perstringunt.' At hoc velle Nostrum non existimo. *Schef.* Forte legendum, *Simul cum objecto, &c.* Heins. Conjecerat et Heinsius, *Semelque objecto:* quod majorem avaritiam notaret. *Objectum lucrum* vero dictum est, ut lib. I. 23. 'Objectus cibus,' quo canes corrumpuntur. *Burm.*

Objecto cuncta corrumpit lucro] Propertius lib. III. 'Auro pulsa fides: auro venalia jura: Aurum lex sequitur: mox sine lege pudor.' Juvenalis: 'Prima peregrinos obscœna pecunia mores Intulit, et turpi fregerunt secula luxu Divitiæ molles.' Plurimæ similes sententiæ apud Theognidem, Euripidem, Senecam, ac Stobæum reperiuntur. Elegantissime autem Phocylides κακῶν ἀρχηγὸν, βιοφθόρον πάντα καλέσσοντα, πῆμα τεθνηώτων appellat τὸν χρυσόν: Vide totum locum. Est enim prolixior. Valde quoque huc facit, quod Creon apud Sophoclem in Antigona prolixe commemorat, quot quantaque mala argentum humanæ vitæ importarit. Sed ipsum Regem audire est operæ pretium: Οὐδὲν γὰρ ἀνθρώποισιν, οἷον ἄργυρος, Κακὸν νόμισμ', ἔβλαστε. τοῦτο καὶ πόλεις Πορθεῖ. τόδ' ἄνδρας ἐξανίστησιν δόμων. Τόδ' ἐκδιδάσκει καὶ παραλλάσσει φρένας Χρηστὰς πρὸς αἰσχρὰ πράγματ' ἴστασθαι βροτῶν. Πανουργίας δ' ἔδειξεν ἀνθρώποις ἔχειν, Καὶ παντὸς ἔργου δυσσέβειαν εἰδέναι. Hoc est, ut ego interpretari potui totidem versibus: *Mortalibus nullum æque, ut argentum, malum Unquam repertum est institutum. Hoc funditus Evertit urbes: hoc viros sua ejicit Domo: hoc bonæ menti magister ad mala est, Turpes et ad res se monet convertere. Monstravit hoc versutias mortalibus Cunctas, et omnia indidit facta impia.* Sed, quicquid vel Creon Sophocleus, vel Phædri Hercules dicant, inter homines fit, quod apud Euripidem Phœnissis dicitur: *Opes, honoratissimæ mortalibus, Rerum omnium unæ maximas vires habent.* Sic enim exprimere studui sententiam horum versuum: Τὰ χρήματ', ἀνθρώποισι τιμιώτατα, Δύναμίν τε πλείστην τῶν ἐν ἀνθρώποις ἔχει. *Ritt.*

Digitized by Google

FABULA XIII.

Fabula hæc est integra apud Romulium lib. III. fab. 20. ex quo, quæ hic desunt, intelligi et utcunque suppleri possunt. *Gud.*

1 *Recte loqui*] H. e. aperte, sincere; ideo enim sequitur de *sinceritate*. Oppositum hujus est, 'Oblique loqui,' quod est passim in usu. Sed et *recte* sic usurpavit Plautus Amph. III. sc. 3. 'Recte loquere,' et Captiv. v. sc. 2. ubi Hegio ad servum: 'Si eris verax, tua ex re facies ex mala meliusculam. Recta et vera loquere. Sed neque vere, neque recte, adhuc Fecisti unquam.' *Schef.* *Recte loqui* esse, sine circuitione loqui, vidimus ad Quinct. Procem. lib. VIII. ut solent sinceri homines. *Burm.*

Recte loqui] Id est, directe, sine ambagibus. Παῤῥησιάζεσθαι, *sinceritate uti*: mox enim sequitur, *sinceritas*. Ritt.

Recte loqui] *Recta verba*, Avien. Fab. 26. 'Nam quamvis rectis constet sententia verbis, Suspectam hanc rabidus consiliator habet.' *Rectus sermo*, Arnob. v. 'Ubi enim dicitur in unius materiæ corpore pars esse allegorice scripta, indubitabili altera sermone rectoque.' Idem: 'Nam quoniam rectas accipere lectiones pudet.' Seneca Controvers. Procem. 'Non placebat illi orationem inflectere, nec unquam recta via discedere.' Paulo post: 'Summam quidem esse dementiam detorquere orationem, cui rectam esse liceret.' Am. Marcellin. XVII. 'His literis diu libratis, recto pectore (quod dicitur) consideratequæ responsum est:' &c. *Recte loqui*, Romana simplicitate loqui. Floridus: 'Cive Romano per orbem nemo vivit rectius.' *Recte ἁπλῶς, ἀδόλως.* Sincere. Sic Martiali 'Recta fides.' *Rig.*

Recte loqui] Id est, sincere, simpliciter; patet ex seqq. et ipsa fabula. *Gud.*

2 *Probanda*] Lege, *Probata cunctis hæc quidem sententia*. Heins.

3 *Ad perniciem solet agi*] Adduci, trahi, solet in exitium præcipitari. Quomodo Livius: 'Captas mentes, velut furialibus stimulis, ad omne scelus et omnem libidinem agerent.' *Schef.*

Perniciem] Ms. *perniem*. Gud.

4 *Regem*] Ms. *Regē*. Gud.

7 *Atque*] Lege, *Ulque*. Heins.

8 *Jura reddebat*] Curtius VIII. c. 9. 'Rex cum capillum pectit atque ornat, tunc jura popularibus reddit.' Sic vulgo omnes. Deest autem reliquum hujus fabulæ cum nonnullis aliis, et initio sequentium, quod, quia erat spurcum, pium lectorem (monachum fortasse) commovit, ut totam paginam hic erueret. Ita non modo spurca illa, sed et cætera, una cum fine hujus fabellæ perierunt. Quia enim una alterave integra fabula hic desideretur, dubitare nequeo. Quale quid et locis aliis accidisse videtur. *Schef.*

Reddebat fide] Hunc et sequentis fabulæ priorem versum conjunxit Rimicius, nescio an manuscripto duce, hoc modo: Sine sanguine cibum sumere sanctam et incorruptam fidem juravit. Posthac de hac re cœpit habere pœnitentiam: persequiturque fabulam illam de Leone rogante, an os fœteret sibi, et Simio, quæ exstat apud Camerarium: adeo ut videatur

Digitized by Google

mihi versus ille, *Turpi lavare cœpit pœnitentia*, nihil ad sequentia pertinere, sed fabulæ huic XII. proprius esse. *Nev.* Recte censuit Neveletus: et eum eo facit summus Gronovius ad Plin. XXXIV. 14. legens, *Post quæ labare cœpit pœnitentia*. Habet et Anonymus Nielantii p. 49. unde nos, et ex Romulo num. 37. et Rimicio lib. III. 20. ita reducere tentavimus in Phædri metrum: *Post quæ ut labare cœpit pœnitentia, Naturam cum mutare non posset suam, Deducit aliquas in secretum, ut falleret; Et an fateret os sibi cum quæreret, Quæ dixerant putere, et quæ negaverant, Laniabat omnes, et satur fit carnibus. Cum multis faceret hoc, et Simium vocat Ad se, rogatque an os haberet putidum, Hic cinnamomo olere dixit suavius, Et ture, flagrant quo Deorum altaria. Erubuit laudes, nec nocere sustinet Rex; sed, pudore salvo ut læderet, dolos Quæsivit, et languorem simulans advocat Medicos, tentatis qui venarum pulsibus, Negant se morbum posse deprehendere. Sed suadent natum ex insueto* [in edit. majori *consueto*] *fastidium Cibo, jam suaviore tolleret dape. Hic ille: Nullam sic carnem desidero Ac Simii, non ante gustatam mihi; Datam sed fallere prohibet pudor fidem. Quodcumque, Medici, facere, Rex, libet, tibi Licet, respondent, ceteris ut regibus: Et pro dolore fas est nos mori tuo, Non vita tantum. Adducitur mox Simius; Qui quanta pœna, didicit, ad regem loqui, Et quam tacere sit tormentum maximum.* Burm.

9 *Postquam lavare*] Improbi Phædri improbuli versus. In iis autem fragmentum fabulæ, quæ hujusmodi fortasse fuit. Nefaria hominum libido fœdæ veneris propudiosa diverticula excogitabat. Adeoque virorum et mulierum ori turpiter illudebat. Rogavit aliquis senem Æsopum, Quæ ratio abominandæ illius lasciviæ? Respondit Æsopus: Prometheum quondam pocula in veretrorum pudendam formam e luto finxisse: his poculis bibisse mulieres; ita, postquam lavare cœpit penis tentio affixione veretri linguam mulieris, adfinitatem traxit inde obscœnitas. Nimirum inde homines ore morigero corvorum coitum imitati sunt. Sic in Parrhasii tabula, 'Melsagro Atalanta ore morigerabatur.' Sueton. Tib. cap. 44. Immo et viri hac etiam parte effeminati. Calenus in Cic. pro Anton. apud Dionem XLVI. Καὶ προσέτι τὸ στόμα αὐτοῦ διαβάλλειν ἐπεχείρησε, τοσαύτῃ ἀσελγείᾳ καὶ ἀκαθαρσίᾳ πάντα τὸν βίον χρώμενος, &c. Sic Demosthenes, 'parum vir, ore quoque polluto dicebatur:' Gell. I. cap. 5. et ita permultos notat passim Martialis. Hæc igitur obscœnitas adfinitatem a turpibus poculis traxit. Per obscœnitates enim bibebant. Plin. Procem. lib. XXXIII. 'Auxere et artem vitiorum irritamenta. In poculis libidines cælare juvit, ac per obscœnitates bibere.' Juvenalis Sat. II. 'Vitreo bibit ille Priapo.' Sic turpia poculorum emblemata. Juven. Sat. IV. vet. Interp. Item Martial. lib. VIII. de phiala Rufi. Imo edebant obscœnitates. Martial. Ep. lib. XIV. 69. 'Si vis esse satur, nostrum potes esse Priapum: Ipsa licet rodas inguina, purus eris.' Item Ep. lib. IX. 3. 'Illa siliginis pinguescit adultera cunnis.' Fames pro libidine oris, Juven. Sat. IV. vet. Interp. Huc etiam pertinet Epigramma de Galatea in vase Epig. Vet. lib. IV. p. 159. 'Fulget, et in patinis ludit pulcerrima Nais, Prandentum inflammans ora decore suo. Congrua non tardus diffundat jura minister, Ut lateat positis tecta libido cibis.' Hæc hodie quoque fiunt; sed apertius indicare non sustinet pudor. Fescenninis relinquo. Ceterum Phædrus hac fabula Tiberii libidines notat: illud maxime, 'quod solebat pueros primæ teneritudinis inguini ceu papillæ admovere.' Item

Digitized by Google

Atellanicum illud: 'Hircum vetulum capris naturam ligurire.' Vide Sueton. cap. 43. 44. 45. 46. *Rig.*

Lavare] Nihil mutandum. Hanc enim et sequentem fabulam indiligentius tractando pene corruperant. *Rig.*

Lavare] F. *labare penitentia*, id est, labascere. *Ritt.*

Penitentia] Ita V. C. *Tentia*, ut *Tentio*. Vetus Glossarium: 'Tentio, Τάσις.' Item: 'Distentione, Διατάσει.' Ut inde *penitentia* sit, penis tentio, αἰδοίου τάσις. Vetus Interp. Juven. Sat. XI. 'Extenditur ad venerem puellis saltantibus.' Sic Martial. 'Tendere aletam.' Priap. 'Tenta vena.' Item 'Tentigo:' &c. *Rig.*

Lavare] Conjicit *labare* Rittershusius. Ego refero ad sequens *linguam*. Gronovius firmat priorem sententiam: sic autem ait: 'Lego, *Post hæc*, vel, *Postea labare capit penitentia*, i. e. mutato animo deficere a proposito. Ut Cic. Att. VIII. 22. 'Scito labare illud meum consilium, quod jam satis fixum videbatur.' Ovid. Met. VI. 'Ex nimia mentem pietate labare sensit.'' *Schef.*

Penitentia] Lege, *penis tentio*. Heins.

Penitentia] An *penitentio*. Vide Carr. Antiq. Lect. lib. II. 11. *Gud.*

FABULA XIV.

1 *Affixione*] Quid sit notum est; illud videlicet, quod apud Suetonium dicitur, 'Illudere capiti matronarum.' Mulier autem τοῦτο πάσχουσα dicebatur *ore morigerari*, apud eundem in Tiberio, ubi de Atalanta et Meleagro. Sed si plura addam, te violem, o Pudor, quod nolim. *Faber.* Veteres: *A fictione*. Non inquiro curiose, quid sit rectius, nam hæc ignorare, adeo non est in vitio, ut meretur laudem. Faber ita scribit: 'Hoc quid sit, notum, illud videlicet, quod apud Suetonium dicitur, 'Illudere capiti matronarum,'' &c. Non probo. *Schef.*

Affixione] Ms. *A fictione*. Lege, *Affrictione*. Ita Salmasius ad oram libri; et sic ego conjeceram. *Gud.*

Linguam] Lege *Lingua*. Heins.

Mulieris] Scilicet fellatricis. Vide Martialem. *Gud.*

2 *Obscœnitas*] Quid hic præcesserit, non libet, nec fas est divinare. Conjicio, lacunam hanc inde adeo esse, quod spurcities καὶ τὸ ἀνάῤῥητον propositi problematis pium aliquem Monachum exscriptorem lectoremve horum offenderit; qui proinde totam hanc pagellam omiserit vel exciderit, ex qua tamen velut cauda quædam remansit. Poterat etiam alterum, quod sequitur, problema de tribadibus et mollibus abesse: ut illud quoque, quod fuit supra de Ovium partu monstroso, nec non quod mox erit, de Canum ad Jovem legatione. Itaque ut Ulysses Sirenum cantus cera obturatis auribus prætervectus esse narratur, ita et juventutem ista, a quibus periculum et corruptela morum ipsi metuenda est, surdis auribus et clausis oculis transmittere melius est. Eadem caussa, quam dixi, Petronii Arbitri Elegantissimum Satyricon ita nobis laceravit ac detruncavit, ut vix Orpheum mulieres Thracicæ, vel Pentheum Bacchæ discerpserint miserabilius. *Ritt.*

3 *Rogavit*] Mallem hæc conjungi cum superioribus. Puto enim pro-

Digitized by Google

duxisse Nestrum quempiam, interrogantem Æsopum, unde orta sit scelerata illa species libidinis in fœminis, cujus ante meminit: Cumque satisfecisset illi fabula præcedente, eundem amplius quæsivisse originem nefandæ veneris cum maribus, illique quæstioni Nostrum satisfacere verbis sequentibus voluisse. Nisi censeas id *alter* positum, pro *alio*; ut sup. *Schef.*

Rogavit alter] Hinc manifesto patet præcedentem fabulam de Prometheo quoque fuisse. *Rig.*

Alter] Quispiam, nescio quis. *Rig.*

Tribadas] Conf. Gottofr. ad lib. III. c. de Adult. Prioris generis meminit etiam Martialis VII. 70. Posterioris mentione an Sejanus maxime perstringatur, ἐπέχω. De eo certe rumor, Apicio diviti et prodigo stuprum venum dedisse: Tac. Ann. IV. 1. 3. Qui Phædro *molles mares*, Scripturæ sunt κίνες. Galli speciei nomine genus dicunt. In lingua Etrusca et Castiliana sunt 'Bardascia.' Dictos etiam reperias 'Saxa,' qua Græcis, qua Latinis, proba ratione. Vid. Maussac. ad Plut. περὶ ποταμῶν p. 32. 2. Alia nomina ut præteream. Flagitii repertor memoratur Thamyris, Philammonis et Argyopes Nymphæ filius. Tradit rem Apollodor. lib. I. p. 7. Fœditatem criminis alii libertate risus, alii rationum gravitate passim demonstrarunt: inter quos Philo de special. LL. P. II. p. 782. Pœnam, quam repræsentavit in ἀρσενοκοίτας Justinianus, indicat Grot. ad Nov. 141. eandem scilicet, quam Ægyptii et Athenienses ceperunt in Adulteros, quæque in vet. Notis P. Diaconi sic exprimitur A. T. AB. Utriusque ratio, quæ eadem, in aprico est. *Prasch.* Cum videlicet τὸ θῆλυ παρὰ φύσιν ἀββενοῦται, ut ait Lucianus, vel θηλειῶν πρὸς θήλειας furiosa libido (Plato de Leg. lib. I.) Hoc ipsum est, quod tangit D. Paulus Epistola ad Romanos cap. 1. Locus est notissimus, quique pluribus exponendus non sit. *Faber.* Plautus Latina voce 'Subigitatrices' dixit, uti Rittershusio notatum est. Intelliguntur autem eæ, quæ apud alias fœminas virorum officio funguntur. Plura dicere nefas est. *Schef.*

Tribadas] Quæ sint, explicat Martialis Ep. lib. I. 91. 'Inter se geminos audes committere cunnos, Mentiturque virum prodigiosa Venus.' Et lib. VII. 69. 'Ipsarum tribadum tribas, Philæni, Recte, quam futuis, vocas amicam.' *Gud.*

Tribadas] *Tribades*, mulieres, quæ mutuo norunt lascivire, atque, ut ait Martialis, 'audent inter se geminos committere cunnos.' Τόρμαις καὶ ταῖς περιφερείαις τοῦ βουβῶνος συστρίβειν τὸ σῶμα. Sic opus venereum M. Antoninus Lib. de vita sua, vocavit παράτριψιν καὶ ὑπερισιν. Sic Phrynico, Πορνοκόπος, Πορνότριψ. Vid. Platon. Συμποσ. Soranus Ephesius flagitium istud malignæ ac fœdissimæ mentis passionem esse ait. *Rig.*

Tribadas et molles mares] Τριβάδες παρὰ τὸ τρίβειν, id est, a fricando. Tertulliano 'Frictrices,' Plauto 'Subigitatrices' dictæ sunt fœminæ, quæ in sexum congenerem furentes nefaria libidine sese polluunt. Hinc Τριβαδικὴ ἀσέλγεια apud Lucianum Ἔρωτ. 'Molles' sunt apud Plautum quoque et alios, qui idem scelus non nominandum, quodque, ut Imp. Constantinus ait, non proficit scire, ab aliis ejusdem sexus patiuntur. Unde et 'Pathici' Catullo, &c. Ovid. de Philoctete ait talem fuisse: 'Mollis erat, facilisque viris Pœantius heros.' Tacitus Ann. XV. 'Quinctianus molli corpore infamis:' vel (ut quidam legunt) *mollitie corporis infamis.* Primus autem inter homines quidem hujus sceleris inventor Laïus, pater Œdipi, fuisse perhibetur, rapto ad stuprum Chrysippo Pelopis filio: inter Deos autem ipse eorum princeps Jupiter, rapto Ganymede. Docuit me Scho-

Digitized by Google

liastes Æschyli his verbis in argumento Tragœdiæ, quæ inscribitur 'Επτὰ ἐπὶ Θήβας. Φασὶ γὰρ, ὅτι τὸν τοῦ Πέλοπος υἱὸν Χρύσιππον ὁ Λάϊος ἥρπασεν, ἐρασθεὶς αὐτοῦ, καὶ αὐτῷ συνεγένετο, καὶ πρῶτος ἐν ἀνθρώποις τὴν ἀῤῥενοφθορίαν ὑπέδειξε, καθάπερ δὴ καὶ ὁ Ζεὺς ἐν Θεοῖς, τὸν Γανυμήδην ἁρπάσας. Inter Poëtas infamis est hoc nomine Ibycus Rheginus, quod παιδεραστὴς fuerit: teste Cicerone Tusculan. 4. Athenæo et Suida. 'Ηδύ τε πεῖσοῖς "Ιβυκε καὶ παίδων ἄνθος ἀμησάμενε, inquit Epigrammatarius Antholog. l. I. tit. *εἰς ποιητάς*. *Rit.*

Molles mares] Contrarium præcedenti genus, ii scilicet, qui viris loco fœminarum sunt, 'Cinœdi' vulgo, atque 'Exoleti' dicti. *Scheff.* Catull. 'Cinæde Thalle mollior Cuniculi capillis.' *Heins.* Petron. cap. 23. 'Molles, veteres, Deliaci manu recisi.'

Molles mares] Id est, Cinædos prædicones. Martialis Ep. lib. III. 72. 'Mollem credere te virum volebam, Sed rumor negat esse te Cinædum.' *Gud.*

Molles mares] Cœlius Aurelianus lib. IV. cap. ult. 'Molles sive subactos.' Rutilius Lupus ex Hyperide: 'Quid si tandem, judices, apud ipsam naturam hanc causam agerem? Atque ita divisit muliebrem virilemque personam, ut suum cuique opus atque officium distribueret. Et ego hunc ostenderem muliebri ritu esse suo corpore abusum. Nonne vehementissime admiraretur, si quisquam non gratissimum munus arbitraretur virum se natum, sed, depravato naturæ beneficio, in mulierem convertere se properasset?' *Rig.*

4 *Quæ ratio*] Eleganter, quia contra rationem est, cum sit contra naturam, quæ est summa ratio. *Schef.*

Senex] Æsopus. Ita supra III. c. 3. 'Naris emunctæ senex,' et alibi. *Schef.*

5 *Idem Prometheus*] Τὸ *Idem* referebat ad Æsopum Rittershusius. Melius Rigaltius: præcedentem fabulam de Prometheo quoque fuisse. Forte Rittersh. non ad vocem *Idem* notatum voluit Æsopum intelligi; sed ad vocem *senex*, quod verum esset. De Prometheo Symmachi locum citat Rigaltius, Epist. IV. 33. 'Patere igitur, ut homullus, Promethei manu factus, mandare cessem papyro, quæ dudum in vatum foliis non leguntur.' *Freinsh.* Qui scilicet id egit, de quo prius. Atque nescio, num non huc respexerit illud *A fictione*, pro quo nunc *Affictione* legitur. Verum sicut forte non difficile fuerit rem totam divinare, ita melius opinione mea ignoratur. *Schef.* Fabulam Promethei norunt, qui nondum ære lavantur. E Titanum numero fuit. Dicta ab eo herba Prometheios, de qua Plut. de Fluv. in Phasi. *Prasch.*

Idem] Nempe Æsopus. *Rit.*

Vulgi fictilis] Id est, ex terra, luto, facti. *Gud.*

Vulgi fictilis] Tertullianus lib. de carne Christi cap. 9. 'Ipsum certe corpus hoc nostrum, quod de limo figulatum etiam ad fabulas nationum veritas transmisit.' *Rig.*

Fictilis] Sic appellat in respectu ad Prometheum, qui e luto formasse homines dicitur: fabula est notissima. De quo Prometheo haud dubie et in superioribus præcessit. *Schef.*

6 *Qui*] Lege, *Quod*. Heins. Nihil opus, nam *vulgus* proprie est masculini generis, sed usurpatione neutrius. Vid. Servium ad Virg. Æn. I. 149. et ita sæpius Charisius, Priscianus et alii veteres Grammatici: ut notant commentatores ad Virgil. Æn. II. 99. Vide et Voss. de Analog. lib. I. 31. qui contra eos, qui et feminino genere usurpatum esse contendunt, disputat: inter quos et Longolius fuit, qui apud Nepot. Alcib. 8. 'Vulgum Atheniensium in terram prædatam exisse' edidit: cum *prædatum* habeant recte codices: et Ultrajectina editio etiam *Vulgus*. Burm.

Digitized by Google

Qui] Scil. vulgus: nam veterum more *vulgum* genere masc. usurpat. Sic Plautus, Horatius, Apuleius, Minutius Felix, Ausonius, alii. *Rit.*

Simul offendit ad] Pub. Syrus: 'Fortuna vitrea est: tum, quum splendet, frangitur.' *Rig.*

Offendit ad fortunam] Ita Cicero de Memmio apud fab. VI. cap. 8. 'Caput ad fornicem Fabii offendisse.' Fortuna hic velut res dura fingitur, ad quam vulgus (nam illud *Qui*, quod ante *simul*, ad *vulgi*, non *Prometheus* est referendum,) formatus ex luto, sicut testa, frangitur; eleganter. *Schef.*

7 *Naturæ partes, &c.*] Cicero Off. lib. I. circa fin. 'Quæ partes corporis, ad naturæ necessitatem datæ, aspectum essent deformem habituræ, eas natura contexit atque abdidit. Hanc naturæ tam diligentem fabricam imitata est hominum verecundia.' *Gud.*

Partes] Proprie membra, quibus sexus distinguitur. *Schef.* Vide ad Petron. cap. 112.

Partes veste quas celat pudor] Arnob. V. 'Partes illæ, quas pudor communis abscondere, quas naturalis verecundiæ lex jubet,' &c. Partes illæ 'Pudenda' vulgo, 'Velanda' corporis, et 'Verenda,' Plinio Epist. lib. III. 14. et lib. VI. 24. 'Reverenda,' Arnobio lib. V. ubi de Boubone. Tegebantur olim etiam in lavacro, 'ne vel illic, ubi nudum totum erat corpus, hujusmodi portio intecta esset:' D. Ambros. Offic. I. *Rig.*

Veste] Ms. Rem. *Vestæ.* Ovid. Pont. lib. IV. 13. 'Esse pudicarum te Vestam, Livia, matrum.' Sed rectius vulgatum *veste.* Gud.

10 *Ad cænam est invitatus*] Anceps intellectus: vel ad cænam est vocatus a Libero: vel, inter cænandum vino plusculum indulsit. Plautinus Sosia de Nocturno: 'Mira sunt, nisi invitavit sese in cæna plusculum.' Lucilius in Sat. 'Pulcre invitati acceptique benigne.' *Invitati*, repleti. Vid. Non. 'Invitare,' ad cænam, quasi ad vitam, vocare. Contra, 'Devitare,' nolle cum aliquo vivere. Allusit ad priscum significatum Vincentius Lirinensis Commonit. I. 'Quid est devitare? cum hujusmodi nec cibum sumere.' Sciunt erudituli omnes, *evitare* veteres dixisse pro, vitam auferre et eripere. *Rig.*

11 *Inrigatus venas*] Decenter et modeste sic de Deo loquitur, exemplo tamen Virgilii, qui sic Eclog. 6. de Sileno: 'Inflatum hesterno venas, ut semper, Iaccho.' Porro venis recipi vinum et ebrietatem vetus opinio, de qua Rittershusius. Nec alia ex causa Philippus ad Alexandrum de medicata potione apud Curt. III. cap. 6. 'Oro quæsoque, omisso metu patere medicamentum concipi venis.' Ita legendum distinguendumque ibi est, contra quam fit hodie in editis. *Schef.*

Inrigatus multo venas nectare] Lycon apud Rutil. Lupum de Fig. Sentent. II. 'Plenus crapula est experrectus, primum oculis mero madidis, humore obcæcatis, visu gravidis, lucem constanter intueri non potest: deinde confectis viribus, utpote cujus venæ, non sanguine, sed vino sunt repletæ,' &c. Satyr. 'Hesterno inflatum venas de more Lyæo.' Virgil. Ecloga VI. 'Silenum pueri somno videre jacentem, Inflatum hesterno venas, ut semper, Iaccho.' *Rig.*

Inrigatus multo venas nectare] Vinum in venas usque penetrare credebant. Unde et Horatius generosum et lene requirit: 'Quod curas abigat, quod cum spe divite manet In venas animumque.' *Ritt.*

12 *Sero domum, &c.*] Propert. I. 3. 'Ebria cum multo traherem vestigia Baccho, Et quaterent sera nocte facem pueri:' ubi vide, quæ adnotat Passeratius.

Titubanti pede] Ita Tibul. II. 1. 30. 'Errantes male ferre pedes' dixit.

Digitized by Google

13 *Tum semisomno, &c.*] Imitatur hunc locum Martialis XIX. 182. 'Ebrius hæc fecit terris puto monstra Prometheus, Saturnalitio lusit et ipse luto.' Obiter restituenda vox *semisomnus* Livio pag. 221. edit. Sigon. in fol. *Gud.*

Corde] Unde alias intellectum et consilium. Vide, quæ notamus ad Pacatum cap. 44. *Schef.*

Errore ebrio] Eleganter et sententiose. Ebrietas privatio rationis est. Salomo in Symbolis 23. 29. inter alia de ebrio: 'Et eris, sicut dormiens in medio mari summo navis malo:' Vulgatus reddidit: *Et eris quasi sopitus gubernator, amisso clavo:* apposite utrumque: &c. *Prasch.* Pro, errore ebrietatis. Sicut apud Flaccum Argon. I. 'Cursus æquoreus,' pro cursu æquoris. *Schef.*

14 *Applicuit virginale*] Attigit hanc fabulam Lucianus in Prometheo: Δέδια τοίνυν μὴ αἴθις ὅμοιόν τι τῷ Προμηθεῖ τῷ σῷ πεπονθὼς φαίνωμαι, τὸ θῆλυ τῷ ἄῤῥενι ἐγκαταμίξας, καὶ δι' αὐτὸ δίκην ὑπόσχω. Comœdiam scilicet cum Dialogo miscuerat, et quasi connubio junxerat. *Rig.*

Virginale] Vetus Poëta apud Festum in Mundo: 'Cum virginali mundo clam patre.' Cum feminali lauto et puro. Solinus Polyhist. cap. 3. 'Feminis perinde est infausta nativitas, si consertum virginal fuerit.' *Consertum virginal*, ut 'Mulier arta:' L. Quæritur §. mulierem. De ædil. edicto. 'Obsignata natura,' Cicer. de Divinat. II. Solinus 'Concretum virginale' dixit, quod Plinius lib. VII. dixerat 'Concretum genitale.' *Rig.*

Virginale] Apuleius 'Virginale' vocat in Apologia, ut et Prudentius et B. Augustinus et Solinus, eam virginei corporis partem, unde sexus cognoscitur: quod et 'Fœminal' dicitur. Euripides Alcestide κόρσιμα vocat. Ait enim: Ὦ λέκτρον, ἔνθα παρθένευ' ἔλυσ' ἐγὼ κορεύματ' ἐκ τοῦδ' ἀνδρός. Perinde ut Catullus: 'Zonam solvere virgineam.' *Ritt.*

Virginale] Sc. membrum, quod huc ex sequentibus trahendum. Licet quoque ita simpliciter usurpetur. *Schef.* Vid. Muncker. ad Hygin. fab. 184.

16 *Pravo fruitur gaudio*] Basilius in descriptione ebrietatis: Ἐν ἄῤῥεσι μὲν τὸ θῆλυ, ἐν δὲ τῷ θήλει τὸ ἄῤῥεν ἐπιζητοῦντες. *Gud.*

Pravo fruitur gaudio] Ovid. 'Veneris da gaudia flenti.' Petron. 'Pertrectavi gaudio spoliatum torum:' et passim ibid. *Rig.*

FABULA XV.

1 *Barbam capellæ*] Catull. 'Barbatus linit hirculus, cornipesque capella.' *Gud.*

Quum] Ms. *cum.* Gud.

2 *Cæperant*] Ms. *cæperunt.* Et ita recte. Sic postea fab. 19. 'Abierunt.' *Gud.*

3 *Dignitatem*] Autoritatem, quam præ ipsis habebant antea ex barba. Nam, ut ait Lactantius Op. Dei. VII. 'Barbæ ratio, incredibile est, quantum conferat ad decorem virilitatis ac roboris.' *Schef.*

Æquassent] Æqualem haberent. Sic Virgilius Æn. VI. 'Æquatque Sichæus amorem.' *Schef.*

5 *Muneris*] Virile munus est, gravem esse; huc barba pertinet. Contra in fœminis morum vultusque amabilitas laudatur. *Schef.*

6 *Pares fortitudinis*] Recte genitivo jungi *par* et *dispar*, exemplis de-

Digitized by Google

cet Th. Bangius Obs. Phil. II. p. 857. Caussam ex Pascasio Grosippo, seu Gaspare Schioppio, explicat Mariang. a Fano Bened. Auctar. Gram. Phil. p. 16. *Prasch.* Recte: nec est opus Rittershusii emendatione. Cicero in Pis. 'Illum, cujus pancos pares hæc civitas tulit.' Lucanus lib. v. 'Quem metuis, par hujus erat.' Adde Vossium. *Schef.* Heinsius tamen mallet *fortitudini:* et sæpe repperi nunc aliter edi, ac Mss. olim exhibuerunt. Sic Gruterus testatur apud Flor. II. 2. in codicibus vetustis legi, 'Ille quidem par tantæ calamitatis fuit:' sed tamen male explicat; et ideo Salmasio reprehensus, qui *calamitati* ex Palatinis Mss. præfert. Apud Curtium quoque VII. 8. Heinsius in antiquo codice repperit: 'Si Dii habitum corporis tui aviditatis animi parem esse voluissent.' Vid. ad Petron. cap. 92. Diversa ratio est in illis Silii IV. 370. 'Ætatis mentisque pares,' et Statii VIII. 608. 'Par alind morum:' ubi vide Barthium. *Burm.*

7 *Sustineas*] Absolute, pati, perferre. Balbus apud Cic. Att. Ep. IX. 9. 'Sentio, non posse tuam famam et officium sustinere, ut contra eum arma feras.' Suet. Julio cap. 74. 'Cornelio Phagetæ nunquam sustinuit nocere.' *Schef.* Cicer. Fam. v. 10. 'Si me hercules Appii os haberem, tamen hoc sustinere non possem.' Ovid. Met. I. 530. 'Sed enim non sustinet ultra Perdere blanditias Juvenis Deus:' Eleg. ad Liviam vs. 135. 'Tene ego sustineo positum, scelerata, videre?'

FABULA XVI.

1 *Fortunis*] De improspero successu rerum suarum. *Fortunæ* igitur hic in plurali pro, fortuna. Plautus Milite act. II. sc. 1. 'Postquam occasio est, Conqueritur mecum mulier fortunas suas; Ait, sese Athenas fugere cupere.' Sic Terent. Andr. act. I. sc. 1. et alibi. *Schef.*

2 *Finxit*] Absolute pro, finxit hoc, hanc fabulam. Buchnerus mallet *dixit*, aut *infit*. Doctissimus Cuperus ita putat versus hos legendos Obs. Lib. II. c. ult. 'Vexata sævis navis tempestatibus, Inter vectorum lachrymas, et mortis metus, Faciem ad serenam subito mutat ut dies, Ferri secundis tuta cœpit flatibus.' Laudo ingenium, sed ubi nulla compellit necessitas, ad emendationes tardius ego quidem soleo accedere. *Schef.*

Consolandi gratia] Ms. *consulandi:* an vero *gratiam* scribendum? Ita Guietus, et editio prima. *Gud.*

3 *Vexata, &c.*] Apud Theodorum Prodromum lib. VII. eandem maris variam mutationem brevibus Iambis expressit Rhodanthes pag. 282. Εἰς θάλασσαν ἐμπλέοις; Κλύδων, γαλήνη, κῦμα, λειότης πλόου, Ἀνταμφοτήσεις ἀνέμων, ἡσυχίαι. *Gud.*

Vexata navis] Sic Virgil. 'Vexata ratis,' raptata, huc atque illuc distracta. Gell. II. c. 9. Macrob. Sat. VII. c. 6. Nec obstat Servius qui Virgilio ταυτόσημον quandam confingit: nam valde *κυρίως* Scylla 'vexare' dicitur, cum *Vexare* Græci dicant Σκύλλειν. Glossæ veteres: 'Vexat, ὀχλεῖ, σκύλλει, χειμάζει. Vexare, σκύλλειν. Vexatio, σκυλμός. Vexatus, κατατοιηθείς, σκυλείς. Vexo, κατατονῶ, σκυλεύω.' Vid. Gell. lib. II. 6. *Rig.*

Navi] Qui brevitatem Phædri vult cognoscere, comparet Æsopi fab. 272. Exempla tempestatis fusius descripta annotavit ex Radero Cl. Freinsh.

Digitized by Google

ad Curt. VIII. 4. 2. *Prasch.* Sic Paris. uti, priusquam inspexissem, legendum conjeceram. Fuerat antea *navis:* quod quia efficiebat rationem pendentem, subvenire tentarunt viri docti, ut statim apparebit. *Freinsh. Navi:* Excerpta Rigaltii. *Heins.*

4 *Inter*] Notat celerem mutationem, dum metuunt, dum plorant. Flor. I. cap. 6. 'Ergo inter Tarquinii mortem substitutus in locum regis.' *Schef.*

5 *Faciem ad serenam*] Speciem, habitum. Vide Gellium XIII. cap. 28. Curtius Lib. III. 2. 'Contra si quis aciem Macedonum intueretur, dispar facies erat.' Ita enim ibi est legendum, non *acies*, quod servatum hactenus in omnibus editionibus miror. Porro *ad faciem mutari* dictum, ut apud Cicero de Or. III. 'Idque ad omnem rationem mutatur et vertitur.' *Schef.* Mamert. Paneg. Maxim. VI. 'Ne Jupiter quidem ipse tanta celeritate faciem cœli sui variat.'

Faciem ad serenam, &c.] Unico versu transposito, et suæ sedi restituto, sensum elegantissimum efficies, vetusti codicis lectiones servabis, et, quæ nunc misere divulsa consistere et cohærere non possunt, sponte sua fluere et optime procedere senties: *Vexata sævis navis tempestatibus, Inter vectorum lachrymas et mortis metum, Ferri secundis tuta cœpit flatibus, Nimiaque nautas hilaritate extollere: Faciem ad serenam subito mutatur dies.* Qui ultimus versus forte scribenti eo loco exciderat, quia eum sequens versus similibus tribus literis, *Fac*, incipiebat, postmodo margini adscriptus stupore monachorum, et intrusus in illam sedem. *Gud.*

Subito mutatur dies] Tu, Rittershusi, anacoluthi veritus mavis, *mutato die.* Non male, nisi quod minime a ductu litterarum devians malo, *mutatus dies:* subintell. fuit: ut solet Phædrus tuus. *R* et *S* charactere Longobardico nihil divortunt. Divinabam quoque: *subito mutat ut dies:* Ut vel postquam dies mutavit ad serenam faciem. *Mutavit*, pro, mutatus est, cujus plura exempla in Verisimil. lib. III. 8. *Schiop.* Suspectum mendi locum hunc habent viri docti, et recte: placetque emendatio Schoppii: *subito mutat ut dies.* Mihi tamen in mentem veniebat: *F. a. serenam ubi commutatur dies.* Arbitrium esto penes Lectorem. *Meurs.* Lege, *ut subito mutatur dies.* Heins. Nihil quoque cum Scheffero muto, cum sensus satis constet, neque opus hic *mutat* pro, mutatur capere: Ovid. Ep. XIX. 77. 'At cito mutata est jactati forma profundi.'

Mutatur dies] Leg. *subito ut mutatur;* aut, *subito mutato die.* Et ita primo versu veteris codicis lectio *navis*, ubi vulgo *navi*, retineri potest, et sequentia omnia, quæ nunc hiulca sunt, multo melius cohærent. *Gud.*

Mutatur dies] F. *mutato die*, et tollenda hinc capitalis distinctio. Alias ἀνακόλουθον erit. *Ritt.*

6 *Tuta*] Forte *tuta ut*, vel *uti cœpit.* Heins.

7 [Bentl. amplectitur eam Heinsii lectionem, quam probant Both. et Cuningham. Vid. Var. Lect.]

Extollere] Elatos quasi et superbos reddere, tanquam nihil mali amplius posset accidere. Ita enim fit in tali gaudio, ut in metu contra et luctu jacent. Cic. Ep. lib. X. 12. 'Incredibili gaudio sum elatus.' *Schef.* Val. Flac. IV. 4. 'Ut nova nunc tacito te pectore gaudia tollunt.'

8 *Factus periculo tum*] Dio XLIV. Τοῦτο γάρ τις μόνον τῶν κακῶν ἀπόνασται τὸ μηδὲν αὖθις ὅμοιον σφίσι παθεῖν φυλάξασθαι. Vid. Onosand. Strat. cap. 36. *Rig.*

Periculo] Ms. *periculo sis.* Gud.

Periculo] F. *periclo*, ut supra. Est autem hoc sententiose dictum, alludens ad illud proverbiale: Πλαγγὶς ἁλιεὺς νόον ἔσχει, *Piscator ictus sapiet.* Ritt.

Digitized by Google

Sophus] Ms. *sophos*. Gud.

Sophus] Non nude sapiens, sed Philosophus, et qui alios posset docere, ut liquet ex sequenti monito. Sic usurparunt veteres. Ita Martialis lib. VII. Ita ipse Noster supra lib. III. 14. Dixi jam, in De Nat. Philosoph. Pythagoricæ. *Schef.* Posses interpretari, doctum. Sic Cicero Tuscul. III. versum Euripidis, Ἐγὼ δὲ τοῦτο παρὰ σοφοῦ τινὸς μαθὼν, reddit: *Nam qui hæc audita a docto meminissem viro.* Et sic Propert. II. 28. 'Credit et illa suo docta Puella malo.' Ita Eurip. Suppl. 508. Ἀφαλερὸν ἡγεμὼν θρασὺς, Νεώς τε ναύτης ἥσυχος καιρῷ σοφός. Et Claudian. Bell. Get. 277. 'Doctum navis Magistrum' dicit, et pro experto 'doctum' Tiresiam vocat Ovid. Met. III. 322. *Burm.*

9 *Parce gaudere oportet, et sensim queri*] De moderatione animi in utraque fortuna passim obvia sunt apud bonos auctores præcepta. Sufficiat hic unica Varronis sententia περὶ τύχης: 'Sapiens et bonum ferre potest modice, et malum fortiter ac leviter.' *Ritt.*

10 *Totam quia, &c.*] Sententia est Platonica, quam sic expressit Seneca: 'Nulla sors longa est: dolor et voluptas Invicem cedunt: brevior voluptas.' Sic Quadrigarius apud Nonium ait, gaudium et ægritudinem alternatim sequi. De hac mixtura elegantes extant versus Euripidis a Plutarcho relati ἐν τῷ περὶ εὐθυμίας: Οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακά: Ἀλλ' ἐστί τις σύγκρασις, ὅστ' ἔχειν καλῶς. Quos ita transtuli: *Bonum a malo esse separatum non potest. Mixtura quædam si utriusque sit, bene est.* Ritt.

Totamque, &c.] Ovidius: 'Usque adeo nulla est sincera voluptas: Sollicitumque aliquid lætis intervenit.' *Rig.*

Quia] Ms. *que*; id probat Salmasius. *Gud.*

Sensim] Ita 'Sensim' et 'Moderate' junxit Cicero in Verrin. v. *Schef.*

Vitam miscet dolor, &c.] Vide pulcherrimam orationem Pauli Æmilii apud Livium XLV. 41. *Freinsh.* Quemadmodum Ovid. Trist. El. IV. 10. de canitie, 'Antiquas miscueratque comas,' pro, permixta erat comis. *Schef.* Elegans epigramma de Philistione Poëta comico in Anthol. III. cap. 5. p. 300. Ὁ τὸν πολυστένακτον ἀνθρώπων βίον Γέλωτι κεράσας Νικαεὺς Φιλιστίων.

FABULA XVII.

1 *Canes legatos*] Similem refert fabulam Camerarius de Asinis p. 133. Videndus etiam Martial. de Æthonte Ep. lib. XII. 78. *Rig.*

Canes legatos] Βωμολόχον (ut monui in εἰσαγωγῇ) hic agit Phædrus: quem arguere possumus verbis Ambrosii Off. I. 23. 'Cavendum etiam in fabulis, ne inflectant gravitatem severioris propositi.' Sed idem Mediolanensium Antistes in alterum extremum eo loco labitur, dum omne jocorum genus damnat: id quod facile sanctitati propositi in gravissimo viro condonatur. Interim certum est, non omnia joca esse vetita, quod legitimum usum et honestum habent. Exemplum est Reg. I. 18. 27. Distinctioni igitur locus esse debet inter bona et mala. Talia vero ex materia et forma facile cognoscuntur. *Prasch.* Recte judicavit J. Meursius V. Cl.

Digitized by Google

multos versus hinc illinc ex hac fabula excidisse. *Faber.*

Misere] Tacitus lib. XIV. 'Miserant Hyrcani ad Principem Romanum societatem rogatum.' *Gud.*

2 *Melioris vitæ tempus*] Tempus quo meliorem vitam possent vivere, quam ea est, quam hactenus vixerant. *Schef.* Lege: *Meliora vitæ tempora oratum sibi.* Heins. Sic Justin. II. 11. et XXVIII. 4. 'Se ad meliora patriæ tempora reservarent.' Simpliciter *meliora* dixit Val. Flac. v. 459. 'Dignus avo, quemque insontem meliora manerent:' sed æque recte *melior vita* pro feliciori dicitur; quare nihil mutem; nisi quod pro *suæ* malem *sibi.* Burm.

3 *Ut se abriperet*] Eriperet. Notanda autem est locutio, *abripere aliquem contumeliis*, pro, rapere aliquem a contumeliis; nam vulgo præpositionem addunt. Nisi putes, scripsisse Nostrum, *hominum e contumeliis*, nam potest fieri, ut illud *e* ob similitudinem sequentis litteræ sit absorptum. Ita Cicero 'E complexu parentum abreptos filios' dixit. *Schef.*

Abriperet] Mss. Rem. *sese ariperet.* Lege: *sese eriperet. Sese* sæpe apud Phædrum. lib. II. fab. 4. 'Dolosa tuto condidit sese cavo.' *Eriperet* probum est. Sic lib. I. fab. 28. 'Periclo mortis eriperet suos.' *Gud.*

4 *Furfuribus*] Neveleto 'Panis sordidus,' ut est apud Plautum Asin. I. 2. Nonius appellat 'Acerosum,' quia est ex paleis acereve. *Schef.* 'Apludam' veteres dixisse furfureum panem docet Gell. XI. 7. ubi vide commentatores. 'Acerosum' eumdem a Nonio dici, notat Nonnius de Re Cibaria lib. I. 6. *Burm.*

Furfuribus conspersum panem] Juven. Sat. V. 'Tantine injuria cœnæ? Tam jejuna fames, cum poscis honestius illic Et tremere et sordes farris mordere canini?' Vet. Interp. 'Panis sordidus canum est.' Pacuvius: 'Qui apud te quasi servus est caniceum panem.' Festus: 'Canicæ furfures de farre, a cibo canum vocatæ.' *Rig.*

Conspersum] Forte *confartum qui.* Heins.

5 *Fimoque turpi*] Quia canes a veteribus non aliter habiti, ut vult Rittershusius; imo quia ipsi ad hoc genus propensi. Ideo mox, 'Scrutantur escam in stercore.' Firmat Arnobius lib. VII. ubi ait, si animantia offerre deberent, 'quibus ali moris est illis, imponerent aris canes ossa, et humani stercoris proluviem cremarent.' *Schef.* Sic et Cyprii Boves erant κοπροφάγοι. Diogenian. in proverb. *Βοῦς κόπριος.* Erasm. Chiliade I. 10. 95. ubi et de Bœotiis bubus. *Freinsh.*

Maximam explerent famem] Plautus Sticho: 'At ego non pauxillulam in utero gesto famem: Verum hercle multo maximam et gravissimam.' *Rig.*

7 *Scrutantur escam in stercore*] Supra: 'Trivio conceptus, et educatus stercore.' Martialis Epig. I. 84. 'Os et labra tibi linguit, Manneia, catellus; Non miror, merdas si libet esse cani.' *Rig.*

8 *Citati non respondent*] Præcesserint sine dubio aliqua, quæ exciderunt; nam hæc non cohærent. Sed totam hanc fabellam nimis negligenter exscripsit librarius, versibus aliquot hic illic, per oscitantiam dicam, an festinationem, omissis. Sic itaque hæc edi debent: *Profecti sunt legati non celeri pede, Dum naribus scrutantur escam in stercore.* * * * *Citati non respondent: vix tandem invenit Eos Mercurius, et turbatos adtrahit. Tum vero vultum magni ut viderunt Jovis, Totam timentes concacarunt regiam. Propulsi vero fustibus vadunt foras.* * * * *Vetat dimitti magnus illos Jupiter.* * * * *Mirati sibi legatos non revertier, Turpe æstimantes aliquid commissum a suis, Post aliquod tempus alios adscribi jubent.* * * * *Rumor legatos superiores*

Digitized by Google

prodidit. Timentes rursus aliquid ne simile accidat, Odore canibus anum sed multo replent. Meurs. Ait Meursius deesse quippiam. Ego non existimo, sed, ut in aliis, ita hic brevem esse Nostrum puto. Arbitror autem, versum præcedentem non cum superiori, verum hoc proposito esse conjungendum, sublata distinctione majore, ut sit sensus: ideo non respondisse, quia, occupati in quærenda esca, vocem citantis non observarant. *Citatos* autem intelligo solenni voce præconis Mercurii, exemploque quodam veteris aulæ, si convenire vellent regem, ut nunc facerent. Eam non audiverant canes, absentes quippe, ac sic occupati, ut dixi. Asconius, Verrina cap. 1. 'Apud veteres, et judices, et rei, accusatores, et defensores a voce præconis citabantur.' Adde Apuleium Asin. lib. x. Habes citationis hujus aliquod exemplum apud Lucianum in Bis Accusato, ubi Mercurius a Jove emissus clamat Athenis: 'Audite populus, forum atque judicium, quod felix faustumque sit, constituimus hodie, mensis Februarii die septima. Quicunque igitur actiones detulere, in vicum Martium veniunto.' *Schef.* Forte *Citatis.* Heins. Non intelligo, quid ista correctione velit Heinsius. *Citati* rectius est, ut ex Cicerone docent viri docti. Idem Verr. II. 17. 'Judices citari jubet.' Hædem verbis in delectu militari usus est maximus. *Burm.*

Citati non respondent] Hoc quoque dicitur ex formulis et verbis juris: 'Citatum respondere,' vel 'non respondere,' scil. ad vocem præconis: lib. VIII. D. de In integr. restit.: lib. XXXVII. D. de judiciis: lib. X. D. de publ. judic. Gell. lib. II. 1. Ascon. Pædian. in Verrin. III. Sueton. Tiberio: Quintilian. lib. VI. 5. Quæ loca diligenter animadvertit Fr. Duarenus Disput. I. 7. *Ritt.*

9 *Eos*] Heinsius legebat *Reos*, eo sensu, quo sic appellantur, quicunque causam dicunt. Vide Festum et Nonium ea voce. *Schef.*

Turbatos] Quod tam negligentes fuissent officii, nec exspectassent, aut attendissent tempus idoneum, sed requiri debuissent a Mercurio. *Schef.*

10 *Magni*] Proprium *Jovis* cognomentum. Itaque mox: 'Vetat dimitti magnus illos Jupiter.' Propert. II. 'Scribam ego: Per magnum est salva puella Jovem.' Ped. Albinovanus ad Liviam: 'Nos erimus magno maxima cura Jovi.' Et iterum: 'Nec minor est magni conjuge jussa Jovis.' Terent. Adelph. IV. sc. 6. 'Te cum tua monstratione magnus perdat Jupiter.' Et sic Græci sæpissime. Scilicet ut Juno 'Magna,' sic et Jupiter appellabatur. Vide dictum Propertium El. II. 32. et 34. Gyraldus hoc omisit. *Schef.* Ovid. Art. Am. I. 713. 'Jupiter ad veteres supplex Heroidas ibat; Corripuit magnum nulla puella Jovem:' et ita millies.

11 *Totam timentes*] Vide Martial. Epig. XII. 78. *Nev.*

Timentes concacarunt] Laxamentum ventris comitatur timorem, quia musculi, quibus claudebantur retrimentorum meatus, fugientis introrsum animæ virtute deserti laxant vincula, quibus retrimenta usque ad digestionis opportunitatem continebantur. Sic Lucio rabioso canum circumstantium latratu nimis attonito et simul dolore plagarum alvus artata et lubrico fluxu saucia, fimo fistulatim excusso, suppetias tulit: Miles. IV. Juvenalis Sat. XIV. 'Et trepidum solvunt tibi cornua ventrem Cum lituis audita.' Vid. Macrob. Sat. VII. 11. Gell. XIX. 4. Aristot. Problem. Sic Martialis de Æthonte Epigr. lib. XII. 78. 'Multis dum precibus Jovem salutat, Stans summos resupinus usque in ungues, Æthon in Capitolio pepedit.' *Rig.*

12 *Vadunt foras*] Mart. 'Uxor,

Digitized by Google

vade foras.' *Heins.* Cuper. Obs. I. 1. *vadunt* hic celeritatem notare putat: ponitur vero pro, vadere volunt, conantur.

13 *Vetat dimitti*] Præcesserit hic minimum versus unus, rationem complectens, qua motus Jupiter dimitti illos ita noluerit, etsi ejectos post tam turpe facinus. *Meurs.* Ego nihil deesse puto, nec enim opus est narrare circumstantias, quas ipse potest sibi subjicere lector. Atque idem judico de sequentibus: 'Mirati,' &c. Itemque: 'Rumor legatos superiores prodidit.' Est enim commatica narratio, ut debet, quum narrare breviter volumus fastidii vitandi gratia. Vide quæ notavi in Curtium VI. 1. 17. *Freinsh.* Rursum excidisse versum putat isto loco Meursius. Ego contra sentio. Vult, ejectos putidos istos canes, cum venissent e regia, præ metu ac pudore penitus voluisse abire: Sed Jovem iratum præcepisse suis, ne dimitterent, et abire ipsos paterentur, sed tenerent in custodia. Itaque statim cum exissent, sunt retenti. *Schef.*

14 *Mirati sibi*] Exciderunt heic versus duo tres præcedentes, quibus comprehenderit Phædrus, quid Jupiter, postquam dimitti vetuisset, cum illis egerit: illos vero præ pudore facti ad suos reverti ausos non fuisse: itaque cum emanerent, alii canes, *Mirati sibi legatos, &c.* Meurs. Et hic putat Meurs. versum abesse. Atqui si ex primo versu vocem, 'canes,' hic intelligas, sententia est integra. Et solet Noster ita loqui. *Sibi* elegantissime abundat, ut tamen vim habeat eam, quasi non reverterentur ii, quos reverti sua interesset. Ita Terent. Adel. v. sc. 8. 'Suo sibi gladio hunc jugulo.' Cicero Attic. Ep. I. 11. 'Hic tibi rostra Cato advolat.' Apuleius Asin. 6. 'Anum cum suo sibi funiculo devinctam dedere præcipitem.' Vide sup. lib. III. 6. *Schef.* Forte, *Mirati hi sibi.* Heins.

15 *Æstimantes*] Uti supra lib. III. 5. *Schef.*

16 *Adscribi*] Illud nauci est, hoc loci. Ms. Rem. *adsciri.* Scribe, *accíri.* Tacitus: 'Acciri properis literis.' Virgilius lib. IX. 'Æneam acciri omnes populusque patresque Exposcunt, mittique viros qui talia mandent.' Malim tamen hic *adscisci*, nimirum in priorum legatorum locum; nam *acciri* non videtur locum habere posse; unde enim acciti, cum præsentes essent? *Gud.*

Adscribi] Superioribus illis, ante a se missis ad Jovem: pro, adsociari, adjungi, si modo lectio est integra, de quo tamen valde dubito. *Schef.* Forte *adsciri.* Heins. [Ita quoque Bentleius.]

17 *Rumor legatos*] Hic præcesserit versus unus aliquis talis: *Cum interea se gessisse quam turpissime Rumor legatos, &c.* Meurs. Notant hic iterum lacunam. Nempe deest, dum hoc faciunt, dum jubent adscribi alios, interea rumor hæc prodidit. Sed jam ante monui, connexiones istiusmodi omittere Nostrum, studio brevitatis. Ita mox. *Schef.* Malim, *Rumor legatos ut priores prodidit.*

Prodidit] Aperuit notumque fecit, quam turpiter se in Jovis regia gessissent. *Schef.*

18 *Timentibus*] Rectius duæ primores editiones, *Timentes.* Quas cur Rigaltius secutus non fuerit, nescio. *Meurs.*

19 *Odore*] Aromatibus recte Rittershusius exponit. Atque sic Arnobius lib. VII. *Schef.* Forte *Adore.* Heins.

Odore] Sic mox infra *odorem* dixit pro aromatis, in quo significatu usitatior est plurativus numerus, odores. Exempla quondam mihi observata in Epistolicis Exercitation. ad Ausonium lib. II. 26. Sic Impp. in lib. XII. nullus omnino. C. Th. de pagan. sacrific. et templ. 'Penates odore venerari' dixerunt. Sed proponamus

Digitized by Google

locum melius distinctum, quam vulgo: 'Nullus omnino,' &c. 'sensu carentib. simulacris vel insontem victimam cædat, vel secretiore piaculo larem igne, mero genium, penates odore veneratus, accendat lumina, imponat tura, serta suspendat,' &c. Illud quidem *mero genium* jam alii ante nos rectiss. animadverterunt ac restituerunt. Sed ceteræ non minus probæ certæque sunt emendationes: nam et mox ibidem sequitur: 'Si quis vero mortali opere facta et ævum passura simulacra imposito ture venerabitur.' *Ritt.*

Sed multo] Elegans usus particulæ *sed*. Plautus sæpe ea utitur, ut Rudente act. III. sc. 5. 'Affer huc duas clavas. LA. Clavas? DÆ. Sed probas: propera cito.' Sic enim isthic in utroque magni amici nostri Camerarii Codice perscriptum. Vulgo omittitur ea particula pessimo exemplo. *Schiop.* Vid. supra vs. 9.

20 *Mandant*] F. *Mandata dant: dein dimittuntur:* vel, *deinde mittuntur.* Sic supra lib. I. fab. 2. 'Dant Mercurio mandata.' Est autem usitatissimum de legatis ita loqui. Homerus ἀφερμὰς vocat: Μεμνῆσθαι ἀφερμέων. *Ritt.*

*Mandant * dimittuntur*] Fuerat olim, *Mandant * dimittuntur.* Restituebat cum Rittershusio Meursius, *Mandata dant, dein mittuntur.* Bene et illud. Sed nos Parisienses sequimur, ut prædiximus. *Freinsh.*

Mandata dant, &c.] Salmasius: *Mandant priores ut dimittantur statim.* Ms. *Mandant dimittuntur statim.* Lege: *MandANTr ANTRO* ō. id est, *Mandantur antro, non dimittuntur statim. Antrum* hic pro carcere. Virgilius Æn. lib. I. Silius Ital. lib. III. 'Æterno tunc primum tractus ab antro.' Fabula vero hæc tota ingenium aulæ et regum et principum describit, ad quos facilis accessus est, sed revocare gradum, superasque evadere ad auras, hoc opus, hic labor est; adeo verum est quod Plinius notat Nat. Hist. lib. IX. 10. 'Quosdam spe magnarum rerum allectos, dum se in principum aulas conjiciunt, imprudentes eo redigi, ut non possint, etiamsi velint, in suum otium se recipere.' Et hinc Germanico proverbio dicitur, aulas Principum esse caninum antrum; facilem ingressum, difficilem regressum; admitti quosvis facile, sed difficulter dimitti. *Gud.*

Legati] Mallem ego *legatis*, ut respiciat præcedens *canibus;* et subjicere punctum. *Schef.*

21 *Adeunt*] Eunt ad Jovem, iter eo suscipiunt. Quid tamen, si legamus *Abeunt*, h. e. Proficiscuntur? Videtur enim melius, quia mox sequitur de *aditu*. Schef. Forte, *Vadunt*. Sic supr. 'Vadunt foras.' *Heins.* Totum hunc locum turbatum puto: forte legendum, *Mandata dant legatis, quos mittunt, statim Adeant:* quia primi non celeri pede profecti erant, his mandant, ut statim et recta adeant Jovem: nam ineptum est *Statim Adeunt; rogantes aditum: &c.* Burm. [*Abeunt* Bentl.]

22 *Consedit*] Bene; tanquam Rex et Judex. Virgilius Æn. VII. 'Solio medius consedit avito.' *Schef.* Vide quæ nos de Jove Fulgeratore observavimus c. 14.

Tum] F. *ut*, vel *dum*. Heins.

23 *Quassatque*] Quod Jovi pro sceptro est. Neque alia quassationis caussa hic loci. *Schef.*

Tremere cæpere omnia] Virgilium imitatur Æn. lib. III. 'Tremere omnia visa repente.' *Gud.*

24 *Canes confusus, &c.*] Mihi dubium non est, quin scribendum sit, *Canes confusi, subito quod fuerat fragor.* Error inde natus, quod, cum in Ms. vetustissimo Remensi scriptum esset a prima manu, *Canis*, descriptor Monachus, nesciens sæpe *I* et *E* confundi in Mss. ut sequens vox adjectiva responderet numero, pro *confusi* scripserit *confusus*. Gud.

Digitized by Google

Confusus subito] Quid hic est *confusus fragor?* Non capio sensum hujus vocis in hoc loco. Mallem scribere *confusi*, et referre ad *canes*, ut sit sensus: quia subito factus est fragor ex concusso fulmine, ideo, ut ex re inopinata, vehementer terrefactos esse. Virgilius Æn. XII. 'Obstupuit varia confusus imagine rerum.' Fabius lib. I. 10. 'Non eodem confusus metu exercitum perdidisset.' Et propius in Decl. II. 'Sciatis, neminem fuisse in domo, quem non fragor ille confuderit.' *Schef.*

Subito] Elegans est pro *al' improvisto;* nisi quis malit, *subitus quod fuerat fragor;* quo propius ad Virgilium suum accedat Phædrus, qui: 'Subito fragore Intonuit.' Salmasius, pro *fuerat*, ad oram libri notavit *ruerat*. Sic Horat. Od. I. 16. 'Tremendo Jupiter ipso ruens tumultu.' *Gud.*

Fuerat fragor] Lege, *ruerat*. Senec. Hippol. 674. 'Omnis impulsus ruat æther.' Mart. III. 100. 'Imbribus immodicis cœlum nam forte ruebat.' Ovid. Fast. III. 367. 'Et gravis æthereo venit ab axe fragor.' Sic 'Ruina cœli,' pro, tonitru: Virgil. Æn. I. 129. ubi v. Serv. Et Æn. III. 'Horrificis ruit Ætna ruinis.' *Heins.* Mallet Nob. Heinsius *ruerat*, Horatio auctore, qui alicubi: 'Non tremendo Jupiter ipse ruens tumultu.' Quem locum tametsi Faber censeat huc parum pertinere, atque adeo, an *ruerat fragor* dici Latine soleat, haud sciat, derogare tamen Heinsianæ huic sententiæ nil potest. Id quod ipse N. Heinsius suo tempore ostendet. Propius ad veterem scripturam sic Clar. Gronovius: 'Lege, *confusos subitus quos fecerat fragor*. Ut Ovid. 'Nec minus est confusa Venus moriente Tibullo.' Petronius: 'Tristem confusumque:' et alibi: 'Confusus et consilii egens.'' Quid vero isto loco Faber? 'Mirabilem versum, *Canes confusos subito quos fecerat fragor*. Nec Æsculapius cum Machaone, nec tota Asclepiadarum familia remedium illi faciant, ita misere in lecto cubat. Aliud itaque ante oculos habuit Schefferus, aliud scripsit.' Ego aliud habuerim ante oculos, aliud scripserim? Possum reipsa demonstrare diversum, si necesse sit. At Faber, cum edidissem ego, *confusos subitus*, ille fecit *confusos subito*. Ut videre debeat, in quem jure potiori hoc dicterium conveniat. Quanquam facile ignoscamus homini occupatissimo, et tum, cum ista scriberet, ægroto. Illud non omiserim, me aliter nunc emendatum locum istum a viro summo in Addendis ad lib. XXXI. 45. incomparabilis editionis Livianæ nuper adornatæ deprehendere. Verba ista sunt: 'Apud Phædrum fab. 74. legitur: *Canes confusus subito quod fuerat fragor;* quum legendum sit: *Canes confusos subitus fecerat fragor*, vel: *Canes (confusos subitus fecerat fragor.)*' Schef. Non improbanda lectio Heinsii: *Canes confusi, subito quod ruerat fragor:* sic Virgil. Cul. 350. 'Ac ruere in terras cœli fragor.' Vide Heins. ad Val. Flac. I. 663. ubi hunc locum profert; sed ad Claud. Consul. Olybr. 211. legit: 'Canes confusi, subitus quod ruerat fragor.' In loco Virgilii Æn. III. 371. quem Heinsius adfert, ut τὸ *ruit* firmet, legitur, 'Horrificis tonat Ætna ruinis;' neque variant scripti, nisi quod in quibusdam sit *sonat*. Qui *fuerat* defendere velit, ille similia loca, ubi 'Fit fragor' occurrit, reperiet apud eumdem Heinsium ad Claudian. Gigant. 74. Certe *confusus fragor* stare non potest; ille enim non confunditur, sed alios confundit et perturbat: apposite monente Scheffero, Quinctil. Decl. XI. 20. 'Neminem fuisse in domo, quem non fragor ille confuderit;' et paullo post, 'Ut primum me fragor domus, et velut tui confudere gemitus.' *Burm.*

26 *Reclamant*] Iterum clamant, ut nuper fecerant, cum priores legati

Digitized by Google

sic se gessissent. *Schef.* Forte *Exclamant*, vel *Proclamant*. Heinsius. Recte Schefferus: ita Val. Flacc. I. 596. 'Rursus Hylan, et rursus Hylan per longa reclamat Avia.' Ubi plura dicemus. Nisi hic quis legere mallet: *Dî clamant omnes*. Burm.

27 *Sic est locutus*] Mallet Meursius, *Hic est locutus*, quod non displicet. Vide l. I. c. 13. *Schef.*

Sic est locutus] Forte scribendum, *Hic ast locutus;* quasi diceret: Hic jam pœnam daturi canes, sed ante pœnam Jupiter ita locutus. *Hic* particula eo sensu et situ propria est Phædro, multis in locis: 'Hic conspiratis factionum partibus,' &c. *Ast*, elegans particula, et valde conveniens huic loco. Plautus Capt. v. 3. 'Si ego hic peribo, ast ille huc non redit.' Cic. ad Att. I. 2. 'Crebras a nobis literas exspecta, ast plures etiam mittito.' Est et in concipiendis votis usitatum. Liv. x. 'Bellona, si nobis victoriam duis, ast ego tibi templum voveo.' Silius Italicus lib. VIII. 229. 'Nympha decus generis, quo non sacratius ullum Numen, ait, nobis felix oblata secundis: Ast ego te compos pugnæ Carthaginis aree Marmoreis sistam templis.' *Gud.*

Sic est locutus ante pœnam Jupiter] Versus, qui hunc sequuntur, mire confusi sunt. Ex Ms. Rem. et Pith. ita constituendi: *Legatos non*, [*&c.* V. Var. L.] In prioribus tribus versibus ter in initio illud *est* geminabatur, quod ingratum erat. In tertio correximus, *Stet hoc*. Sic apud Ciceronem: 'Stat illud;' Ep. l. IX. 2. 'Modo stet nobis illud, una vivere in studiis nostris.' Et absolute 'Stabat,' ad Attic. Ep. lib. III. 14. Subaudiendum vero, decretum, ut apud Livium, 'Stat sententia.' *Stat* vero, proprie pro auctoritate et imperio Jovi loquenti adjungitur. Sic apud Statium Theb. lib. XI. ubi Jupiter Deos alios alloquitur: 'Vidimus armiferos, quo fas erat usque, furores Cœlicolæ,' &c. Finit tandem orationem suam: 'Stat parcere mundo, (al. *cœlo*) Cœlicolisque meis.' Et apud Ovid. Met. I. Jupiter, diluvio perditurus humanum genus, convocato concilio Deorum, tandem concludit: 'Dent ocius omnes Quas meruere pati (sic stat sententia) pœnas.' Sic orationem suam Jupiter apud Virgilium lib. X. incipit a vehementi expostulatione cum Diis de eorum inconstantia, quæ in Deos cadere non debeat: 'Cœlicolæ magni, quianam sententia vobis Versa retro, tantumque animis certatis iniquis?' Ubi *quianam* est, curnam; Ennianum. Sic Deorum sententiæ semper breviter enuntiantur. Virgilius Æn. lib. IV, 'Naviget.' Sic et de Junone Valerius Flaccus v. vs. 288. 'Stat pectore fixum Æetæ sociare manus.' Et apud eundem Arg. lib. v. inducitur Æsonides, qui cum Jove comparatur, ita loquens: 'Quaque via patriis referamus vellera terris, Stet potius.' In sequentibus verbis correximus, *feretis pro justitia præmium;* quamvis *pro judicio* possit explicari, ut 'Pro concione,' 'Pro tribunali,' 'Pro suggestu,' apud Livium, Cæsarem, et alios; melior tamen sensus et sanior restituetur versui, si *pro justitia* legatur, id est, secundum justitiam; nam Dii pro justitia bonis bona et ampla, malis vero rependunt exitialia. In animo habuit Virgilii sui versus Æn. lib. I. Phædrus: 'Dii tibi, si qua pios respectant numina, si quid Usquam justitiæ est, et mens sibi conscia recti, Præmia digna ferant.' Ut ibi bonis justitia bona, sic Phædrus hic propter maleficium ex justitia, quæ suum cuique tribuit, mala ait dari. Vide Ciceronem de Nat. Deor. et de Finib. et de Invent. et ad Heren. Idem de Off. lib. I. 'Videndum est, ut cuique pro dignitate tribuatur.' Salmasius ad marginem legit hic *præjudicio*. Gud.

28 *Non est legatos*] *Non est regis*,

Digitized by Google

pro, non decet eum, non modo propter jus gentium, de quo hic Rittershusius, sed et famam suam, magnitudinemque, tanquam non posset punire in ipso domino tale delictum. *Schef.*

Non est legatos regis non dimittere] Nimirum ne jus gentium ipsis detentis violetur: quo jure illi sancti et inviolabiles sunt. Vide Livium lib. v. et passim. Unde Cato apud Festum: 'Caduceatori,' inquit, 'nemo homo nocet.' Et Cæsar Bel. Gal. lib. III. 'Quantum in se facinus admisissent, intelligebant: Legatos, quod nomen apud omnes nationes sanctum inviolatumque semper fuisset, retentos ab se et in vincula conjectos.' Cicero de Aruspic. responsis: 'Oratores contra jus fasque interfectos.' Et mox: 'Sic enim sentio: jus legatorum cum hominum præsidio munitum sit, tum etiam divino jure esse vallatum.' Statius Papinius denique Theb. lib. II. legatum appellat: '*Sanctum Populis per secula nomen.*' *Ritt.*

29 *Nec est difficile*] Lege, *Nec res difficilis.* Heins.

* 30 *Feretis pro judicio*] Lego: *Sed hoc ferent ii.* Alloquitur enim Jupiter non legatos, sed collegium Deorum, qui omnes clamarant vindicandam injuriam: nam ecce de legatis statim loquitur in tertia persona: 'Ne ventrem continere non possint suum.' Itaque mox legendum quoque: 'Illi autem qui miserunt hos tam futiles.' *Meurs.* At nihil vetat, aliquem, præsertim commotiorem, et qui propter dignitatem soleat sine reprehensore loqui, modo ad hos, modo ad illos dirigere sermonem. Exemplo sit Dido apud Virgil. Æn. IV. 365. et seqq. *Freinsh.* Pro sententia, et pœna in vos merito decernenda. Vertit se quasi a suis Jupiter ad canes legatos, et ait: Vos quidem feretis hoc præmium, licet supplicio et pœnæ adjudicare deberem. *Schef.* Forte, *Sed hoc paretur pro delicto*, vel *vindicta*, *præmium.* Heins.

Præmium] Per ironiam ita vocat, non imperatam famem, verum artem illam, qua eos docuit, continere ventrem. *Schef.*

30 *Non veto dimitti*] Hinc fecimus *Non cito dimitti*; qui error ex confusione *E* cum *I* natus est. *Non cito* est, non celeriter. Cicero de Orat. III. 'Qui non cito quid discit, nunquam omnino posse perdiscere.' Idem de claris Orat. 'Sed neque verbis aptiorem cito alium dixerim.' Terentius: 'Haud cito mali quid ortum ex hoc sit publice.' Senec. de Benef. lib. v. 1. 'Non cito odisse properaveris,' id est, non statim. *Gud.*

Verum cruciari fame] Neque alia fuit Æthontis illius pœna, qui, dum Jovem salutat, sub centunculo forte crepuerat. Martialis prædicto Epigr. 'Riserunt comites: sed ipse Divum Offensus genitor trinoctiali Adfecit domicenio clientem.' *Rig.*

Cruciari] Lege, *cruciantor.* Heins.

Fame] Notandum est, deesse verbum contrariæ significationis τῷ *veto.* Cum enim dixerit: *Non veto dimitti*, debuit addere: Verum fame jubeo cruciari. Exemplum ex Paulo et Tacito proferre possim, nam apud illum in Epist. ad I. Timoth. c. 4. 11. ubi legitur Καλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, &c. necesse est ex iis, quæ sequuntur, intelligere verbum aliquod contrariæ significationis τῷ καλυόντων, quod verbum præponatur τῷ ἀπέχεσθαι. Apud Tacitum autem in vita Agricolæ legitur: 'Nec pœna semper, sed sæpius pœnitentia contentus esse,' ubi manifestum τὸ *contentus esse* cum *pœna* et *pœnitentia* non posse ex æquo convenire. Scio apud eundem scriptorem alia quoque esse τοῦ αὐτοῦ κάμματος, sed nunc memoriæ non succurrunt. Tale est et apud Terentium in Andria act. III. sc. 5. 'Namque hocce tempus præcavere mihi me, non te ulcisci sinit.'

Digitized by Google

Ubi pro *sinit* debet intelligi, cogit, in priori membro *διανόλας*. Adi modo doctissimum interpretem ad Paulum. Ceterum Rigaltius ad hunc Phædri locum annotavit tale esse illud Juv. Sat. IV. ' Quum furem nemo timeret Caulibus aut pomis, et aperto viveret horto.' Quod cur fecerit, neminem arbitror intelligere; est enim plane *οὐδὲν πρὸς ἔτος*. *Faber*. Plura talia notarunt viri docti. Vide Manut. ad Cicer. ad Fam. IV. 5. et pro Quinct. 26. J. F. Gron. Obser. IV. 2. et Jacob. Gron. ad Liv. XXII. 38. Munker. ad Hygin. Fab. XIV. et Drakenb. ad Sil. Ital. XIV. 65. et quæ plura alii observarunt; et nos ipsi ad Quinct. VI. 1. et Decl. CCLVII. Alludit vero ad ' Caninam famem.' *Burm.*

31 *Non possint*] Repetita negatione, ad indicandam necessitatem futuræ continentiæ. *Ventrem continere*, oppositum superiori ' Cacare.' *Schef.*

33 *Futiles*] Proprie, tanquam qui nil possint continere. Festus: ' *Futiles* dicuntur, qui silere tacenda nequeunt, sed ea effundunt; sic et vasa futilia a fundendo vocata.' *Schef.* Terent. Andr. III. 5. 3. ' Servone fortunas meas me commisisse futili?' ubi v. Donat.

Futiles] Toti hac illac effluentes, qui ventrem suum continere non poterant. *Rig.*

Futiles] Proprie hoc dicitur, quia commissum odorem statim effundebant. Sic homines, qui commissa non retinent, *futiles* dicuntur. Vetus Scholiastes Statii: ' *Futile* vas est quoddam lato ore, fundo angusto, quo utebantur in sacris Deæ Vestæ; quia aqua ad sacra Vestæ in terra non ponitur; quod si fiat, piaculum est; unde excogitatum est vas, quod stare non possit; sed si positum, statim funderetur; unde et homo commissa non retinens *futilis* dicitur.' Sed hanc proprietatem ex Festo jam explicavit Schefferus. In Ms. hic scribitur *futtiles*. Sic etiam vetustissimus codex Tusc. Quæst. B. Reg. verbum illud scribit: ' Alacritate futtili gestiens deliquescat.' Ultimos versus duos etiam reformavimus, ut sententia sit: Canis nostri temporis, legatos, non tantum priores illos, sed et posteros expectans, quorum culus repletus erat odore, quoties novum et incognitum venire videt, culum ejus olfacit, an ille adveniens sit ex odoriferis illis. Salmasius ad marginem: ' Lege, *exspectans ex posteris*.' Gud.

34 *Carebunt*] Omni tempore afficientur. Bene; licet ipsi canes nollent. Diversum censet Cicero Tusc. I. quem est operæ pretium videre. *Schef.*

Hominis] Puto *hominum* oportere scribi, sicut supra. *Schef.*

35 *Ita nunc legatos exspectant*] Duos hos postremos versus mendosos esse manifestum est, atque ita corrigendos: *Ita nunc legatos exspectantes posteri, Novum venire cum vident, culum olfaciunt.* Et hæc Bongarsii quoque sententia est. *Meursius.* Legebatur enim apud priores Editores: *Ita nunc legatos expectantes posteros, Novum venire cum videt, culum olfacit.* Sed optime se habet, quod ex Paris. repræsentavimus. *Freinsh.*

36 *Culum olfacit*] Verbis hisce explicat argumentum fabulæ. Vult enim reddere causam hujus consuetudinis inter canes, sicut alia fabula in superioribus ostendere causam vitæ cinædicæ aliarumve pravarum libidinum conatus est. *Schef.*

Digitized by Google

FABULA XVIII.

Serpens] Æsop. Camerarius p. 200. *Rig.*

1 *Qui fert malis auxilium*] Basilius Imp. ad Leonem F. Ὁ τοῖς κακοῖς εὐεργετῶν ἐγκόλπιον ἔχει τὸν ὄφιν, ἐν καιρῷ μὲν θαλπόμενον, ἐν καιρῷ δὲ τὸν εὐεργέτην ἰοβόλῳ δήγματι ἀμυνόμενον. *Rig.*

Post tempus] Jul. Obseq. cap. 27. 'Post tempora potuit.' *Heins.* Vide ad Quinct. XII. 3. et Decl. CCLXXIX. Idem est ac 'Post aliquod tempus;' ut fab. præced. *Burm.*

2 *Gelu rigentem quidam*] Theocrit. Idyl. ε'. Ἴδ' ἁ χάρις ἐς τὶ ποθέρπει. Θρέψαι μὲν λυκιδεῖς, θρέψαι κύνας ὥς τυ φάγωντι. Isocrates ad Dem. Κακοὺς εὖ ποιῶν, ὅμοια ποίησῃ τὰς ἀλλοτρίας κύνας σιτίζουσιν, ἐκεῖναί τε γὰρ τοὺς διδόντας ὥσπερ τοὺς τυχόντας ὑλακτοῦσιν, οἵ τε κακοὶ, τοὺς ὠφελοῦντας, ὥσπερ τοὺς βλάπτοντας. *Nev.*

Andreas Chioccus in illustri Museo Calceolariano Veronensi, sectione 3. pag. 326. citat hosce Iambos auctoris, ut scribit, cujusdam antiqui: 'Sinu fovebat quidam agricola viperam Gelu rigentem, at hæc, calorem ut senserat, Ferit foventem, moxque perimit vulnere.' Nisi hi versus sint Faërni, quod inquirendum, certe alterius sunt auctoris recentioris, qui Phædrum, suppresso ejus nomine, compilavit; nam quod Chioccus antiqui cujusdam auctoris esse putat, in eo fallitur. *Gud.*

Colubram] Vulgo *Colubrum* vocamus. Reperitur tamen et hoc genere apud Lucilium et alios. *Schef.* Vide quæ nos ad Petron. cap. 45. notavimus. Serpentem vero dici, qui bene facientem lædit, docet Barth. Advers. XI. 1. et ita dictum Johannis Baptistæ Luc. III. 7. Γεννήματα ἐχιδνῶν cape, ut et Juvenalis VI. 641. 'Tune duos una, sævissima vipera, cœna?' *Burm.*

3 *Fovit*] Proprie. Curtius lib. IV. 4. 'Ipse tunc maxime refovebat artus.' *Schef.*

Contra se ipse] Pari modo magister Amorum III. 7. 'Contra te sollers hominum natura fuisti.' Exaggeravit hanc misericordiam Anon. Fab. 10. Simplicius Æsop. Fab. 173. *Prasch.* In perniciem suam. Cic. Att. Ep. VII. 5. 'Per annos decem aluimus contra nos.' *Schef.*

4 *Refecta est*] Recreata, eleganter, de paulo ante pene mortua. *Schef.*

Necuit] Putat Valla, non in usu esse verbum hoc, nisi ubi sermo sit de certo mortis genere. Et profecto ita Ennius: 'Hos pestis necuit.' Sed tamen vel hic locus docet, Priscianum rectius ostendere, usurpari de peremto quovis violento modo. Cæterum, ne quid dissimulem, Salmasium Exercit. Plin. p. 25. ubi verba hæc adducit, video non *necuit*, sed *nocuit* legisse, simul et locutionem hanc, *nocere aliquem*, Latinam, bonisque auctoribus receptam testari. Verum istam lectionem suam mihi equidem haud probat. Ovidius: 'Parva necat morsu spaciosum vipera taurum.' Adde Trist. El. IV. ult. vs. 44. *Schef.* Exempla, ubi *nocuit* cum accusativo casu construitur, adfert Filesac. Select. lib. I. cap. 17. p. 229. Barth. Adv. VII. 14. et XLIV. 10. Et Sereno Sammonico c. 47. 'Quem nocuit serpens,' vindicat Keuchenius: sed ego cum Scheffero facio; nam *necuit* olim dixisse veteres Grammatici testantur. Vid. Voss. de Anal. III. 20. qui et de Constr. I. 21. *nocuit*

Digitized by Google

improbare videtur. *Burm.*

Necuit hominem] Ms. Rem. *nocuit hominem;* quod probat Salmasius in Exercit. Plin. et ad Spart. Adr. 20. ubi hanc locutionem pluribus exemplis ex Ovidio, Celso, et Sammonico probavit; et ad marginem huic loco adscripsit. Plautus Milit. 'Nociturum neminem.' Lucanus: 'Incubuit solo nociturus pondere puppim.' In epigrammate veteri illo Hadriani, quod Pithœus edidit, lib. III. tit. 11. p. 145. 'Pannonicus nec ullus Hunc apros insequentem Dente aper albicanti Ausus fuit nocere.' Casaubonus notabat ibi, Græce *nocere* cum accusativo; sed quanquam ita Græci, Latini tamen veteres sic videntur proprie locuti. *Nocere alicui* vere ἐλλειπτικῶς dictum, et subaudiendum *noxam. Nocere aliquem* vero integre dictum. Sic *Latet mihi*, et *Latet me.* In Legibus sal. tit. 10. §. 6. legitur: 'Si quis animal vel quodlibet pecus per suam negligentiam nocuerit, et hoc domino ejus (Ms. *dominus ejus*) confessus fuerit, capitale in loco restituat.' Ms. *CapiT. in loco*, id est, *capital.* Cornelius Gallus, sive, ut Ms. vetustissimo vocatur, Maximianus, Eleg. I. 'Et me jamdudum, quem nulla adversa movebant, Ipsa, quibus regimur, nunc elementa nocent.' Sic ibi vetustissimus Codex Divionensis. Potest tamen hic merito probari vulgatum: *necuit hominem.* Videtur etiam voluisse Phædrus, quasi homo fuisset mortuus; nam alioqui dixisset, *Hanc ille* (nim. homo, quem nocuerat) *cum rogaret*, nunc vero subjungit, *Hanc alia.* Gud.

6 *Ne quis discat prodesse improbis*] Imo vero, ut quis discat non prodesse improbis. Sed subintelligendum: ne quis ab exemplo hominis, qui colubram sinu fovit, discat prodesse improbis; nam nulla gratia, nullum beneficium mutare potest naturam improbi; quod sapienter ait in Græco epigrammate veteri ovis, a pastore suo coacta lupum propriis mammis enutrire: Τὸν λύκον ἐξ ἰδίων μαζῶν τρέφω οὐκ ἐθέλουσα, Ἀλλά μ' ἀναγκάζει τοιμένος ἀφροσύνη. Αὐξηθεὶς δ' ὑπ' ἐμοῦ, κατ' ἐμοῦ πάλι θηρίον ἔσται. Ἡ χάρις ἀλλάξαι τὴν φύσιν οὐ δύναται. Quod Carolus Paschalius Censur. an. ingrat. cap. 29. verbum prope verbo reddere tentavit hoc modo: *Ipsa lupum nolens propriis enutrio mammis, Sed bardus cogit me meus upilio. Auctus lacte meo posthac ferus irruet in me. Vertere naturam gratia nulla potest.* Habetur hujus epigrammatis multiplex versio in notis Rittershusii: tentavi et ego: *Hunc invita lupum propriis ego lacto mamellis, Sed stupidus cogit me meus upilio. Crescens lacte meo tandem lupus irruet in me. Gratia naturam vertere nulla potest.* Exemplum memorabile serpentis non ingrati habet Plinius. *Gud.*

Ne quis discat prodesse improbis] Quia, ut ait vetus Epigramma incerti auctoris Anth. lib. I. tit. εἰς εὐχαρίστους καὶ ἀχαρίστους· Ἡ χάρις ἀλλάξαι τὴν φύσιν οὐ δύναται. Id est, *Improbitas nullo flectitur obsequio:* ut Alciatus Emblem. 64. reddidit. Vel, ut Claudius Minos: *Vertere naturam gratia nulla potest.* Vel, ut amicus noster Gregor. Bersmannus vir doctissimus: *Naturam obsequiis flectere nescit amor.* Jubemur tamen Patris nostri cælestis imitari exemplum, qui solem suum facit oriri, et pluit non minus super improbos, quam super bonos, utrisque pariter benefaciens. Jubemur et inimicos nostros diligere. Jubemur persecutoribus nostris bonum pro malo rependere: qui, si nos sumus, quales esse debemus, non possunt alii esse, quam improbi. *Ritt.*

Digitized by Google

FABULA XIX.

1 *Eruit*] *Ruit* scribendum videtur, i. e. fodit, ὀρύσσει. Virgil. ' Cumulosque ruit male pinguis arenæ.' A *rus* ' rutrum,' ' rutellum.' *Guiet.*

2 *Agitque*] Proprie. Cæsar B. G. lib. III. 21. ' Cuniculis ad aggerem vineasque actis.' Cic. Off. III. ' Cuniculos agat ad ærarium.' *Schef.*

3 *Draconis*] Quos hinc discimus jam olim habitos custodes defossarum aut reconditarum opum, sicut hodieque vulgo credunt. Sic de vellere aureo, sic de pomis aureis Atlantis traditum, ut ex Ovidio liquet. Festi breviator: ' *Dracones*, ἀπὸ τοῦ δρακεῖν dicti, quia ea causa incubantes eos thesauris custodiæ causa antiqui finxerunt.' Adde Martial. XII. in Paternum. *Schef.*

Ultimam] Terent. Phorm. I. sc. 4. ' Sed quis hic est senex, quem video in ultima platea?' Idem in Heaut. v. sc. 1. ' Est mihi in ultimis conclave ædibus.' Curt. IV. c. 10. ' In ultimas terras trahi se querebantur.' Verum mallet eruditissimus ac humanissimus N. Heinsius scribere, *ultimo*, ut sit sensus: tandem illuc venisse. Et posset propius scripturam veterem legi, *ultimum*, ut *ultimum* esset pro, ad ultimum. Livius: ' Ultimum de cœlo, quod comitia turbaret, intervenit.' *Schef.* Lege, *ultimo*. Vide Salmas. Exercit. Plin. pag. 41. et ita Suetonius. *Heins.* Nihil muto, nec cum Scheffero de ultima parte speluncæ capio: sed *ultima spelunca* est, profunda, maxime remota a terræ superficie: ut ' Ultimus orbis' Ovid. Epist. XIV. 112. ' Ultimæ terræ' Quinct. Decl. XII. cap. ult. nam *ultimam speluncam* pro prima dici, ut ' Sanguinis ultimus auctor,' vix puto. *Burm.*

Ultimam] Heinsius *ultimus*; [falli videtur Gudius:] lege *ultimum*; quod amico placebat, pro, ultimo, tandem. Sic Livius et Curtius sæpe habent ' Ultimum.' *Gud.*

5 *Oro*] Eleganter, velut timens. Terent. Heaut. IV. sc. 1. ' Primum te hoc oro, ne quid credas me adversum edictum tuum facere esse ausum.' Plane simili exordio. *Schef.*

6 *Si*] Confirmantis est, ut in illo Virgil. Georg. I. ' Liber et alma Ceres, vestro si munere tellus Chaoniam pingui glandem mutavit arista.' Servius: ' *Si*, hic pro, siquidem.' Ita Terent. And. I. sc. 6. ' Si te in germani fratris dilexi loco,' &c. Vide me in De Gymnasio Styli p. 118. *Schef.*

7 *Vitæ meæ*] Sensus flagitat *tuæ*. Prasch. Praschius legendum putat *tuæ*, ut referatur ad draconem. Ego non existimo. De se ipsa vulpes loquitur, et hæc veluti amoliendæ suspicionis gratia et benevolentiæ captandæ præmittit. Nosti, inquit, satis, non esse hoc meum institutum, ut cumulem mihi opes, quæ rapto vivo, et carne animantium vescor. Itaque quod quæsitura sum, non ideo facio tanquam tibi invideam hoc aurum, ipsaque velim habere. Dic tamen, si placet, quare hoc facias, et opibus sic incumbas. *Schef.*

Vitæ meæ] Id est, mihi, ut Plautus, ' Ætati tuæ,' pro, Tibi. An, *vitæ meæ*, id est, victui meo? ut et apud Græcos Βίος sæpissime, et apud Latinos aliquando ' Vita,' usurpatur. *Ritt.*

8 *Clementer*] Sic callide, tanquam cum valentiori, ex disciplina vafritiei. Puto autem, post vocabulum hoc, punctum esse scribendum. *Schef.* Plaut. Stich. IV. 1. 26. ' Hodiene ex-

Digitized by Google

oneremus navem, frater? PA. Clementer volo.'

9 *Quodve tantum*] Ms. *quod ventum*. Gud.

Tantum] Latinius meo animo dixisset, *quodve tanti est præmium*. Schiop. Schoppius existimat Latinius fore, si scribatur, *tanti*. Non opinor. Qui enim sequi posset *nullum*? Schef. Lege cum Schoppio *tanti*; sic prologo libri tertii: 'Tanti non est ingenium tuum.' *Heins.*

10 *Ut careas somno*] Finguntur enim vigiles. Ovid. Met. VII. fab. 2. 'Pervigilem superest herbis sopire draconem.' Adde, quæ de his observat magnus Vir, Gerhardus Vossius Idol. IV. 44. *Schef.*

Ut careas somno] Pervigil: ἄγρυπνος. *Ritt.*

12 *Adtributum*] Injunctum, impositum est, velut munus peculiare. Cicero pro Rosc. 'Timor, quem mihi natura pudorque meus attribuit.' *Schef.*

Ergo] Verba vulpis, quibus draco respondet: 'Sic fatis placet.' Cætera quoque vulpis sunt, dialogistice, omisso tamen illo *inquit*, ut sæpe antea. *Schef.*

Nec sumis tibi, Nec ulli donas] Similis fabula recitatur de Cane in præsepi, qui fœnum, cui incubat, nec ipse esse potest, bobus tamen invidet ac denegat. *Ritt.*

Sumis tibi] Aliquid h. e. capis in tuos usus. Plautus Bacchid. IV. sc. 4. 'Sed lubet scire, quantum aurum herus sibi demsit.' Item mox: 'Decumam partem ei dedit, sibi novem abstulit.' *Schef.*

13 *Nec ulli dones quicquam*] Martialis Ep. lib. XII. 53. 'Largiris nihil, incubasque gazæ, Ut magnus Draco, quem canunt Poëtæ Custodem Scythici fuisse luci.' *Gud.*

14 *Nolo irascaris*] Formula excusantis libertatem, ut Tiberius apud Suet. 29. 'Ignoscas rogo, si quid adversus te liberius, sicut senator, dixero.' *Schef.*

Libere si dixero] Ἐὰν παῤῥησιάσω. *Ritt.*

15 *Diis iratis*] Horat. Sat. II. 3. 'Immeritusque laborat Iratis natus paries Diis atque poëtis.' Seneca in ludo: 'Videte corpus ejus Diis iratis natum:' sic 'Inimicis Diis' dixit Plautus, Milit. Glor. II. 3. Curtius 'Adversantibus Diis' lib. VI. in Oratione Philotæ. *Nev.* Nunc mihi in mentem venit loci Plautini in Bacchidibus: 'Inamabilis, illepidus vivo, Malevolente ingenio natus.' Ubi recte atque ordine mihi Bosius videtur correxisse: *Malev. genio nat.* quomodo et volgati libri præferunt. Lambino si sanum fuisset sinciput, nec Genius iratus, minime contra hanc lectionem scripsisset, quæ scribit: '*Malevolente Genio* natus, minus dici Latine, cum verius sit *irato*, vel *iniquo Genio*.' Eugepæ! Thalem talento non emam Milesium. Nam ad sapientiam hujus ille nimius nugator fuit. Quid enim? Certe si nihil aliud vel illud tritum, 'Cum Dis benevolentibus,' aliud Lambino ut scriberet, suadere debuit. *Schiop.* Inimicis, adversantibus et commoda negantibus. Sic Horat. Sat. II. 3. Plautus, alii. *Schef.* De locutione illa *Diis iratis*, vid. Lambin. ad Horat. Sat. II. 3. vs. 8. et Heins. ad Hesiod. Opera et Dies, vs. 236.

Diis est iratis natus] Juvenal. Sat. I. 'Fruitur Dis Iratis.' Horatius Sat. II. 3. *Gud.*

Diis est iratis natus] Proverbiale est de homine invenusto ac misero, cui nihil bene succedit. Horat. Sat. II. 3. Sic supra lib. II. fab. 9. 'Sinistra quos in lucem natura extulit.' Sic alii, 'Deo irato meo.' Et Plautus non absimili modo 'Genio adverso' dixit alicubi. At felicem denotare volentes ac venustum, dicunt, 'ipsi nascenti Deos risisse,' 'ipsum

Digitized by Google

placido numine' vel 'lumine vidisse' aut 'aspexisse.' Virgil. Æneid. I. 'Haud credo, invisus cœlestibus auras Vitales carpis,' &c. Dicebantur quoque Dii 'bonum nascenti omen sternutasse.' Qua de re curæ pretium fuerit videre, quæ Schoppius noster scripsit Verisimil. lib. IV. 12. Usque adeo etiam paganis persuasum fuit et a natura insitum, Divinum numen esse, cum quo omnia et sine quo nihil hominibus feliciter cedat. *Ritt.*

Dis est iratis natus] Festus: '*Dirus*, Dei ira natus.' Gloss. vetus: 'Θεοχόλωτος, Deiratus.' Seneca in ludo Claudii: 'Videte corpus ejus Diis iratis natum.' Juven. Sat. IX. 'Dis ille adversis genitus, fatoque sinistro.' *Rig.*

16 *Abiturus*] Sic simpliciter loquebantur veteres ad vitandam inauspicatam mortis vocem. Vid. Scalig. ad Festum. Meurs. de Fun. cap. 1. *Schef.*

Abiturus] Sic Plautus: 'Abire in communem locum:' quod idem alibi: 'Ad plures se penetrare,' dixit. Est autem et hoc ex Festo notum, 'Abire' et 'Abitionem' absolute poni pro morte: quod est τὰ σκληρὰ μαλθακῶς λέγειν. Ac significat Tertullianus lib. De Testimonio Animæ, paganorum fuisse hoc dicterium de mortuo: 'Abiit et reverti debet.' Est autem hæc gravissima pariter et elegantissima insectatio avari, cujus cupiditati nihil satis est, et qui, quod habet, non habet. Ceterum de miseriis avarorum pleni sunt Sapientum libri, tam Sacrorum, quam τῶν ἔξω: quorum sententias aliunde petere in promptu est, inprimis ex Stobæi collectaneis. Tantum hic adscribam unum et alterum mimum: 'Avarus ipse miseriæ caussa est suæ.' Et: 'In nullum avarus est bonus; in se pessimus.' Et: 'Avaro tam deest, quod habet, quam quod non habet.' Et: 'Avaro quid mali optes, quam ut vivat diu?' Et: 'Avarus, nisi cum moritur, nihil recte facit.' *Ritt.*

Priores] Seneca Epist. LII. 'Quem, inquis, advocabo? hunc an illum? Tu vero ad priores revertere, qui vacant. Adjuvare nos possunt non tantum qui sunt, sed et qui fuerunt.' Loquitur de præceptis et consiliis, quæ ex bonis scriptoribus hauriri possunt, ut ad meliorem frugem nos convertamus. Existimo autem legendum esse, *ad priores qui vita vacant*, id est, quemadmodum Volcatius vetus poëta dixit (apud Donatum in Vita Terentii): 'Navim cum semel Conscendit, visus nunquam est; sic vita vacat.' Scio aliter intelligendum videri posse, ut dicat Seneca semper vacare illos Priores, neque deesse ipsis otium, quo cum illis agamus; sed non pœnitet me animi mei sententiam aperuisse. *Faber.* Qui fuerunt ante te, et excedere tamen vita coacti sunt. Senec. Epist. LII. 'Quem, inquis, advocabo? hunc an illum? Tu vero ad priores revertere, qui vacant.' *Schef.* Ita passim Poëtæ eos vocant, qui olim, etiam seculo aureo et meliori, vixerunt: ut ad Val. Flacc. IV. 351. pluribus ostendemus. Ita 'Seculum prius' dicit Terent. Eun. II. 2. *Burm.*

Abierunt] Ne quis reprehendat Phædrum, meminisse necesse est, non claudicare iambicum. Quippe certum est, fuisse olim in modulis syllabarum aliam rationem, quam quæ postea obtinuit. Penultimam enim verborum, quæ in *erunt* exeunt, brevem usurpabant. Varro de vino: 'Hoc ægritudinem ad medendum invenerunt.' Iambicus trimeter est, ut et proxime superiores. Ita Terentius: 'Quem nunc acturi sumus, Menandri Eunuchum postquam Ædiles emerunt.' Item Virgilius: 'Matri longa decem tulerunt fastidia menses.' Item: 'Obstupui, steteruntque comæ,' &c. Ad quem locum

Digitized by Google

qui tantos plausus edunt, quasi Virgilius pronuntiationi vim attulerit, quo celeritatem intenderet, et subitum pavorem admirationemque melius exprimeret, frustra ingeniosi sunt; ubi nihil impetu aut celeritate opus fuit. Alia exempla ex P. Syro afferre possum. *Faber.*

17 *Quid mente cæca miserum torques spiritum*] Rutilius Lupus ex Hyperide: 'Nam qui parcus est, utitur eo, quod satis est: tu contra, propter avaritiam, quo plus habes, magis eges. Ita non tam diligentiæ fructus, quam inopiæ miseria, te consequitur.' *Rig.*

Spiritum] Sic eleganter, ubi sermo est de molesta et miserabili vita. Livius XXXII. 'Perire ipsis semel satius, quam sub acerbissimi carnificis arbitrio spiritum ducere.' Tacit. An. I. 22. 'Vos quidem his innocentibus et miserrimis lucem et spiritum reddidistis.' *Schef.*

18 *Tibi dico*] Cum indignatione loquitur, et invehitur in avarum. Nam vult, se fabulam hanc attulisse, ut ostenderet, quam misera stultaque avari sit vita; continentque plane verba hæc usum fabulæ. Unde constat, imprudenter fecisse, qui a superioribus divulserant. Aperte autem imitatus est Terentium, qui sic in Andria IV. sc. 5. 'Tibi ego dico, an non?' in Adel. I. sc. 2. 'Hæc cum illi, Micio, Dico, tibi dico.' Similis est locus infra lib. V. c. 10. *Schef.* Terent. Andr. I. 2. 'Sed dico tibi, ne temere facias:' et Eun. II. 3. 'Heus heus, tibi dico, Chærea:' et alibi: 'Tibi equidem dico.' Et Ovid. Heroid. XX. 153. 'Alterius thalamo, tibi nos, tibi dicimus, exi.' Ita minantis more *σὸς, σὲ φωνῶ*, Soph. Ajac. 1058. *Burm.*

Gaudium heredis] Quia, ut habet alius mimus Publii: 'Heredis fletus sub persona risus est.' Eleganter risum personatum vocat fletum heredis: non enim est serius, et cito exarescunt hæ Crocodili lacrimæ. Sic Germani quoque dicunt de eo, qui moritur, relictis heredibus extraneis (*τοιμένα ἑτεροτρὸν ἀλλότριον* vocat Pindarus) *Er hat nur lachende erben.* Ritt.

19 *Thure*] Lar Deus apud Plautum in prologo Aulul. queritur de infrequenti sacrificio Euclionis ejusque parentis avarissimi. Propert. III. 11. 47. de avaritia puellarum: 'At nunc desertis crescant sacraria lucis: Aurum omnes victa nunc pietate colunt.' *Nev.* Euclio apud Plaut. Aulul. act. I. sc. 8. 'Nunc thusculum emi.' Adde Theophrast. Charact. Præparci, et ibi Casaubonum. *Schef.*

Thure] Ms. *ture.* Gud.

Ipsum te fraudas cibo] Tales ii 'qui cum geniis suis bellum gerant, parcipromi,' ut ait Plaut. Trucul. I. 2. Avarissimi hominis *εἰκόνα* dabit in Aulularia Plautus sub persona Euclionis. *Nev.*

Fraudas] Optime, respectu et debiti naturalis et persuasionis propriæ, velut circumveniret ventrem, commodi majoris gratia. Sic dictus Euclio apud Plaut. Aul. III. sc. 9. Lucianus in Timone: *Ridebas istos, qui ipsi quidem sibi subtraherent, quod est absurdissimum.* Schef.

20 *Tristis*] Nam et natura morosi sunt, et sonum ex collisione nummorum, sicut ille hinnitum equorum, libentius quam citharam audiunt. *Schef.*

21 *Macerat*] Salmasius ad oram legit *marcerat.* Cassio. 'Pol me marcerat hoc, doleo tibi deesse, Terenti.' *Gud.*

22 *Obsoniorum pretia*] Inde natus est ille facetissimus avari ægrotantis cum medico dialogismus, suadente ut aliquid cibi caperet. Hor. Sat. lib. II. 3. *Faber.* Velut cara nimis essent. Vide Theoph. et Plautum dicto loco. *Schef.*

23 *Dum quadrantes aggeras*] Non dubitas perjurare, dum patrimonium conduplices modo. Plaut. Epid. act. III. sc. 2. *Schiop.* Sub. modo. Dum-

Digitized by Google

modo hoc facias. *Quadrantes* ponit pro nummis minimis, ut sit sensus, talem vel oboli gratia perjurium committere. Est et hoc, ut cætera, ex characteribus avari. *Schef.*

Aggeras] Accumules, et sic majus facias. Vide Cons. D. Loccenium, Socerum meum charissimum, in Ind. Curt. Puto autem Nostrum *aggeres* scripsisse. Terent. Phor. v. sc. 2. 'Dum prosim tibi:' et sic semper. *Schef.* Nulla est opus correctione, nam ab adgerere, non aggerare, videtur vox hæc deducenda: nam *dum* hic pro, dummodo, subjunctivum postulat. Vid. supr. ad lib. III. 10. Sic fab. 80. dixit formica: 'Ego granum in hiemem cum studiose congero.' De quo verbo vid. eruditissimum Drakenborch. ad Sil. v. 266. Sic eodem sensu Petron. cap. 44. 'Exstruere divitias.' Et Horat. Od. II. 3. 'Et exstructis in altum Divitiis potietur heres.' Vid. et Claud. in Eutr. I. 222. Contrarium est 'Egerere,' de quo ad Quinct. Decl. v. 17. *Burm.*

Aggeras] Prudentius dixit 'Thesauros exaggeratos:' hoc est, quod dixit Horatius, 'Exstruere divitias.' Cicero de Off. I. 'Rem familiarem exaggerare.' Phædr. lib. III. prol. 'Qui magnas opes Exaggerare quærit omni vigilia.' *Gud.*

Patrimonio] Proprie illa bona, quæ a Parentibus hereditate ad nos redierunt, dici merentur, sed et quodcunque ex quæstu et opere nostro vel aliunde obvenit, eo nomine denotatur. Sic apud Justin. XIV. c. 3. de militibus: 'Post damna patrimoniorum, et post conjuges amissas.' Quem locum recte constituit et explicat decus et præsidium nostrum Celeb. Grævius. Apud Hygin. fab. 195. 'Arion per artem magnum patrimonium acquisivisse' narratur: ubi vide Munker. Ovidius de eodem Arione agens Fast. II. 96. vocat 'Opes arte quæsitas.' *Burm.*

24 *Cœlum fatigat*] Jovem Deum. Petron. XLIV. 'Nemo cœlum putat.' Vide notas nostras. *Schef.* Scio, quid hic dicat Rittershusius. Sed puto Virgilium respexisse, qui sic Æn. lib. I. de Junone: 'Quæ mare nunc terrasque metu cœlumque fatigat.' Servius: '*Fatigat* pro, exercet, sollicitat, commovet.' Sensus est, talem non curare, licet Deos ipsos ita sibi faciat iratos. Juven. Sat. XIII. *Schef.* Lege, *Cellam fatigas sordida penuria* vel *Alvum fatigas sordida penuria.* Horat. Sat. I. 1. 'Ne se penuria victus Opprimeret, metuebat.' *Heins.*

Cœlum fatigas sordido perjurio] Verbum *fatigare* significat creberrima perjuria, quæ vel multitudine et crebritate sua ipsum Jovem et alios Cœlites audiendo delassare valeant. Vide Juvenal. Sat. XIII. *Ritt.*

Cœlum fatigas sordido perjurio] Sic Horat. Carm. I. 2. 'Prece qua fatigent Virgines sanctæ minus audientem Carmina Vestam?' *Rig.*

25 *Circumcidis*] Removes, nullam impensam facis. Sic 'Vinum circumcidere,' pro, Abstinere eo, dixit Celsus, ut Rittershusius notavit. Et sequitur *omnem*, itemque, *ne quid de tuo.* Schef. Senec. ad Helv. XII. 'Circumcisæ sunt peregrinantium sarcinæ:' et de Tranq. Anim. XII. 'Circumcidenda est concursatio.' Reddidimus hoc verbum Declamationibus Quinctiliani. *Burm.*

Circumcidis impensam funeris] Id est, removes atque abjicis. Eleganter dictum, quomodo Celsus *circumcidere vinum* non semel dixit: ut lib. IV. c. 20. 'Circumcidendum vinum est in totum annum,' id est, abstinendum a vino. Ubi tamen rectius fortasse abesset *annum*; quod nomen ab aliquo assutum videtur, qui non intelligens formulam, *in totum*, quam Græci exprimunt per ὅλον, putavit aliquid deesse. *In totum*; alias *ex toto* usurpat idem Celsus: ut l. VI. c. 9. 'In dentium autem dolore vi-

Digitized by Google

nam ex toto circumcidendum est.' Quis hic tam bardus, ut putet deesse *anno?* Sic idem lib. IV. cap. ult. 'Ambulare circumcisa omni negotiosa cogitatione vel actione,' id est, remota. Sed 'Circumcisos aut sublatos sumtus' dixit Livius l. XLII. Et alibi 'Stipendia circumcidere' idem Livius, ubi significare videtur diminuta stipendia. *Ritt.*

26 *Libitina*] In Libitinæ templo venalia erant quæcunque ad sepulturam pertinebant. Quo respexisse Phædrum autumat Kirchmannus de Fun. Rom. I. 9. *Prasc.* Seu ii, qui in templo ejus quæ ad funus essent necessaria vendebant. Conf. Kirchmann. Fun. I. c. 9. et Meurs. Fun. c. 44. *Schef.*

Libitina ne] Ms. *Libet inane.* Gud.

Ne quid] Legi quoque potuit, si ulla interpolatione usus est: *ne quid de tuo*, id est, ne quoquo modo lucrum faciat. Sed defendendum est veterem loquendi rationem: 'Si quid facinus,' et similia apud familiarem nostrum Plautum; sic 'Quid nomen,' 'Id nomen,' &c. quæ attigi in Suspectis Lectionibus. Quibus addas licet hoc ex Trucul. act. II. sc. 4. 'Sed quod ego facinus audivi advenienti tuum?' Ex utroque Ms. legendum: *nisi ego facinus. De tuo;* eleganter, id est, tuo sumtu. Plaut. Bacchid. act. I. sc. 1. 'Ego obsonabo; nam id flagitium, mea te gratia Et operam dare mihi, et ad eam operam facere sumtum de tuo.' Terent. 'Olet unguenta de meo.' Livius: 'Decerneret senatus, ut stipendium miles de publico acciperet, cum ante id tempus de suo quisque functus eo munere esset.' *Schiop.* Observa: *facere quid lucrum.* Possit videri scripsisse, *quod*, ut sit *lucrum quod*, pro, lucrum aliquod. Tuetur tamen lectionem veterem Schoppius ex Plauto; quem ait dicere, 'Quid facinus,' 'Quid nomen,' &c. *Schef.*

Ne quid] Malim: *ne quod lucrum:* vel, *ne quid lucri.* Elegantissime vero in hujusmodi avaritiam lusit et Archimimus ille, qui funeri Vespasiani pro more adhibitus, ut vivi dicta factaque exprimeret, cum ex procuratoribus quæsivisset, quanti funus et pompa constaret, iique respondissent Hs. centies, exclamabat, 'C. sibi sestertia darent, ac se vel in Tiberim projicerent,' insepultum. Epigrammatarius quoque festive in Avarum lusit, qui a suspendio sui sola restis caritate fuerit deterritus. *Ritt.*

De tuo] Ex re tua, tuis bonis. Plaut. Bach. I. 1. 'ad eam operam facere sumtum de tuo:' et in Menæchm. 'De tuo istuc addis.' *Schef.*

Lucrum] In sententiam Rittershusii discedo legentis, *lucri;* etsi sciam vulgatam lectionem posse stare ex Plauto. *Faber.*

FABULA XX.

1 *Judicare cogitur*] Plane legendum *cogitet*, ut in veteri editione scriptum fuit: sed Rigaltius e Ms. Cod. hanc corruptelam primus protulit; quasi contra bonum sensum auctoritas librorum Mss. sequenda sit. Certe recepta lectione nil nequius fingi potest. *Faber.* Sic edimus ex lectione veteri, cum et Faber eam et sententia ipsius loci tueantur; *cogitet*, est, meditetur, quærat facere. Sic Cicero Off. III. 'Qui alteri nocere cogitat,' &c. *Schef.*

Cogitet] Ita Pithœus et Rittershu-

Digitized by Google

sius edidere; Ms. *cogitur*; vitiose sine dubio; sed Rigaltius male hanc correctionem in contextum recepit. Forte legendum *conetur*. Gud.

Livor] Ms. *liber*. Ita hoc verbum sæpissime in marmoribus et in vetustissimis codicibus. Certe Victorius in castigationibus ad Ciceronem 124. notavit ex antiquissimo codice Mediceo Epistolarum Ciceronis. *Gud.*

Modo] Jungunt voci *livor*, ego posteriori *Licet* adsocio, ut sit sensus: Licet modo, sive nunc, dissimulet, etiamsi non statim indicet, dum vivo et scribo, faciet olim. Terent. Adel. act. III. sc. 1. 'Modo dolores, mea tu, occipiunt primulum.' Donatus: 'Evidenter hic *modo* temporis adverbium est.' *Schef.*

3 *Dignum memoriæ*] Nisi quis legere malit *memoria*, dicam esse Græcismum hominis Thracensis; ex illo, ἄξιον μνήμης. Sed tamen infra lib. v. Prol. dixit: 'Dignum longa memoria.' *Ritt.*

Memoria] Non tantum Pith. sed et Rem. cod. *memoriæ* habent, quod Rigaltius mutare non debuit. Græcismus est, Latinis venustioribus non infrequens: ἄξιον μνήμης. Sic apud Plautum: 'Aulam onustam auri.' *Gud.*

Dignum memoriæ] Sic locutos plures veterum ostendit Bangius Obs. Phil. II. p. 837. et confirmat ratione Mariang. a Fano Ben. Auctar. Gram. Gros. p. 20. ut hic audiendum Rittershusium non putem. *Prasc.* Non audio Rittershusium hominis Thracensis hoc Græcismum appellantem. Plautus Trin. v. sc. 2. 'Non ego sum salutis dignus.' Cicero Att. lib. VIII. 'Suscipe curam et cogitationem dignissimam tuæ valetudinis.' Video et Praschium sic statuere, adductis Bangii et Mariangeli observationibus. *Schef.* Vide plura exempla hujus constructionis apud Nob. Heins. not. ad Ovid. Trist. IV. 3. 57. Met. v. 345. et Nuc. XXVI. et alibi: et Zinzerling. Promuls. Critic. cap. 3.

5 *A me contendet fictum quovis pignore*] Catullum imitatur: 'Quovis Sabinum pignore esse contendunt.' *Gud.*

Contendet quovis pignore] Studium summum persuadendi notat. Catull. Ep. XLI. opportune adduxit Rittershusius. *Schef.*

Contendet quovis pignore] Sic Catull. Epig. XLI. Et Cicero Ep. lib. VII. 33. ad Volumnium: 'Ut sacramento contendas mea non esse.' Virg. in Bucolicis, 'Certare pignore,' eodem significatu dixit. *Ritt.*

Volo] Bene. Petron. cap. 71. 'Omne genus pomorum volo sit circa cineres meos, et vinearum largiter.' Plaut. Bach. IV. sc. 4. 'Res ita est, dici volo.' Cic. Att. II. 'Misi librum ad Muscam, ut tuis librariis daret. Volo enim eum divulgari.' *Schef.*

Jam nunc] Statim. Virg. Georg. I. 9. 'Et votis jam nunc assuesce vocari.' *Schef.*

8 *Invenit ille*] Sic de Homero et Virgilio, et fere in universum de Græcis et Latinis eruditi judicant. Ita Philippo Mac. et Alexandro M. Epitomater Trogi IX. 8. 2. 'Imperii fundamenta pater jecit, operis totius gloriam filius consummavit.' Nimirum, ne, uno omnem gloriam occupante, vel insolentia sequeretur, vel alii a virtutis præmio excluderentur, sic omnia dispensat rerum gubernator, ut in partem gloriæ plures veniant, nemoque unus eidem operi primam ultimamque manum imponat. Quæ res litterarum studiosos ad industriam, et spem, et judicium in deligendo certo studiorum genere excitare debet. Conf. Seneca Nat. Qu. VII. 31. *Prasc.*

Ille] Æsopus. Similia his alibi inculcat. *Schef.*

Digitized by Google

FABULA XXI.

1 *Homo doctus in se*] Explicatius cum Hipparcho dixeris: Πολύ γ' ἐστὶ κτῆμα τιμιώτατον ἅπασιν ἀνθρώποισιν εἰς τὸ ζῆν τέχνη. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα καὶ πόλεμος καὶ μεταβολαὶ τύχης ἀνέλωσαν, ἡ τέχνη δὲ σώζεται. Subscribam elegans Callimachi carmen, quod sic Latine reddidi: *Omnia, quæ demens impendi crinibus olim, Quum flavo spirans unguine floris odor, Protinus efflarunt animam: quæ molle palatum Hausit, et ingrati ventris ad ima tulit, Qua sumsi, periere die. Quæcunque sed aures Excepere, manent integra sola mihi.* Prasc.

Homo doctus, &c.] Aristippus apud Vitruv. lib. VI. præfat. dicebat: 'Ejusmodi possessiones et viatica liberis oportere curari, quæ etiam e naufragio una possent enatare; namque ea vera præsidia sunt vitæ, quibus neque fortunæ tempestas iniqua, neque publicarum rerum mutatio, neque belli vastatio potest nocere.' *Gud.*

Homo doctus, &c.] Quia ἀναφαίρετον κτῆμ' ἐστὶ παιδεία βροτοῖς id est, *doctrina domino haud eripi potest suo.* Ritt.

In se] Philosophice hoc intelligendum, quatenus opponitur iis, quæ sunt extra nos. Ita Plautus in Amph. 'Virtus omnia in se habet.' Vide Stoicos passim. *Schef.*

Simonides] Marmor illustre Arundelianum continens epochas Græcorum: Epoch. LV. Ἀφ' οὗ Σιμωνίδης ὁ Λεοπρέπους ὁ Κεῖος, ὁ τὸν μνημονικὸν εὑρὼν, ἐνίκησεν Ἀθήνῃσι διδάσκων: *A quo Simonides Leoprepis filius Ceius, qui memorandi artem invenit, etiam docens Athenis vicit.* Et Epoch. L. memoratur Simonides avus Simonidis Poëtæ, Poëta etiam ipse; ubi vide Lydiati annotat. Oxon. Marm. part. II. pag. 57. Et ad Epoch. LV. de Simonide Ceo notat Lydiat. part II. pag. 62. Hic nimirum fuit Simonides Ceius junior, Lyrici ex filia nepos, appellatus Melicerta, et Genealogus; quem aliquanto ante bellum Peloponnesiacum, circiter Olymp. LXXXII. ac 481. ante Evangelium claruisse, scripsisseque inter alia etiam ad Historiam spectantes Inventorum libros tres, totidemque Genealogiarum, ex Suida et Scholiaste Apollonii in libr. II. refert Ger. Jo. Vossius de Græcis Hist. lib. IV. c. 6. Forsitan autem hic idem poëta fuerit, alias dictus etiam Carystius atque Eretriensis, a locis diuturnioris moræ, (quod non insolitum) quem de Græcorum conjuratione in Aulide et de Iphigenia, et tres libros trimetrorum scripsisse, eodem Suida auctore, refert idem lib. IV. cap. 13. Hæc Lydiatus. Apud Plinium lib. VII. c. 56. 'Simonides Melicus' dicitur. Alius fuit Simonides Iambicus, domo Amorginus. Strabo et Proclus apud Photium, in quo Tzetzes nugatur. Vide omnino Salmasium ad Inscript. Herod. p. 221. et 222. inter Addend. *Gud.*

Egregium melos] Unde hunc scriptorem maximi semper fecit Plato et ob carminum bonitatem, et ob exquisitam sapientiam. Sane ex reliquis, quæ hodieque supersunt, cuivis facile ad intelligendum est, non vanam fuisse hominis gloriam. Ejus luculenta aliquot fragmenta inter lyricorum reliquias leguntur. *Faber.* Carmen. Bonum vult fuisse Poëtam. Et sic olim judicarunt Plato, atque alii de eo. Vide Gyraldum. *Schef.* *Egregia μέλη.* Scribendum videtur, *egregia mele*, ut 'Thessala Tempe,'

Digitized by Google

'Grandia cete,' &c. *Guiet.* Hinc Simonides 'Melicus' Plinio lib. I. cap. 56. Et a Victorino Simonides 'Elegus.' Vid. doctissimum Muncker. ad Hygin. fab. 277.

Melos] Etiam *mele* Latini dixere. Epig. Vet. lib. III. p. 117. 'Vixit et enituit docta sonare mele.' Est a μέλη Græcorum. *Gud.*

3 *Quo paupertatem sustineret facilius*] Ergo 'paupertas impulit audax Simonidem, ut versus faceret' (utor verbis Horatii) et quæstui habuit poësin suam. Nota res est de duabus thecis seu arculis Simonidis, quarum unam alebat esse gratiarum, quæ ipsi habebantur agebanturve pro versibus in laudem alicujus compositis: alteram nummorum aliorumque munerum, quæ ab iisdem ad se redibant. Priorem semper vacuam atque inutilem se experiri dicebat: Posteriorem solam utilem ac oportunam, ad incidentem aliquam necessitatem sublevandam. Vide Stobæum Serm. X. Exemplum avaritiæ et ἐργολαβίας ejus elegans et festivum Aristoteles annotavit Rhet. lib. III. cap. 2. Ait enim, rogatum aliquando Simonidem a quodam, qui mulabus vicisset, ut eam victoriam pæane vel ἐπινυκίῳ aliquo celebraret, sed præmium pro eo offerret, quod Simonidi nimis exile videbatur, carmen facere recusasse, quod diceret se gravari mulas laudare: nihil in tam sterili argumento dignum laude reperiri posse. Ac ille cum addidisset tantum, quantum avaritiæ Simonidis satis videbatur, incepisse Poëtam hunc in modum, exordio satis magnifico: Χαίρετ' ἀελλοπόδων θύγατρες ἵππων. Id est, *Salvete velocium natæ equorum.* Quasi mulæ non etiam asinarum essent filiæ. Sed Poëta callidus, cui jam dolosi spes refulserat nummi, id videlicet excerpsit, quod erat in proposita re præstantius, indeque sumsit epitheton. Sed et Callimachus doctissimus Poëta hanc Simonidis quæstuariam Poësin aversatus est: id quod satis hi ejus versus declarant: Οὐ γὰρ ἐργάτιν τρέφω Τὴν μοῦσαν, ὡς ὁ Κεῖος Ἀλλίχου γόνος. Est enim hæc periphrasis Simonidis nati in Ceo (non, ut editum est, *Cæo*) insula, avo Hyllicho. (Unde Ausonius Ceum vocat, Profess. XIV. 'Carminibus, quæ prima tuis sunt condita in annis, Concedit Cei musa Simonidei.' Idemque ante hunc, sed tecte, scripserat Pindarus Isthmion. Non tantum autem pecuniæ amans et avarus fuit Simonides; sed et vitæ. Interrogatus enim in senectute a quodam quam diu vixisset: Annos equidem, inquit, multos, parum tamen: teste Stobæo. *Ritt.*

4 *Circumire*] Proprie de iis, qui incerto et instabili vivendi genere utuntur, ut fere mendici. Vel qui quovis modo quærunt aliquid, aut impetrare cupiunt. Sic Cic. ad Att. 'Antonii consilia narrabat, illum circumire veteranos.' Tacit. An. II. 20. 'Libo circumire domos, orare adfines.' Fragm. Petron. p. 25. 'Puer circumibat jam dudum pedes nostros, et missionem rogabat.' *Circumire urbes* est, ire circum urbes. *Schef.*

5 *Mercede accepta*] In eam rem festivissima historia est apud Aristotelem lib. III. Rhetoricorum cap. 2. Ea sic se habet: Retulerat nescio quis victoriam mulari curriculo (nam mulabus quoque decus erat, ut in certaminibus sacris decurrerent). Is cum Simonidem orasset, ut scripto odario victoriæ suæ honorem consecraret, neque tamen merces, quam offerebat, satis ampla videretur, negavit Simonides posse se quidquam in mulas scribere, quippe quæ satis materiæ condendo carmini non præberent. Ille enimvero gloriæ avidus, et jam immortalitatis fiducia plenus, si quid de se a Simonide scriptum foret, hominem pretio uberiore aggreditur, instat, urget, mox plura, dein etiam plura, denique quantum satis esset, addidit. Tum Simonides ca-

Digitized by Google

nere cœpit carmen, cujus initium erat, Χαῖρε' ἀελλοπόδων θύγατρες ἵππων. Verba Aristotelis sunt: Σιμωνίδης, ὅτε μὲν ἤδιστον μισθὸν ἔλεγον αὐτῷ ὁ νικήσας τοῖς ὀρνῖσιν, οὐκ ἤθελε ποιεῖν, ὡς δυσχεραίνων εἰς ἡμιόνους ποιεῖν. ἐπεὶ δ' ἱκανὸν ἔδωκεν, ἐποίησε, Χαῖρε' ἀελλοπόδων θύγατρες ἵππων. *Faber.* De qua, laudante Fabro, extat exemplum apud Aristotelem Rhet. II. 2. Id quod ante quoque Rittershusius notaverat. Mallet Heinsius *pacta* scribere, quia patet ex seqq. c. 24. non accepisse mercedem, nisi versibus jam confectis. *Schef.* Lege, *Mercede pacta.* Justin. lib. VIII. 5. 'Alexander inter prima initia regni bellum ab Illyriis pacta mercede redemit.' Dictys Cretens. II. 45. 'Rhesus pacta mercede cum magnis Thracum copiis adventabat.' Et lib. VI. 5. 'Per idem tempus Ulysses Cretam appulsus, et duabus Phœnicum navibus mercede iis pacta exceptus.' Vulgo pessime legitur, *mercedis pacto acceptis.* Livius XXIV. 49. ex emendatione Gronovii: 'Eadem mercede qua pacta cum Carthaginensibus erat.' Et XLIV. 26. 'Mercedem pactam operiens.' Juvenal. IV. 33. 'Vendere municipes pacta mercede Siluros.' Ita enim ibi legendum. A. Gellius V. 10. 'Lis inter eos et controversia super pacta mercede hæc fuit.' *Heins.* Nullum dubium *pacta mercede* recte et eleganter dici, sed hic *accepta* non moverim: majorem enim Simonidis avaritiam exprimit, qui, antequam caneret, mercedem acceperit. Nam avarissimum fuisse et mercenarium Poëtam patet ex Ælian. VIII. 2. ubi nollem tamen Cl. Perizonium nostri temporis Poëtas ejusdem criminis et sordium reos agere. Quos enim ibi iratus tangit, ego minime ad rem attentos fuisse, et sacram artem minus prostituisse, quam multi, qui soluta oratione ad adulationes vilissimas abutuntur, scio; et minorem quæstum ex Musis fecisse multis aliis, constat. *Burm.*

Victorum] In ludis Olympicis Græcorum. *Schef.*

6 *Factus*] Ms. *factum.* Gud.

7 *Cursu pelagio*] Sic Val. Flaccus Arg. I. 'Et dedit æquoreos cœlo duce tendere cursus.' *Schef.*

Cursu pelagio] Pro, cursu pelagi. Ovid. 'Sed neque propositos pelagi dimittere cursus.' Virgilius I. 'Qua proxima litora cursu Contendunt petere.' Sic Valer. Flacc. Arg. I. dixit: 'Æquoreos cursus,' pro cursu æquoris. Et Claud. IV. Cons. Hon. vers. 422. 'Æquoreas habenas.' *Gud.*

8 *In Ceo insula*] Unde illud Horatii: 'Ceæ retractes munera neniæ;' Id est, Simonideæ. Intelligit autem Horatius eum Simonidis librum, cui θρῆνοι seu Lamentationes nomen erat; ad quem respiciens Catullus dixit: 'Mœstius lacrymis Simonideis.' *Faber.* Rittershusius emendat *Ceo.* Et sic scribitur Straboni, Plinio, Æliano, licet sint, qui apud Ptolemæum altero modo legi adserant. Sed is nunc non est ad manus. *Schef.*

Ceo Insula] Forte *Cea Insula;* ita apud Val. Max. lib. II. p. 54. 'In Insula Cea:' quemadmodum in omnibus est Mss. Salmasius ad oram libri notavit, legendum esse ex veteri libro: *Ceia insula.* Plinius lib. IV. c. 11. 'Ceos ab ea totidem, quam nostri Ceam dixere.' *Gud.*

9 *Ascendit*] Lege, *Escendit.* Heins. Nihil est opus. Terent. Adel. IV. 5. 69. 'Abiit, periit, navem ascendit:' et licet probum putem illud *escendere,* non tamen ubique intrudendum puto, ut sæpe nimis viros doctos, remoto τῷ *ascendere,* fecisse video. *Burm.*

Tempestas horrida] Ex Horat. Epod. XIII. 'Horrida tempestas cœlum contraxit.'

10 *Dissolvit*] Proprie de navibus tempestate fractis, quia et 'contexi' dicuntur, cujus hoc est oppositum. Dicam amplius in curis secundis librorum meorum de Milit. Navali. Ovid. El. IV. 7. de navibus: 'Ne te-

Digitized by Google

mere in mediis dissoluantur aquis.' *Schef.*

11 *Hi Zonas*] Vide omnino Meursii mantissam in librum de luxu Romanorum pag. 85. editionis primæ, ubi dicit in zonis crumenas fuisse. *Gud.*

Zonas] Hæc hiulca sunt, neque cohærent. Exciderit minimum versus unus. *Meurs.* In quibus repositam habebant olim pecuniam, ut hodieque fit ab Hungaris, vicinisque ipsorum. Meminit Horatius Ep. II. 2. et Gellius XV. cap. 12. ut ostendit Rittershusius, quibus possunt addi Snet. Vitell. c. 16. Apuleius Asin. VII. et simillimus huic locus Juv. Sat. XIV. *Schef.* Forte, *Hi zona et illi res pretiosas colligunt:* in zonis enim pecunia et res pretiosæ recondebantur. *Heins.*

Zonas] In quibus conditam gestabant pecuniam. Sic utitur Horatius Ep. II. 2. 'Ibit eo, quo vis, qui zonam perdidit, inquit.' De quo proverbio vide Erasmum Chil. I. Cent. v. Proverb. XVI. Eleganter C. Gracchus apud Gellium lib. XV. c. 12. 'Zonas quas plenas argenti extuli, eas ex provincia inanes retuli.' Quia, ut Martialis ait, 'Semper pauperior redit potestas.' *Ritt.*

12 *Subsidium*] Pro, in subsidium, ut subsidium aliquod haberent. Sic Tacitus Ann. I. 3. 'Augustus subsidia dominationi Cl. Marcellum curuli ædilitate, M. Agrippam geminatis consulatibus, extulit.' *Schef.* 'Præsidium' etiam pecuniam numeratam dici vidimus ad Petron. cap. LXXV.

Quidam curiosior] Ita lib. III. 'Quidam e turba garrulus.' *Gud.*

Curiosior] Supple, conversus ad Simonidem ait. *Curiosior*, proprie; sic enim vocantur, qui solliciti sunt de aliis. Plaut. Stich. act. II. sc. 1. 'Sed curiosi sunt hic complures mali, Alienas res qui curant studio maximo.' *Schef.*

14 *Mecum*] Apud me. Optime. Respexit Virgilium suum, qui sic Æn. IV. 'Mecum erit iste labor.' Etiam Terentius hoc modo in Adel. IV. sc. 2. *Schef.* V. sup. ad lib. II. fab. 5.

Enatant] Bene, ut de naufragis, cum miserum eorum statum exprimat. *Schef.*

17 *Extulit*] E mari scilicet, ac naufragio. Absolute. Cicero Ep. VII. 18. 'Jam ista tua culpa est, qui verecundiam tecum extuleris, et non hic nobiscum reliqueris.' *Schef.*

18 *Antiqua fuit urbs*] Ms. *Nati qua fuit urbs.* Gud.

20 *Simonidis*] Lege, *Simonidi*, pro, Simonidei. Sic Auson. 'Musa Simonidei;' sic 'Achillei,' 'Ulyssei' et 'Achillei,' &c. *Heins.*

Versus] Ms. *verus.* Gud.

22 *Sermone ab ipso*] Vulgo aiunt, 'Ex ipso.' Sed hic rursum locutus cum Virgilio videtur, qui Æn. II. 'Crimine ab uno Disce omnes:' *ipso* est emphaticum; vult, priusquam indicaret nomen suum, cognitum fuisse. *Schef.*

Sermone ab ipso cognitum] Petron. Sat. 'Ex præscripto ergo consilii communis, exaggerata verborum volubilitate, unde aut qui essemus, haud dubie credentibus indicavimus.' *Rig.*

23 *Ad se recepit*] *Ad se*, apud se. Supra lib. III. f. 4. 'Pendere ad lanium.' L. IV. 7. 'Serpens ad fabrum ferrarium.' *Rig.*

Recepit] Supra lib. III. procemio: 'Fastidiose tamen in cœlum recipior.' Alibi: 'Ægre recepti.' 'Cælo receptus.' 'Me copiosa recipit incolumem domus.' *Rig.*

Familia] Id est, servo uno et altero ei adjuncto. *Ritt.*

Familia] Id est, servis. Ita supra: 'Solus quum esset domino familia,' id est, servus. *Gud.*

24 *Hominem*] Ut supra II. c. 2. ubi vide. *Schef.*

Exornavit] Instruxit. Plin. l. XXX. c. 1. 'Ostanes, comitatu ejus exornatus.' Cicero sic simplici est usus in Cat. 2. 'Tu agris, tu ædificiis, tu argento, tu familia, tu rebus omni-

Digitized by Google

bus ornatus sis.' *Schef.*

Tabulam] Diversæ ab his tabulæ auctionales, quarum mentio apud Claudianum IV. Cons. Honor. 'Non infelices tabulæ, non hasta refixas,' &c. vers. 497. *Gud.*

Tabulam suam] Naufragii, in qua depictum suum habebant casum. Videatur Juvenal. Sat. XII. Persius Sat. I. *Schef.* V. Lambin. et Torr. ad Horat. Od. I. 5.

Tabulam suam Porrigunt] De tabula naufragorum Petron. Pers. Juvenal. Martial. &c. Naufragia picta misericordiam movent: imo timorem incutiunt. Cur. Fortunat. 'Pictor naufragia pinxit et publice proposuit; nemo navigat; reus est Reip. læsæ.' *Rig.*

Tabulam suam Porrigunt, rogantes victum] Lege, aut certe scande, *Porgunt*. Naufragi (quod ex Juvenali quoque discimus) stipem ostiatim corrogare solebant, in tabula quadam depictum exhibentes naufragii sui casum, commiserationis commovendæ. Porro cum hac historia fere convenit quod de Aristippo narrat Vitruvius de Architectura proœmio VI.: ex quo nonnulla huc adscribam, quod sciam non in omnium manibus eum auctorem versari, et tamen eam narrationem, eique aspersas sententias, nosse prodest omnibus. Audiamus ergo Architectum: 'Aristippus Philosophus Socraticus, naufragio cum ejectus ad Rhodiensium litus animadvertisset Geometrica schemata descripta, exclamavisse ad comites ita dicitur: Bene speremus, hominum enim vestigia video. Statimque in opidum Rhodum contendit, et recta Gymnasium devenit, ibique de Philosophia disputans muneribus est donatus, ut non tantum se ornaret, sed etiam eis, qui una fuerant, vestitum et cetera, quæ opus essent ad victum, præstaret. Cum autem ejus comites in patriam reverti voluissent, interrogarentque eum, quidnam domi vellet renuntiari: tunc ita mandavit dicere: Ejusmodi possessiones et viatica liberis oportere parari, quæ etiam naufragio una possent enatare. Namque ea vera sunt præsidia vitæ, quibus neque fortunæ tempestas iniqua, neque publicarum rerum mutatio, neque belli vastatio potest nocere. Non minus eam sententiam angendo Theophrastus hortandos doctos potius esse, quam pecuniæ confidentes, ita ponit: Doctum ex omnibus solum neque in alienis locis peregrinum, neque amissis familiaribus et necessariis inopem amicorum; sed in omni civitate esse civem, difficilesque fortunæ sine timore posse despicere casus. At qui non doctrinarum sed felicitatis præsidiis putaret se esse vallatum, labidis itineribus vadentem, non stabili sed infirma conflictari vita.' Et mox: 'Pauca sapientibus fortunam tribuere: quæ autem maxima et necessaria sunt, animi mentisque cogitationibus gubernari.' Et rursum: 'Omnia enim munera fortunæ cum dantur, ab ea facillime adimuntur. Disciplinæ vero conjunctæ cum animis nullo tempore deficiunt, sed permanent stabiliter ad summum exitum vitæ.' Ibidem (ut hoc obiter moneam) corrigendus mihi videtur Vitruvius, cum ait: 'Omnium Græcorum leges cogunt parentes ali a liberis: Atheniensium non omnes, nisi eos, qui liberos artibus erudissent.' Delendum fortasse τὸ *omnes*, quod redundat, et lego: *non nisi eos*, &c. Vel, *nisi eos*, accipe pro, sed tantum eos. Quomodo et Terentius alicubi loquitur. *Ritt.*

25 *Porrigunt*] Scrib. *Porgunt* per ecthlipsin. Virg. Æn. VIII. 274. 'Cingite fronde comas, et pocula porgite dextris.' Serv. ad Æn. I. ait, *porgere* esse Ennianum: quo usus etiam Cicero in Arato. Sed alio sensu Lucret. lib. I. 'Religionum animos nodis exsolvere porgo:' si recipimus Giphanii lectionem, cujus indicem

Digitized by Google

vide, voc. *porgo*. Locus Juvenalis, ad quem respicit Rittershusius, de istoc porrigendæ tabulæ more, extat Sat. XIV. 302. Adde Pers. Sat. I. 89. *Prasch.* Veteres ed. *Porrigunt*, ex quo Ursinus contracte *Porgunt*, quod placet præ altero. Idem suspicari etiam Heinsium et Gronovium literæ ipsorum me docuerunt. Accedit his etiam Buchnerus. *Schef.*

Portant] Ms. *Poriant;* alii *Porrigunt*. Rittersh. *Porgunt*. Salmasius itidem *Porgunt*. Virgilius Æn. VIII. 'Et pocula porgite dextris.' Sed vera lectio est *Portant:* i et *t* sæpe in Mss. confunduntur. *Gud.*

Rogantes] Mendicantes. Martialis: 'A matre doctus nec rogare Judæus.' Idem: 'Interque raucos ultimus rogatores.' Juvenal. 'Mersa rate naufragus assem Dum rogat.' *Rig.*

26 *Dixi*] Interrogatio est: pro, Nonne dixi? Sic Terentius etiam loquitur. *Prasch.* Non est interrogativum, quod nonnemo putat, sed plane illud, quod et Germani mei sic efferunt: *Ich sagte es wohl, ich hätte all das meinige bey mir.* Tacitam continet exprobrationem. Plaut. in Asin. v. sc. 2. 'Dicebam, pater, ne matri consuleres male.' Senec. Apocol. 'Dicebam vobis: Non semper Saturnalia erunt.' Ausonius Epig. XIII. 'Dicebam tibi: Galla, senescimus.' *Schef.* Ita Ovid. Amor. I. 14. 'Dicebam: Medicare tuos desiste capillos.' Propert. I. 9. 'Dicebam tibi venturos, irrisor, amores.' Ubi vide, quæ notat Passeratius.

Dixi] Ms. *Dixit*. Gud.

27 *Rapuistis*] Sic loquitur ad innuendam festinationem in eo negotio; supra dixerat, 'Colligunt res pretiosas:' item 'Nil sumis,' &c. *Schef.*

FABULA XXII.

Mons parturiens] Græcorum adagio fuit: Ὤδινεν ὄρος, εἶτα μῦν ἀπέτεκε. Notus est etiam vulgo versus Horatii: 'Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.' Item alter: 'Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?' de magnificis, verum inanibus, promissis et molitionibus. *Ritt.*

Mons parturiens] Horat. lib. de Arte. Fabulator ille nescio quis: 'Terra tumet, tumor ille gemit, gemituque fatetur Partum; pene perit sexus uterque metu. Dum tumeat tellus, monstrat se monstra daturam. Dicunt, et trepidant, et prope stare timent. In risum timor ille redit. Nam turgida murem Terra parit. Jocus est, qui timor ante fuit. Sæpe minus faciunt homines, qui magna minantur: Sæpe gerit nimios causa pusilla metus.' *Rig.*

1 *Mons parturibat*] *Terram* in montis locum surrogat Anonymus fab. 25. Sed convenientius est de monte: quæ vox proverbiali superlatione magnitudinem significat. Hinc 'Auri montes' apud Plaut. Stich. I. 1. 24. et Terent. Ph. I. 2. 18. ubi vide Chrestom. Boecl. voc. *aurum*. Et 'Aquæ mons' apud Æn. I. 105. Hinc explicandum nomen Aharonis: ut præsertim Hieronymi dictis monstrat non neminis ex eruditorum familia liber, mox fortasse proditurus, cui titulus: Illustramentum Novi Testamenti. *Prasch.*

Parturibat] Vide Serv. ad Virgil. Æn. VI. 468. Sic 'Audibam' Ovid. Epist. XIV. 36. Adde Voss. de Anal. III. 34. *Burm.*

Immanes ciens] Ms. *imma ne sciens*. Gud.

Digitized by Google

Ciens] Imitatio Virgiliana. Nam poëta sic Georg. III. de tauro: 'Extremosque ciet gemitus.' *Schef.*

2 *Exspectatio*] Sic loquuntur in re, magnum et memorabilem eventum habitura. Curt. III. c. 1. 'Circa Regem erat Phrygum turba, exspectatione suspensa.' Corn. Nep. Alcib. VII. 'Tanta fuit omnium exspectatio visendi Alcibiadis, ut ad ejus triremem vulgus confluerit perinde ac si solus advenisset.' *Schef.*

3 *At ille*] Ita habet ultima Rigaltii editio, Paris. An. 1630. excusa. Priores versum hunc habebant divisum in duos, adjectis asteriscis, tanquam quid deesset unicuique. Id perperam factum etiam Cl. Gronovius observavit in suis ad me litteris, et sic jungendum utrumque censuit. In edit. Rittershusii ante illa verba, *At ille murem peperit*, præmissum fuit, *quid ille pareret*, quod merito Rigaltius abjicit, rectissimeque Heinsius ex glossa, qua quis illud antecedens 'exspectatio' interpretatus fuerat, natum arbitratur. *Schef.*

At ille murem peperit] In prima editione Rigaltii hic versus suppletur, *Quid ille pareret; at ille m. p.* quod et Rittershusius approbavit. [Adeo ut diceret: 'Suavis est ista geminatio *τοῦ ille.*'] Sed verius est, plane nihil desiderari, si uno versu legatur: *At ille murem peperit. Hoc scriptum est tibi.* Gud.

Hoc scriptum est tibi] Videtur tale quiddam præcessisse: *Quicunque vidit* (vel, *inaudiit*), *risit: hoc scr.* Ritt.

4 *Qui magna cum minaris*] Κατάχρησις est in verbo *minari*, pro, polliceri. Ut Horatius: 'Atqui vultus erat multa et præclara minantis.' Id est, promittentis. Atque adeo *promittendi* verbum non aliter sæpe usurpatur. Petronius de sene Eumolpo: 'Senex canus, exercitati vultus, et qui videretur nescio quid magnum promittere, sed cultu non proinde speciosus.' Ubi accipi potest *promittere* de vultu, quasi ejus vultus insignem aliquam eruditionem promitteret, hoc est, præ se ferret. *Ritt.*

Magna cum minaris, extricas nihil] Petron. Satyr. *Grandiaque indomiti Ciceronis verba minentur.* Theophyl. Simoc. Euriades Cimoni: *Ἐπαγγέλλεις πολλὰ, καὶ πράττεις ὀλίγα, καὶ τὴν γλῶτταν ἔχεις ὑψηλοτέραν τῆς πράξεως. Rig.*

Extricas] Id est, absolvis, perficis, expedis, *κυρίως. Gud.*

6 *Minaris*] Id est, præ te fers, polliceris, jactas, &c. est autem imitatio Horatiana: 'Multa et pulcra minantem.' Et alibi, 'Atqui vultus erat præclara et pulcra minantis.' Ita et apud Homerum *Ἀπειλεῖν* (quod vulgo *minari* est) pro *καυχᾶσθαι* sumitur, annotante Eustathio pag. 1602. edit. Romanæ. *Faber.*

Extricas] Eleganter, ut notet producendi molestiam, velut e vinculis. Id enim innuit hoc verbum, atque ita usurpavit iterum Horatius, quem pariter hic, ut in præcedentibus, videri potest imitatus. Sic enim Serm. Sat. I. 1. 'Mercedem aut nummos unde extricat.' *Schef.*

Nihil agere, quod non prosit, fabella indicat] Omissus hic est versus Rigaltio, tanquam inutilis, præsertim cum in fine explicatio fabellæ sequatur, et sit ille ipse, qui supra allatus est lib. III. cap. 18. *Schef.* [Hanc Schefferi annotationem ipse Burmannus in Edit. 1698. ad initium notarum in seq. fab. inseruerat.]

Digitized by Google

FABULA XXIII.

Nihil agere, &c.] Ita hanc fabulam incipit editio prima Rigaltii; sed versus videtur perperam repeti ex lib. III. fab. 17. *Gud.*

Nihil agere, &c.] Idem versus totidem verbis fuit lib. III. fab. 17. nisi quod ibi pro, *indicat*, est, *admonet*. Traditur autem hoc vitæ humanæ utilissimum præceptum etiam a Seneca: quod in practicis quidem et in ποιητικοῖς verum est: sed in scientiis theoreticis fallit, ubi non ad utilitatem aliquam, sed ad se ipsam et ad humanæ mentis perfectionem contemplatio refertur: ut Philosophi docent. *Ritt.*

1 *Formica et musca*] Fabulam hanc illustravit Lucianus Ἐγκωμίῳ τῆς μυίας. *Nev.*

Formica et musca] Aphthon. in Fab. Theoph. Simoc. Ep. I. *Rig.*

Contendebant] Absolute, i. e. certabant inter se. Virgil. Ecl. VII. 'Hæc memini, et victum frustra contendere Thyrsin.' *Schef.*

2 *Pluris esset*] Supple, pretii. Cicero pro Rosc. 'Multo pluris est nunc ager, quam tunc fuit;' pro, est pretiosior: et sic sæpe. *Schef.*

4 *Immolatur*] Absolute. Cicero Divin. II. 'Cum pluribus Diis immolatur, qui tandem evenit, ut litetur aliis, aliis non litetur?' Cæterum *immolare* dicimus, cum victimam mola salsa conspergimus. *Schef.*

Exta prægusto] Lucianus: Οἱ ὀφθαλμοὶ ταύτῃ τὰ ὄψα ἡδύνουσι, καὶ βασιλέων αὐτῶν προγεύεται, καὶ ταῖς τραπέζαις ἐμπεριπατοῦσα συνεσθιᾶται αὐτοῖς, καὶ συναπολαύει πάντων. *Rig.*

5 *Moror*] Id est, habito, vivo. Vid. doctis. Muncker. ad Hygin. Fab. 52. Sueton. Neron. 33. licet dubia significatione, 'Morari inter homines desiisse.'

Inter] In aris. Plaut. Aulul. II. sc. 5. 'Deinde egomet mecum cogitare inter vias occepi.' *Schef.*

Templa perlustro omnia] Mallem hæc distincte scribere, *Moror inter aras, templa, perlustro omnia.* Nam illud *omnia*, cum ad sola refertur templa, vim non habet tantam. Plaut. in Mercatore II. sc. 3. 'Musca est meus pater, nihil potest clam illum haberi. Nec sacrum, nec tam profanum quicquam est, quin Ibi illico adsit.' Perlustro est, inspicio, examino. *Schef.*

6 *In capite*] Contemtum indicat. Quomodo apud Virgilium Æn. VII. 'Insultare capiti' habemus. *Schef.*

7 *Matronarum casta oscula*] Hypallage, pro, matronarum castarum oscula. *Ritt.*

Casta delibo oscula] Lucianus: Καὶ τὸ δῆγμα δὲ αὐτὸ, καὶ ἡ τοῦ αἵματος ἐπιθυμία, οὐκ ἀγριότητος ἀλλ' ἔρωτός ἐστι σημεῖον καὶ φιλανθρωπίας. ὡς γὰρ δυνατὸν ἀπολαύει καὶ τοῦ κάλλους τι ἀπανθίζεται. *Rig.*

Oscula] Blande, pro pusillis oris. Imitatione Virgilii, qui Æn. I. 'Oscula libavit natæ.' Et XII. ejusdem operis: 'Summaque per galeam delibans oscula, fatur.' Servius: 'Delibare, summum osculum dare, non pressum, sed summa labella contingens.' *Schef.*

8 *Laboro nihil*] Nullam rem laboro, ab omni labore sum liber. Ita Tacitus Germ. 45. 'Frumenta ceterosque fructus laborant.' Cic. Ep. XVI. 4. 'Nihil laboro, nisi ut salvus sis.' *Schef.* Malim *Nihil laboro.* Sic statim 'Nihil laboras.' *Heins.*

Laboro nihil, &c.] Lucianus: Ἀργὸς

Digitized by Google

δὲ αὐτὴ καὶ ἄνετος οὖσα τὰ ὑπὸ τῶν ἄλλων πονούμενα καρποῦται, καὶ πλήρης αὐτῇ παντοχοῦ τράπεζα. *Rig.*

Optimis rebus] Id est, delicatissimis, lautissimis: bonæ res dicuntur, quæcunque ad bene et laute vivendum faciunt; quo sensu P. Syrus dixit, 'Bonarum rerum consuetudo pessima,' et de Agesilao narrat C. Nep. c. ult. illum contemsisse splendida Regis Ægypti munera, et unguenta, coronas, et secundas mensas servis dispertiisse; addit postea: 'Quo facto, eum Barbari magis etiam contemserunt, quod eum ignorantia bonarum rerum illa potissimum sumsisse arbitrabantur.' Nep. Att. 13. 'Omnibus rebus optimis usus est.' Vide Gronov. Obs. III. 24. et nos ad Petron. 33. et 36. Sic 'Res Puteolanæ' et 'Lucrinenses' Ciceroni ad Att. IV. 10. ubi nihil mutandum. *Burm.*

9 *Rustica*] Quare sic appellet Phædrus, ostendit Rigaltius, ex illo Artemidori I. 26. Γῆς τε γάρ εἰσι παῖδες, καὶ εἰς τὴν γῆν καταβίουται. *Prasch.* Tangit genus vitæ ejus, quasi diceret: Tu ruri agis, ego in oppidis, aulis, templis, ubi omnia longe meliora. Scio aliter exponere Rigaltium, sed hoc convenit cum textu. *Schef.* Quanquam Schefferi interpretationem non repudio, nescio tamen, num rectius hic *rustica* dicatur formica, quod plane a bonis illis rebus abhorreret, et nihil voluptatis gratia admitteret. Sic Græci tales homines ἀναισθήτους dicebant, qualem Ægyptii censebant esse Agesilaum. V. Buch. ad d. l. C. Nepotis, et Bosii indicem in voce *bonus*. Vide tamen supr. ad fab. 63. *Burm.*

10 *Est gloriosus*] Responsio formicæ. Sic Cic. 'Magnificum et gloriosum,' sæpe. *Schef.*

Gloriosus] Ms. *glorioriosus*. Gud.

Invitatur, invisus] Ἀνταπόκλασις venusta. *Ritt.*

12 *Abigeris quo venis*] Pro, illuc unde venisti. Proverbiale quiddam sapit hæc formula, etiam sacris literis et Germanis nostris usitata: 'Abire unde veneris.' Cui similem observavi apud Guntherum. Significatur inanis et inrita profectio et machinatio. 'Illuc unde malum pedem tulisti.' *Ritt.*

Quo venis] Rittershusius ait poni pro, illuc unde venisti. Non admitto; nam est aliud *venis*, et aliud *venisti*. Itaque illud *quo* interpretor, quoquo, quocunque, in quemcunque locum venis, nemo te fert, sed abigeris. Imo potius pro *quo*, scribo *quum*, i. e. cum. Hoc ait: Cum, seu quando, venis ad ea loca, abigeris: nihil certius. *Schef.*

13 *Reges commemoras, &c.*] Versus hos transponendos censet Guietus, cui accederem; sed vellem potius ut primus interpositus esset: *Aras frequentas, &c.* Gud.

Commemoras et] Ms. *commemorasset*. Gud.

14 *Superba*] Sc. quod sedeas in capite Regis, et delibes oscula. *Schef.*

Superba jactas] Ms. Pith. et Rem. *Super etiam jactas*. Recte. Sed Pithœus, nulla ratione a libro suo discedens, perperam edidit, *Superba jactas. Super* est, insuper. Sic Virgilius Æn. lib. II. 'Cui neque apud Danaos usquam locus, et super ipsi Dardanidæ infensi,' &c. Sic ibi recte primarius codex Mediceus; neque aliter vetustissimus Mediceus. Servius: '*Et super*, id est, insuper, simul.' Vulgo in editis *insuper*. Hæc scripseram postquam etiam Salmasium ad Spartiani Pesc. Nigr. c. 2. hanc lectionem, allatis ex Horatio et Sammonico exemplis, asserere video. Sed satis illam tuetur Virgilii locus, quem in minutiis etiam amat imitari Phædrus. Itaque nihil muto. Sane si quid esset mutandum, legerem potius: *Stupor, etiam jactas, tegere quod debet pudor*. Quod propemodum nihil abit a veterum membranarum

Digitized by Google

scriptura: deinde sensui mire convenit. Neque enim liberalis, sed stupidi est ingenii, qui talia jactat. Et quam hic eleganter committuntur *stupor* et *pudor!* Amat istiusmodi allusiones Phædrus. Hinc illa in eodem versu, 'Monet' et 'Movet;' 'Auxilium' et 'Exitium;' 'Potius lædi, quam dedi.' Sed illud imprimis juvat, quod formica, quam musca *rusticam* vocat, merito convicium regerit; maledictis enim qui certat, ut ait Comicus, male audiat. Hæc respondere voluit, non lacessere; quod ab illa allatum est, sibi id esse relatum putet. Non poterat autem convicium concinnius nec latinius referre. Similiter Veronensis ille Latinarum Venerum parens, quem in deliciis habuit noster, de municipe quodam suo, homine insulsissimo: 'Talis iste meus stupor nil videt, nil audit.' Sed hæc utcunque se habeant, malo scriptorum librorum commodo sensui inhærere, quam conjecturis blandientibus ingenio indulgere. *Gud.*

15 *Nihil laboras, &c.*] Nam, ut eleganter et vere ait B. Ignatius Epist. IV. Μήτηρ τῆς ἐνδείας ἡ ἀργία. At contra, secundum alios, Ὁ πόνος οὐ μόνον εὐκλείας, ἀλλὰ καὶ πλούτου πατήρ. Multa in hanc sententiam habet Salomon in Proverbiis, et Siracides in παναρέτῳ σοφίᾳ: quæ cuique in promptu est apud illos legere. *Ritt.*

16 *Granum in hiemem*] Pisidas: Πρόελθε, μύρμηξ στοκλέπτης, ἐργάτης, &c. *Rig.*

In hyemem] Hyemis caussa. *Schef.* Sic Terent. Andr. II. 2. 'Olera et pisciculos minutos ferre obolo in cœnam.' Et Adelph. III. 3. 'Dare in sumtum.'

Congero] Proprie. Sympos. Ænigm. XXII. 'Non gero magna simul, sed congero multa vicissim.' Vide supr. ad fab. 19.

17 *Murum*] Id est, domum in plateis. *Heins.* Forte *trivium*. V. sup. fab. 27.

18 *Æstate me*] Ms. *Æstatem ela.* Gud.

19 *Mori contractam*] Muscæ vita brevissima. Lucian. Καὶ μόνοι ἀκάματος οὖσα, πάνυ γὰρ εἰς στενὸν ὁ βίος αὐτῆς συμμεμέτρηται. *Rig.*

Contractam] Inertem et inhabilem factam ad volandum a frigore. Imitatio Virgilii ex Georg. lib. IV. ubi de apibus, 259. 'Iguavæque fame, et contracto frigore pigræ.' Quanquam, cum hic sit *contractum frigus* dictum, ut *contractus morbus*, quem contrahimus, cum eo afficimur, plane censeam, non *contractam*, sed *contracta* Nostrum scripsisse. Non enim dubito, quin respexerit dictum Virgilii locum. *Schef.* Recte *contractam* legitur. Columel. VI. 16. 'Solent neglecta ulcera scatere vermibus, qui, si mane perfundantur aqua frigida, rigore contracti decidunt.' Et IX. 13. 'Nec non ille morbus est maxime conspicuus, qui horridas contractasque carpit.' Gell. IX. 16. 'Timor contrahit sanguinem, pudor diffundit.' *Heins.* Recte hic Heinsius deserit priorem de hoc loco sententiam, quam prodiderat ad Prudent. in Symmach. præf. lib. I. vers. 14. Vide et eumdem de hoc verbo ad Claud. IV. Cons. Honor. 244. Sueton. Aug. 80. 'Dextræ quoque manus digitum salutarem tam imbecillum interdum sentiebat, ut torpentem contractumque frigore vix cornei circuli supplemento scripturæ admoveret:' et ad ejus forte exemplum Tertul. ad Martyras cap. 1. 'Contractus et torpens tum coluber excantatus.' Ita 'Vermes contractos' dixit Vegetius de Art. Veterin. III. 4. Manil. II. 252. 'Tuque tuo, Capricorne, gelu contractus in astris.' Sic Erasmus recte et Latine Lucæ XIII. 11. Συγκύπτουσαν vertit *Contractam:* nam et ita de podagricis Seren. Sammon. 'Contractos nervos' dixit, cap. 43. et 55. Virgil. Georg. IV. 295. 'Exiguus primum, atque ipsos contractus ad usus, Eligi-

Digitized by Google

tur locus.' Et ita Tzetzes illa Hesiodi Oper. et Dier. 518. Τροχαλὸν δὲ γέροντα τίθησι, explicat per κακυφόνα, id est, incurvum, contractum. Hinc ad animum transtulit Seneca Cons. ad Marciam VII. 'Firmissimorum quoque animorum contractio:' ubi vide Lips. An vero apud Virgilium 'Contractum frigus' dictum sit, ut 'morbus' et similia, dubium facit Seneca qui de Ira II. 19. 'Frigidi mixtura timidos facit: pigrum est enim contractumque frigus.' *Burm.*

20 *Copiosa*] Omni rerum copia instructa. *Schef.*

21 *Satis profecto*] Non videntur apte hæc verba Formicæ dari, sed fabella finiri in priore versu. Quare forte legendum: *Satis profecto retudit superbiam Fabella talis, hominum discernens notas Eorum, &c.* Illud enim *profecto* est approbantis Phædri, ut sæpe Terentius et alii. Si vulgata placet, legerem per interrogationem, *Satin' profecto retudi superbiam?* Burm.

Retudi superbiam] Plures utrobique rationes suggerit Anonym. Fab. 36. *Prasch.*

22 *Talis*] I. e. hæc. *Schef.*

Notas] Signa, indicia, characteres. Senec. Ep. 96. 'Signa cujusque virtutis et vitii, ac notas reddentem.' Et 52. 'Nos ex illa prima nota non sumus.' Hinc *notatio*, apud Auctor. ad Heren. 'Notatio est, cum alicujus natura certis describitur signis, quæ, sicuti notæ quædam, naturæ sunt attributa.' *Schef.* Vid. ad Petron. 88.

FABULA XXIV.

4 *Simonides*] Historia hæc lucem capiet ex Ciceronis De Orator. II. c. 86. ubi prolixe narratur. *Nev.* De hoc multa Rittersh. ad fab. 78. Is fuit, qui tractandis rebus, quæ miserationem exigunt, excelluisse creditur. Vid. Voss. Comm. Rhet. II. 10. 5. Fuit σύγχρονος Theognidi Megarensi: a quo etiam in Gnomis appellatur. *Prasch.*

5 *Victoris laudem*] Talem, qualis victoribus tribui solebat, qui vicissent in spectaculo solenni, et reperiuntur plures apud Pindarum poëtam. Quanquam ego mallem scribere *Victori*, et ad *pictæ* referre. Qua in sententia cum nunc esse videam et maximum Gronovium ex ipsius Observationum editione postrema p. 682. vehementer mihi gaudeo. *Schef.*

Victoris laudem] *Laudem*, id est, laudationem. Suetonius Calig. c. 20. 'Victos victorum laudem componere coactos.' Hinc vulgata lectio apud Livium lib. VIII. p. 119. edit. Sigon. potest defendi; ubi pro 'funebribus laudibus' Muretus perperam conjiciebat *laudationibus*. Gud.

Victori laudem cuidam pyctæ ut scriberet] Quintil. lib. XII. 'Quum pugili coronato carmen, quale componi victoribus solet, mercede pacta scripsisset.' *Rig.*

Cuidam pictæ] Scopas is est, cujus familiæ meminit Theocritus, Idyll. XVII. *Nev.* Plaudo Cl. Ursino nostro, qui leg. *pyctæ*. *Pycta* Græcis *pugil* est: qua voce ex Latinis quoque utitur Plin. Hist. Nat. VII. 47. Quem *Pyctam* Phædrus, eundem 'Pugilem coronatum' nominat Fabius, qui, præter Cic. et Val. Max. laudatos Rittershusio, hanc fabulam recitat Inst. Or. XI. 2. *Prasch.* Id est, pugili. Pessime in edit. Rit. *picte*, pro, ornate, inquit. Sed aliud agebat. Ce-

Digitized by Google

terum hæc historia fuse et κατὰ πλάτος a Quintiliano narratur lib. XI. 11. Operæ pretium erit legere. Ibi pro *Granone*, restitue *Cranone*. In Thessalia enim *Cranon*. Faber. Pugili. Et sic Columella, Seneca, Plinius usurparunt, ut notavit optime Rigaltius, qui et isto modo primus ex codicibus bonis edidit. *Schef.* Nomen ante homini fuit Scopas, fortunato et nobili Cranone in Thessalia. Cicero de Orat. II. 86. ubi hanc historiam narrat, et Val. Max. I. 8. 7. *Freinsh.*

Pyctæ] *Pugili*, inquiunt Viri docti. Imo pugili coronato. Πύκτης Græcorum latius patet, quam Latinorum *Pugil*. Utraque vox significat primo eum, qui se pugilatu exercet, etiamsi tyro; deinde Græci eum etiam πύκτην vocant, qui pugillatu vicit, quod Latinis nunquam *pugil* significat, nisi victoriæ nota addita; sic 'pugil coronatus,' Quintiliano; 'Olympices Pugil,' Ciceroni; 'Pugil victor,' Horatio in Arte Poët. 'Quos Elea domum reducit Palma cœlestes, pugilemve equumve Dicit,' Od. IV. 2. 17. Hinc brevitatis caussa a Latinorum aliis receptа est veluti in civitatem vox Græca *Pyctes*; semper tamen pro pugile victore, ut hoc loco Phædri. Similiter Plinio H. N. VII. 'Euthymus Pycta:' Et Senecæ Nat. Quæst. lib. IV. 'Apollonius Pycta:' uterque pugilatu celebres meruere palmam. Ita et Columellæ lib. VIII. de Re Rust. c. 11. lepide Gallus in pugna et certamine adversarii sui victor *gallinaceus pyctes* vocatur. Verba sunt: 'Plerumque totum patrimonium, pignus aleæ, victor gallinaceus pyctes abstulit.' Julius Firmicus scribit Leporis sidus in horoscopo facere 'Pyctas Macherarios.' Heliogabalus, auctore Lampridio c. 25. 'gladiatores ante convivium pugnantes sibi et pyctas frequenter exhibuit.' Ita olim lectum, et postea a Casaubono ex Codice regio restitutum. Sed in Salmasii textu non exstat. Frequens est eo sensu in veteribus Græcorum Athletarum Inscriptionibus ΠΥΚΤΗΣ et ΔΙΣ ΠΥΚΤΗΣ. Latine recte verti potest *pyctes* et *bis pyctes*; perperam *bis pugil*, nisi addatur *victor*, vel *coronatus*. Hoc, etiamsi leviculum est, ad utriusque linguæ proprietatem monere visum est. *Gud.*

Pyctæ] Pugili: abecedariis notum. Sic apud Columellam, Senecam Nat. Quæst. initio libri IV. Plinium lib. VII. *Rig.*

Picte] Id est, ornate, splendide, ποικίλως. Sic *pingere* pro, ornare, supra quoque usurpabat lib. II. fab. 2. Quod enim Colero videbatur legendum, *ficte*, non probo; quamvis ille defendat hoc argumento, quod *fingere* Poëtarum sit proprium: et quia apud Nonium, 'Populum salute et fictis versibus Lucillius, quibus potest, impertit.' Malim quoque hic pro *Victoris* legere *Victori*. Nomen ei Scopas fuit, homini fortunato et nobili Cranone in Thessalia. *Ritt.*

6 *Certo conduxit pretio*] Plinius Epist. lib. III. ult. 'Fuit moris antiqui, eos, qui vel singulorum laudes vel urbium scripserant, aut honoribus aut pecunia ornare. Nostris vero temporibus, ut alia speciosa, ita hoc imprimis exolevit; nam postquam desiimus facere laudanda, laudari quoque ineptum putamus.' *Gud.*

Condixit] Ne te moveat Rittershusii editio, in qua scriptum *conduxit*, quod et in Notis expositum ab eo est: nam corruptum codicem sequebatur Rittershusius. *Faber.* Nil hic nos moratur Rittershusius, qui pravo codice est usus: *condicere* significat, promittere petenti. Cic. Ep. Fam. I. 'Nam cum mihi condixisset, cænavit apud me.' *Schef.* Nescio, an tam valde sit improbanda Rittershusii lectio *conduxit*, ut et Pithœus ediderat e Mss. quod mutavit Meursius: qui dicit: 'Simonides enim non conduxit, sed conductus erat.' Sed fal-

Digitized by Google

litur. Nam et illi *conducere* dicuntur, qui certo pretio aliquid faciendum aut præbendum conduxerunt. Fest. in *Redemtores*, ubi et *Condixerunt* alii legunt. Sic apud Cic. de Divin. II. 21. ‘ Redemtor, qui columnam illam de Cotta et de Torquato conduxerat faciendam:’ id est, certo pretio susceperat. Et ita in jure sæpissime, ut in l. 58. §. ult. l. 59. l. 62. ff. locat. cond. et in l. 25. §. 7. ff. eod. ex quibus apparet eleganter *conducere* dici de eo, qui mercedis et lucri gratia quid suscipit. Cicer. ad Q. Frat. III. 1. ‘ Tum is mihi respondit, se ipsum ejus operis H. S. XVI. conductorem fuisse.’ Ita etiam ‘ Locare’ dicitur, qui quid faciendum certo pretio alteri mandat: l. 5. §. 2. ff. de præscr. verb. quod et apparet, quod postea dicitur Simonides ‘ Opus approbasse,’ quod facere debebant conductores, ut patet ex l. 24. et 36. et 58. §. 2. ff. eod. nec tenebatur approbare, nisi conduxisset; et hæc ex formula solenni in locatione et conductione verba addebantur, ‘ Opus approbavit.’ Lepide ergo et salse hoc verbo utitur Phædrus, ut simul notet sordes Simonidis, qui mercenariam poësin habebat, quas et alii auctores in Simonide notarunt. Sic ‘ Conducti testes’ Ovid. Amor. I. 10. 37. et ita Quinct. Decl. XII. ‘ Classis nostra vecturam facit, et vicinarum civitatium copias mercede conducit.’ Ita enim scribendum putavimus, pro ignoto verbo *reconducit*. Vide et quæ olim ad Petron. cap. 101. notavimus. *Burm.*

Conduxit] Velut redemtor quidam operis, quem JC. vocant. Unde mox sequitur: ‘ Opus adprobavit:’ quod genus loquendi ex usu juris mutuatus est Phædrus: ut et alia quædam. Vide leg. 24. si in lege. in pr. et l. 36. opus: et l. seq. D. Locat. Brisson. lib. De formul. *Ritt.*

Secretum] Locum solitarium intelgit, meditationi ac carminibus aptum. Vide quæ scripsi in De Stylo cap. 13. *Schef.* Quod meditantium portus et asylum est. Ideo dicitur in Andria II. 4. 2. ‘ Venit meditatus alicunde ex loco solo.’ Secretum poëtarum sigillatim describit Auctor Dial. de Caussis Corrup. Eloq. c. 12. et attingit Plin. Ep. lib. IX. 10. Oratorum Quintil. Inst. Or. X. 3. Epicuri aliorumque Philosophorum P. Gassend. Vit. Epic. VII. 6. Digni, qui legantur, isti loci, tam ob suavitatem, quam opinionum discrepantiam: siquidem alii hortos ac nemora, alii clausum cubiculum, meditantibus commendant. *Prasch.*

Secretum petiit] Secretiorem amant secessum Poëtæ; nam ut ille: ‘ Carmina secessum scribentis et otia quærunt.’ Alio sensu apud Sueton. Calig. c. 23. ‘ Aviæ Antoniæ secretum petenti.’ Et Plin. Ep. I. 5. ‘ Regulus, illuc me persecutus, secretum petit.’ Ita hactenus Phædri hic locus intellectus: sed forte melius legi posset, *decretum petiit*. Fiebant enim decreta de victoribus; ex illo ergo decreto Simonides materiam carmini quærebat. *Decretum* hoc, τὸ δόγμα scilicet ἑλλανικοδόκων; talia enim δόγματα sive decreta perscripta fuisse discimus ex inscriptione Græca apud Fulvium Ursinum, quam vide apud Ant. Aug. de leg. n. 30. et apud Gruterum p. CCCXXVII. Vide et Pindarum et ejus commentatores, imprimis Prolegomena Olymp. et Pausaniam in Eliac. &c. Vide Fabri Agonistica. *Gud.*

Secretum petIt] Quia, ut Ovidius ait, ‘ Carmina secessum scribentis et otia quærunt.’ Unde nos ad Emblema de passere solitario in Centur. III. Joach. Camerarii V. Cl. sic faciebamus: ‘ Secessus præclarum aliquid meditantibus aptus. Namque boni in strepitu nil peperisse queas.’ Alludit eodem et Martialis. Scripsi autem *petIt*, pro, *petiit*. Quomodo

Digitized by Google

etiam præcedenti fab. 21. vel legendum, vel certe scandendum est, *perIt*, non *periit*, ut editum est. *Ritt.*

Petit] Mallem, *petIt*, ut cap. sup. 21. *perIt*, quomodo jam olim voluit et Rittershusius. Nam et reliqua efferuntur isto tempore. *Schef.*

7 *Exigua cum frenaret*] Cohiberet materia, propter suam exiguitatem, ut libero impetu non posset evagari, sicut alias erat suetus in argumento amplo. Cicero Ver. v. 'Ejus animum conscientia sceleris frenabat.' *Schef.*

8 *Usus poëtæ, ut moris est, licentia*] Salmasius distinguit, *Usus poëtæ, ut moris, est licentia.* An *Usus poëtici moris est licentia?* Quintilianus lib. II. 'More poëtis frequentissimo.' An vero *Usus Poëtæ memoris est licentia? Memoris*, id est, grati, qui non obliviscitur beneficiorum. Terentius Adelph. 'Scio te non usum antehac amicitia mea; Memorem me dices esse et gratum.' Cicero de Orat. 'Diligens, memor, sobrius Orator.' Tria verba illa, *secretum*, *materia*, *interposuit*, mire favent huic lectioni. *Gud.*

Usus poëtæ, ut moris est, licentia] Quintilianus: 'More poëtis frequentissimo digressus, in laudes Castoris et Pollucis exierat.' *Rig.*

Poëtæ moris] Malim, *Poëta.* An, *moris Poëtæ*, id est, Poëtici? Sed quis ille mos est, de quo dicit? Præceptum hic secutus est Simonides illud, quod inculcat Aristoteles in Topicis: Ut, si materia nobis inanior aut sterilior obtigerit, illuc orationem deducamus, ubi abundare, et, a proposito digredientes, velut in campo libere excurrere atque exultare possimus. Quod et Pindarum sæpe factitasse videmus, et Horatium aliquando. Eundem Poëtarum morem ornandi caussa usurpatum a Simonide fuisse etiam Cicero indicat. Ex illo enim sumta est hæc narratio, de Oratore lib. II. Sed non parum eam locupletavit et exornavit Phædrus, ut lectorem docebit collatio. Quamquam illud omisit, quod tradit Cicero, Simonidem hac occasione artem invenisse memoriæ, et ex eo, quod meminisset, quo eorum quisque loco cubuisset, demonstratorem uniuscujusque sepeliendi fuisse, cum alii neque Scopam, neque ceteros convivas, cœnaculi ruina oppressos atque obtritos, ullo modo internoscere potuissent. Vide et Valerium Max. l. I. c. 8. De Miraculis. *Ritt.*

Poëtæ moris] Cicero citato jam loco: 'In quo multa ornandi caussa Poëtarum more in Castorem scripta et Pollucem.' *Nev.* Cohærent hic, *licentia Poëtæ*, quæ intelligitur ea quam habet, ut poëta, qua talis est. Si quid autem hic mutandum, pro *poëtæ* scriberem *poëta.* Schef.

Ut moris est] Conjungunt illud *est* præcedenti *ut.* Ego mallem adjungere sequentibus, et referre ad *Usus.* Schef.

9 *Interposuit*] Inter ea, quæ proprie argumentum postulabat. Ita supra lib. II. prol. 'Interponere aliquid dictorum:' lib. II. 1. Cato: 'Interpone tuis nonnunquam gaudia curis.' *Schef.*

Ledæ] Ms. *Læde.* Gud.

Ledæ sidera] Intelligit Διοσκόρους (ita vocantur etiam in Actis Apostolicis XXVIII. 11.) Pollucem et Castorem: qui et communi nomine Castores. In Herc. Fur. Senecæ Act. I. vs. 13. Junoni dicuntur 'Clara gemini signa Tyndaridæ:' sed illo quidem loco male, viventibus adhuc ipsis, necdum in Deorum numerum relatis. Judicium est magni Vossii Inst. Or. v. 11. 7. *Prasch.* Non cohærent hæc, sed *sidera* pertinet ad *gemina.* Non enim erant Ledæ sidera, sed filii, qui simul fuerunt sidera, Gemini, itemque Castor et Pollux vocata. Vide Manilium, Hyginum et alios. *Schef.*

10 *Auctoritatem*] Hoc vult: retulisse Simonidem, quæ de simili Cas-

Digitized by Google

toris et Pollucis victoria memorantur, ac per comparationem istam cum hac victoria auctoritatem fecisse majorem illi. *Schef.*

Referens] Commemorans; de narrantibus, proprie. Ita sup. lib. III. 'Talem tum fabellam retulit.' *Schef.*

11 *Opus adprobavit*] Scilicet Simonides illi, qui sub certa mercede id ab eo exegerat. Solennia verba, sicut Rittershusius et Brissonius observant. Vitruv. IX. 3. 'Hiero coronam immani pretio locavit faciendam, et aurum ad sacoma rependit redemptori. Is ad tempus opus manufactum subtiliter regi approbavit.' *Schef.* Conductores approbabant; qui locaverant probabant. Unde male Quietus hæc verba ad Pyctam refert, cum Schefferus recte ad Simonidem pertinere vidit. Vide Gruter. ad Senec. de Clement. I. 15. Gronov. ad Senec. Natur. Quæst. VII. 16. Budæum in Not. posterior. ad Pandect. ad l. 7. §. 2. ff. ad l. Jul. repetund. et nos ad Quinct. Decl. VII. pr. *Burm.*

Opus adprobavit] Quis, et cui? Simonides scilicet Pyctæ, qui ejus operam condixerat. Solennis hæc formula, satis explicata commentatoribus. Inscriptio Beneventana:

C. BETVLEIVS. Q. F. FALEIVS. MONVMENTVM
FACIVND. CVRAVIT
SEIBI. ET. VXORI. EPIDIAE. P. F. NERIAE. EIDEMQ.
PROBAVIT.

E schedis Piccarti Reineius hanc edidit in Syntagm. Clas. 14. Insc. 94. haud paullo corruptiorem, et frustra tentavit mederi. In versu secundo legit NEREIDI, quasi vero *Neria* cognomen esse non posset; et sane mulieribus cognomen *Neria*, ut viris *Nerius* fuit. Inscriptio Romana, quam ex literarum forma ad Caracallæ tempora referebamus:

L. ABVCCIVS. NERIVS. ET. ABVCCIA. PIERIS
PORTICVM. SCAMNA. MENSAS
COLLIBERTIS. SVIS. SVA. PECVN. D. D.

Istius familiæ Abucciæ, ut hoc obiter dicam, detecta est, cum Romæ essem, ad viam Appiam Camera sepulcralis, in qua erant Inscriptiunculæ in dispositis ollis numero XLIX. in totidem tabellis marmoreis. Ejusdem tamen Abuccii Nerii parvulus marmoreus titulus Caietæ in Ecclesiæ S. Quirici visus fuit: forte id loci decesserat:

L. ABVCCIO. NERIO. COLLIBERTO
SVO. BENEMEREN. ABVCCIA. PIERIS
SIBI. ET. ABVCCIAE. PRISCAE
FILIAE. SVAE.

Sic 'Claudius Nerius,' et 'Sex. Rustius Nerius.' Fuit et fœmina tali gentilitio nomine. Romæ in cinerario quadrato marmoreo apud Herculem Ronconium:

M. NERIO. FAVSTO
NERIA. M. L. LAMPAS
PATRONO. SVO
MERENTI.
CASSIAE
HELPIDI.

Et familia Neria:

D. M.
NERIAE. AMIA
C. MVTIVS. SABINIANVS
CONIVG. B. M. F.

Beneventi. Cæterum nihil in hoc nomine *Neriæ* vitii; sed monstrum erat C. LENTVELLIVS Q. F. FALERIVS. Rectum est sine dubio BETVLEIVS. Aliquid vero latet in FALEIVS. An

Digitized by Google

Falernus cognomen? Ultima verba vitiose in schedis Piccarti, FIDEMQ. PROBAVIT. Nihil facilius fuit eo, quod ex Rhedii libro dedimus: EIDEMQ. PROBAVIT. Reinesius emendabat, Epist. XLVI. ad Rupert. p. 401. IDEMQ. 'Formula,' inquit, 'solennis circa operum publicorum curam, ut iidem, qui facere curassent, etiam probasse facta dicerentur.' *Gud.*

12 *Quum reliquam posceret*] Quasi vero pars, quam posceret, tantum una fuisset reliqua; at bonus ille Simonides, si Phædro credimus, ex mercede pacta nil, præterquam partem tertiam, accepit; restabant ergo duæ. Scribe ergo meo periculo *reliquas;* nisi quis malit, *reliquum;* ut est apud Ciceronem; vel *reliqua*, ut eodem sensu apud Tacitum dicuntur Cætera. Sic sæpe *reliqua* subjiciuntur aliis expressis partibus. Suetonius Jul. 83. 'Instituit hæredes sororis nepotes, C. Octavium ex dodrante, et L. Pinarium et Q. Pedium ex quadrante, reliquos in ima cera. C. Octavium,' &c. Ubi optime Lipsius conjecit, *ex quadrante reliquo.* Simili mendo calculi in ipsa hac historia laborant alii. Quintil. Inst. lib. XI. 2. Simonidis 'vulgata fabula est: Cum Pugili coronato carmen, quale componi victoribus solet, mercede pacta scripsisset, abnegata ei pecuniæ pars est, quod more Poëtis frequentissimo digressus in laudes Castoris et Pollucis exierat; quapropter partem ab iis petere, quorum facta celebrasset, jubebatur; et persolverunt, ut traditum est.' Ita circumfertur hodie; et sane haud diffitemur, quod absque veteribus libris prope nulla foret erroris suspicio. Primus Codex Mediceus summæ fidei et vetustatis, *abnegatam nei pecuniæ partem.* Neque aliter alii ex vetustioribus. Editiones primæ, *abnegatam ei pecuniæ partem*, perperam omisso, tanquam superfluo et nihili, ut falso putabant, *n.* Legendum est omnino, *abnegatas duas ei partes.* Illud n non est litera, sed numerus II. scriptumque fuerat, ut veteres solebant, *abnegatas II ei.* Id oscitantem Librarium adeo fugerat, ut tanto Auctori, haud contentus semel injuriam fecisse, alteram labem statim addiderit. Sequitur enim in membranis, *quapropter partem bis ab iis.* Quis non videt initio fuisse *partes II*, ex quo stupor iste suum *bis* formavit; cum *duas* scribere debuisset? Sed quam dixi veterem et veram lectionem, præter membranarum vestigia, quibus libenter inhæremus, facile Phædri hoc exemplum præstabit. Ciceroni vero, hanc historiolam De Oratore lib. II. narranti, ex hisce locis recte constitutis adversus plane similem corruptelam certissimum est remedium. Narrat autem 'nimis illum sordide Simonidi dixisse, se dimidium ejus rei, quod pactus esset, pro illo carmine daturum; reliquum a suis Tyndaridis, quos æque laudasset, peteret, si ei videretur.' Nihil absurdius hac lectione: si dimidium fuit, quod pactus fuisset, totius narratiunculæ finis, veritas, et gratia perit; nam non sordide fecisse dici potest, qui dat ex pacto, quod promiserat. Optime notarunt editores postremi vocem hanc *dimidium.* Quare si a Ms. aliquo abessent hæ voces, *dimidium* et *rei;* legerem *se tertiam ejus, quod pactus esset. Tertiam*, quemadmodum in aliis similibus numeris eleganter, ut partem subintelligas. Notus ex Suetonio facetissimus Ciceronis jocus in Cæsarem ejusque amicam Serviliam; 'Quo melius emptam sciatis, Tertia deducta est.' Sensu primo et simplicissimo, tertiam partem summæ; secundo et aculeato, filiam Serviliæ Tertiam intelligi, haud obscurum erat. Ita et Phædrus lib. I. fab. 5. 'Tum quia plus valeo, me sequetur tertia.' Tacitus Ann. lib.

Digitized by Google

IV. ' M. Lepidus quartam accusatoribus secundum necessitudinem legis, cætera liberis concessit.' Sic in jure ' Quarta Falcidia.' Cæterum illud *tertiam* plane eodem modo periisse suspicamur, ut in loco Quintiliani supra demonstravimus, quod compendio Veteres scribere solebant, III. qui numerus postea facillime neglectus, sive hunc pro litera m acceperint librarii rudes, sive in illud *nei*, quod hactenus contra fas et sensus rationem, instar putidissimi glossematis, locum hunc fæde maculavit, pro captu suo mutarint. Quod si cui mirum videatur, aut veteribus insolitum, ejusmodi numerorum notas adhiberi; is primum sciat, in vetustissimis membranis fere haud aliter reperiri; deinde id mirari plane desinet, si non tantum ' Tres,' ' Ter,' ' Tertium,' ' Ternum,' &c. ita notari; sed, quod magis novum est, triremes eodem plane compendio III. passim in vetustis Romanorum lapidibus scribi atque intelligi, quod omnium oculis exponam. Talis est lapis Puteolanus apud Gruterum p. IDLXI. 1.

D. M.
C. SENIO. SEVERO
MANVPLARIO. EX. III. FI
DE. NATIONE. BESSVS.

Indicis magni magnus Auctor, qui EX III. FIDE *ex cohorte tertia Fide* interpretatur, aliud agebat, cum illa scriberet; aut potius, quicunque tandem hæc atque ejus generis alia plurima παραράμματα ὅσα κόνις Indicibus cæteroquin adjecit. Scaligerum hunc fuisse, haud crediderim. Manipularius miles iste classis Prætoriæ Misenatium ex triremi FIDE fuit, quæ a παρασήμῳ et signo Fidei nomen acceperat; idque partim ex aliorum veterum monumentorum usu et ratione, partim ex ipso loco, quo exstitisse lapis dicitur (Puteolis nempe, hoc est, ad Miseni Portum sinumque, classis prætoriæ maris inferi celebrem certamque stationem), ignorare nemo poterit. Similes fere, sed paululum apertior, nobis observata est Inscriptio Ravennæ ad S. Mariæ in portico, ubi portus classis maris superi:

C. TREBONIVS. LVPVS. NARESSVS
MIL. EX. C. PR. III. PACE. VIX. ANN.
XXXVIII. MIL. ANN. XIIII. M. VALERIVS
RVFINVS. FE. PON. CVR. AMI. BENE. MER.

LVPVS, natione Naressus, e Dalmatis iis, qui apud Plinium hactenus levi mendo, ut hinc discimus, *Narestii* scribuntur, MILES EX Classis Prætoriæ Ravennatium TRIREMI PACE fuit, sic dicta, quod pictam sculptamve Pacis figuram puppe ostentaret. Similiter in Romano lapide, quem in hortis Cælimontanis Mattheiorum vidimus, IIII FORTUNA, est Fortuna quadriremis, ita appellata a Fortunæ tutela et παρασήμῳ, quæ duo si unquam diversa fuerint, ut alibi disputamus, iis temporibus sane nihil discrepabant. Lapidem hunc Romæ in hortis illis vidimus. *Gud.*

Reliquiam] Ut supra lib. I. fab. 31. et lib. III. fab. 4. *Ritt.*

13 *Reddent*] Optime, nec quidquam muto. Remittit Simonidem ad eos, velut debitores ad solvendum paratos. *Schef.*

Laudes duæ] Mendum fœdissimum, et a nemine tamen, quod mecum mireris, animadversum: lege et distingue: *Illi, inquit, reddent, quorum sunt laudes, duo.* Illi duo, quorum laudes sunt a te expositæ, solvent quod pretio deest. Quintilianus in hac ipsa historia: ' Quamobrem partem ab iis petere, quorum facta celebrasset, jubebatur.' Notandum autem arbitror quod ab eodem scriptore contra receptam de Tyndaridarum miraculo opinionem scriptum est. En tibi hominis verba: ' Quanquam,' inquit,

Digitized by Google

'totum illud de Tyndaridis fabulosum videtur, neque omnino hujus rei meminit poëta, non taciturus de tanta sua gloria.' Unde igitur, et quorsum tam late divagata illa fama est? nam passim hæc legas. Sed heus tu, nescis illud Lucretii, nimis, o nimis verum? 'Ideo jactant miracula dictis, Aut aliqua ratione alia ducuntur, ut omne Humanum genus est avidum nimis auricularum.' *Faber.* Quid? an ergo numerantur et laudes? scribo, *laudis duæ*, ut sit sensus: Illi, quorum sunt duæ reliquæ partes laudationis, reddant tibi, quod postulas; ego enim quod paetus sum, pro mea parte solvi. Faber putat, *duo*, ut respiciat antecedens *Illi*. Sed alterum rectius videtur. *Schef.*

Laudes duæ] Solœcismus. Sed scripserat Phædrus, ut Scheffero jam visum, *laudis duæ*; subaudi, partes; quod ideo omissum, quia jam proxime antecedat. Est autem elegans ellipsis et veteribus frequens, in numeralibus omittere partes. Cicero in Divin. 'Quam illa primarum:' ubi Asconius: 'Subaudi, partium.' Ad Att. Ep. I. 14. 'Amoris tibi primas defero.' Et de Nat. Deor. 'Ad quem Epicurei primas deferebant.' Et de Clar. Orat. 'Primas in causis agebat Hortensius.' Et de Orat. 'Ingenio primas concedere.' Sic et legendum in Acad. In omnibus vulgo additur *partes*. Gud.

14 *Verum ne*] Veteres editiones habuerunt, *ut ne*, quod probat Vlitius in doctissimis ad Cyneget. Commentariis, aitque eleganter abundare, ut in illo Gratii vs. 240. 'Et tamen ut ne prima fruentem pignora fallant.' *Schef.* Lege, *Verum ne ingrate te dimissum sentias.* Heins.

Ut ne ira te dimissum sentiam] Lego, *ut ne iratum te dim. sen.* Pithœus tamen in vetustiss. se legisse testatur: *irate te dim. sen.* Ritt.

Ne irate] Ms. Rem. *ut ne*. Sic Terentius And. IV. 2. 'Ut ne Pater per me stetisse credat.' Græci ἵνα μή. *Gud.*

Irate] Varie emendant *ira te, irate te, iratum te.* Nil probo, sed scripturam veterem retineo: contra autem illud *sentiam* non bene concoquo; quid enim *sentiam dimissum?* cur ipse metuit de se ne sentiat? scribo ergo *sentias.* Hoc dicit: Solvent illi duo, quos pariter mecum laudasti, reliquum. Ne tamen putes propterea, quod eorum laudes admiscueris meis, esse me iratum tibi, ecce signum certum amicitiæ, voco te ad cœnam. *Sentias* est, existimes, censeas. *Schef. Sentiam* probum videtur: nam si non promitteret ad cœnam, iratum inde colligeret Simoniden: nisi malles, 'Verum ut ne ingrate dimissum te censeas.' *Ut ne* Livio ademit Gronov. lib. XLV. 23. nescio an jure. Senec. de Benef. III. 10. 'An hoc indicamus, ut ne demus beneficia sine teste?'

15 *Ad cœnam mihi promitte*] Phrasis Plautina, qua ille in Menæchm. et Sticho utitur. Aliud est 'Condicere alicui ad cœnam,' vel 'Cœnam condicere,' vel etiam absolute, 'Condicere alicui,' apud eundem Plautum Sticho, et Ciceronem ac Suetonium. *Promittit ad cœnam* invitatus: *Condicit* qui prior et ultro seu invocatus denuntiat, se apud alterum cœnaturum, quod non nisi familiarissimi factitant. *Ritt.*

Promitte] Plin. Ep. I. 15. 'Heus tu, promittis ad cœnam, nec venis.' *Nev.* Formula invitantium propria, ut ex Plauto constat. *Schef.*

16 *Es in numero mihi*] Quid ita, inquies? Quia cum olim alicui blandiebantur, 'Patrem,' 'Fratrem,' &c. vocabant. Horat. Symmach. et alii. Inde ille nugator adolescens apud Terentium, Lenonem alloquens et eum cupiens flectere: 'Tu parens,' inquit. *Faber.* Ego te pro tali habeo, ego te inter cognatos meos numero, adeo non debes de ira quadam mea in te suspicari. Ita loquitur ex con-

Digitized by Google

suetudine veteri, qua blandientes ‘ Patrem’ aliquem aut ‘ Fratrem’ appellabant, teste Terentio, Horatio et aliis, ut hic Faber commode observat. *Schef.*

18 *Ne male dimissam gratiam cor.*] S. *Ne male dimissus:* vel lege, *Ne male DIS missam gr. cor.* Gud.

Male dimissam] Illud *male* refertur ad *corrumperet*. *Male corrumpere* est, imprudenter, et cum suo detrimento corrumpere, vehementius corrumpere, ut ‘ Male multare,’ ‘ Male odisse,’ et similia; *dimittere* est, ut in illo Ciceronis de Am. ‘ Est etiam quædam calamitas in amicitiis dimittendis nonnunquam necessaria.’ *Schef.* Lege, *Ne male dimissus gratiam cor.* Liv. XXVI. 20. ‘Tandem majore gratia, quam venerat, classis dimissa est.’ Et lib. XLIII. 14. ‘ Gratiosa dimissio.’ Et XLIV. 3. ‘Si Valerio Antiati credas, nec classe adjutum ab eo Prætorem esse, nec cum gratia ab consule profectum in Asiam.’ *Heins.*

Corrumperet] Perderet. Tacit. Ann. XV. 71. ‘ Veniam, quam ab Imperatore receperat, vanitate exitus corrupit:’ pro, fecit ut nulla esset. Sic multi alii. Sensus et ordo: Ne male corrumperet gratiam, si eam dimitteret, ac recusaret oblatam. Legit tamen amplissimus Gronovius: *Ne male commissam gratium dirumperet:* ac exponit: ‘ Amicitiam, tenui filo pendentem et vix cohærentem, prorsus dissueret. Commissam,’ addit, ‘ eleganter, ut Plumbo commissa,’ apud Juvenalem. *Male commissam*, ut Sueton. Octav. 17. ‘ Marci Antonii societatem semper dubiam, incertam, reconciliationibusque variis male focillatam, abrupit tandem.’ Horat. Ep. lib. I. 3. ‘ An male sarta Gratia nequicquam coit, et rescinditur?’ *Schef.* Si Heinsii conjectura placet, *gratiam corrumpere* explicem pro, amicitiam rumpere, ut Ovid. in Ibin 39. ‘Quam mihi sit tecum, positis quæ sumsimus armis, Gratia commissis, improbe, rupta tuis:’ nam aliter *gratiam corrumpere* dicuntur, qui beneficia dant maligne, non cito, non ex animo, &c. Senec. de Benef. I. 1. ‘ Ita gratiam omnem corrumpimus, non tantum postquam dedimus beneficia, sed dum damus:’ et ita hæc verba non Simonidem sed Pyctam spectarent. Pro Gronovii conjectura essent illa Petron. CXIII. ‘ Veritus ne inter initia coëuntis gratiæ recentem cicatricem rescinderet.’ An et huc possit facere Ciceronis locus ex Ad Fam. II. 16. ‘ Aut ut me existimares tam inconstantem, ut collectam gratiam florentissimi hominis effunderem?’ Sed vix puto. At hæreo in hoc loco. Voluisse tamen iterum avaritiam Simonidis notare Phædrus videtur, qui, licet fraudatus esset, nolebat tamen hominis tam nobilis et potentis gratiam perdere, ne inde in ludibrium veniret aliorum, qui, hoc exemplo moti, postea similem ipsi fraudem facerent; quare voluit interesse convivio, ne, si male dimissus, et ideo iratus abstinuisset, reliqui scirent ipsi mercedem pactam negatam. Veniebat et in mentem *Ne male divisam gratiam corrumperet:* gratia, quam solus debebat Pyctes, male erat divisa, et pars ejus reddenda Castori et Polluci assignata. Ne præterea suo facto Deos offenderet, quasi diffideret illos posse duas partes reddere, noluit eorum quoque gratiam sibi minuere. Nam *corrumpere* est, deteriorem, minorem facere, ut nullus inde ad nos fructus redeat. Sic Ovidius Amor. II. 19. 58. ‘ Corrumpis vitio gaudia nostra tuo:’ et Propert. II. 12. 11. ‘ Non juvat in cæco Venerem corrumpere motu:’ ubi vide Broukhusii notas. Heinsii tamen sequimur lectionem. *Dimittere* autem et *dividere* a librariis confundi didici ex Ovid. Met. III. 381. *Burm.*

19 *Rediit*] Accessit, venit denuo

Digitized by Google

Simonides. *Schef.*

Recubuit] Accubuit; Horat. Ep. I. 1. 'Si potes Archaicis conviva recumbere lectis.' *Schef.*

Recubuit] Poëtæ nonnunquam pro, accubuit; quod optimæ Latinitatis est; sed post Neronis tempora frequentari cœpit *recumbere*, quomodo Græci ἀνακεῖσθαι, ἀναπίπτειν. Horatius tamen Epist. I. 'Si potes Archaicis conviva recumbere mensis.' *Gud.*

20 *Splendebat*] Proprie hoc verbum de conviviis poni docuit Cerda ad Virgil. Æn. I. 637. et ita capienda illa Horat. Od. II. 16. 'Vivitur parvo bene, cui paternum Splendet in mensa tenui salinum:' ubi præ reliquis interpretibus sapere sibi visus Dacierius, *splendet* exponit, placet, jucundum est. Minime; sed vult poëta, non se desiderare splendentem magno apparatu et poculis, ut hic, mensam; satis ipsi esse, si splendeat salinum, hoc est, omnem mensæ splendorem sola absolvat et faciat: non 'capit' Horatium 'splendor argenti multi,' ut loquitur Sat. I. 4. 28. sed solius salini. Sic idem verbum ad focum et mundam mensæ supellectilem retulit Ep. I. 5. 7. 'Jamdudum splendet focus, et tibi munda supellex:' et eodem sensu, se 'splendidiorem dominum neglectæ rei' dicit, Od. lib. III. 16. *Burm.*

Hilare poculis] Virgil. Ecl. v. 'Et multo imprimis hilarans convivia Baccho.' *Prasch.*

21 *Læta*] Rigalt. edidit *læte*. Sed sic Faber, cum editionibus veteribus, quod probo. Nam est ita dictum, ut *hilare convivium*. Schef.

Resonabat] Virgilium respexit, qui Æn. XII. 'Resonant late plangoribus ædes.' Et sic alii. *Schef.*

22 *Repente quum*] Lege: *Repente quum juvenes duo sparsi pulvere;* vel quod melius est, *Rep. duo quum juv.* Vitat enim quantum potest . . . . . *Gud.*

Duo juvenes] Lege, *Repente eccum juvenes duo sparsi.* Vel *Repente eccum duo juvenes. Eccum* pro, ecce, non tantum pro, ecce illum. Plaut. Amph. 'Eccum Jupiter.' Terent. Eun. IV. 7. 'Ubi centurio est Sanga, et manipulus furum? Sa. Eccum adest.' *Heins.*

Sparsi pulvere, &c.] F. *diffluentes.* Sic de iisdem geminis Pollucibus, victoriam Romanorum a Perse Macedonum Rege reportatam nuntiantibus, cum loquuntur historici et alii auctores, sudorem et pulverem, vel etiam pulverem cruoremque, ipsis tribuunt. Vide L. Annæi, *sive Flori* lib. II. tit. De bello Macedon. 2. Symmachum Ep. lib. I. 89. Latin. Pacat. Drepan. Panegyric. Valer. Max. lib. I. c. ult. Lactant. lib. II. c. 8. *Ritt.*

23 *Diffluentes*] Plinius lib. XXI. 13. 'Nam et sudore diffluunt.' *Schef.*

Corpora] Quid est, *corpora?* num Græco more ponitur, pro, quoad corpora? Atqui sudor *non est, nisi in corporibus.* Lego igitur *corpore*, ac ad sequens *Humanam supra formam* refero: Habebat, inquit, majus et speciosius corpus, quam vulgo solent homines. *Schef.*

25 *Provocet*] Ms. *provocent.* Gud.

Provocet] Vocet e convivio. Plautus in Pseud. 'Herus si domi est tuus, quin provocas.' Similiter in Bacch. Act. III. Sc. 3. *Schef.* Terent. Eunuch. III. 1. 'Pamphilam cantatum provocemus:' ubi Donatus: 'Eleganter, quia ille foris est, hæc intus: illum ingtromittamus, hanc provocemus: hæc est in verbis Poëtæ germana proprietas.' *Burm.*

27 *Perturbatus*] Forte, *perturbatum.* Sed et servulus potuit esse perturbatus commotusque, conspectu tam augustæ formæ. *Schef.*

Excitat] Extra vocat. Nam *citare* est, vocare, ut superius dixi. Fabius lib. II. 2. ubi refert hanc historiam: 'Nuntio est excitatus.' Cic. de Or. II. 'Excitavi mœstum et *sordidatum*

Digitized by Google

senem.' Sueton. August. c. 14. 'Militem in quatuordecim ordinibus sedentem excitari per apparitorem jussit.' *Schef.* Male Schefferus. *Excitat* etiam in exemplis ejus est, jubet surgere. Vide ad Petron. XCVI. Apud Quinctilianum est 'Excitus,' in hac narratione. *Burm.*

Excitat] Id est, foras evocat: quod paulo ante dixerat, 'Provocat.' Sic infra lib. v. fab. 5. 'Concitat,' pro, Convocat. *Citare* pro, vocare etiam Guntherus noster sæpe utitur: ut 'In jus debere citari:' &c. *Ritt.*

Excitat Simonidem] Sueton. Aug. cap. 4. 'Cum spectaculo ludorum gregarium militem in XIV. ordinibus sedentem excitari,' &c. Quintil. 'Nuntio est excitus, quod eum duo juvenes equis advecti desiderare majorem in modum dicebantur.' *Rig.*

28 *Unum promorat, &c.*] Quintil. 'Nam vix eo limen egresso triclinium illud supra convivas corruit.' *Rig.*

Promorat] Ms. *moverat*. Gud.

Promorat] Terent. Eun. v. 3. 'Moveo. CH. Video; sed nihil promoves.'

Triclinio] Nota hoc loco, *triclinium* sumi pro conclavi et cœnatione ipsa, ut apud Vitruvium, Quintilianum, et alios. Fallitur Servius, qui negat de conclavi aut basilica dici. *Gud.*

29 *Camaræ*] Ita Festus: 'Camara, et Camuri Boves a curvatione, ex Græco, καμπὴ, dicuntur.' Ita Glossæ veteres: 'Fornix, camara.' Item: 'Camara, testudo.' Alii dicunt *camera*. Vide Nonium. *Schef.* Camara semper scribendum esse docuimus ad Petron. XXX. et ita 'Concamaratus' Suet. Aug. 90. et 'Concamaratio' in lapide apud Reines. I. 105. *Burm.*

Camaræ] *Camara, ἀψὶς, ὑπόστεγον.* Nicet. Chon. Ἦν καμάρα ὑπόστεγος. Vet. Gloss. '*Fornex*, Camara.' Vetus Interp. Juven. Sat. XIV. 'Mundentur parietes, vel camaræ.' Gloss. Isid. Ms. '*Camara*, testudo.' *Rig.*

Camaræ] Sic veteres libri, plane ut Græci; atque ita constanter lapides; nam vitiose Gruterus 862. 5. CONCAMERATVM: contra scripturam lapidis, quem vidimus. Nonii et similium corruptis lectionibus nihil movemur. Perperam igitur apud Nonium 'Camera' et 'Cameri boves.' Forte scripserat nugator: *Camira* et *Camiri boves*. Certe *Camiri*, *Camyri*, *Camuri*, in Virgilii Codicibus varie scribitur. *Cameram* tamen apud Lucretium legit Charisius, quem vide Gramm. Vet. pag. 43. *Gud.*

31 *Ordo*] Series. Notat maxima minimaque distincte exposita. Tacit. Ann. IV. 69. 'Ordinem fraudis, summque ipsi dedecus narravere:' et cap. 11. 'Ordo sceleris per Apicatam Sejani proditus.' Suet. Claud. 37. 'Nec dubitavit Claudius ordinem rei gestæ perferre ad Senatum.' *Schef.*

32 *Omnes sciernnt*] Pro, sciverunt, intellexerunt. Num potius est a, scisceie, ut innuat, hanc certam fixamque omnium sententiam fuisse? Ita censeo: et *sciverunt* Heinsius legendum putavit. *Schef.* Lege, *sciverunt* a, scisco. Liv. XXVI. 3. 'Id ei justum exilium esse scivit plebes.' Charis. lib. I. 'Omnium nominum, quæ sunt neutrius generis et in E terminantur, ait Plinius, Cæsarem scisse eosdem esse ablativos, quales sunt dativi singulares.' Dictys Cret. lib. v. e Ms. meo: 'Convivium publicum cœptum in honorem ducum scitorumque pacis.' Et paulo post: 'Auctor pacis ejus, scitorque cum Græcis amicitiæ.' Curt. lib. VIII. 1. 'Cæterum Macedones scivere gentis suæ more, ne pedes venaretur, sine delectis Principum.' V. Barth. Adv. I. 16. Gronov. ad Liv. XXVI. 16. *Heins.*

Numinum præsentiam] Castoris scilicet et Pollucis: de quibus supra sic dixit: 'Atque interposuit gemina Ledæ sidera.' Notum est enim, ex ovo Ledæ hos duos velut pullos exclusos esse. Unde Horatius: 'Nec ge-

Digitized by Google

mino bellum Trojanum orditur ab ovo.' Hi ergo gemini laudatori suo gratam hanc vicem rependerunt, ut eum ab interitu ac ruinæ oppressione eriperent incolumem. Sic alias quoque fructum pietatis retulit Simonides, quantumvis alioquin ob avaritiam male audiat. Cum enim ignotum quendam projectum mortuum vidisset, humavissetque commiseratione et humanitate ductus, et haberet in animo navem conscendere; per quietem moneri sibi visus est, ne navigaret, ab eo quem sepultura affecerat. Si navigaret, eum periturum esse naufragio. Itaque mutato consilio rediit Simonides, perierunt ceteri, qui tum navigarant: teste Cicerone De Divinat. lib. I. et Valer. Max. lib. I. 7. Usque adeo ne falsæ quidem religionis contemtus cuiquam impune abiit, nec ullum recte factum præmio suo caruit. Ἔστι δικαιοσύνης τε καὶ εὐσεβίης μέγ' ὄνειαρ, ut Musæo suo canit Orpheus. Τοῖς δὲ κακῶς ῥέξασι δίκης τέλος οὐχὶ χρονιστὸν Οὐδ' ἀπαράλητον, οὐδ' εἰ Διὸς ἔγγονοι εἶεν. Ἀλλ' αὐτῶν κεφαλῆσι καὶ ἐν σφετέροισι τέκεσσιν, Εἰλεῖται, καὶ πῆμα δόμοις ἐπὶ πήματι βαίνει: ut habet oraculum Sybaritis redditum apud Ælianum lib. III. hujus sententiæ: *Improba facta manet sua pœna; nec hanc mora tollit, Nec patet effugium, quamvis Jovis inclyta proles Sint, qui peccarunt: sed pœna supra caput astat, Persequiturque domum, et noxam excipit altera noxa.* Prioris regulæ exemplum præbet Simonides, posterioris Scopas cum suis. *Ritt.*

Numinum præsentiam] 'Quis curam neget esse te Deorum, Propter quem fuit innocens ruina?' Martialis Ep. I. 83. Adserenda hinc alia vetus lectio Quintiliani, loco citato: 'Et illos quidem non invenit, fuisse tamen gratos erga se exitu comperit.' Editiones primæ cum recentioribus Mss. *erga se eos exitu.* Scribe ex optimo Mediceo et altero pervetusto: *erga se Deos exitu;* atque id ex Phædri hoc loco plane confirmari videbit, qui integrum conferat. *Gud.*

EPILOGUS.

4 *Immodicæ*] Ms. *Immodica.* Gud.

Immodica offendunt] Πᾶν γὰρ τὸ πολὺ πολέμιον τῇ φύσει, inquit Hippocrates. Πάντων μὲν κόρος ἐστὶ, ut alius fecit: Καὶ γὰρ καὶ μέλιτος τὸ πλέον ἐστὶ χολή· Id est, *Mel quoque fel fiet, si nimium fuerit.* Malim autem hic *Immodicæ;* scilicet, argutiæ. *Ritt.*

Offendunt] Absolute; molesta sunt, ac tædiosa. Sic Cicero pro Clu. 'Bis apud Judices offendit.' Tac. Ag. 22. 'Honestius putabat offendere, quam odisse.' *Schef.*

5 *Chartis nomen, &c.*] Idem sibi et Cæsari, ad Trojam Hectoris tumulum lustranti, satis arroganter spondet Lucanus lib. IX. 'Invidia sacræ, Cæsar, ne tangere famæ; Nam si quid Latiis fas est promittere Musis, Quantum Smyrnæi durabunt vatis honores, Venturi me teque legent. Pharsalia nostra Vivet, et a nullo tenebris damnabitur ævo.' Juvenili quadam jactantia, par Homero sibi visus, parem æternitatis famam jam spe devorabat. Longe maturiori modestia Statius suam Thebaida dimittit: 'Durabisne procul, dominoque legere superstes, O mihi bissenos multum vigilata per annos Thebai?' Et statim post: 'Vive, precor, nec tu divinam Æneida tenta, Sed longe sequere, et vestigia semper adora.' *Gud.*

Nomen] Eleganter, *respecta famæ.*

Digitized by Google

Ita Seneca Epist. XXI. 'Possum mecum duratura nomina educere.' *Schef.*

6 *Latinis dum, &c.*] Cicero de LL. I. 2. 'Dum Latinæ loquentur literæ, quercus huic loco non deerit, quæ Mariana dicatur.' Ita Romani de perennitate suæ linguæ, quorum μεγαληγορία in vaticinium vertit. Quod Deus forsitan ita voluit, ut ea via ad eos pervenirent 'necessariæ commonitionis exempla: ut si virtutes, quarum istæ utcunque sunt similes, quas isti pro civitatis terrenæ gloria tenuerunt, pro Dei gloriosissima civitate non tenuerimus, pudore pungamur; si tenuerimus, superbia non extollamur:' ut huc accommodemus notabilia Hipponensis Episcopi verba de Dei Civ. v. 18. *Prasch.*

7 *Certe*] Sic supra: 'Donationis alapæ certe gaudio.' *Gud.*

9 *Poëtæ sunt molesti*] Qui justa opera conscribunt, quos recitantes non possis absque maxima molestia audire. Huc enim Noster respicit, quod a Rittershusio bene observatum est. *Schef.* Ad molestiam illam respicit Juvenalis principio Satyrarum: 'Semper ego auditor tantum? numquamne reponam, Vexatus toties rauci Theseide Codri?' Ubi Joan. Britannicus. Idem poëta Sat. III. 9. insuper summas urbis molestias refert, 'et Augusto recitantes mense poëtas.' *Freinsh.* Et Ovidius Art. Am. II. vs. 508. monet, 'Ne sua vesanus scripta Poëta legat.'

Poëtæ sunt molesti] Scilicet recitationibus suis: quibus frequentissimis fere enecabant homines. Nam, ut Horatius ait, 'Indoctum doctumque fugat recitator acerbus.' Tales Martialis describit tum alios Poëtastros, tum Ligurinum lib. III. quem uno et altero Epigr. perstringit hoc nomine. Talem Petronius Arbiter introducit in Satyrico Eumolpum, qui in triviis, in balineis, in conviviis sua hominibus quibuslibet carmina recitarit. Quantum tamen utilitatis habuerint recitationes vel poëmatum vel orationum inter amicos intelligentes recte et in loco usurpatæ a veteribus, ex Plinii Epistolis didicimus. *Ritt.*

LIBER V.

PROLOGUS.

1 *Interposuero*] Si dixero, Æsopum hoc aut illud fecisse, hanc recitasse fabulam. Hoc enim hic est *interponere*, nomen scilicet ejus addere, inserere fabulæ. *Schef.*

2 *Quicquid debui*] Fabulas ab Æsopo acceptas intelligit; eas ait reddidisse, quia sub ipsius nomine in præcedentibus proposuit. *Schef.*

5 *Inventant*] Eleganter, ad notandam callidam excogitationem doli ac commenti. Quomodo apud Terent. Geta in Phor. act. IV. sc. 3. 'Inveni, opinor, remedium huic rei.' *Schef.*

6 *Marmori adscripserunt Praxitelem, Myronem argento*] Praxitelis marmorea, et Myronis sive ærea sive argentea signa, quanto fuere in pretio, vel

Digitized by Google

unicus ille Ciceronis locus in Verrem lib. VI. ostendit, ubi statim initio: 'Praxiteles summo artificio marmoreum Cupidinem fecit illum, qui est Thespis, propter quem Thespiæ visuntur, nam alia visendi caussa nulla est.' Et statim de Myrone: 'Ex altera parte Hercules egregie factus ex ære: is dicebatur esse Myronis, ut opinor, et certe,' &c. Notum autem est, artifices Græcos operibus suis nomina sua adscribere solitos. Martialis Epig. lib. IX. 45. 'Alcidem modo Vindicis rogabam, Esset cujus opus laborque felix. Risit; nam solet hoc; levique nutu, Græce nunquid, ait, poëta, nescis? Inscripta est basis, indicatque nomen. ΑΥΣΙΠΠΟΥ lego, Phidiæ putavi.' Videatur de Praxitelis Venere et Myronis bucula ærea Auson. Epigr. 57. Cicer. Verr. VI. 'Signum Apollinis pulcherrimum, cujus in femine litterulis minutis argenteis nomen MYRONIS erat insculptum.' Statius Sylv. lib. I. 'Quicquid et argento primum vel in ære Myronis Lusit, et enormes manus est experta colossos.' Similiter in statuis et monumentis antiquis, quæ hodie exstant, occurrunt nonnunquam artificum veterum nomina; quorum memoriam conservare, interest non tantum antiquitatis sed veteris etiam picturæ sculpturæque studiosorum; a quibus, ut qualemcunque gratiam ineamus, quæ nobis sunt observata, occasione data, huc transcribere visum est. I. Augusti Clypeus (busto) Romæ in hortis Montalti, ΚΑΕΟΜΕΝΗΣ ΚΑΕΟΜΕΝΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΕΠΟΙΗΣΕ. II. Pugilis statua inferentis ictum, simulque eludentis, Romæ in hortis Borghesianis: ΑΓΑΣΑΣ (an scribendum ΑΓΑΘΙΑΣ?) ΔΟΣΙΘΕΟΥ ΕΠΟΙΕΙ. III. Herculis omnium præstantissima statua, Romæ, Paulo III. Pontifice, in ruderibus Thermarum Antoniniarum reperta, in palatii Farnesiani interiori porticu hodie conspicitur: ΓΑΥΚΩΝ ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΕΠΟΙΕΙ. IV. Homeri Apotheosis, in admirabili tabula marmorea, An. 1657. in Marinensi Columnensium Principum ditione reperta, Romæ hodie in Palatio Columnensi: ΑΡΧΕΛΑΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΕΠΟΙΗΣΕ ΠΡΙΗΝΕΥΣ. V. Herculis sedentis corpus, truncum capite, et pedum majori parte mutilum, in hortis Vaticanis: ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ΝΕΣΤΟΡΟΣ ΕΠΟΙΗΣΕ. VI. Duorum Græcorum incognitorum capita (busta) marmorea, in hortis Quirinalibus Aldobrandinianis: ΣΙΝΑΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Cur. Dati pag. 118. legit ΑΙΝΑΣ. VII. Pallas cum Casside, sive Galeata, in hortis Borghesianis:

—— ΤΙΟΧΟΣ supple ΑΝΤΙΟΧΟΣ
—— ΙΝΑΙΟΣ
—— ΠΟΙΕΙ supple ΕΠΟΙΕΙ.

VIII. Signum Marmoreum Στοργῆς, amoris mutui, inter parentem et filium, in hortis Ludovigianis: ΜΕΝΕΛΑΟΣ ΣΤΕΦΑΝΟΥ ΜΑΘΗΤΗΣ ΕΠΟΙΕΙ. IX. Venus, in Mediceis hortis Romæ: ΚΑΕΟΜΕΝΗΣ ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΣ. X. Herculis, ut videtur, thyrsum tenentis, sive Martis hastam tenentis figura, parvo cippo incisa, Romæ ad portam Flaminiam, in hortis Justinianeis, cui inter alia superscriptum artificis nomen: ΕΥΤΥΧΗΣ ΒΕΙΘΥΝ. ΤΕΧΝΕΙΤΗΣ ΕΠΟΙΕΙ. XI. ΣΕΛΕΥΚΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ. ΑΥΣΙΠΠΟΣ ΕΠΟΙΕΙ. In trunco statuæ antiquæ Seleuci Regis, eruderatæ in foro agonali, cum fundamenta Ecclesiæ S. Agnetis ponerentur, vidi Romæ. Citatur et inter Piccartinas, in epistolis Reinesii pag. 344. In Latinis adscriptum artificem non repperi, nisi unum in Pinu, in hortis Vaticanis: P. CINCIVS C. F. SALVIVS FECIT. *Gud.*

Praxitelem] Notus artifex: cujus, ut et Phidiæ, monumenta quædam adhuc Romæ extant, Bucephali et Alexandri statuæ. *Pruck.* Apposite autem marmori Praxitelem, argento Myronem adscribebant: quamquam enim et 'Praxiteles cælavit argento'

Digitized by Google

(Cic. de Divinat. I. 36.) tamen magis nobilitatus est marmore. Quo respicit Cicero de Divin. II. 21. 'Quasi non in omni marmore necesse sit inesse vel Praxitelia capita.' Myronis tamen etiam bucula, laudatissimum ejus operum, ex ære fuit. Vide Antholog. lib. IV. Tit. Εἰς ἀγάλματα ζώων. Plin. XXXIV. 8. 13. *Freinsh.* De hoc more inscribendi nomina sua operibus a se factis, vid. Gevart. Lect. Papin. lib. IV. cap. 9. et Gudii notas.

Suo Detrito, &c.] Edidi hunc versum cum sequenti, prout sunt in vetustioribus Editionibus. Rigaltius in postrema omisit *Detrito*, item *Fabulæ exaudiant Adeo fugatæ*, atque ex duobus versibus fecit unum, exemplo parum bono, nec codicibus antiquis sic suadentibus, quia ipse in editione priori, ad quam similiter Remensi Codice est usus, testatur, 'non esse in toto Phædro depravatiorem locum.' Neque ignorarunt vulgo viri eruditi, at medicinam excogitare omiserunt. Meursius ita censuit: *Si marmori adscripserunt Praxitelem, sui Demto, mirum! argumento.* At vero Salmasius in Exerc. Plin. *auro adscripsit Praxitelem suo, Trito Myronem argento, fabulæ exulant Ideo fugatæ.* Buchnerus legit, cæteris deletis: *Si marmori adscripserunt Praxitelem suo, Myronem argento*, vel, si nimium hoc videatur audax, post *argento*, *fabulas æquo audient Animo fucatas.* Tentavit et Ursinus locum hunc, et scripsit: *Detrito Myronem argento, ne exaudiant Adeo vulgata.* De quibus omnibus sententiis id quisque judicet, quod volet. Si quis autem ex me quærat, quid ego censeam, desperatum locum hunc sic quoquo modo arbitror sanari, ut minime recedamus a scriptura veteri, si legamus: *Si marmori adscripserunt Praxitelem suo, Trito Myronem argento. Fabulæ et audeant Odio fugatæ.* Solent, inquit, artifices novis operibus suis facere auctoritatem, inscripto nomine antiqui alicujus magistri, ut Praxitelis, Myronis, vel alterius, cum prius triverunt ea, ut imaginem et speciem antiquitatis præ se ferant, nam vetustate sola censebantur detritis imaginibus, ut docet Plinius lib. XXXIV. c. 12. Idem facere audeant etiam fabulæ, quæ nunc odio quodam habentur, ac rejiciuntur. Illud *odio* suadere videtur, quod sequitur, *plus vetustis nam favet Invidia:* ostendit enim de invidia odiove quid antecessisse. Cum hæc sic scripsissem, commodum ad me perferuntur literæ Cl. Gronovii, in quibus ita de hoc loco: 'Phædri primum, quem tentas, locum, habui semper pro desperato. Quid tamen olim venerit in mentem mihi, accipe. Conjiciebam: *Ut quidem artifices nostro faciunt seculo, Qui pretium operibus majus inveniunt novis, Si marmori adscripserunt Praxitelem suo, Trito Myronem argento: fabulæ exeant, Item fucatæ*, i. e. edantur, vel prodeant simpliciter fuco nominis Æsopi adornatæ.' Vix, opinione mea, dici quid aut cogitari potest aptius. *Schef.* Lege, *Qui pretium operibus majus inveniunt novis, Si marmori adscripserunt Praxitelem suo, Myronem argento; fabulæ exodiarius Addor togatæ:* Vel *exodiaria Addo jugatæ.* Sic 'Jugatæ virtutes' Ciceron. Apposite Gruter. Inscr. p. 637. 1. 'Sum victus ipse fateor a ter consule, Vero Patrono, nec semel sed sæpius, Cujus libenter dicor exodiarius.' Sic Plutarch. Alexand. in f. Ἀλλὰ ταῦτα τινὲς ἔφυτο δεῖν γράφειν, ὥσπερ δράματος μεγάλου τραγικὸν ἐξόδιον καὶ περιπαθὲς πλάσαντες. Et Pelopida, circa finem: Ὥσπερ φίλιστος ὑμῶν καὶ θαυμάζων τὴν Διονυσίου ταφήν, οἷον τραγῳδίας μεγάλης τῆς τυραννίδος ἐξόδιον θεατρικὸν γενομένην. *Heins.* Hariolari hic impune licuit adhuc viris doctis; sed si Gronovium audiamus, qui legit: *Praxitelem, luto Boëthum, Myronem argento, fabulæ et audiant Adeo* (vel *Æve*) *fucatæ*, monstrosissimus exibit versus, ne gravius dicam. Si et ipse vellem

Digitized by Google

in tenebris his divinare, legerem: *Praxitelem suo, Myronem argento. Fabulæ sic exeant A me fucatæ:* vel: *Trito Myronem argento; fabulæ audiant A me fucatæ: tritum argentum* aspero opponitur: *audiant* vero est, dicantur; fama eas dicet antiquas Æsopi, licet a me sint ornatæ et compositæ, nomine Æsopi interposito. Sed desperatum relinquamus locum. Adscripsit etiam Vir Nobilissimus sibi *Myronis* nomen suspectum, cum Plinius, ubi recenset argenti cælandi artifices, non *Myronis* meminerit, sed *Myos* mentionem faciat lib. XXXIII. c. 12. Et Pausan. pag. 51. Vid. et Scriv. ad Mart. Xenia. Epig. 93. Ad titulos hos inscriptos operibus respicit Statius Silv. lib. IV. 6. 24. 'Et non inscriptis auctorem reddere signis.' Plures titulos profert, et Gudio prolatos castigat Jac. Gronovius Thes. Antiq. Græc. præfat. tom. IX. *Burm. 7 Detrito Myronem argento, &c.*] Locus diutissime et vehementissime vexatus, quo non alius fere corruptior apud Phædrum. Itaque viros doctissimos mirum in modum exercuit, quorum plerique eum pro desperato habuere; ut Gronovius, Schefferus, Buchnerus. 'Non est in toto Phædro depravatior locus,' inquit Rigaltius, in notis ad secundam editionem suam; sed quarto decimo anno post, cum tertiam adornaret editionem, audacior factus, non tantum illud *Detrito*, quod nauci est, sed etiam totum illum paulo corruptiorem versum: *Fabulæ exaudiant adeo fugatæ*, nihil lectorem monens, tacitus, suique nimium securus, malo exemplo, clanculum ejecit; quem utraque Salmuriensis editio temere, ut solet, secuta est. Aliorum conjecturas quæ permultæ sunt, excutere nihil attinet. Laudamus conatus etiam infelices, dummodo ne sanæ rationis et verecundiæ fines exeant. Speramus autem, genuina lectione stabilita, Viros ingenio et judicio præstantes sua sponte veritati concessuros. Nobis certe, hunc locum diu multumque versantibus, blandientes permultæ conjecturæ in mentem venerunt; sed in iis animus, sui suarumque rerum contemtor, conquiescere non potuit, donec se offerret lectio, quæ, veritatis splendore statim se probans, severioris cujusvis judicii trutinam sustinere posse videbatur. Deprehendebam, primo removendum ineptum glossema, et nullius momenti illud *Detrito*, quod versum et sensum turbat; certe nullum habet commodum sensum: deinde, si illud removeas, statim versus dimidia parte in numerum et cæsuram redit, et gravissimo vitio liberatur. Sed cujus rei, inquies, hæc glossa est, unde nata? *Detrito* glossema est τοῦ νεου, quod Glossatori dubium et anceps videbatur; objici quippe a Sophista posse: Marmori aut argento novo, quod novum esse ipsa novitas prodit, quis pretium ponet ex adscripto vetustiorum artificum nomine? quis non statim advertet dolum? Itaque Phædrum explicaturus, iste in margine ad verba ejus, *novo marmori suo*, suum addidit glossema, quod postea in textum irrepsisse vides, *Detrito;* scilicet significans, magnum, sub antiquis nominibus artificum celebriorum, esse marmoreæ et argenteæ imagini pretium, re ipsa quidem novæ, sed, ne appareret novitas, clanculum detritæ. At vero ejus explicationis sive additamenti nihil necesse erat. Loquitur Phædrus, non περὶ τοῦ φαίνεσθαι, non de apparente veritate; sed marmor atque argentum vocat novum, ἐν τῷ εἶναι, quod revera novum erat, etiamsi fraude recentiorum artificum ita detritum esset, ut omnino vetus appareret. Neque opus erat, ut Poëta, brevitatis amans, diserte hoc adderet. Quis enim paulo peritior, vel olim vel hodie, ignorat, statuam aut iconem ex marmore aut argento novo factam, quo majoris lucri caussa antiquitatis

Digitized by Google

speciem præ se ferret, a fraudulentis artificibus et mangonibus passim deteri, aut variis modis simulato situ obduci? prisco ævo id factum Plinius tradit Nat. Hist. lib. XXXV. Inepto hoc glossemate sublato, cætera, quæ sequuntur, hactenus non intellecta, quod sensu careant, ita censemus emendanda: *Myronem argento; fabulæ exempla audiat Adeo fugatæ; plus vetustis his favet Invidia mordax quam bonis præsentibus.* Sic optime versus constabit; quod liquido sequentia et antecedentia evincunt: 'Sed jam ad fabellam talis exempli feror.' Qualis, quæso, exempli, si ejus nulla mentio in antecedentibus? Talis exempli, qualis dixi; hoc est, exempli e narratione, a nostris temporibus adeo remoti et fugati, petiti. Cicero Orat. ad Brutum, ubi de numeris agit: 'Nominibus veterum gloriantur, habet autem ut in ætatibus auctoritatem senectus, sic in exemplis antiquitas.' Quem totum locum videas. *Exempla* vero eo loco non pro fabulis, ut apud Phædrum, sumuntur. Error autem inde natus est, quod quondam scriptum fuerat; *EXa. audiant;* idque sequioris temporis exscriptores non animadvertentes, putarunt esse, *fabulæ exaudiant.* Sed *EXa.* compendio significat *exempla*, ut *EXm. exemplum; EXo. exemplo;* quod multis locis in membranis vetustis ostendi potest; sed earum qui qualemcunque usum habent, illud ignorare non possunt. *Audiat* vero referri potest ad 'Seculum nostrum,' quod præcessit; sive ad 'Invidiam,' quæ vox sequitur; et melius tum legas, *plus vetustis his favens:* ut Martialis Epigr. v. 10. 'Hi sunt invidiæ nimirum, Regule, mores, Præferat antiquos semper ut illa novis.' Si vero legas *exempla audiant*, erit, ut dicimus vulgo, 'Audit vir bonus;' sint exempla; pro exemplis audiantur. Salmasius ad Lamprid. et ad marginem libri legit: *Trito Myronem argento, fabulæ exulant Ideo fugatæ.* Et *tritum argentum* exponit, cælatum, unde 'Tritores' dicti, quos Græci *Τορευτὰς* vocant, ut habent Glossæ. Asscripserat et ante margini legendum *exodio.* Postea ea, quæ ad Lamprid. notaverat, margini adjecit, addiditque omnino ita legendum, in quo multum fallitur. *Gud.*

8 *Plus vetustis*] Plautus Casin. initio: 'Qui utuntur vino vetere, sapientiores puto, Et qui libenter veteres spectant fabulas.' Martial. Ep. VIII. 69. 'Miraris veteres, Vacerra, solos,' &c. Plinius Ep. lib. VI. 21. 'Miror antiquos; non tamen, ut quidam, temporum nostrorum ingenia despicio.' Vid. Sidon. Apolog. Ep. l. II. 8. et l. VIII. 11. Terent. Phorm. Prolog. *Rig.*

Plus vetustis] Eadem et Horatii (Epist. lib. II. 1.) querela est de iniquitate judiciorum, qua plerique præsentia, et quæ ante pedes sunt, fastidiunt; longinqua sola, aut vetusta admirantur, inque pretio habent. De eadem perversitate et Pindarus conqueritur Pythionic. III. et distichon tale fecit M. Bergius meus: *Ἀεὶ τὰν ποσὶν ὄντα παρατρεχόμεσθα μάταιοι, Κεῖνο ποθοῦντες ὅπερ μακρὰν ἄπωθεν ἔφυ.* Quod ita vertebam: *Longinquis inhiant, spernuntque domestica vani, Pro nihiloque putant, quod jacet ante pedes.* Sic nutrix ad Phædrum in Hippolyto Euripidea: *Οὐδέ σ' ἀρέσκει τὸ παρὸν, τὸ δ' ἀπὸν φίλτερον ἡγῇ.* Sic Democritus apud Stobæum *περὶ σωφροσύνης· Ἀνοήμονες τῶν ἀπιόντων ὀρέγονται· τὰ δὲ παρεόντα καὶ παρφχημένων κερδαλεώτερα ἐόντα ἀμαλδύνουσιν.* Et Joach. Camerarius gravissime, ut omnia, in eandem sententiam scribit in Appendice Iambornm Philæ: *Τῶδε δ' ἀμαθὲς καὶ σκαιὸν ἐστιν ἄρα βροτῶν Μωρόν τε φῦλον, κἀνόητον, ὥστε δὴ Τἀπόντα μαστεύειν ἀπρήκτοις ἐλπίσι Παπταῖνον ἀλλότριά τε πόρρω καὶ ξένα, Ἀγαθῶν τ' ἀεὶ καταφρονῆσ' ἐπιχωρίων.* Hoc est, interprete Gregorio Bersmanno: *Sic læva mens est et rudis mortalibus Fatua.*

Digitized by Google

que carensque intelligentia, irrita Ut persequatur spe petens absentia, Procul-que vestigans remota, rara-que, Popularium-que copiam fastidiat. Ausonius Idyll. XV. 'Spernimus in commune omnes præsentia.' Et Profess. VI. 'Dum spem remotam semper arcessis tibi, Fastidiosus obviæ.' Usque adeo sunt homines plerique δοῦλοι ἀπόντων, καὶ ὑπερφυεῖς τῶν παρόντων, ut ait severiss. scriptor Thucydides. Memini etiam apud Plinium similia legisse. Sed jam satis est. *Ritt.*

Vetustis] Plinius Ep. lib. I. 16. 'An si inter eos, quos numquam vidimus, floruisset, non solum libros, verum etiam imagines conquireremus,' &c. *Nev.* Mimnermus, qui et dictus Ligyastades: Δειλοὶ γὰρ ἀνδρὶ πάντες ἐοικότες ἐσμὲν εὐπλοείᾳ Ζεφύρου φθονήσαι, καυθήσεται δ' ἀϊδήσαι. *Prasch.*

Favet] Abusive, pro, minus nocet. *Schef.*

10 *Talis exempli*] Ms. *exemplo.* Posset legi: *Sed ad fabellam jam tali exemplo ferar.* Nam *fabella* nihil aliud est, quam, exemplum. Sic supra lib. III. fab. 10. 'Utriusque exemplum breviter exponam rei. Et l. IV. fab. 2. 'Adscribere hoc debebant exemplum sibi.' *Gud.*

Talis exempli] Quod probare possit sententiam de invidia dictam. *Schef.*

FABULA I.

1 *Phalereus*] Mallet N. Heinsius *Phalerius*, quia alterum penultimam producit. *Schef.* Error est, vide Scalig. ad Ann. 1709. Eusebii. *Heins.* Succurreretur versui, si legeretur: *Demetrius, qui Phalereus dictus est.* Burm.

2 *Athenas occupavit*] Vide Diog. Laërtium. Meminit ejus Meursius de Arch. Athen. IV. 15. f. *Freinsh.* Lege, *occuparat.* Heins.

Improbo] Injusto, contra leges, h. e. factus est tyrannus. At vero tale quidpiam de Demetrio Phalereo non legas. Num errore quodam Demetrium Regem cum hoc Phalereo confudit, quod putabat Scaliger ad Euseb. p. 130. ed. Jansonianæ? Non opinor, nec enim permittunt cætera. Potius existimo, secutum alios auctores, quibus nos non sumus nunc instructi. Præsertim cum ex Diodoro constet, Cassandrum subegisse Athenas, sublatoque imperio populari, dominationem instituisse ibi, ejusque curatorem adhibuisse hunc Demetrium Phalereum, ut mirum non sit, si Atheniensibus dictus fuerit tyrannus. Vide ipsum lib. XIX. et quæ habet Dion. Petavius Rat. lib. III. c. 15. Certe et Laërtius de Atheniensibus in vita ejus: Τὸ ἐπὶ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ἐπέγραψαν ἀνομίας, ὃς Φαβωρῖνος. Dicit, Phavorinum memorare, quod Imperii administrationem ejus incusaverint, tanquam legibus libertatique adversam. Ad quem locum verba Phædri, velut eadem prudentia, doctissimus Menagius notavit. *Schef.*

3 *Ruunt*] Eleganter, ad exprimendum cæcum et immoderatum studium. Plane sicut apud Tacitum An. I. 7. 'At Romæ ruere in servitium, consules, patres, eques.' Cæterum sic absolute posuit et Virg. Æn. IV. 'Idem omnes simul ardor habet, rapiuntque ruuntque.' *Schef.* Luxatus locus est, et ab interpunctione quoque laborat. Restituo: *U. m. e. vulgi, p. et c. ruit, F. subclamat. I. p. Tacite,* &c. *Ipsam osc.* &c. Meurs. *Ruunt* recte defendit Hoogstratanus noster, pro, homines ruunt.

Digitized by Google

Vide quæ ad Quinctil. Instit. II. 16. et ad Ovid. Epist. XIV. 42. *Burm.*

4 *Feliciter*] Tralatitia acclamatio. Juvenalis: 'Dictum, Feliciter; ingens Cœna sedet,' &c. Quod et centies apud alios reperias. *Faber.* Solenni acclamatione, quam olim annotavit et Brissonius. Consule Ferrarium de Acclamat. Veterum. *Schef.*

Subclamant] Scilicet, vulgus. *Ritt.*

Succlamant. Ipsi principes] Subscribo Rittershusio et Meursio, qui post *succlamant* punctum ponunt. Nam ad principes proprie pertinet ista manus osculatio, non clamor. *Principes* autem, præcipui cives, quomodo 'Principes Atheniensium' dixit Nepos vita Cimonis cap. 3. *Schef.*

Ipsi Principes Illam osculantur] Sic distinguendus est hic locus: qui antea fœde corruptus erat. Porro illud FELICITER solemnem fuisse acclamationis formulam, qua maxime quidem ad Duces et Imperatores, sed tamen nonnunquam etiam ad alios quosvis, quibus bene vellent, uterentur, constat: et annotavit quoque ampliss. Brissonius de Formulis lib. VIII. Cujus exemplis et hoc adde, et aliud e Gunthero nostro lib. IV. Ligurini: 'Omnibus egregie lætis, totaque caterva Adclamante viro faustum, Feliciter, omen.' Loquitur de Romanis Fridericum Ænobarbum excipientibus. De antiquissimo illo more osculandi manum in honore alicui habendo, vide Muretum Var. Lect. l. X. c. 1. et Lipsium Elector. lib. II. c. 6. cujus exempla magis quam Mureti ad hunc locum faciunt. Giphanius quoque adeundus in Scholiis ad Odyss. Π. Docet autem Plinius lib. XI. c. 43. dextram aversam osculis appeti solere, id est, partem ejus exteriorem. Quod tantum de osculo manus alienæ verum est. Nam propriæ pars adversa sive interior adoratur, hoc est, ori admovetur. De pedum vero osculo sciendum, id nimis servile atque abjectum fuisse habitum, et non nisi tyrannis exhiberi solitum. Vide Dionem in Caio Calig. et Capitolinum in Maximino. Porro Demetrius iste Phalereus (ut de ejus vita ac fortuna quædam annotemus) orator fuit, et Philosophus excellens, unus ex Theophrasti discipulis: ut Cicero quoque indicat de Off. I. Et extat hodieque ejus liber Περὶ Ἑρμηνείας, seu, De Elocutione. Est autem memorabile in eodem exemplum levitatis et inconstantiæ fortunæ auræque popularis. Primum enim in tantum honorem fuit Demetrius apud populum Atheniensem, ut ei trecentas ipsas statuas virtutis et meritorum ergo posuerit. Tandem vero usque adeo flagravit invidia, ut et solum vertere coactus sit, fugiens in Ægyptum: et 300. illæ statuæ omnes uno die per tumultum eversæ atque conflatæ fuerint. Vide Plutarch. Πολιτικ. Παραγγέλμασι, et Περὶ Φυγῆς: ubi ait, principe ipsum loco Alexandriæ fuisse inter amicos regis Ptolemæi, tantaque omnium rerum copia abundasse, ut non modo ipse sibi sufficere et patria facile carere, sed etiam Atheniensibus munera mittere potuerit. Ita nimirum τὸ τέχνιον πᾶσα γῆ τρέφει. Et: Ἄνας μὲν ἀὴρ αἰετῷ ποράσιμος, Ἄνασα δὲ χθὼν ἀνδρὶ γενναίῳ πατρίς· Id est: *Ut omnis aër pervius aliti est Jovis: Sic omnis forti patria est solum viro.* Edoctus igitur propriis eventis, quanta esset fortunæ instabilitas, scite correxit quosdam de ea versus Euripidis: ut annotarunt Plutarchus Παραμυθητικῷ Πρὸς Ἀπολλώνιον, et Joan. Stobæus Serm. ργ'. Cum enim ita fecisset Philosophus ille Scenicus: Ὁ δ' ὄλβος οὐ βέβαιος ἀλλ' ἐφήμερος, et: Ὡς μικρὰ τὰ σφάλλοντα, καὶ μ' ἡμέρα Τὰ μὲν καθεῖλεν ὑφθέν, τὰ δ' ἦρ' ἔνω: cetera quidem omnia, inquit, verissime dicta sunt ab Euripide: rectius tamen fecisset, si non unum diem, sed punctum temporis, omnia invertere dixisset: εἰ μὴ μίαν ἡμέραν, ἀλλὰ στιγμὴν εἶπε χρόνου. Est etiam memorabile

Digitized by Google

hujus Demetrii consilium, quod is Regi Ptolemæo dedit, teste eodem Plutarcho in Apophthegmatis Regum et Principum. *Παρῄνει γὰρ αὐτῷ τὰ περὶ βασιλείας καὶ ἡγεμονίας βιβλία κτᾶσθαι καὶ ἀναγινώσκειν. ἃ γὰρ οἱ φίλοι τοῖς βασιλεῦσιν οὐ θαῤῥοῦσι παραινεῖν, ταῦτα ἐν τοῖς βιβλίοις γέγραπται.* Monebat Ptolemæum, ut de regno et principatu recte administrando scriptos libros et commentarios sibi compararet atque evolveret. In his enim eum reperturum salutaria præcepta ac monita, quæ sæpe amici regii non auderent præferre. Consiliarii enim sæpe vel metu vel assentatione a vero transversi aguntur (' Obsequium enim amicos, Veritas odium parit,' inquit Comicus). At vero ut leges, ita libri cum omnibus eadem et communi voce loquuntur, nec erubescunt, nec adulantur vel regibus ipsis. Apud eundem Regem Ptolemæum adjuvit Demetrius laudatissimum illud institutum transferendi Biblia sacra ex Hebræa in Græcam linguam, quæ vulgo Septuaginta Interpretum versio appellatur. Didici hoc ex Clemente Alexandrino Stromat. lib. I. cujus hæc sunt verba: *Ἑρμηνευθῆναι δὲ τὰς γραφὰς, τάς τε τοῦ νόμου, καὶ τὰς προφητικὰς, ἐκ τῆς τῶν Ἑβραίων διαλέκτου εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶτταν φασὶν ἐπὶ βασιλέως Πτολεμαίου τοῦ Λάγου, ἢ ὅς τινες ἐπὶ τοῦ Φιλαδέλφου ἐπικληθέντος, τὴν μεγίστην φιλοτιμίαν εἰς τοῦτο προσενεγκαμένου Δημητρίου τοῦ Φαληρέως, καὶ τὰ περὶ τὴν ἑρμηνείαν ἀκριβῶς πραγματευσαμένου. Ritt.*

Principes] Ms. *Principis.* An principes civium succlamant, *Feliciter?* Vulgus imo ruens et concurrens solet hoc facere. Male distinxere omnes editores. Levi distinctiuncula, hactenus neglecta, rem totam vividiorem et saniorem faciemus: *Feliciter subclamant: ipsi Principes Illam, &c.* Gud.

5 *Illam osculantur*] Senec. de Ira II. 'Notissima vox est ejus, qui in cultu regum consenuerat. Cum illum quidam interrogaret quomodo rarissimam rem in aula consecutus esset, senectutem: Injurias, inquit, accipiendo et gratias agendo.' *Nev.*

Illam osculantur] Dio lib. LIX. de C. Caligul. *Ἐφίλει τε ὀλιγίστους· τοῖς γὰρ πλείστοις καὶ τῶν συμβουλευτῶν ἢ τὴν χεῖρα ἢ τὸν πόδα προσκυνεῖν ἔρρεγε.* Fabius Declam. CCXVIII. de Parasito: 'Cædentis manus oscularis, et ferrum portas, fame periturus, si ille nihil male fecerit.' Tacitus Ann. III. 'Cæterum tempora illa adeo infecta et adulatione sordida fuere, ut non modo primores civitatis, quibus claritudo sua obsequiis protegenda erat, sed omnes consulares, magna pars eorum, qui prætura functi, multique etiam pedarii senatores certatim exsurgerent, fœdaque et nimia censerent. Memoriæ proditur, Tiberium, quoties curia egrederetur, Græcis verbis in hunc modum eloqui solitum: O HOMINES AD SERVITUTEM PARATOS!' *Rig.*

6 *Tacite gementes*] Pacatus Paneg. Theod. A. 'Serenos ergo nubilis mentibus vultus induebamus: et ad illorum vicem, qui degustato Sardorum graminum succo feruntur in morte ridere, imitabamur læta mœrentes.' *Rig.*

Gementes tristem] Omissa præpos. pro, gementes ob tristem, &c. Cic. sæpius. *Schef.*

7 *Resides*] Desides, nil publice agentes. Virgil. Æn. VI. 'Otia qui rumpet patriæ, residesque movebit.' Puto autem intelligere Philosophos, qui passim nominantur *otiosi*; opponunturque iis, qui in republica munus aliquod gerunt. Ita Cic. Offic. I. 'Facilior, et tutior, et minus aliis gravis aut molesta est vita otiosorum.' Adde cætera, itemque quæ nos ibi annotavimus. *Schef.*

Sequentes otium] Vide Gronov. ad Senec. Œdip. 683.

8 *Ne*] Ms. *Ni.* Gud.

Ne defuisse noceat] Scilicet officio.

Digitized by Google

Sicut ea res Agesilao Oppiani patri Senatori Anazarbeo nequiter expetivit, quod Sept. Severo Imp. Anazarbum adventanti non occurrerat gratatum cum aliis ejus urbis optimatibus. Sed de hoc in vita Oppiani nostri. *Ritt.*

Ne defuisse noceat, repetunt ultimi] Pacatus: 'Quin et illud me impulit ad dicendum, quod, ut dicerem, nullus adigebat; non enim jam coacta laudatio et expressæ metu voces periculum silentii redimunt. Fuerit abieritque tristis illa facundiæ ancillantis necessitas, quum trucem dominum, auras omnes plausuum publicorum ventosa popularitate captantem, mendax assentatio titiliabat, quum gratias agebant dolentes, et tyrannum non prædicasse tyrannidis accusatio vocabatur.' T. Livius lib. I. 'Convenere extemplo alii jam ante ad hoc præparati, alii metu, ne non venisse frandi esset.' *Rig.*

Defuisse] Nempe, sibi, h. e. periculum afferat, tanquam contemnerent novum Regem. Illud *defuisse* supplet Rittershusius per, officio. Mihi poni pro, abfuisse videtur. Cicero ad Q. Frat. II. 6. 'Huic convivio puer optimus, quod perleviter commotus fuerat, defuit.' *Schef.*

Repetunt] Locus est inter corruptissimos: legendum enim *reptant ultimi*. Terent. 'Perreptavi totum oppidum.' Hæc ad oram libri notaveram, cum, missa ad me ex Urbe Rittershusii editione, idem ei in mentem venisse deprehendi. *Faber.* Mallet *reptant* Rittershusius. Idem probat Faber. Et notare vox hæc observantiam humilitatemque solet. Seneca de Vita Beat. c. 18. 'Ex ingenti intervallo reptabundus sequor.' At Jo. Tarino placebat *repunt*, ut testatur ad Laërtium Clar. Menagius p. 130. *Schef.* Luxuria et libidine solutum corpus indicat ingressus ille languidus, qui per *reptare* egregie exprimitur. Vide summum Gronov. ad Senec. de Vita Beat. 12.

Repetunt ultimi] Quid ergo? an τὸ FELICITER repetunt atque ingeminant? An *reptant* legendum? quod comprobari posse videtur sequentibus verbis: *Veniebat gressu delicato et languido:* nam sic qui incedunt, eos *reptare* dicimus, quasi testudineo gradu. Horat. Epist. lib. I. 4. 'An tacitum sylvas inter reptare salubres.' Seneca de Vita Beata, c. 18. *Ritt.*

9 *Menander*] *Diopithis et Hegesistrates F. de quo multus est apud omnes rumor, Novæ Comœdiæ poëta. Strabis quidem oculis, sed acuto ingenio, et insanus mulierum amator. Scripsit comœdias* CVIII. *et epistolas ad Ptolemæum Regem, et alias plurimas orationes prosæ:* Suidas. *Freinsh.*

10 *Ipsum ignorans*] Ignorare aliquem idem est quod, nullius coloris novisse, de facie non novisse: tralatione deinde eleganti, mores animumque alicujus nondum satis cognovisse. Sic Chremes Terent. 'Et me ignoras, Clinia.' Et statim apud hunc: 'Ut possis alios ignorantes fallere.' Quod explicatur Horatii loco Sat. I. 3. 'Heus tu, Quidam ait, ignoras te? an ut ignotum dare nobis Verba putas?' *Schiop.* Hic proprie capienda vox est *ignorans:* illa metaphorica non habet locum. *Freinsh.* Vultum ejus, faciem. Cornel. Arist. I. 'Respondit, se ignorare Aristidem, sed sibi non placere, quod cupide elaborasset, ut præter cæteros Justus appellaretur.' Sic Terentius et alii. Aliter et sensu proprio accipiendum hoc existimat Freinshemius. Sed vix persuadet, quando proprie non ignorabat eum, cujus legerat et nomen sæpe, et carmina cognoverat. *Schef.*

11 *Viri*] Cum dignitate ponitur. *Schef.*

12 *Delibutus*] Citat hunc locum illustratque Rigaltius ad Artemid. pag. 35. *Prasch.* Proprie. Vide Rigaltium ad Artemid. p. 35. quem locum commode hic Praschius adnotat. *Schef.*

Digitized by Google

Hinc 'Mundum' Menandrum dici a Propertio IV. 5. 43. notat Broukhusius; quamvis ego ad elegantiam sermonis referre illud epitheton malim. *Burm.*

Vestitu affluens] Talis erat olim delicatorum et beatulorum vestitus. Horatius adversus Menam: 'Cum bis sex ulnarum toga.' Contra autem tenuiorum arcta toga fuit: 'Arcta decet sanum comitem toga:' Epistola lib. I. 18. Plato vero in Alcibiade I. cum vitam luxuriosam describit, ei quoque attribuit ἱματίων ἕλξεις. Locus est adscribi dignus: Εἰ δ' ἂν ἐθέλεις εἰς πλούτους ἀποβλέψαι, καὶ τρυφὰς καὶ ἀσθήτας, καὶ ἱματίων ἕλξεις, καὶ μύρων ἀλοιφὰς, καὶ θεραπόντων πλήθους ἀκολουθίας, τήν τε ἄλλην ἀβρότητα τῶν Περσῶν, αἰσχυνθείης ἂν ἐπὶ σαυτῷ. De veste actoris tragœdi, qui talem in theatro gerebat, dixit etiam Horatius: 'Traxitque vagus per pulpita vestem.' Inde natum σύρμα (id est, tractus) in re vestiaria, quod etiam de serpente, posteriorem corporis partem trahente, dicitur apud Dionem Chrysostomum Oratione v. quod scio neminem monuisse, ne Henricum quidem Stephanum. *Faber.* Vlitius ad Nemes. v. 92. citat *effluens* contra, quam in editis reperitur. Mihi potius videtur, *vestitu ac fluens.* Nisi quis existimet respexisse Livium Andron. qui alicubi 'Asiatico ornatu affluens' usurpavit. De quo tamen, quia verba non sunt integra, nil pronuncio. Est autem *affluens vestitu*, qui vestitu fluxiore incedit. Et sic solebant delicatiores mollioresque: vestem prolixam longeque demissam post se trahebant, ut ex Horatio et Platone Faber docet ad hunc locum. Vide et quæ habet maximus Salmasius ad Tertulliani Pallium, p. m. 339. Mallet effluens et Cl. Gronovius Observ. lib. II. 7. Et dixerat Tibullus: 'Efflult effuso cui toga laxa sinu.' Verum ipse adeatur. *Schef.* Sic Livius in Laodamia apud Priscian. lib. X. 'Quæpiam alia te illo Asiatico ornatu affluens.' Sed legendum forte *vestitu fluens.* Sic 'Vestifluus Lydius' Petron. et 'Vestifluus Ser' Auson. in Technop. et 'Vestis fluens' Propert. Hinc apud Homer. Ἰάονες ἑλκεχίτωνες, ubi v. Eustath. et Τρῳάδες ἑλκεσίπεπλοι. Et 'Trahere vestem,' apud Plaut. V. Salmas. ad Tertul. Pall. p. 339. Potest et sumi *vestitu affluens*, pro, divite vestitu. Sic apud Plaut. 'Habere vestem.' *Heins.*

13 *Gressu*] Ms. *gresso.* Gud.

Gressu delicato et languido] Κεκλασμένου βαδίζων. De Menandri luxu accipiendus est hic Tertulliani locus libro de Pallio: 'Prorsus si quis Menandrico fluxu delicatam vestem humi protrahat, audiat pone se, quod et Comicus: 'Qualem demens iste chlamydem disperdit!'' *Rig.*

Delicato] Molli, effeminato. Male Rittershusius refert ad superiora, sermo namque est peculiariter de Menandro. *Schef.* Petron. c. 126. 'Quo incessus tute compositus, et ne vestigia quidem extra mensuram aberrantia.' Et in specimine belli civilis: 'Fractique enervi corpore gressus.' Catul. Carm. 41. 'Mimice incedere:' ubi v. Scalig. Sed huc verba Bruti, quæ refert ex Cicerone Fabius Inst. lib. VI. 3. maxime faciunt: 'Næ illi sunt pedes faceti ac delicüis ingredienti molles.' *Burm.*

15 *Quinam*] Ita Faber et vetusti alii. Rigaltius edidit *Quidnam.* Hinc Cuperus Obser. lib. II. cap. ult. *Quidnam? Cinædus, &c.* Posses quoque ita scribere, *Quid? Num Cinædus ille.* Sed præfero *Quinam*, quia ponitur cum admiratione quadam temeritatis, quæ non inest interrogationi, et vocabulo *Quid*, ut quæ solam indignationem monstrat. *Schef.*

Qui nam Cinædus] F. et hic legend. *Quis nam.* An, *Qui nam*, id est, Quomodo, quo ore, qua fronte? *Ritt.*

Quinam cinædus ille] Ms. *Quisnam.* Distinguendum ita: *Quinam Cinædus*

Digitized by Google

ille? In conspectu meo Audet venire? Gud.

Ille in conspectu meo Audet venire] Plane ad istam faciem dixit Symmachus Epist. lib. VII. 67. 'In conspectu amicorum se esse venturum.' *In conspectu venire*, pro, in conspectum. Similiter et Nazarius Panegyrico: 'Quamvis cœlestia sub oculis hominum venire non soleant:' pro, sub oculos venire. Sic alii contra, 'In mentem esse,' pro, in mente: 'In honorem,' pro, in honore. Vide G. Schioppi mei Suspect. Lectiones Epist. lib. I. 17. De his talibus dixi etiam in Exercitationibus Epistolicis ad Ausonium. *Ritt.*

In conspectu meo] Ita Cicero: 'Veni in senatu.' Notat Scaliger ad Manilii lib. V. ubi poëta: 'Quum venit in regione tuæ, Capricorne, figuræ.' Lactant. I. cap. 11. 'Aureos nummos largiter in sinu ejus infudit.' Ita enim legitur in optimo Ms. Cæsaraugustano, non *in sinum*. Curt. IV. cap. 9. 'Satropacem directa in gutture hasta transfixit.' Sic omnes veteres, nec muto cum viro eruditissimo. Adde Vossium de Constr. c. 65. et quos ibi laudat. *Schef.* Sic apud Hirtium de Bel. Gall. lib. VIII. 8. Daviesius ex Mss. et antiquis Editionibus legit, 'In conspectu hostium exercitum adducit:' et cap. 23. 'Statuisse Comius dicebatur, numquam in conspectu cujusquam Romani venire:' et c. 27. 'Etsi nondum in conspectu venerat hostibus;' et alibi. *Burm.*

16 *Proximi*] Qui ex amicis vel ministris circa Demetrium erant. *Schef.*

17 *Hic est Menander*] Mart. Epig. V. 13. 'Sed tota legor urbe frequens, et dicitur, HIC EST.' Ita Græcis Οὗτός ἐστι. Plin. Epist. lib. IX. 23. 'An si Demosthenes jure lætatus est, quod illum annus Attica ita demonstravit, Οὗτός ἐστι Δημοσθένης, ego celebritate nominis mei gaudere non debeo?' Sic Lucian. in somnio: Τῶν ὁρώντων ἕκαστος, τὸν πλησίον κινήσας, δείξει σε τῷ δακτύλῳ, Οὗτος ἐκεῖνος, λέγων. *Nev.* Vid. ad Vellei. I. 11. 3.

Hic est Menander scriptor] 'At pulchrum est, digito monstrari, et dicier, Hic est,' Pers. Notum est illud de Demosthene: Οὗτος ἐκεῖνος ὁ Δημοσθένης. Scriptores porro κατ' ἐξοχήν dicuntur apud bonos auctores οἱ κωμῳδιδάσκαλοι. *Ritt.*

Scriptor] Sic secundum excellentiam vocari Comicos Poëtas censet Rittershusius. Ego puto dictum apud veteres *scriptorem*, quisquis scripto publicasset opus. Donatus Adelph. prol. 'Indifferenter omnis, qui aliquid scripeisset, *scriptor* a veteribus dicebatur.' Ita 'Belli Trojani scriptor' apud Horatium legitur de Homero. Cicero Lysiam oratorem 'Vetustissimum scriptorem' nominat. Similia de Historicis leguntur. *Schef.*

FABULA II.

Hæc fabula in Ms. conjungitur cum præcedenti. *Gud.*

Viatores] Forte ita suppleri posset fabula: *Iter per silvas forte facerent cum duo: Quid? si latrones, inquit unus, advolent, Et nos infesto imbelles ferro invaderent? Ne timeas, inquit alter, hac ego manu, Latrones toties qua feroces perdidi, Iter securum solus præstarem tibi, Et tu virtutis stares spectator meæ. Dum pergunt, subitus ex insidiis exilit Stricto mucrone latro. Qui jactaverat Verbis virtutem, socium deserens fugit, Et pugnæ eventum spectans restitit pro-*

Digitized by Google

cul. Alter ruentis in se sustinet impetum, Et vindicavit, &c. Burm.

Hunc elegantem, sed ἀκέφαλον, apologum in gratiam adolescentum supplebimus, ut quibimus. Fingamus itaque talia quædam præcessisse: *Iter duobus unum erat sociis viæ, Qui læta rerum et nubila ex æquo omnia Communia ambobus fore promiserant. Dum progrediuntur, transeundum eis nemus Obicitur, opacum densis arborum comis. Hic obvius cum latro eos invaderet Alter, cuti suæ timens, periculo Se liberavit, adhibito auxilio pedum: Remansit alter, et latroni restitit, Cui conserens manum obtulit justam necem, Et vindicavit sese, &c.* Titulus fabulæ esse potest talis: *Viatores duo in latronem incidentes.* Ritt.

3 *Vindicavit*] In libertatem ab imminente morte. Quod fortasse præcessit. Quanquam et hoc modo Velleius I. c. 1. ' Se etiam a Pyrrho, Achillis filio, vindicavit virtute.' Cæterum historia, quam tangit, non multum est dissimilis illi apud Ælianum Var. lib. III. 44. quam secunda vice Argentorati publicatam, Typographus tam male habuit, amissis plerisque schedis meis, in quibus quid addi, quid demi, immutarive vellem, annotaveram, ut editionem aliam primo quoque tempore publicare festinem. Id quod significandum in tempore fuit, ne culpa aliena mihi tribuatur. *Schef.*

4 *Timidus*] Lego, *tumidus a. c.* Id est, ferociens jam occiso latrone. Simile mendum sustuli supra fab. 15. *Meurs.* Bene: non *tumidus*, ut vult Meursius. Hoc vult, eum, qui hactenus fuit timidus, et stetit e longinquo, nunc accurrisse; simulque illo *accurrit* pulchre notat simulationem studii et ardoris. *Schef.*

5 *Rejecta penula*] Quintil. XI. ' Amictus quoque habet actum quemdam velut prælientem.' *Rig.*

Rejecta penula] Veste peculiari eorum, qui faciebant iter, ex corio vel coacta lana, pluviis arcendis, cum pileo a tergo, forma cuculli. Vid. Ferrarium de Re Vest. II. 7. *Rejecta* est, remota ad tergum, ne libertatem brachii manusve impediret. Suet. August. c. 26. ' Princeps legationis rejecto sagulo ostendit gladii capulum.' Non assecutus est Interpres Gallus; ideo scripsit: *jettant son manteau par terre.* Schef. Vide quæ nos ad Ovid. Met. II. 582. notabimus.

6 *Cedo*] Terent. Andr. IV. sc. 5. ' Cedo, cujum puerum hic apposuisti?' Donatus: ' Cedo idem significat quod, dic, et, da mihi; et est dictum cum quadam fiducia, et contemtu ejus, cum quo sermo est.' Ostendunt hæc, quam apposite hic usurpetur. *Schef.*

Jam curabo] Illudit mortuo, imitatione, credo, Virgilii Æn. XII. ' En agros, et quam bello, Trojane, petisti, Hesperiam metire jacens: hæc præmia, qui me Ferro ausi tentare, ferunt: sic mœnia condunt.' *Schrop.* Sed res non est similis. Virgilianus enim ille insultat victo et jacenti: hic apud Phædrum fingit superstitem adhuc et vincendum. *Freinsh.* Vis est in illa particula *jam*, qualem notavit in Livio IX. 41. Gronovius.

Curabo sentiat, Quos adtentarit] Seneca Controvers. I. ' Vis illum veras pœnas dare? Sentiat, quam injuriam fecerit bono patri,' &c. Tyrannica vox: ' Sentiat se mori.' Cicero Epist. lib. XII. 22. ' At etiam de te concionatur, nec impune; nam sentiet, quos lacessierit.' *Rig.*

7 *Quos*] Quales, quantos. Sic plane Tacitus Agr. 31. ' Nos integri et indomiti, et in libertatem, non in præsentia mala duri, primo statim congressu unde ostentamus, quos sibi Caledonia viros seposuerit?' Sic hic locus, vexatissimus alias, est legendus. Id quod amplius demonstro in opusculi illius Commentariis. Præivit omnibus Terentius, qui sic in Eun. act. I. sc. 1. ' Sentiet, qui vir siem.' Et act. II. sc. 3. ' Nunc, Parmeno,

Digitized by Google

re ostendes, qui vir sies.' *Schef.*

Attentaverit] Bene de invadentibus ex insidiis. Columella VIII. cap. 12. 'Primum est, non attentari, secundum est lacessitum fortiter et perseveranter vindicari.' *Schef.*

Adtentarit] Ms. *adtemtarit*. Gud.

Depugnaverat] Qui ex pugna victor exstiterat. Liv. VII. 29. 'Depugnatumque haudquaquam ambiguo certamine cum Gallis est.'

9 *Constantior*] Animosior, si dixisses modo, cum mihi negotium fuit cum latrone illo. Sic Cicero Off. I. 'Fortis et constantis animi est,' &c. *Schef.*

10 *Futilem*] Refertur et ad ferrum; *ferrum futile*, quod ad speciem inanem gestatur, neque usum habet. *Schef.*

Futilem] Ms. *futile*. Gud.

12 *Quantis fugias viribus*] Longe festiviorem huic loco interpretationem fore puto illis Plauti verbis Trinum. act. III. sc. 2. ubi servus de hero suo ignavo loquitur, cum præ inopia aliquo profugiturum latrocinatum vel in militiam: 'Credo ad summos bellatores acrem fugitorem fore, Et capturum spolia ibi illum, qui meo hero adversus venerit.' Dicit itaque viator joco quodam, se jam opere expertum, quam soleat comes suus vires suas non in defendendo et arcendo hoste sed vero fugiendo exercere et contendere, eumque acrem et fortem esse fugitorem. *Schiop.* Omnino apposite. Est enim urbanitas ex eo genere facetiarum, ubi 'aliud exspectamus, aliud dicitur,' ut ait Cicero de Orat. II. 63. Nec alienus est relatus ab Rigaltio Plauti locus Amphitr. 'Cum illi pugnabant maxime, ego fugiebam maxime.' *Freinsh.* Cum ironica allusione ad pugnam, de qua præcedit. Sic habes 'Acrem fugitorem' apud Plautum in Trinum. *Schef.*

Quantis fugias viribus] Demissis scilicet manibus, ut Plautus ait. Et noster lib. I. fab. 29. 'Demissis pedibus.' *Ritt.*

13 *Scio quod*] Sunt quibus hoc minus Latinum esse videatur, Scio quod strenuus es, Scio quod venturus es, &c. At ego reperiri apud Ciceronem ipsum affirmare possum. Nam apud Justinum quidem, et Quintum Symmachum florentissimum scriptorem sæpe reperias. *Fab.* Imitatione Plauti Asin. act. I. sc. 1. 'Equidem scio, jam filius quod amet meus.' Adde Voss. de Constr. cap. 20. et 62. Non possum tamen non adscribere, quod postea de hoc loco didici ex Cl. Gronovio; is enim ita scribit: 'Lego: *Scio quam virtuti:* neque enim persuadet Scioppius cum suo Mariangelo, *scio quod* Latine dici; aut enim corrupta sunt, aut aliter accipienda, quæcunque in hanc rem congesserunt.' *Schef.* Vide Virum Celeberrimum Jac. Perizonium ad Sanctii Minervam lib. III. c. 14. n. 16.

Scio quod] Hanc locutionem non esse Latinam, acriter contendit Sanctius Minerv. lib. III. Et puto recte. Nam hic in Ms. Rem. legitur *quid;* unde lego: *Scio quid virtuti nunc sit credendum tuæ.* Id est, scio nunc, quid tribuendum sit. *Nunc* respicit antecedentia; imprimis illud, 'Nunc conde.' Locus Plauti in Asinaria, qui male habuit Sanctium, sic legendus et distinguendus est: 'Equidem scio jam, filius quid amet meus: istam meretricem e proximo, Philenium.' *Gud.*

Virtuti] Quippe quæ in fugiendo est, non in pugnando, tota. Respicit præcedens, *quantis fugias viribus.* Schef.

15 *Qui re secunda*] Qui est 'Extra bella leo, lepus in discrimine pugnæ:' ut aliquando faciebam ex hoc Nonni versu in Dionysiacis, quo θρασύδειλος denotatur: Νόσφι μάθοιο λέοντες, ἐνὶ πτολέμοισι λαγωοί. *Ritt.*

Digitized by Google

FABULA III.

Calvus et musca] Vid. Camerar. pag. 185. *Rig.*

2 *Opprimere*] *Oppremere* Ms. *Gud.*

Captans] 'Quærens. Vide supra IV. c. 4. *Schef.*

Alapam sibi duxit] Vetus aliquis apud Fabium lib. VII. 3. 'Colaphum tibi ducam, et formulam scribam, quod caput durum habeas.' Similiter Paulus J. C. Patet autem hinc, non in faciem solum alapam dari. Adde ampl. Gronovii Observ. II. c. 1. et nos ad Fragm. Petron. cap. 57. *Schef.* Vide de hoc loco doctissimum Vavassor. de vi et usu quorundam verborum p. 93.

Alapam sibi duxit] Sic *pugnum ducere* eleganter dixit Paulus JC. in lib. IV. D. De injuriis: 'Si, cum servo meo pugnum ducere vellem, in proximo te stantem invitus percusserim, injuriarum non teneor.' *Ritt.*

Alapam duxit] 'Sic 'Ducere colaphum' Paulus; et 'Calces ducere' Sosipater:' Salmasius ad oram libri. *Gud.*

3 *Inridens*] In priori editione Schefferus *ridens* legendum esse conjecerat: et ita Anonym. Nielantii.

Punctum] Punctionem. Plinius VIII. c. 50. 'Oculos suffusos capra junci puncto sanguine exonerat, caper rubi.' *Schef.*

Punctum] Id est, punctionem. *Ritt.*

Punctum] *Punctus, ûs.* Plin. lib. XXIX. c. 9. Et similia vide Gronov. Obs. III. 20. *Gud.*

Punctum volucris parvulæ] Psyche Miles. v. 'Depromit unam de pharetra sagittam, et puncto pollicis extremam aciem periclitabunda trementis etiam nunc articuli nixu fortiore pupugit altius.' Item: 'Miratur de brevi punctulo tantum incrementulum locupletis uteri.' *Rig.*

4 *Facies*] Lege, *facias.* Heins.

5 *Injuriæ eam qui dederis*] Non nisi per nebulam hæc intellego. An contumelia injuriæ dicta quasi injuriosa contumelia, quia non omnis contumelia fit cum injuria, nec vice versa, si veteres sequamur? an legend. *Injuria eam?* id est, per injuriam, hoc est, culpam sive damnum. Nam certe, injuria veteribus Latinis magis ipsum factum significat, a quo interdum contumelia, hoc est, (ut nostri rure loquuntur) injuriandi animus, abesse potest. Certe hanc esse puto sententiam, utcunque tandem legas; quam sententiam et commentitia nostra lectio complectitur: *Injuriam cui dederis contumeliam.* Me propter punctiunculam necare voluisti: quomodo ergo te ulciscēris, cui feceris contumeliam et injuriam simul? nam alapa sane contumeliosum est. *Injurius, a, um,* pro, injuriosus, Plautinum est. Dare alicui contumeliam, studiosis nostris minus familiare accidet. Quare meo more et de hujus phraseos Latinitate illos certiores faciam. Quinctus itaque Metellus apud Agell. lib. XII. 9. eod. genere, *tradere alicui injuriam* dixit: 'Et quanto probi injuriam facilius accipiunt, quam alteri tradunt: tanto ille vobis, quam gratiam mihi, pejorem honorem habuit.' Hinc Cicero, 'Privare aliquem injuria,' satis nove dixit: pro eo, quod, prohibere injuria; sicut, 'Privare foro, curia, urbe.' De L. Agraria contra Rullum: 'Simillime, ut mihi videtur, atque in illa lege, qua peregrini Roma ejiciuntur, Glaucippus excipitur. Non enim hac exceptione unus adfi-

Digitized by Google

citur beneficio, sed unus privatur injuria.' Quid illis fiat, quæris, qui, invitis libris omnibus, *prohibetur*, succidaneum subdiderunt? vilis est restis: velent gulam sibi. *Schiop.* Lege *Injuriæ qui addideris contumeliam*, ut excerpta Rigaltii exhibent. Ovid. in Fastis: 'Addis, ait, culpæ mendacia, Phœbus.' *Heins.*

Injuriæ quia dederis] Ita vetustiss. codex: nec male. Nisi mavis: *Injuriæ qui addideris contumeliam.* Frustra sibi nebulas grammaticales offudit Schoppius. *Rig.*

Quia dederis] Salmasius emendavit: *Injuriæ qui addideris.* Ms. *quia dederis.* Mire tricatur et nugatur Scioppius in hoc versu. Respicit verba, quæ sunt in Pacuvio: 'Patior facile injuriam, si est vacua a contumelia.' Vide Grot. de Jur. Bell. et Pac. lib. I. pag. 28. *Gud.*

Contumeliam] Vid. sup. I. 3. *Schef.*

6 *Mecum facile redeo in gratiam*] Ut ille apud Horatium: 'Egomet mi ignosco, Mævius inquit.' *Schiop.* Nescio quis apud Tacit. v. 6. 2. de Tiberio Sejani amicos puniente, quum ipse tanti Sejanum æstimasset: 'Versa est fortuna, et ille quidem, qui collegam et generum adsciverat, sibi ignoscit.' Unde et lepidus apud eundem auctorem VI. 30. 4. Lentulus Getulicus: 'Perinde se, quam Tiberium, falli potuisse. Neque errorem eundem illi sine fraude, aliis exitio habendum.' Pertinet huc Apologus Æsopi apud Plutarch. in Conviv. Sapient. VII. 26. 'Lupus cum videret pastores in tabernaculo ovem comedere, propius accedens: Quantus, inquit, tumultus exortus esset, si hoc ego fecissem?' Cato tamen apud Sallust. Cat. LII. 4. 'Qui mihi atque animo meo nullius unquam delicti gratiam fecissem.' Sed apud Phædrum, ne φίλαυτος quædam indulgentia putetur, idonea subjicitur ratio. *Freins.* Velut de eo, qui ante ejus fuit adversarius per concessionem. *Schef.* Aliam rationem superaddit Anon. fab. 32. *Prasch.*

7 *Non fuisse mentem lædendi*] Injuria autem æstimatur ex animo cujusque, nec absque affectu et captu contumeliæ fit: non magis quam furtum absque affectu furandi committitur. Accedit etiam hoc loco illud, quod nemo sibi ipsi proprie loquendo injuriam facere potest: de quo Aristotelis disputatio in medio est lib. v. Ethic. Videtur autem hic distinguere injuriam a contumelia: quæ ut differant, alibi docui ex Pacuviano versu: 'Facile patior injuriam, quæ est vacua a contumelia.' Item ex Seneca lib. II. 'In sapientem non cadere injuriam.' *Ritt.*

8 *Contempti*] Ms. *contemsi.* Gud.

Animal improbum] Muscæ improbitas et impudentia etiam in proverbium abiit. *Ritt.*

9 *Quæ delectaris bibere hum. san.*] Meleager Antholog. VII. Ὀξυβόαι κάνωπες ἀναιδέες, ἄλματος ἀνδρῶν Σίφωνες, νύκτος κνώδαλα διπτέρυγα. *Rig.*

Delectaris] *Delectaris* absolute ponitur, quod notandum. *Schef.*

11 *Hoc argumento*] Tres isti versus excusi sunt ad vetusti cod. fidem. Legendum autem videtur: *Hoc argumentum veniam ei dari docet, Qui cum peccat. Nam qui consilio est nocens, Illum esse quavis dignum pœna judico.* Rig.

Hoc argumentum veniam mage dari docet] Hoc ἐπιμύθιον, ab editoribus audacter nimium interpolatum corruptumque, Phædrus hodie pro suo non agnosceret. Illud *mage* est a manu Pithœi. Salmasius ad oram libri notavit: *Hoc argumentum veniam deberi docet.* Optimus Remensis: *Hoc argumento veniam dari decet.* Optime et proxime ad verum. Scribe levi mutatione meo periculo: *Hoc argumento veniam tam dari decet.* Excidit syllaba *tam*, propter antecedentes tres literas ultimas τοῦ *veniam*, plane similes τῷ *tam*, cum notum sit *T* et *I*

Digitized by Google

in veteri scriptura vix distingui. Sensus etiam multo melior fabulæ propius respondebit. Si enim apologum inspicias, tam ei, qui casu peccat, quam alteri, qui consilio est nocens, ignoscere sapientem decet. Calvus casu in se peccabat, eoque pertinent verba: 'Mecum facile in gratiam redeo, Quia non fuisse mentem lædendi scio.' Musca mordens consilio nocebat; tali vero ut ignoscamus, prudenter monent ista: 'Punctum volucris parvulæ Voluisti morte ulcisci; quid facies tibi,' &c. Deinde ea lectione sic stabilita, versus quoque ultimus, qui corruptus est, melius intelligi poterit; quod Guietus videtur desiderasse. Uterque Codex Pith. et Rem. *Illum esse quamvis dignum pœna judico.* Scilicet hoc dicit: Exemplo calvi et muscæ, decet ignosci utrique; quamquam illum, qui animo deliberato nocet, dignum esse pœna judico. *Quamvis* cum indicativo est apud Ovid. Trist. I. 1. 'Ne quemquam, quamvis ipse docebit, ames.' Rittershusius infeliciter correxit *quavis*, quem omnes postea editores secuti sunt. Sed præterquam quod libri scripti, et editio Pithœi, tueantur *quamvis;* quid iniquius, quid crudelius, quam leviter peccantem, quavis pœna esse dignum, si consilio nocet? Jus fasque non sinunt; et male judicasset Phædrus, si ita judicasset. Pœna non debet excedere modum noxæ et offensionis; et ita Phædrum sensisse, satis indicat illud, quod musca calvo pœnæ et noxæ inæqualitatem exprobrat: 'Punctum volucris parvulæ Volnisti morte ulcisci.' *Hoc argumento*, id est, hac fabula; plane ut lib. II. fab. 8. 'Hoc argumento tuta est hominum tenuitas.' Et lib. IV. fab. 7. 'Hoc argumento se describi sentiat.' *Gud.*

Veniam mage dari] Forte, *venia dignari* (vel *veniam indulgeri*) *docet Qui casu peccat: nam.* Heins. Si lectionem Gudii sequamur, non respondebit hoc ἐπιμύθιον fabulæ: nam cum vellet calvus muscam pungentem necare, incongruum est subjicere, tam illi, qui consilio peccat, veniam dari, atque illi, qui casu peccat: nam non ex verbis musce est repetenda sententia, sed ex calvi judicio, qui, si potuisset opprimere muscam, morte multasset; et ita *quavis pœna* recte a Rittershusio restitutum, id est, summa, ultima, ut mortis. Quare legerem: *Hoc argumentum veniam modo docet dari, Qui casu peccat: nam qui consilio est nocens Illum esse quavis pœna dignum judico.* Illud *modo*, inter ultimam literam *voō veniam*, et primam syllabam *voō docet*, periit et interceptum fuit. Ita II. 8. 'Vos modo parcite.' Ellipsis autem ordinaria est, pro, *veniam dari illi, qui casu peccat.* Burm.

12 *Qui casu peccat, quam qui consilio est nocens*] Ad Aristotelicam disputationem hæc pertinent, quæ est Eth. Nicom. lib. III. Veniam tribuimus ei, qui non sponte et deliberato animo, sed vel casu vel per ignorantiam peccat. Pœna autem afficimus eum, qui consulto, consilio, et ἐκ προαιρέσεως peccat. Exemplo tamen est Œdipus, nonnunquam etiam eos puniri, qui κατ' ἄγνοιαν deliquunt. Quamquam enim et patrem Laium inscius interemit, et cum matre Jocasta incestas contraxit nuptias, ignorans matrem suam esse: tamen horrendis pœnis et ipse et tota ejus domus involuta ac multata est. Sic et Papiniano auctore, vel Demosthene potius, Lex delicta non tantum sponte sed etiam ignorantia contracta interdum coërcet: Ἔστιν ἐπανόρθωμα τῶν ἀκουσίων καὶ ἀπροαιρέτων ἁμαρτημάτων. Quid? quod etiam cogitatio ac meditatio sceleris et affectus nonnunquam pro effectu punitur. Exemplum præbet Glaucus apud Herodotum lib. VI. et Juvenalem Sat. 13. *Ritt.*

Consilio] Opponitur præcedenti *casu*, i. e. animo deliberato. Cic. Ep. V. 'Quis esset, qui me in consulatu

Digitized by Google

non casu potius existimaret, quam consilio, fortem fuisse?' *Schef.* Emendo: *quia qui c. e. n.* Rigaltius censebat: *nam qui.* Neque improba conjectura. *Meurs.*

13 *Illum*] Non ad superius, sed proxime antecedens, referendum. Quanquam dubitem, an non post *peccat* scribendum sit punctum, et mox: *Nam qui, &c.* Schef.

Quavis] Quantacunque, quantalibet. Ita supra IV. c. 20. 'A me contendet fictum quovis pignore.' *Schef.*

FABULA IV.

1 *Verrem*] Herculis victima. Hinc jocus Ciceronis apud Quintil. lib. VI. c. 3. 'Malum sacerdotem, qui tam nequam verrem reliquisset: quia Sacerdoti Verres successerat.' *Heins.*

Sancto] An τὸ *sancto* hic est *Sanco?* Sancus Semo, seu Sanctus Semo Hercules Sabinis dictus est. Sanctus, ἅγιος, Deorum epitheton est. *Guiet.* Non temere addidit *Sancto:* nam Hercules olim proprie 'Sanctus Pater' dicebatur, ut ex Varrone probare possum. Propertius quoque scripsit, Herculem alloquens: 'Sancte Pater salve, cui jam favet aspera Juno: Sancte velis libro dexter adesse meo.' *Faber.* Colero placuit *Sanco*, ut testatur Rittershusius. Sed 'Sanctus' nominatur et Varroni de L. L. IV. Scio, quæ ibi Scaliger de hoc vocabulo ex Sanqualis portæ nomine disserat; sed mihi non persuadet. Certe et Ovidio Propertioque ita scribitur. Nec aliter Plutarchus, aut Inscriptiones Veteres. Vide Gyraldum. Ista sic notaveram, cum in eadem sententia esse Fabrum quoque animadverti. *Schef.* Male Colerus *Sanco.* Sic Catull. XXXVII. 'Sancta Venus.' *Heins.* V. Illustr. Cuper. Monum. Antiq. pag. 228. Tristan. Comment. tom. III. p. 368. Propert. Eleg. IV. 10. 'Hunc, quoniam manibus purgatum sanxerat orbem, Sic Sanctum Tatiæ composuere Cures.' Ubi vide Passerat. Cicer. pro Sextio c. 66. 'Neque hanc opinionem, si in illo sanctissimo Hercule consecratam videmus,' &c. *Burm.*

Sancto Herculi] Colerus vult *Sanco.* Eum vide in Plautinis. *Ritt.*

Sancto Herculi Cui pro sal. vot.] In vet. marm.

HERCVLI. SANCTO. SAC. P. POMPONIVS. NOETVS. VOTVM. SOL.

Arnobius lib. IV. 'At Hercules Sanctus Deus natus quinquaginta de Thespio nocte una,' &c. Nihil igitur mutandum. *Rig.*

2 *Cui*] Ms. *Qui.* Gud.

3 *Poni*] Apponi, in cibum videlicet; ut Martialis lib. VIII. 'Ponis mihi, Gallice, porcum.' Vide supra lib. I. 27. *Schef.*

Hordei] Quo saginaverat verrem illum. Nescio, an versu aliquo id significarit Noster, qui nunc abest. Nam quia facile intelligitur ex sequentibus, etiam hic brevitate sua usus esse potuit. *Schef.*

7 *Hujus respectu*] Hadrianus Cardinalis non Latine satis hoc dici putat; sed fallitur. Livius p. 213. b. edit. 2. Sigon. 'Respectu Romanorum.' Et pag. 260. 'Sine alterius respectu.' Ovidius in divina Elegia: 'Respectuque mei non potuisse mori.' [An sic legere voluit vir doctus? Schefferus etiam legit *potuisse.* Sed Gudius pro *tamen* habet *mei*, pro *mei* habet *mori.*] Valer. Max. IV. 6. ult. 'Respectu Tyndaridarum;' et lib. II. init. 'Ut eorum quoque respectus præsentibus aliquid moribus prosit.'

Digitized by Google

Et lib. II. 9. 3. 'Respectu consulatus.' Sic et lib. III. c. 7. §. 3. 'Respectum egerunt.' Ubi Ms. Dionys. *Curam egerunt* legunt. *Gud.*

Respectu fabulæ] Miror religiosulos istos, qui, *Respectus*, voce uti dubitant. Quam tamen Livius frequentat, lib. XXXV. 'Romanorum maxime respectus civitates movit, et virtutem nuper in bello, et in victoria justitiam benignitatemque expertas.' Lib. XXXIX. 'Sin aliquis respectus est mei, ut socii atque amici regis; deprecor, ne me tanta injuria dignum judicetis.' *Schiop.* Intuitu, consideratione. Livius lib. XXXIX. 'Sin aliquis respectus est mei,' &c. Ovid. Trist. Eleg. I. 3. 'Respectuque tamen non potuisse mei.' *Schef.* Livio frequens ea vox. Vide de ejus propria significatione Clar. Gronov. ad Liv. XXI. 44.

8 *Periculosum lucrum*] Pro divitiis. Sic 'Mammon' Pœnis lucrum, Ebræis divitias notat, teste Augustino. Vid. Hotting. de Nummis Orient. p. 84. Recurrendum ad fab. 69. Quare mirum, ni linea iterum excidit Meursius. *Prusch.* An quodlibet, Phædre, etiam honestum? Certe versum aliquem tuum sequentem librarius præterniserit, quo lucrum illud describpseras. Nam te quidem fabellæ tenor absolvit. In illa enim rejicit hordeum asellus, quia verres, cui datum fuerat, jugulatus erat. Tu retulisti ad te, et dixisti, invisum tibi esse lucrum, non quodvis, sed illud tantum, quod honestam famam jugularet. Et video versum sequentem: 'Sed dicis: Qui rapuere divitias, habent.' Illic notandum τὸ *rapuere*. Est igitur, quod dixi. Exciderit hic versus. *Meurs.* Congestas opes lucro, tanquam rem, quæ possessores suos in pericula varia inducat. Sic enim accipio hunc locum, non de turpi tantum et injusto lucro, quod faciebat Rittershusius. Porcus sane saginatus fuit cibo non turpiter aut injuste parto, sed quem ultro ipsi obtulerant. Meursius hic putat quid deesse; verum frustra, ut liquido apparet. *Schef.*

Periculosum semper reputavi lucrum] Intellige de turpibus et injustis lucris: de quibus Hesiodium illud notum est: Μὴ κακὰ κερδαίνειν. κακὰ κέρδεα ἶσ' ἄτηισι. Id est, *Ne male lucreris: mala lucra æqualia damnis.* Ἐκ τῶν γὰρ αἰσχρῶν λημμάτων τοὺς πλείονας Ἀτωμένους ἴδοις ἂν ἢ σεσωσμένους· Hoc est, *Ex turpibus lucris periisse videris Plures, quam ab ipsis, qui salutem invenerint:* ut ait Sophocles Antigona. Et mox ibidem: Τὰ δεινὰ κέρδη πημονὰς ἐργάζεται. Id est, *Lucrum improbe partum, merum infortunium est.* Sic P. Syrus: 'Damnum appellandum est, cum mala fama lucrum.' Multos tamen reperias, qui cum illo sentiant, nescio quo, quem sic loquentem facit Pompouius Prostibulo: 'Ego rumorem parvi facio, dum sit, rumen qui impleam.' *Ritt.*

Reputavi] *Vitavi* Excerp. Rigalt. *Heins.*

9 *Habent*] Divites sunt, bona possident. Cic. ad Fam. VII. 29. 'Nos quod simus, quod habeamus, quod homines existimemur, id omne abs te habere.' Ad quem locum videndus, grande literarum decus, Grævius. Vid. supr. ad lib. III. Prolog. vs. 21.

Habent] Exciderit et hic versus talis aliquis: *Et sine culpa plerique aut pœna possident.* Clare indicant hi duo, treve, qui sequuntur: 'Numeremus,' &c. Ergo sic edendus hic locus: *Periculosum semper reputavi lucrum.* • • • • *Sed dicis: Qui rapuere divitias, habent.* • • • • *Numeremus, agedum, qui deprehensi perierint.* Meurs.

10 *Deprensi*] Qui ob opes variis accusationibus circumventi, et suppliciis affecti fuerint. Respicit calamitatem temporum suorum, quibus præsentissimum exitium ex magnis divitiis. Docet Tacitus, et Suetou. vita Tiberii: quos vide. *Schef.* Metaphora a navigantibus, qui tempes-

Digitized by Google

tate deprehensi pereunt. V. Serv. ad Georg. IV. 421. 'Deprensis statio tutissima nautis:' et ad Virg. Æn. v. 52. 'Argolicoque mari deprensus.' Ovid. Met. XI. 663. 'Nubilus Ægæo deprendit in æquore navim Auster.' Vide Douz. Præcid. ad Catul. cap. 6. et Freinsh. Ind. in Florum. *Burm.*

Perierint] Ms. *perierunt*, et melius. *Gud.*

12 *Paucis temeritas*] Videtur exprimere veterem versum: Προπέτεια πολλοῖς ἐστιν αἰτία κακῶν. Id est, *Multis malorum est caussa præcipitantia.* Contra τὴν εὐλάβειαν χρησιμωτάτην θεῶν, vocat Euripides Phœnissis: *Dea utilissima cauta circumspectio est.* Ritt.

Est bono] Commodo, utilitati. Ita Cic. pro Roscio: 'Accusant ii, quibus occidi patrem Roscii bono fuit.' *Schef.*

FABULA V.

1 *Pravo*] Ms. *Parvo*. Gud.

Pravo favore] Ita malo cum Rigaltio, quam quomodo habent editiones primores *Parvo favore*. Meurs. Per pravum et cœcum favorem; vide, quæ dixi in opusculo de Stylo cap. 10. *Schef.* Ita Fabio Instit. lib. X. 1. reddidimus, 'Nisi labor ejus amore.'

Pravo favore labi] Elegans in hanc sententiam Aristophanis judicium apud Vitruvium lib. VII. Præfat. *Rig.*

Labi mortales solent] Aristophanes, a Ptolemæo Ægyptiorum rege judex in poëtico certamine constitutus, docuit, unum ex multis eum esse poëtam, qui minime populo placuisset, cæteros aliena recitasse: Vitruv. in præfat. lib. VII. *Gud.*

2 *Et pro judicio dum stant*] Voluit dicere, pro errore dum stant judicii sui; id est, secundum Phædri consuetum loquendi morem, pro erroneo judicio suo. Salmasius ad oram libri sui legebat *præjudicio*. Sed mihi non probatur. *Stare pro judicio*, id est, tueri ac defendere judicium suum; ut apud Terentium 'Stare pro aliquo,' pro, tueri partes alicujus, defendere aliquem. *Stare* et *sedere* sunt verba forensia, hoc Judicum, illud Advocatorum. Sic supra: 'Stant patroni fortiter;' et alibi: 'Judex inter eos eos sedit simia.' *Gud.*

Dum stant] Locutio ex re bellica translata. Liv. lib. XXXVIII. 'Pro Juba atque Afris stetisse,' id est, partes eorum propugnasse. *Schef.* Ovid. Art. Amat. I. 200. 'Stabunt pro signis jusque piumque tuis.' Et hinc ad togatam militiam translata fuit hæc locutio. V. supr. fab. 49. vs. 37.

3 *Rebus manifestis*] Supple, in, i.e. cum res factæ sunt manifestæ. *Schef.* Non commoda satis hæc Schefferi explicatio videri potest. Elegans est usus hujus vocis *rebus* apud Latinos auctores, pro ipso facto, opere, non nudis tantum verbis. Postea dixit, 'Aperto pignore errorem probans.' Vide, quæ ad hanc elegantiam illustrandam affert eximius linguæ Latinæ instaurator Gronov. Obs. lib. III. 6. et Græv. ad Cicer. ad Fam. X. 11. *Burm.*

Rebus manifestis] Τὸ S hic quoque elidi videtur. *Ritt.*

Agi] Impelli, eleganter, in respectu ad vim veritatis. *Schef.*

4 *Facturus*] Proprie, de iis, qui spectacula edunt. Cic. de Haruspic. 'Hos ludos servi fecerunt.' Sueton. Aug. 10. 'Ludos victoriæ Cæsaris non audentibus facere,' &c. Sic infra c. 8. 'Erat facturus ludos:' &c. *Schef.* Simile est huic theatrali joco,

Digitized by Google

quod commemorat facetus quidam in libello, cui nomen, *L'honnête homme* p. 70. de viro in Gallia honesto loco nato, nec humillimi spiritus poëta: cujus carmina quum ex præconcepta quadam opinione nullos invenirent applausores, poëmati Malherbæ, quod forte acceperat, suum, suo ejusdem argumenti, Malherbæ nomen præscripsit. Quo facto, cum hoc omnes laude, illud vituperio prosequerentur, deposita persona hallucinationem vulgi emendavit. *Prasch.*

Facturus ludos] Expende hæc Laërtii verba in vita Socratis: *Ἐκόλησε δὲ καὶ μῦθον Αἰσώπειον, οὐ πάνυ ἐπιτετευγμένως, οὗ ἡ ἀρχή· Αἴσωπός ποτ' ἔλεξε Κορίνθιον ἄστυ νέμουσι, Μὴ κρίνειν ἀρετὴν λαοδίκῳ σοφίῃ. Rig.*

Dives nobilis] Non satis placet illud *nobilis*. Quomodo enim cohærent *dives nobilis*? Qui dives, eo ipso fere nobilis, dum ignotum esse divitiæ vix sinunt. Et cur tandem additur hic *nobilis*? Ego suspicor, scribendum *nobileis*, ut ad *ludos* referatur, sensusque sit: voluisse illum facere ludos non obvios et quotidianos, sed celebres, qui passim noscerentur. Et potest illud ipsum *nobilis* sic accipi. Quomodo apud Sallustium est 'Omnis,' pro, Omnes; apud alios alia hujus generis. Scio sequi mox cap. 9. versum non multum dissimilem: 'Erat facturus ludos quidam nobilis;' sed is nil me movet. *Schef.* Verosimile est, Schefferum hanc ab Ill. Heinsio (cui plura debet) emendationem accepisse: ille enim et hic, et fab. 88. *nobiles* legendum esse codici suo adnotaverat. Ita ille apud Petronium barbare loquens: 'Habituri sumus munus excellente.' *Burmannus.*

5 *Proposito præmio*] Propria est locutio. Valer. Max. VI. 8. 2. 'Cum magna sibi præmia proposita videret.' Et ita Græci. Theocr. Idyl. VIII. vs. 11. *Χρήσθεις καταθεῖναι ἄεθλον.* Et hinc ipsi ludi, quibus præmia proponebant, dicti *θεματικοί*. Vid. Comm. ad Marm. Oxon. Inscr. III. V. supr. ad fab. 14. vs. 9. *Burm.*

6 *Novitatem*] Sic appellat nova inventa. Horat. de Arte: 'Illecebris erat et grata novitate morandus Spectator, functusque sacris, et potus, et exlex.' *Schef.*

8 *Urbano sale*] Salem usurpat pro eo, quod jocosum est, et 'sentitur latente judicio, excitatque, et a tædio defendit orationem,' veluti a Fabio exponitur lib. VI. 3. *Urbanus* vero sal, cui inest elegantia et eruditio quædam ex conversatione politorum doctorumque. *Schef.*

9 *Habere*] De re inventa. Terent. Heaut. IV. 1. 10. 'At sic opinor: non potest. Immo optime. Euge! habeo optimam.' Virg. in Mœri: 'Incipe, si quid habes.' *Prasch.* Terent. Eun. III. 2. 'Nunquid habes?' ubi Donatus, 'Inveniati?' Horat. Od. I. 27. 'Quidquid habes, age, Depone tutis auribus.' V. Casauh. ad Theoph. Character. *περὶ ἀθυμίας. Burm.*

10 *Prolatum*] 'Proferri,' ait Heinsius in suis ad me literis, 'in theatro elegans loquendi modus. Qui et Statio reddendus Sylvarum II. Lucani Genethl. 'Ingratus Nero dulcibus theatris, Et noster tibi proferetur Orpheus.' Orpheos et Neronis laudes, duo poëmata ex scriptis Lucani laudantur ab antiquis, &c. *Proferetur* legitur in Parmensi, quam possideo, editione anni 1472. et recte. Sic Ausonius Epistola ad Ursulum Grammaticum de Terentio: 'Protulit in scenam quot dramata fabellarum, Arcadiæ medio qui jacet in gremio,' &c. *Schef.*

11 *Dispersus rumor, &c.*] Videtur expressisse illud Terentianum, Hecyr. prolog. 'Cum interea rumor venit, Datum iri gladiatores, populus convolat, Tumultuantur, clamant, pugnant de loco.' *Gud.*

Civitatem concitat] Id est, convocat. Sic supra 'Excitandi' verbo uti-

Digitized by Google

tur lib. IV. fab. 24. pro eo quod est evocare. *Ritt.*

Concitat] Convocat in locum unum, theatrum scil. *Schef.* Sic Ovid. Epist. Paridis: 'Nec tu rapta time, ne nos fera bella seqeantur, Concitet aut vires Græcia tota suas.'

Paulo ante, &c.] Ennius Alexandro: 'Jamdudum ab ludis animus atque aures avent, avide exspectantes nuntium. Propter hanc aurium aviditatem theatra replentur.' *Rig.*

Deficiunt] Desunt eis loca. Cic. Ver. IV. 'Dies, latera, et vox me deficiunt.' *Schef.* Ita loquebantur optimo seculo. V. Nob. Heins. ad Ovid. Amor. I. 8. 93. et Met. II. 382.

14 *Nullis adjutoribus*] Suetonius de Attelo Philologo, ex Asinio Pollione: 'Adjutorium ei fecit maxime quidem Atteius prætextatus nobilis Grammaticus Latinus, declamantium deinde adjutor atque præceptor.' Idem de Lucio Crassitio: 'Hic initio circa scenam versatus est, dum mimographos adjuvat.' *Rig.*

Sine adparatu, nullis adjutoribus] Suet. Gram. c. 10. 'Declamantium deinde adjutor atque præceptor.' De Adjutoribus apud Jurisconsultos vide omnino Langlæi semestria lib. VII. 4. Vetus Inscriptio Romæ in arula:

D. M.

MATTIVS. ADIVTOR. SIN. SE. VIVO. FECIT. SIBI. ET. LIBERTIS. LIBERTABVSQVE. POSTERISQ. EOR. OMNIVM ITA. VT. NE. DE. NOMINE. EXEAT.

Sine adjutoribus. Valer. Max. 'Isque sui operis actor, cum sæpius a populo revocatus vocem obtudisset, adhibito pueri et tibicinis concentu, gesticulationem tacitus peregit.' *Gud.*

Adjutoribus] Hinc apparet, τὸ *adjutor* esse vocabulum operæ scenicæ, quod et Suetonii auctoritate firmari potest in lib. de Claris Grammaticis. 'Hic' (de Crassitio loquitur) 'initio circa scenam,' &c. *Faber.* Sic vocantur proprie, qui voce aut alias mimos juvant. Notavit hoc Faber obscurissimumque Eunapii locum hac occasione elegantissime ingeniosissimeque explicavit. *Schef.* Quinctil. II. c. 5. 'Nunc vero scio, id fieri apud Græcos, sed magis per adjutores.' Vide plura apud J. Drusium Miscel. Cent. II. 28.

15 *Expectatio*] Nimirum scurræ, cum ille moraretur, apud populum silentium facit. *Gud.*

17 *Et sic porcelli vocem est imitatus sua*] Plutarchus lib. De Aud. Poët. Parmenonis istius meminit, qui porcelli instar digrunniret, et Theodori cujusdam, qui ab imo pulmone pituitam, quasi trochleis, adduceret. Ἂν δέ τις, inquit, πιθανῶς ταῦτα μιμῆται, καθάπερ Παρμένων τὴν ὗν, καὶ Θεόδωρος τὰς τροχιλίας, ἡδόμεθα. Est autem in hanc rem sapiens Agesilai apophthegma, apud eundem Plutarchum; Τοῦ δὲ μιμουμένου τὴν τῆς ἀηδόνος φωνὴν ἀκοῦσαι παρακαλοῦμενος, Αὐτᾶς, εἶπεν, ἀκούσας πολλάκις. *Rig.*

Porcelli vocem] Talis Parmenio, de quo Plut. De Audiend. Poët. Ὥσπερ γὰρ ὠδὴ βοὴν καὶ ψόφον τροχιλίας καὶ πνευμάτων ῥοῖζον, καὶ θαλάσσης κτύπον ἀκούοντες ἀνοχλούμεθα, καὶ δυσχεραίνομεν. ἂν δέ τις πιθανῶς ταῦτα μιμῆται, καθάπερ Παρμένων ὗν, καὶ Θεόδωρος τὰς τροχιλίας, ἡδόμεθα. *Nev.* Recte vocavit scurram, qui hoc faceret. Plato de Republ. lib. III. tractans quid imitari debeant ingenui pueri: *Quid vero?* ait, *equos hinnientes, vel boves mugientes, aut fragorem murmurque fluviorum, aut maris fremitum, vel tonitrua, vel cætera hujus generis imitabuntur? Atqui interdictum est illis, inquit, hactenus insanire, aut insanientes imitari.* Idem de Legibus, lib. II. voces ferarum negat imitaturas esse Musas. *Freinsh.* De homine omnifariarum animantium voces exprimente Auson. Ep. LXXV. *Prasch.*

Imitatus sua] Batavus quidam legebat *suem.* Frustra. *Gud.*

18 *Verum*] Lege, *Verrem.* V. supr. ad fab. 86. *Heins.*

Digitized by Google

Pallio] Pro toga positum. Nam in pallio sinus non est. *Gud.*

19 *Et excuti*] Pallium videlicet aut sinum. Sic loquuntur Latini. Cic. pro Roscio: 'Nihil est, Glaucia, quod metuas; non excutio te.' Plautus Aulul. II. sc. 3. 'Agedum, excutedum pallium.' Plin. VII. 36. 'A janitore semper excussa, ne quid inferret cibi.' *Schef.* Leg. *Idque excuti.* Heins. Vid. ad Petron. cap. 128. et Quinct. VII. 1.

Quo facto] Vid. Heins. ad Val. Flac. IV. 88. et Gronov. ad Liv. I. 41.

20 *Multis onerant laudibus*] Ms. Rem. et Pith. *onerant lancibus.* Quæ sane est antiqua, sed hactenus a viris doctis non intellecta lectio. Donabantur lancibus, patenis, pateris, aliisque vasibus scenici, et quicunque artifices in scena plausum populi tulerant, conjectante in eos populo ejusmodi munera testandi favoris causa. Virgilius Æn. lib. V. 'Munera principio ante oculos circoque locantur In medio, sacri tripodes, viridesque coronæ, Et palmæ pretium victoribus.' Horatius Od. lib. IV. 8. 'Donarem pateras grataque commodus, Censorine, meis æra sodalibus; Donarem tripodas, præmia fortium Graiorum; neque tu pessima munerum Ferres.' Comicos poëtas merito *sodales suos* vocat, ut Cicero Terentium 'familiarem suum.' Et ipse Sat. lib. II. 1. libros 'fidos sodales' vocat. Et cum Manuscriptorum alii *commodis*, alii *comœdis*, habeant, scribendum nobis videtur *comicis*. *Æra* sunt vasa ærea, ut explicat vetus Horatii Scholiastes; quæ quidem Comicis gratissima, ut signa, monumenta et τεκμήρια favoris theatralis. Sed aliud adhuc vitium eodem Horatii versu latet. Quid enim est *pateras?* de donationibus eum et præmiis certaminum loqui sequentia convincunt; scribendum omnino: *Donarem patenas, grataque Comicis. Patenæ* sunt, lances, quod versus ratio non admittebat, lisque vocibus promiscue utuntur veteres, ad vasa lata, non profunda, sed tanquam orbes, significanda. Antiqui semper scripserunt *PATENA*, quod in omnibus Mss. reperiri supra notavimus ad l. I. fab. 26. de Ciconia et Vulpe; unde levi lapsu natum est illud *Patera.* Etsi tamen *patera* hoc loco defendi posset, quod sit poculi genus latum et patens, unde et nomen accepisse videtur; deinde *patera* quidem pro poculo sumitur, sed etiam est vas latum et patens, sacrificiis aptum. Cicero Verr. VI. 'Patera qua mulieres ad res divinas uterentur.' Idem de Claris Oratoribus: 'Excipere sanguinem patera.' Et de Divin. 'Mercurius e patera sanguinem visus est fundere.' Inprimis notandus locus de Nat. Deor. 'Pateræ coronæque, quæ simulacra porrectis manibus sustinebant.' Inter Epigrammata Vetera a Pithœo edita lib. II. pag. 62. exstat epigramma illud M. Val. Martialis, in quo de certamine Prisci et Veri, quod et hunc morem confirmat: 'Lex erat ad digitum posita contendere palma, Quod licuit, lances donaque sæpe dedit.' *Gud.*

Onerant laudibus] V. C. Pithœi, *lancibus:* recte. Vet. Epig. cujus initium 'Cum traheret Priscus:' 'Quod licuit, lances donaque sæpe dedit.' Martial. Ep. X. 29. 'Quam tibi mittebam Saturni tempore lancem, Misisti dominæ, Sextiliane, tuæ.' Sic enim lego. *Heins.* Vid. not. Gudii, qui eandem lectionem amplectitur; sex vix persuadent Viri eruditissimi: munera enim et præmia histrionibus, non a populo, sed ab editoribus et judicibus dabantur; neque loca ab illis allata populum lances et pateras actoribus donasse evincunt; sed ludorum moderatores et editores. Ille acclamationibus et plausibus favorem suum testabatur, et si bene mimus egisset, *laudibus onerabat*, quod et se-

Digitized by Google

quentia *plausu prosequuntur*, et *Movet plausus* ostendunt: et præcedentia, *Venere laudis ad certamina*. Denique elegans est locutio *onerare laudibus*, qua et usus est Liv. IV. 13. 'Laudibus haud immeritis onerare.' Gunther. Ligur. III. 467. 'Nec multis opibus, sed laude venimus onusti:' et lib. V. 3. 'Fascibus et summæ cognomine laudis onustum.' Si vero lancibus a spectatoribus fuisset oneratus, periculum fuisset, ne Tarpeiæ virginis, clypeis oneratæ, sortem subiisset. *Burm.*

25 *Fit turba*] Concursus omnis generis hominum. *Schef.*

Favor] De spectatoribus applaudentibus in theatro vel scena dicitur, ut infra fab. 7. 'Gratulari fautores putat.' Plautus: 'Virtute niti oportet, non favitoribus.' Idem et alibi: 'Sat habet fautorum semper cui virtus favet.' *Ritt.*

Tenet] Eleganter; favor erga scurram ita occupatas habuit multitudinis mentes, ut adempta esset eis omnis libertas judicandi. Ergo perperam Ursinus illud *Jam* immutat in *Nam*. Non enim verba hæc ad membrum antecedens referuntur. *Schef.* Elegans usus verbi *tenet*, occupat, ne possint vere judicare. Ita Justin. II. 12. 'Quæ vos, Iones, dementia tenet?' Suet. Aug. VI. 'Tenet vicinitatem opinio.'

26 *Et derisuri, non spectaturi, sedent*] Ms. Rem. *Et derisuros non spectaturos sit et*. Nimium abierunt a veteri scriptura Editores. Scribe cum Salmasio: *Et derisuros non spectaturos stitit*. *Stitit* ut apud Jurisconsultos 'Judicio sisti.' *Se sistere* hoc loco est, sui copiam facere, se præsentem exhibere. Seneca de Benef. lib. IV. 7. 'Jovem Statorem, qui non, ut Historici tradiderunt, ex eo, quod post votum susceptum acies Romanorum fugientium stitit, sed quod stant beneficio ejus omnia, stator stabilitorque est.' Ubi per *Historicos* intelligit Livium et Florum. Uterque initio Historiæ Statorem Jovem a *sistendo* dictum affirmant, et fallitur Seneca, quod dissentit. *Sisto, stiti, statum*, et *sistor, status sum;* unde 'stator.' *Gud.*

Derisuri, non spectaturi] *Derisuros non spectaturos sites:* V. C. Pithœi. [At Burm. dicit esse in Ms. Pith: *d. n. s. sitis.*] Heins. *Derisores, non spectatores* conjiciebat Hoogstratanus; sed tunc, futuri, essent, subintelligendum.

27 *Digrunnit*] Forte, *degrunnit*; Rittershusius, cui adsentior. Particula *de* in compositione vim habet etiam perfectionis. Ut *digrunnire* quidem videatur tantummodo notare actum grunniendi, *degrunnire* sit egrunnire, pergrunnire, ad finem grunnire, nobis *ausgreinen, greinen* enim a Latino *grunnire* desumtum videtur. Sic apud Sueton. Calig. c. 54. f. 'Desaltato cantico abiit.' Similem differentiam inter *defractum* et *diffractum* notat Casaub. in Sueton. Cæs. cap. XXXVII. et Beroald. in Suet. Cæs. cap. XXIII. '*Fungi*, agere est: *defungi*, peragere, ut inquit Agretius grammaticus: inde *defunctos* dicimus mortuos, qui munia vitæ peregerunt: et *defunctos periclis*, liberatos.' Et in ejusdem auctoris Vespasianum cap. 5. observat Theod. Marcilius multas 'sic in lingua Latina per literæ unius variationem differentias, ut *devertere, divertere: deripere, diripere,*' &c. *Freinsh.* Mallet Rittershusius *degrunnit*, sc. in sinum, ut ante fecerat. Sed quia libri servant alterum, nil muto. Et vide sup. II. c. 4. *Schef.*

Digrunnit] Porcorum est *grunnire*. Hinc ille Marcus Grunnius Corocotta Porcellus, cujus Testamentum in B. Brissonii Formul. *Rig.*

29 *Vestimentis obtegere*] Plutarchus Symposiac. v. ὑπὸ μάλης. *Rig.*

Rusticus] Ms. *rusticis*. Gud.

28 *Movetque plausus*] Commovet

Digitized by Google

multitudinem ad edendos plausus manibus. Sic enim solebant, cum quid approbarent. V. Ferrarium de Acclam. *Schef.*

30 *Scilicet*] Est confirmantis. Donatus alicubi explicat per, scire licet. *Schef.* Aliquando hæc vox confirmat, non per ironiam negat. V. Manut. ad Ciceron. Epist. Fam. I. 6. Et Gronov. Obs. III. 9.

31 *Compererunt*] Cur asteriscos hic posuerint, quæro: mihi enim sunt tenebræ. *Prasch.* Spectatores; istuc enim hæc sunt referenda. Ursinus versum hunc omittit; credo, quod non intelligeret, ac locum mutilum putaret, ut fecerunt alii. *Schef.*

Latens] Sic optime Paris. *Freinsh.* Sc. Rusticus. Vult, spectatores non habuisse eum suspectum, ac propterea nec sinum excutere jussisse. Et sic illud *latere* usurpant, pro, non observari, non intelligi. Cornel. in Eumene cap. 8. 'Nam cum non ad Eumenis principia, sed ad regiam conveniretur, atque ibi deliberaretur, quodammodo latebat, cum tamen per eum unum gererentur omnia.' Objicit huic explicationi Juvenis eruditus Dn. Gisbertus Cuperus Observ. lib. I. c. 13. quod '*latere* dici non potuerit, qui omnium oculis erat expositus.' Atqui sic ne Eumenes quidem dici potuisset latere, contra quam fit a Nepote, cum et ipse junctus cæteris deliberantibus ad principia conspiceretur ab omnibus. Itaque hoc quidem non est tanti, ut mutari suadeat lectionem veterem. Addit, etiam *Sed* particulam non habere que referatur. Mihi aliter videtur. An non enim eleganter ista sunt conjuncta? *Faciebat* (obtegebat vestimentis porcellum) *sed latens* (multitudinem scilicet, quæ nesciebat, ipsum obtegere, imo ne suspectum quidem habebat) *quia nil comperarunt in priore.* Et sic usurpant illud *sed* scriptores optimi. Ipse Cicero Verr. v. 'In quo erat aliquis quæstus, sed is honestus atque concessus.' Ostendit illud *sed* qualis quæstus fuerit, plane sicut apud Phædrum, quale fuerit id, quod scurra fecerit, tanta scilicet arte, ut lateret, nec intelligeretur facere, quod faciebat tamen. Nihil ergo video, quod postulat mutationem. *Schef.* Potest *latens* sumi pro, latenter, occulte pervellit. De particula *sed* vide supra IV. 17.

Latens] Λανθάνων. *Rig.*

Pervellit aurem] Imitationes hujusmodi plerumque se ipsum turpiter produnt. Notum quid Gliconi, cui Spiridion fuit cognomen, acciderit. Huic puer, quem in jus productum, quid fieret, interrogabat: Ex pædagogo se vellicari, respondit. Quod pædagogum faciebat, scilicet. Quintil. VI. c. 2. *Rig.*

Aurem] Legit Gruterus, *aure utraque, quem.* Schef. Quod notavit Neveletus.

33 *Et cum dolore*] Lege, *Et vi doloris vocem*, vel, *Atque ita doloris vocem natiuum exprimit.* Vid. sup. fab. 35. Sic fab. 37. 'Nativo munere tuta.' Poteat etiam legi: *Et subdole sic*, &c. Heins.

34 *Adclamat*] An scribendum est, *At clamat?* isto sensu: Licet verum porcellum rusticus compulerit vocem edere, nihilominus clamat populus, &c. *Schef.*

Scurram multo similius Imitatum] Ἐδ μὲν, ἀλλ' οὐδὲν πρὸς τὴν Παρρασίου ἴσ. Vel sic: Τί οὖν οὐχὶ πρὸς τὴν Παρρασίου; Plutarchus Symposiac. V. *Rig.*

35 *Trudi foras*] Per indignationem, cum contumelia. Sic mox c. 9. 'Est protrusus foras.' Plaut. Asin. 'Nae ille ecastor hinc trudetur largus lachrymarum foras.' *Schef.*

37 *Aperto*] Virg. Æn. VI. 'Aperit ramum, qui veste latebat.' *Prasc: Aperto est*, claro ac manifesto; *pignus* notat argumentum certissimum. Curtius: 'Nullum erga me benevolentiæ pignus atque indicium amicitiæ.' Ita sæpe alii. *Schef.*

Digitized by Google

FABULA VI.

Calvus for. in tr. pectinem] Nihil calvorum usibus inutilius quam pecten. Sic olim calvæ mulieres Veneri pectines dedicaverunt tanquam inutiles. Georg. Codinus Constantinop. Τῆς Ἀφροδίτης τὸ ἄγαλμα πλάττουσι κτένα φέρον. ἐκεῖθεν συνέβη κατὰ ταῖς τῶν Ῥωμαίων γυναιξὶ κτήφαν λομιδὴν γενέσθαι καὶ ξυραμένων πασῶν γεγόνασιν αἰσχραὶ οἱ κτένες ἀχρεῖοι, &c. Videndus Suidas Ἀφροδίτη. *Rig.*

2 *Defectus pilis*] Quem defecerant pili, qui amiserat. Sic Ovid. Met. x. vs. 104. de cervice: 'Defecta vigore Ipsa sibi est oneri.' Vid. Schopp. Inf. 114. *Schef.* V. supr. ad fab. 21.

Defectus pilis] Sic supra 'Defectus annis.' 'Defecti ætate,' Ulpian. l. Si quis in gravi. §. Ignoscitur. D. de SC. Silan. *Rig.*

3 *Heia inquit*] Vide Theophrasti Charact. περὶ βδελυρίας. Senec. Epist. 129. *Nev.* Inde est in vita Æsopi: Λαβὼν τὸ ἥμισυ τοῦ ἁρμαίου, ἡσύχασον. *Prasch.* Formula est solennis, qua utebantur, qui quid alium invenisse viderant in publico. Vide Erasmum in Chil. Senec. Ep. 118. Ubi tamen optime monetur ab eruditissimo Gronovio, non *est commune*, sicut in postremis edidit Rigaltius, sed *in commune*, scribi oportere. *Schef.* Vid. Vavass. de vi et usu quorundam verbor. p. 78. et de Mercurio communi Spanh. ad Call. Hym. in Dianam, 70. et res inventas et fortuito obvenientes ipsi sacras fuisse docet Stanl. ad Æsch. Sept. cont. Theb. 514. *Burm.*

Eja, inquit, est, &c.] Abest a Mss. Pithœi et Rem. illud *est*, quod Rigaltius ad fulciendum versum intrusit; legendum enim omnino, *in commune*. Nam præterquam quod facillime illud *in* excidere potuit, vel sola elegantia formulæ antiquæ hanc lectionem præferendam ostendit; subauditur enim, confer, quod brevitatis caussa omittitur. 'Conferre in commune' Ciceronis est, et aliorum passim. Seneca Epist. CXX. 'In commune.' Theophrast. Charact. cap. 11. ad Βδελυρίαν (impuritatem) refert: Si quos pueri nummulos æreos, ut fit, in via repererint, partem inde sibi poscet, [ὁ βδελυρὸς], illud usurpans, Mercurium esse commenem: (potius reddendum, commune esse lucrum.) *Gud.*

Heia commune] Indicio est locus præsens, hac formula exclamandi jam olim uti solitos, si quid Ἰὼν τε δύ' ἁρχαίων forte in via reperisset alter, ut ad ambos illud pertineret. Inter nostrates quoque adhuc manet ista contestatio cum dicunt: *Dein fund mein halb.* Possunt hæc servire ad declarandum Græcorum Proverbium, quod haud scio, an non satis expositum est ab Erasmo: Κοινὸς Ἑρμῆς. Mercurius et lucri præses et viarum habebatur. Jure autem civili res inventa non fit inventoris propria, l. 43. falsus: §. qui alienum, et §. proinde. D. de furt. l. 3. D. de incend. rui. naufr. Unde recte B. Augustinus: 'Si,' inquit, 'invenisti, et non reddidisti, rapuisti.' De quo distincte et pluribus suo loco. *Ritt.*

Commune quodcunque est lucri] Theophrastus Caracter. XXIV. Καὶ τῶν εὑρισκομένων χαλκῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς ὑπὸ τῶν οἰκετῶν δεινὸς ἀναιτῆσαι τὸ μέρος, κοινὸν εἶναι φήσας τῷ Ἑρμῇ. Plurnutus in Mercurio: Διὰ δὲ τὸ κοινὸν αὐτὸν εἶναι ἔν τε ἀνθρώποις πᾶσι καὶ πᾶσι τοῖς Θεοῖς, ὁπόταν τις εὕρῃ τι τροφίμων ἐν ὁδῷ, σύνηθες ἐπιφθέγγεσθαι, κοινὸν εἶναι τῷ Ἑρμῇ, ὃς δὴ συνίστωρ ἐστὶ τῆς εὑρέσεως ἀνέδωκε δὲ, ἐμφαίνοντες ὅτι κοινὸν ἀξιοῦσιν εἶναι καὶ τῶν εὑρημένων. ἐντεῦθεν καὶ τῶν εὑ-

Digitized by Google

ῥημάτων ἐρμαίων λεγομένων. Vid. apud Æsop. Fab. Ὀδοιπόρος. Et Camerar. p. 100. et 118. Seneca Epist. CXX. 'Quoties aliquid inveni, non expecto donec dicas, In commune: Ipse mihi dico.' *Rig.*

4 *Prædam*] De re inventa usurpari notandum. Adde sup. II. 8. 27. *Schef.*

5 *Superum voluntas*] Etiam hoc solenne fuit. A Diis talia dicebant dari. Hieron. ad Lev. 'Multi sine peccato putant esse, si alienum, quod invenerint, teneant, et dicunt: Deus mihi dedit.' *Schef.*

6 *Carbonem*] Vide Suidam in Ἄνθρακες ὁ θησαυρὸς ἦσαν. *Nev.* Rem pretii nullius. Erasmum vide in Chil. Natum hoc ex superstitione vulgi videtur, cui persuasum, nisi observentur omnia in thesauris effodiendis, quæ observanda præcipiunt qui peritiam hujus artis habent, argentum omne disparere, illiusque loco meros relinqui carbones, a Dracone credo, cujus antea meminimus. *Schef.*

Carbonem, ut aiunt] Ἄνθρακες ὁ θησαυρός. Proverbium de re nihili oblata ei, qui pretiosam expectabat et inhiabat, cujus spe potiundæ frustratus est. Vide Erasmum Chil. I. Cent. 9. Adag. 81. *Ritt.*

Carbonem pro thesauro] Carbones scilicet propter limites defodiebant. Qua de re Siculus Flaccus de Condition. Agror. pag. 6. *Rig.*

Thesauro] Ms. *thensauro*. Gud.

7 *Huic querella*] Nescio, annon sit a Phædri manu, *hæc querella*, quod et Rittershusius putavit. Nec enim sic generatim de querela omni dixeris, quod conveniat. *Schef.* Sed assentior Rigaltio, frustra hæc mutare velle interpretem. *Freinsh.*

Huic querella competit] F. legend. *hæc querel.* nempe quæ præcessit: 'Carbonem pro thesauro invenimus:' ut error ex vet. scriptura manarit: *hæc* vel *haic.*

FABULA VII.

Recte Rittershusius non fabulam hanc esse, sed historiam illius temporis, neque sane mihi videtur de Sejano cogitasse Phædrus, (ut censet Rigaltius) quum ista scriberet, nam incolumi non esset ausus: eversum aperte potius incessisset. *Freinsh.*

1 *Ubi vanus animus*] Sub principis nomine et persona ludit in Sejanum, qui Romæ principatum adfectabat. Et tota in hanc rem est Juvenalis Satyra X. Vetus Interpres: 'Sejanus fuit Tiberio usque adeo carus amicus, ut nihil esset, quod ei a Tiberio petenti negaretur; usque adeo etiam de eo cogitaverit necem, ut dispositis conjurationis sociis occiso Tiberio ipse regnaret.' Vid. Tranquillus et Tacitus. *Rig.*

Aura captus frivola] *Aura* pro, favore, ut notat Serv. ad Æn. lib. VI. Translatum a navigatione: sicut 'Aspirare cœptis,' 'Velificari gratiæ,' et siqua sunt ejusmodi. Vocem *frivolus* enucleat Budæus ad L. solutum 12. §. solutam: 5. D. de Pignerat. act. *Prasch.* Per *auram*, vulgi gratiam et favorem innuit, Virgilii exemplo; *frivola* est, fragilis, quæ cito perit. *Schef.*

2 *Abripuit*] Lego: *Adripuit insolentem sui fid.* Τὸ *u* exteritur in *sui.* Ita *sas* dixit Ennius, pro *suas*, illo versu: 'Virgines nam sibi quisque domi Romanus habet sas.' *Prasch.* Veteres habuere *Abripuit.* An scribendum, *Adripuit?* num *abripere sibi* ita dicitur, ut 'auferre sibi?' *Schef.* Johan-

Digitized by Google

nes ille Clericus in Biblioth. Antiq. et Nov. t. v. p. 178. hoc loco contra Jesuitam Gallum censorem suum se tueri conatur, quod ipse scripserit, 'Sumere fiduciam,' quasi minime Latine dictum esset; non vidi argumenta, quibus eum impugnat Jesuita, sed minime litem hac de phrasi ipsi movendam esse puto, si de se usus sit: nam vanus ejus animus, et aura captus frivola, recte et latinissime dici potest 'Sumere fiduciam, confidentiam, insolentiam, iram, spiritus, superbiam et arrogantiam,' (ut hæc locutionum ex Thesauro, sibi unico præsidio, Stephani colligit exempla) quibus phrasibus egregie notatur, et optime exprimitur, ejus ingenium: neque quisquam, nisi qui eum ignorat, ipsi hac de re controversiam faciet: sed in verbo *arripere* major adhuc arrogantiæ vis, et notat eum, qui plus sibi sumit, ac decet. Ovid. Met. IV. 224. 'Neve Arripite arbitrium matri secreta loquenti.' *Burm.*

Sibi] Eleganter abundat. Sic 'Otium mihi sumo,' Cicero: sic alii. *Schef.*

3 *Ad derisum*] Ad derisionem, ut derideatur. *Schef.*

4 *Princeps*] Hoc erat nomen tibicinis. *Schef.* Nomen illius tibicinis, quo de agitur. Ita nomina propria sunt, Rex, Regulus, Tyrannio, Tyrannus, Creon, Creusa, (Græce Regem et Reginam significant) et alia id genus. *Faber.*

Princeps] Hæc quoque non fabula est, sed historia illius temporis. Tibicinem vero istum habuisse nomen proprium Principis et hinc apparet, et ex versu seq. 'Lætare incolumis Roma salvo Principe.' Quanquam is jocum elegantem continet ex ambiguo: cum et de Imperatore illa acclamatio intelligi posset: et rectius quidem, quam de aliquo aulædo. *Rittt.*

Princeps tibicen] *Princeps* cognomen restituendum apud Gruterum pag. 106. 7. PRINCEPS L. BRINNIVS C. L. Et p. 241. C. CAESIVS PRI... PS. supple, *princeps*. Et pag. 969. 13. PRINCEPS. ubi Cod. Red. CILIO pro CILO. Et pag. 149. 5. Q. FLORONIVS Q. L. PRINCEPS MAGISTER AVGVSTALIS sub Tiberio. Vide Reinesium Epist. ad Rupert. pag. 540. ubi recenset plurimas familias, quæ cognomen habuerunt 'Princeps.' Apud Suetonium init. lib. de illustribus Grammaticis est Grammaticus 'Princeps' nomine. *Gud.*

Princeps tibicen] Id nomen inditum et Grammatico cuidam, de quo Suetonius lib. de clar. Gramm. 'Me quidem adolescentulo repeto quendam, Principem nomine, alternis diebus declamare, alternis disputare.' *Rig.*

5 *Operam Bathyllo*] Inflare tibias solebat, ad quas Bathyllus mimus saltaret. Consueverant enim eo tempore mimi seu pantomimi extra dramata seorsum in scena totius corporis mirifico gestu exprimere, quicquid vellent, inter saltandum. Vid. Voss. Inst. Poët. et Scaligerum ad Eusebium prolixe, pag. 170. editionis Jansonianæ. *Schef.*

Operam Bathyllo] Persius Sat. v. 'Tres tantum ad numeros Satyri moveare Bathylli.' Veteres Glossæ: 'Bathyllus pantomimus fuit, Mæcenatis libertus.' *Rig.*

Bathyllo] De Bathyllo Seneca Controv. lib. III. 'Pylades in comœdia, Bathyllus in tragœdia, multum a se aberant.' De Pylade vide Sueton. Aug. 45. et Dion. lib. LIV. An hic ille Bathyllus, qui distichon Virgilii surripuit? Vide Vitam Virgilii ante Edit. Meyen. Alius est Bathyllus, Juvenali nominatus: 'Chironomon Ledam molli saltante Bathyllo.' Ab eo enim Bathyllo, quem Augustus, ut Dio docet, Romam vocavit, successores ejus in eadem arte et ipsi quoque *Bathylli* vocabantur. Quemadmodum a Pylade posteriores *Pyladæ*. Seneca Nat. Quæst. lib. VII. c. 'Stat per successores Pyladæ et Bathylli

Digitized by Google

domus; horum multi discipuli sunt,' &c. Vide Scaligeri Anim. ad Eusebium, edit. primæ pag. 155.

Solitus] Non nude explicat professionem Principis, sed vim simul habet causæ, quare notior fuerit; nempe quia solitus hoc erat facere Bathyllo, mimo ea tempestate celebri. *Schef.*

Pegma] *Pecma* sive *pegma* (nam utroque modo scribitur) machina fuit artificiosa, pro diversitate argumenti adornata, in qua vel in sublime attollere, vel e sublimi in præceps dare, ac velut dehiscente terra absumere solebant sive homines, sive res, quas esset libitum. Vide Lipsium Amph. cap. 22. Scalig. ad Manilium pag. 140. Philandrum ad Vitruv. lib. IX. *Schef.* Vide Serv. ad Virgil. Georg. III. 24. Claudian. de Cons. Mallii 324. 'Mobile ponderibus descendat pegma reductis.' *Burm.*

Pecma] C pro G positum, ut sæpissime alias. Dicitur enim pegma ἀπὸ τοῦ πήγνυσθαι, id est, a figendo: et est machina lignea, in qua collocantur quasi affixæ statuæ, quæ etiam in scenam interdum proferebantur et motabantur, aut alioqui in pompa circumferebantur. Vide Senecam Ep. 98. Festum, et Josephum lib. VII. Ἀλώσεως. *Ritt.*

Pegma] De pegmate vide Lips. de Amphit. cap. ult. Mss. hic scribunt *pecma*; ut edit. Meursii, Rigaltii, et Rittersh. *Gud.*

Rapitur] Sic loquitur ob celeritatem, qua dehiscebat, aut surgebat, motuum ponderibus latitantibus. Claudianus: 'Mobile ponderibus descendat pecma reductis.' *Schef.*

8 *Nec opinans*] Forte, *Nec opinus*, qua voce supra est usus. *Nev.* Vid. lib. I. fab. 9.

Nec opinans, et sinistrum fregit tibiam] 'Nec opinans,' Terentius: 'Nec opinantes,' Suetonius Aug. c. 10. Glossæ: 'Nec opinanter, ἀπροσδοκήτως.' Sic lib. I. fab. 9. 'Aecipiter nec opinum rapit.' Quia etiam hoc loco Gruterus et Salmasius *Nec opinus* legendum putarunt. Sed videtur aliquid aliud latere. Mss. Rem. et Pith. habent, *Nec opia sed sinistrum*; quæ vera lectio est, et retinenda. *Opia* sunt ὀπαῖα, instrumenta musica tibicinalia, foraminibus plena, quæ uno vocabulo Græcis ὀπαῖα, quasi foraminata, dicebantur. Sic ὄλοπα et ἡμίοπα αὐλοί apud Athenæum et alios, duorum foraminum et semiforaminibus tibiæ dicuntur. Et forte rectius apud Phædrum scripseris *Opeum*. Sic apud Suetonium 'Odeum,' locus musicis exercitationibus destinatus, restituit Torrentius; vulgo *Odium* in Mss. sed Græcis est Ὠδεῖον, et Latini mutant *ei* in *e*, inquit ibi Torrentius, quem vide. Sic eodem loco apud Suetonium, 'Iseum,' Græce Ἰσεῖον 'Serapeum,' Græce Σαραπεῖον 'Museum,' Græce Μουσεῖον. *Gud.*

9 *Duas dum dextras*] Non negligendus elegans jocus in voce *tibiæ*. Fregit tibiam, sive crus sinistrum, sed maluisset duas dextras tibias (quas sc. in Comœdiis adhibebant) frangere, quam unicam illam sinistram. Sic in Eunuchi inscriptione apud Terentium legitur, eam fabulam actam fuisse tibiis duabus dextris. Videndus Aldus Paulli Manutius de Quæsitis per Epistolam. *Schop.* Lepida argutia: allusio facta ad tibias, quibus in scena utebantur, quarum aliæ sinistræ, aliæ dextræ dicebantur. Adi Terentii Didascalias, et ibi interpretes. Res enim alias fuse explicata fuit, etsi nondum satis constituta. De iis aliquid a Julio Cæsare Scaligero in lib. de Poëtica scriptum memini, aliquid a Manutio, et satis multa a Salmasio. Sed, dixerit quispiam: Ex Phædri duabus tibiis dextris annon elici possit, quid sibi velit locus ille Senecæ nunquam a doctis explicatus, in quo de 'utrisque pedibus dextris' mentio fit? Nil quidquam. Nam dextræ tibiæ apud Phædrum longe alius notionis sunt, quam *pedes dextri* apud Senecam. *Faber.* Ludit in voce

Digitized by Google

tibiæ. Nam supra sermo de tibia in crure, hic de ea, qua canitur. Fuerunt autem *tibiæ dextræ* cantorum, quæ et 'Lydiæ' dicebantur, quibus succinebant in cantico gravem edentes sonum. Vide Vossium in supra nominato opere. *Schef.*

Duas dextras] Cum uno flatu utraque tibia, dextra et sinistra, canerent; hinc Varronem puto tibias vocasse 'bilingues;' aut, ut apud Nonium est, *bilinguos;* sic enim legitur in Cod. Gott. ubi vulgo *bilingos;* at etiam in editione Merceri, qui de eo loco in notis nihil habet; sed Varronem puto de adolescentibus locutum, eoque respicere *bilinguos*, ac si dixisset: *et, ut tibias, bilinguos;* hoc est, instar tibiarum, quæ uno spiritu gravem et acutum sonum reddebant. *Gud.*

10 *Inter manus*] Hac de re dixi plura adversus patrem tuum optimum, Rittershusi, Suspect. Lect. l. III. c. 5. *Schiop.* Manibus latus e theatro. Plaut. Mostell. act. II. sc. 1. 'Abripite hunc intro actutum inter manus.' Cicero Verr. v. 11. 'Erant exitus ejusmodi, ut alius inter manus a convivio, tanquam e prælio, auferretur.' *Schef.* Sic et loquitur Florus III. 19. et 21. et alii passim.

Inter manus sublatus] Livius lib. III. ubi de Quinctio Cæsone: 'Inter manus domum ablatum, mortuumque inde arbitrari.' *Rig.*

Inter manus sublatus] Locis a Scheffero ex Plauto et Cicerone allatis adde Livium de Q. Cæsone l. III. *Gud.*

12 *Ad sanitatem*] Adducor fere his verbis, ut minime adsentiar Palmerio et amicissimo Grutero nostro, legentibus apud Propert. meum: 'Volneraque ad saniem nunc coiere mea.' Ubi editum hactenus, *ad sanum.* Schiop. Fere ut Poëta Umber El. lib. III. ult. 'Vulnera et ad sanum nunc coiere mea.' *Prasc.* Proprie *curatio*, de ista medicorum opera in sanandis morbis, quæ dicitur *venire ad sanitatem*, velut propositum suum finem, cum pristinam valetudinem restituit. Simili modo Plinius lib. XXXIII. c. 3. de auro: 'Quo sæpius arsit, proficit ad bonitatem.' *Schef.*

Ad sanitatem] Sic Symmachus noster vulnus 'in cicatricem convenire,' et 'cicatricem ducere' dixit, Ep. lib. I. 94. et Ep. lib. II. 32. *Ritt.*

13 *Et lepidum genus*] Ut spectatorum genus solet esse lepidum, seque a tibicine exhilarari volunt. Plaut. Pseud. extremo actu primo: 'Tibicen vos interea hic delectaverit.' *Schiop.* Lepidum spectatorum genus; id est, lepidi spectatores. Rigaltius pro ipsius tibicinis arte sumit, minus recte. *Faber.* Cohæret cum præcedenti, *mos est*, atque ideo ad spectatores refertur, non tibicinis artem, ut volebat Rigaltius: *lepidum genus*, quod gaudet rebus lætis, ac jucundis. Rigaltii sententiam video nunc Fabrum quoque improbare. Sed et olim Schoppius sic intellexit. *Schef.*

Et lepidum genus] Colerus: *en lep. g.* Cui cur adsentiar, causam nullam video. *Ritt.*

Et lepidum genus] *Lepidum genus*, pro ipsius tibicinis arte. Sic initio lib. II. 'Exemplis continetur Æsopi genus.' Id est, ars Æsopia fabularum; et initio lib. III. 'Nunc fabularum cur sit inventum genus;' id est, ars ipsa, et fabularum philosophia. *Rig.*

14 *Cujus flatibus*] Talis in veteri lapide, inter meos, dicitur 'Fistularius Cantor' p. 1117. *Gud.*

Flatibus] Cantibus. Sic Tibicines dicti 'Flatores.' Festus: 'Flator, tibicen.' Glossæ veteres, quas et Scaliger adducit, ad hunc locum: 'Flat flator.' Arnob. Cont. Gent. II. 'Tibia calamoque flantes.' *Schef.*

15 *Saltantis*] Bathylli. *Schef.*

16 *Erat facturus ludos*] Supra hoc libro: 'Facturus ludos quidam dives nobilis.' *Rig.*

Nobilis] Lege, *nobiles.* Heins. V. fab. v.

Digitized by Google

17 *Et incipiebat*] Scribimus: *Et incipiebat Princeps ingredier: cum Adducit pretio, precibus.* Sicut Phædrus *pretio, precibus;* ita Horat. 'Nunc prece, nunc pretio.' *Prasc.* Totus hic locus est editus a Rigaltio, ex ingenio, ut puto, quomodo eundem emendandum censuit et Praschius. Editiones veteres habebant ita: *Et incipiebat Princeps abduci reum Ingredi a se reducit pretio precibus ut Tantummodo ipso, &c.* Schef.

Et incipiebat Princeps ingredier] Planc. apud Ciceronem Epist. Fam. x. 17. 'Cum primum posse ingredi cœpit, non magis sibi, quam reipublicæ, convaluisse se existimans.' Hic vero Ms. habent: *ingredi a se abduci.* Puto scribendum *abducier;* quod quid sit, additum glossema *ingredi a se* explicat; scilicet, stantes, cum soli, scamno et muro relicto, inciperent ingredi, *abduci* dicebantur; hoc est, a scamnis in medium duci. *Abducere* sæpe in Mss. mutatum esse perperam in *adducere* notavit Gifan. in Observ. Ling. Lat. pag. 7. ubi *abducere* explicat, ex loco in alium ducere. Salmasius hic se non expedit, et tamen restituit: *Adducit pretio, precibus, ut tantummodo Ipso ludorum ostenderet sese die.* Gud.

18 *Pretio, precibus*] Formula solennis. Respexit autem locum Terentii, qui est in Eun. act. v. sc. 9. 'Perfice hoc precibus, pretio, ut hæream,' &c. *Schef.*

Tantummodo Ipso ludorum] Antonius Loiselus doctissimus Jurisconsultus hos versus ita componere tentabat: *Et incipiebat Princeps adducier ** ingredi a se ** Reducit pretio precibus ut tantummodo Ipso ludorum ostenderet sese die.* Rig.

21 *Fremit*] *Rumor fremit,* sicut apud Silium, 'Rumor strepit,' Achill. II. *Schef.*

23 *Aulæo misso*] Desunt quædam, ut hariolor. *Prasc.* Cum dimitteretur aulæum, post quod stabant actores, et jam scena una finita prodiret chorus ex consuetudine. Hoc vult Noster, neque quidquam abest, ut nonnemo suspicatur. *Schef.*

Aulæo misso] Id est, demisso. Hoc fieri solebat initio fabulæ cujusque. Tollebantur autem aulæa in fine, omnibus peractis, cum spectatores dimittebantur. Unde Horatius 'aulæa manentem' dicit in Arte eum, qui desidet usque ad extremum actum. Idem significat M. Tullius in Orat. pro M. Cœlio. 'Mimi ergo,' inquit, 'est jam exitus, non fabulæ: in quo cum clausula non invenitur, fugit aliquis e manibus: deinde scabella concrepant: aulæum tollitur.' *Aulæa* sunt tapetes quibus parietes vel pavimentum etiam contegebatur. Negatur ergo non præter solitum levis et ineptus Nonius, cum ait, esse genus vestis peregrinum. Quanquam hoc ferri poterat, cum vestis appellatio latissime pateat, etiam ad stragula pertinens, et peregrina recte dicantur aulæa, ut quæ Romam ex Attali Regis hereditate perlata sint, Servio et Donato teste: nisi adderet Nonius: 'Et est tanquam paludamentum barbarici habitus militaris.' Apage hoc paludamentum barb. hab. mil. Ibidem etiam Varronis verba sic lege: 'Quot ex hereditate Attalica aulæa,' &c. Ubi vulg. *Quod.* Significat enim Varro, Populum Rom. hujusmodi rerum copiam consecutum ab Attalo Rege, a quo heres scriptus fuerat. *Ritt.*

Aulæo misso] Salmasius hic, et ad Histor. Aug. *Aulæo misso et strato,* idem significat; sic 'Mantilia mittere,' simpliciter, pro, in mensam mittere. *Aulæo misso,* in scenam scilicet. 'Aulæa sternere,' apud Donatum. Aulæa quoque in scena intexta sternuntur, pro quibus siparia posterior ætas accepit. *Gud.*

Devolutis tonitrubus] Proprie, quia fiebant saxis dejectis post scenam, magno cum fragore, ut ex Festo constat, voce *Claudiana tonitrua.* Schef.

Devolutis tonitrubus Dii sunt locuti]

Digitized by Google

Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς, notum proverbium inde natum, de inopinato atque improviso auxilio ad explicandas res difficillimas oblato. Vide Erasmi Adag. *Ritt.*

24 *More translatitio*] Quo transferebantur in scenam, ornati magnifice, cum intervenire difficilioribus negotiis deberent machinæ alicujus subsidio. Id enim est *transferre*, et *translatio*, in ludis, auctore Salmasio Exerc. Plin. p. 124. ubi locum hunc interpretatur. Quanquam meo animo non ista velle Phædrus Noster videatur, sed simpliciter per *translatitium* intelligere pridem usurpatum, et consuetum, et vulgatum. Nam et hoc non raro *translatitium* est apud veteres. Quomodo 'Translatitiam propinationem' legimus apud Petronium. Cic. Ver. III. 'Et hoc vetus edictum, translatitium est.' Asconius eo loco: 'Translatitia veteres dixerunt, non nova, nec nuper inventa, sed aliunde translata.' Sane si secundum alteram accipias interpretationem, qui eo more Dii *loquantur*, non excogito. *Schef.* Gell. III. 18. 'Edictum, quo Consules, servandæ consuetudinis caussa, tralatitio utuntur.' 'Tralatitium' et 'solitum' conjungit Ampelius sub finem libelli memorialis. *Heins.* Recte explicuit Schefferus. Apulei. Met. I. 'Oro te, inquam, aulæum tragicum dimoveto, et siparium scenicum complicato, et cedo verbis communibus.' Olim vero aulæis, postea sipariis, usos esse docet Auctor de Trag. et Com. *More* vero, ut Ovidius in alia re Ex Ponto II. 5. 54. 'Hoc Superos jures more solere loqui:' ubi non opus est *ore* legere. *Burm.*

More translatitio] Id est, solemni, vulgari; nempe tunc, cum dignus vindice nodus incidisset. Non enim aliter vult Horatius, Deum aliquem actioni scenicæ interesse. Jurisconsulti *translatitie aliquid fieri* dicunt, quod non fit serio, sed perfunctorie et dicis causa potius, ut alias loquuntur. Ut 'Translatitie defungi munere accusandi,' id est, prævaricari, l. 1. §. prævaricatorem. D. Ad S. C. Turpil. 'Non translatitie exequi querelas,' l. 1. D. jur. patron. 'Translatitie omittere,' l. LV. si patroni. §. quid ergo. D. ad SC. Trebell. id est, negligenter: non, ut quidam exponit, interim. Similiter Petronius, 'Non tralatitiam humanitatem,' 'Non tralatitium bellum,' dixit. *Ritt.*

25 *Tunc chorus*] Subest θρυλλον: quod non tetigit Gruterus, quum locum hunc tentaret. *Prasch.*

Tunc chorus] Legendum mihi videbatur: *Tunc chorus gnotum moro educto canticum.* Scilicet producto in scenam Principe, moro et inepto tibicine, scenici artifices acclamaverunt, LÆTARE INCOLUMIS. Sic ipse supra: 'Notos flexus,' et 'Pernicitatem notam,' et 'Exitus notos,' et 'Candorem notum.' *Rigalt.* Sed sic metron laboraret. Inde gnotum canticum esse non potuit, cujus sententiam, ut apparet, tibicen non intelligebat. Illud autem *moro educto* nescio quomodo non placet: neque Phædrum olet. Postremo non concipio quomodo rem sit imaginatus Rigaltius, scenicos artifices educto illo moro acclamasse. Nam neque in ejus gratiam id factum aperte monstrat Phædrus. Quin nec ea ambiguitas, de qua dicebamus ex Rittershusio, habebat locum in eo carmine, quod Imperatoris solius honori serio destinatum fuerat. Unde insignitior tibicinis stultitia fuit ad se trahentis ista, propter vocabulum *principis*, quod judicare debebat ad se nihil attinere sic usurpatum, et huic inclusum sententiæ, licet ipse quoque Princeps vocaretur. Parisienses hic multa mutant, audacter sane, si præter Mss. fidem. Ex vulgato: *Tunc chorus ignotum more ducto canticum Imposuit;* fecissem: *Tunc chorus ignotum mox reducto canticum In-*

Digitized by Google

sonuit. Ignotum canticum eo usque, hoc est, novum, tum primum in scenam productum. *Freinsh.* Hunc Phædri locum non intellexit novus Interpres, sub quo nuper et Phædrus et Terentius Gallice loqui didicere. Sic enim vertit: *Les danceurs voiant ce joueur de flute revenu de nouveau, lui donnèrent à chanter une chanson fort connue, qui commençoit par ces paroles*, ' Rome, rejoui toi,' &c. At Phædri sententia est: chorum, et canticum quoddam, (ex eo cantico est versus ille, *Lætare incolumis, Roma*, &c.) chorum, inquam, et canticum illud, quod tunc forte canebatur, induxisse tibicinem, hominem misere fatuum, in eum errorem, ut per *Principem* se designari crederet, cum de Imperatore, non de tibicine, sermo esset. *Imposuit* itaque, fefellit. *Faber*. Verum miror, quomodo, si notum fuit canticum, sic tibicinem potuerit decipere. Ait quidem Faber in novissima editione: ' Facile vel puer respondeat: notum erat omnibus, quia nuper compositum fuerat, sed Principi saltatori ignotum, quia perdiu in lecto jacuerat, neque illud audire potuerat.' Sed revera puerile hoc responsum est. An enim tandem, quia diu jacuit in lecto, iccirco ignorare canticum illud debuit? Atque, ut fatetur Faber, notum fuit *omnibus*. Cur ergo ipse solus nil resciverit de eo? An socios, an amicos habuit nullos, per quos etiam decumbens, vel inter confabulationes familiares, intelligere cantionem istam potuit? An ipsum, tibicinem præsertim, (*tibicen* enim fuit, non *saltator*, ut a Fabro nominatur,) interea scenæ omnis, chori, cantionis oblitum arbitramur, aut saltem tam negligentem extitisse, ut quid ibi fieret, per tot dies ne quæsiverit quidem? Hæc vero omnia crediderit, opinor, nemo, nisi puer. Quare non desinimus mirari, quomodo quod notum, et notum fuit omnibus, ipse solus ignoraverit canticum. Ac propterea existimamus, adeo fuisse ignotum, ut ante illum diem nunquam prolatum fuerit in scena. Unde tamen sequitur, ut omnino, quod monebam olim, locum sic legamus: *Tunc chorus ignotum ac reducto canticum*, vel, ut placuisse nunc Freinshemio intelligo: *Tunc chorus ignotum mox reducto canticum*. Nisi Rigaltianæ inhærentes editioni malimus: *Chorus reducto tunc, et novum canticum*. Nam quod de in parenthesi includendis verbis illis, *et notum canticum*, conjeceram, eo minus placet, quia sequens *cujus* eam nequit admittere. Quod autem pro *Imposuit* Freinshemius substituit, *Insonuit*, sine caussa factum, et subsequentibus omnimode repugnat. *Schef.* Lege, *Chorus reducto tunc et* (vel *id*) *notum*, &c. Heins. Mihi vulgata satis placet, hoc sensu: Tunc chorus et notum canticum Principem reductum in theatrum fefellit. *Notum* vero retinendum: est enim usitatum canticum, sed id per ipsam arrogantiam sui honoris caussa pronuntiari credebat. Sic apud Galb. XIII. ' Notissimum canticum' a populo Galbæ accommodatur. *Imponere* pro, decipere, vulgatum est. *Burm.*

Tum chorus, &c.] Salmasius: ' *Mox reducto*; lege, *modo reducto*.' Gud.

Canticum] Vetus Epigramma de Pantomimo: ' Nam cum grata chorus diffundit cantica dulcis, Quæ resonat cantor, motibus ipse probat.' Petron. Sat. ' Potionem poposci: paratissimus puer non minus me acido cantico excipit: et quisquis aliquid rogatus erat ut daret; pantomimorum, non patris familiæ, triclinium crederes.' Suet. in Caligula: ' Cum palla tunicaque talari prosiluit, ac desaltato cantico abiit.' *Rig.*

26 *Fuit*] Forte, *ekait*. Heins.

27 *Lætare*, &c.] Vide Barn. Brisson. Form. Sol. lib. VIII. p. 719. et exemplis ab illo conductis præsens adde. *Prasch.* Hinc videtur colligi,

Digitized by Google

accidisse ista post detectam Sejani conjurationem et supplicium de eo sumptum. Licet enim alio in argumento diceretur, tamen spectatores more suo simul id accipiebant de Tiberio, et ideo edebant plausus. Moris hujus habes evidens exemplum apud Suetonium Vita Augusti c. 68. et Neron. c. 48. Sane in quæ alias Augusti et Tiberii tempora hæc sententia magis congruat, haud liquet, cum proferri eam moris fuerit, non nisi e manifesto vitæ discrimine Principe erepto. Quod cognoscimus ex ejusdem Suetonii Vita Calig. cap. 6. ubi audito, quod Germanicus, quem ægrotare graviter cognoverant, convaluisset, omnes Romæ clamant: 'Salva Roma, salva Patria, salvus est Germanicus.' *Schef.* Vid. Bernard. Ferrar. de Acclam. lib. I. 14. et Lindenb. ad Amm. Marcell. XIV. c. 5.

Lætare, &c.] Respicit morem acclamandi Principibus. Ita Romæ, acceptis de recuperata Germanici valetudine nunciis, exclamatum est: 'Salva Roma, salva Patria, salvus est Germanicus.' Sueton. Calig. 6. Et similiter Lampridius de Alexandro Severo: 'Levabatur manibus omnium Alexander, vixque illi per horas quatuor ambulare permissum est, undique omnibus clamantibus: Salva Roma, quia salvus est Alexander.' Vide et Poll. Hist. Aug. 801. Nummus æreus Maximini, in Museo Felicis Rondinini, cum hac inscriptione in aversa parte: SALVIS AVG. ET CAESS. FEL. PART. *Gud.*

28 *In plausus consurrectum est*] Honoris præcipui caussa. Cicero Attic. II. 19. 'Inimici erant equitibus, qui Curioni stantes plauserant.' Plaudebatur autem non præsentibus tantum, verum etiam absentibus viris magnis, principibus maxime. Sic apud Tacit. Hist. II. 55. 2. 'Ut cessisse vita Othonem, &c. certi auctores in theatrum attulerunt, Vitellio plausere.' *Freinsh.* Simul ab omnibus surrectum est, ut plausus ederent. Stantes enim fere edebant, præsertim si hoc Principis causa facerent. Unde intelligitur, quæ habet iterum Suetonius in Augusto c. 56. 'Eisdem prætextatis adhuc assurrectum ab universis in theatro, et a stantibus plausum, gravissime questus est.' *Schef.* Et eo respicit Horat. Od. II. 17. de Mæcenate, qui manifesto periculo morbi erat ereptus, 'Cum populus frequens Lætum theatris ter crepuit sonum:' tali etiam se honore et applausu a populo excipi credebat reductus post infirmitatem in theatrum Princeps. *Burm.*

In plausus consurrectum est] Notandum, omnes, qui sedentes ludis et recitationibus intererant, quoties plaudendum erat, surrexisse. Plin. Jun. Epist. lib. VI. 17. 'Recitabatur libellus absolutissimus; hunc duo aut tres, ut sibi et paucis videntur, diserti, surdis mutisque similes audiebant: non labra diduxerunt, non moverunt manum, non denique assurrexerunt, saltem lassitudine sedendi. Quæ tanta gravitas? quæ tanta sapientia?' *Gud.*

Jactat basia] Tacitus Hist. lib. I. 'Nec deerat Otho protendens manus, adorare vulgum, jacere oscula,' &c. Juvenal. 'Jactaret basia rhedæ.' *Faber.* Non est, deosculatur hominum dextras, ut putat Rittershusius, aut genas; nec adorat, ut vult Ursinus; sed ori admota manu spargit in vulgus, gratiæ agendæ causa. Sic enim solebant, quoties declarare animum gratum aut quoquo modo deditum aliis vellent. Unde Juvenalis Sat. IV. 'Blandaque devexæ jactaret basia rhedæ.' Fiebatque hoc manu primum admota ori, deinde porrecta ad eos, quorum amori vel honori hoc dabatur, et sic osculum ipsum porrigebatur velut, ac jactabatur. Unde idem Sat. III. 'A facie jactare manus' dixit. Tacit.

Digitized by Google

Hist. I. 'Nec deerat Otho,' &c. *Schef.* Lege cum Scriver. ad Mart. Ep. I. 3. *Jactant basia.* Heins.

Jactat basia] Id est, deosculatur hominum dextras: de quo more supra. Vel etiam de osculis genarum intellige, quæ non minus frequentia apud Romanos fuisse ex Martiali discimus. *Ritt.*

Juctat basia] Id est, adorat. Moris erat scenicis scenam ingressis populum adorare. Epigr. Vet. lib. IV. 'Ingressus scenam populum saltator adorat, Solerti pendet prodere verba manu.' Martialis lib. IV. Sed magis ad rem Tacit. Hist. P. 36. de Othone. *Gud.*

Jactat basia] Juv. Sat. IV. 18. De Scenicis: Martial. 177. 'Circum pulpita nostra, Et steriles cathedras basia sola crepant.' *Jactat basia*, adorat. Vetus Epigram. 'Ingressus scenam populum saltator adorat.' *Adorare* est quod ait Juvenalis Sat. III. 166. 'A facie jactare manus.' Tacit. Hist. I. 'Nec deerat Otho,' &c. *Rig.*

29 *Gratulari*] Idem igitur accidit, quod Asino Æsopi Fab. 26. *Prasch.* Absolute, *gratulari*, pro, gratulari sibi. Ita lib. IV. 11. 'Quum gratulantes persalutasset Deos.' Cic. de Orat. 'Cum vos non modo frequentes, sed læto vultu gratulantes, viderit.' Suet. c. 60. 'Gratulanti inter pœnas, quod non et locustam obtulisset.' *Schef.* Vid. ad lib. IV. 25.

Fautores] Tacit. I. 'Adversus lasciviam fautorum multa decernuntur.' *Gud.*

Fautores] Vetus Glossarium: 'Fautor, ἐρεθιστής.' *Rig.*

30 *Equester ordo.* Et mox: *plaudit inludens eques*] Erat in theatro certus Equestri Ordini attributus locus, ex quo spectarent. *Equestria* appellat Seneca de Benef. I. VII. 12. 'Equestria,' inquit, 'omnium equitum Romanorum sunt. In illis tamen locus meus fit proprius, quem occupavi.' Et mox: 'Habeo in Equestribus locum, non ut vendam, non ut locem, non ut habitem: in hoc tantum, ut spectem. Præterea non mentiar, si dicam, me habere in Equestribus locum: sed cum in theatrum veni, si plena sunt Equestria, et jure habeo locum illic, quia sedere est mihi liberum; et non habeo, quia ab his, cum quibus jus mihi loci commune est, occupatus est,' &c. *Equestria*, scilicet sedilia. Solebat autem locus in theatro tribui secundum cujusque censum. Qua de re alibi. Vide et Lipsium ad Ann. XV. Taciti, de distinctis in theatro spectatorum locis ac sedibus pro cujusque dignitate. *Ritt.*

Equester ordo] Sic Tacit. Ann. lib. XII. pag. 201. ed. parv. *Gud.*

Stultum errorem] Errorem ex stultitia et judicii infirmitate natum. Sunt autem errores et ex causis aliis. Quod ideo addo, ne quis otiosum arbitretur. *Schef.*

31 *Canticum repeti jubet*] Valer. Max. I. 2. 4. 'Livius, sui operis actor, cum sæpius a populo revocatus vocem obtudisset.' *Gud.*

32 *Homo meus*] Quando de stupore alterius sermo est, eleganter illum 'Nostrum' dicimus. Catullus: 'Talis iste meus stupor nil videt, nihil audit. Ipse quis sit, utrum sit, an non sit, id quoque nescit.' In quo loco doctissimum Lipsium, quemque tantopere adolescentiæ meæ favere gaudeo, frustra fuisse nollem. Nam ut ibi recepta lectione insuper habita corrigamus, *merus stupor*, ego sane, qui meus stupor est, causam adhuc nullam excogitare potui. Sic autem loquimur quasi per ironiam illum commendantes. Nam etiam vere, si quem laudamus, 'Noster esto,' dicere consuevimus. *Schiop.* Elegantissime illud *meus* usurpat, velut per commiserationem tantæ stultitiæ. *Schef.* Petron. cap. 41. 'Duravi rogare interpretem meum:' et 62. 'Homo meus cœpit ad stellas facere.'

Digitized by Google

Quinct. Decl. XII. 18. 'At legatus meus ad emendum modo proficiscitur:' ubi et vide. *Burm.*

Homo meus] Tibicen Princeps, de quo loquor. Galli, *mon homme.* Gud.

In pulpito] Ubi canere fabulamque agere solebant personæ; vide Scalig. de Poët. c. I. 21. et alios. *Schef.*

33 *Totum prosternit*] Sequentium versuum ordinem sic mutat Rigaltius: *Totum, &c. Princeps, &c. Niveisque, &c. Superbiens honorem invidit divinæ domus, Rogare, &c. Ut vero, &c. Ab universis, &c.* Sed longe melior est receptus ordo. *Freinsh.*

34 *Coronam*] Præmium certaminis in ludo illo. *Schef.*

36 *Princeps ligato crure*] Distingue: *Niveisque tunicis, niveis etiam calceis Superbiens: &c.* Illud *superbiens* omnino est jungendum cum *Niveis tunicis, niveis etiam calceis;* quod præter alia ostendit enclitica copulativa, *Niveisque.* Cæteroquin otiosum est τὸ *que*, oratio ipsa hiulca, et sensus frigidus. Quid enim? an honor divinæ domus erat in tunicis et calceis niveis? Imo vero ex Ovidio, Martiale, Tertulliano, notum est, albos calceos Romæ usitatos elegantioribus et viris et mulieribus, quin etiam histrionibus. (Vide, si placet, hac de re, Salmasium ad Vopiscum pag. 410.) Sed plura hic concurrebant, quæ misero tibicini invidiam fecere; fascia candida, qua ligatum ei, vulneris tegendi causa, crus erat, speciem habebat diadematis; quod regium insigne sane nihil aliud erat, quam fascia candida in capite gestari solita, frequenter in nummis antiquis regum occurrens. Itaque etiam in crure invidiæ fuit. Simile plane accidit, si parva licet componere magnis, Pompeio Magno, de quo Valer. Max. lib. VI. cap. 2. §. 7. 'Pompeio, candida fascia crus alligatum habenti, Favonius, Non refert, inquit, qua in parte corporis sit diadema; exigui panni cavillatione regias ei vires exprobrans.' Et Amm. Marcell. lib. XVII. pag. 103. Ed. Vales. et pag. 112. Lindebr. 'Necnon etiam in Pompeium obtrectatores iniqui, multa scrutantes, cum nihil, unde vituperari deberet, inveniretur, duo hæc observaverunt ludibriosa et irrita; quod genuino quodam more caput digito uno scalperet; quodque aliquamdiu tegendi ulceris deformis causa fasciola candida crus colligatum (sic scribe ex Ms. vulgo colligavit); quorum alterum factitare ut dissolutum, alterum ut novarum rerum cupidum, asserebant; nihil interesse oblatrantes, argumento subfrigido, quam partem corporis redimiret regiæ majestatis insigni.' Hæc Ammianus. *Tunica* etiam *nivea* populo in oculos incurrebat (nam ita scribi apud Phædrum mallem, quam *tunicis*, nisi de duplici tunica velis accipere: vide Ferrar.); nam vestis candida Regum et superiorum erat. In Sacris Esth. cap. 8. vs. 15. vestes regiæ dicuntur fuisse flavæ et albæ. Herodes Christo Servatori nostro tanquam Regi illusit, induta veste alba. Sic enim vulgata locum Lucæ cap. 23. vs. 11. et Lutherus vertunt. In Græco est: Καὶ ἐμπαίξας, περιβαλὼν αὐτὸν ἐσθῆτα λαμπράν. Beza vertit, *veste splendida.* Λαμπρὸς enim *splendidus.* Sed in Apocal. cap. 4. vs. 4. Ἐπὶ τοὺς θρόνους εἴδον τοὺς εἴκοσι καὶ τέσσαρας πρεσβυτέρους καθημένους, περιβεβλημένους ἐν ἱματίοις λευκοῖς· Καὶ ἔσχον ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν στεφάνους χρυσοῦς. Vulgatus vertit: *Super thronos vidi viginti quatuor sedentes, circumamictos vestimentis albis, et in capitibus eorum coronas aureas.* Beza etiam *vestibus albis.* De superioribus Tacitus, describens pompam et luxum exercitus Vitelliani, quocum ille urbem ingressus est, Hist. lib. II. 89. 'Ante aquilam præfecti castrorum et primi centurionum, candida veste.' Livius: 'Candidæ tunicæ, linteæ fortasse ex linteo Pelusio.' Idem lib. IV. 'Ne cui album vestimentum addere petitio-

Digitized by Google

nis causa liceret.' Lips. Elect. cap. 13. legit: *album in vestimentum:* id est, cretæ, quam solebant addere petitores, ut splenderet vestis, sicque ab aliis dignoscerentur. Non enim alba vestis interdicta, cum ea promiscue uterentur omnes Romani. Vide latius Lips. loc. cit. Tibicines tamen, dubium mihi non est, quin usi fuerint Romæ tunicis candidis, in publicis privatisque ludicris actionibus. Ludicris dico, ut distinguam de seriis. Nam in publicis privatisque seriisque actionibus personatos varia, hoc est, diversi coloris, variegata, veste velatos tibicines fuisse docet Valer. Max. lib. II. cap. 5. §. 4. qui locus, valde corruptus hactenus, explicari et emendari meretur. Pighius, Colerus, et alii ediderunt: 'Tibicinum collegium solet in foro vulgi oculos in se convertere, cum inter publicas privatasque ferias actiones, personis tecto capite, variaque veste velatis concentusque edit.' Quid contaminatius? Lipsius aliquid vidit, restituens *concentus edit*, rejecta enclitica *que*, a Pighio contra veteres libros intrusa; nec frustra displicuit Lipsio illud *ferias actiones*. Sed quod conjecturæ substituat, *feriationes*, frustra est. Optime optimi nostrorum codicum: *Tibicinum quoque collegium solet in foro vulgi oculos in se convertere, cum inter publicas privatasque SERIAS actiones, personis tecto capite, variaque veste VELATUM concentus edit.* Egregium est quod addit *serias;* nimirum ut distinguantur a ludicris actionibus, in quibus tali vestitu tibicines non utebantur. Celebrabantur autem a tibicinibus seriæ et ludicræ actiones publice et privatim. Publicæ seriæ actiones erant, quando tibicines sacrificiis præcinebant, quod facere solitos fuisse, e Livii loco lib. IX. 30. perspicuum est. Et in Inscript. Gruter. cap. 3. indicis: 'Tibicines Romani, qui sacrificiis præsto sunt.' Atque hinc Valer. Max. loco citato subjicit, tibicinum ab urbe abeuntium ministerio Senatum deserta sacra non æquo animo tulisse. Privatæ actiones seriæ sunt, actiones funebres; quibus tibicines adhibiti; ut constat etiam ex historia Evangelica, describente pompam funebrem filiolæ Jairi. Ad privatas serias actiones referri posset, nisi ad ludicras malis, quod scribit Valerius idem lib. II. cap. 1. §. 10. 'Majores nostri, in conviviis, ad tibias, egregia superiorum opera carmine comprehensa pangebant.' Ubi notandum *pangere*, non tantum esse ποιεῖν, *componere*, sed etiam *canere;* ut sæpe apud Prudentium. Et videtur quidem hoc ad ludicra pertinere, quia non videntur in privatis conviviis tibicines personati et velati fuisse, quomodo tamen fuere in privatis seriis; scilicet quando privatæ seriæ actionis causa in publicum prodibant. *Gud.*

Ligato crure, &c.] Seditiosi albis vestibus induti. Artemidorus Oneirocrit. II. Λευκὰ ἱμάτια ταραχὰς σημαίνει, διὰ τὸ τοὺς ἐν ὄχλῳ ἀναστρεφομένους λευκὰ ἔχειν ἱμάτια. *Rig.*

Nives fascia] Alba, candida, qui color olim relatus est inter regales. Vide Sueton. Domit. cap. 21. Vellei. lib. II. 2. Cic. Att. Ep. II. 2. Adde quoque, quæ ampliss. eruditissimusque Thomas Bartholinus nuper docuit, in politissimo opusculo de Nive. *Schef.*

37 *Niveis etiam calceis*] Albi calcei delicatorum et mollium erant. Nempe qui mulieribus magis convenire videbantur. Clem. Alexand. Pædag. II. cap. 2. Γυναιξὶ μὲν οὖν τὸ λευκὸν ὑπόδημα συγχωρητέον. πλὴν εἰ μὴ δδεύοιεν. τότε δὲ τῷ ἀλιπτῷ χρηστέον. ἡλωμένων δὲ δέονται τῶν κατυμάτων αἱ ὁδεύουσαι. πλὴν τὰ πολλὰ ὑποδήμασι χρηστέον αὐταῖς. οὐ γὰρ ἁρμόζει γυμνὸν ἐπιδείκνυσθαι τὸν πόδα, ἄλλως τε καὶ εὐαίσθητον εἰς βλάβην ἡ γυνή. ἀνδρὶ δὲ εὖ μάλα ἁρμόδιον ἀνυποδησία. πλὴν εἰ μὴ στρατεύοιτο. Bene igitur Aurelianus apud

Digitized by Google

Vopiscum: 'Calceos mulleos, et cereos, albos et ederacios viris omnibus tulit, mulieribus reliquit.' Nec enim hic legendum *galbos* facile mihi persuadet doctissimus Belgarum J. Lipsius Elect. lib. I. 13. *Rig.*

38 *Superbiens honorem vidit*] Gruterus legit: *Superbiens honore divinæ domus.* Nev. Sic optime Paris. sublatis etiàm notis lacunæ ante hunc versum; deest enim nihil. Edebatur antea: *honorem vidit divinæ domus;* quod ut mutarit Rigaltius, vidimus. *Freinsh.* Palatinæ, Augustæ, Imperatoris, inquit Faber. *Schef.* Vide Juret. ad Symmach. pag. 166. et indicem XIII. Gruter. Inscript. in *domus divina.* Heins.

Honorem vidit divinæ domus] Lego, *honorem in divinæ domus.* Cum ambigue, ut solet, scriptum esset in veteri libro illud *in*, ita ut et *vi* legi posset, librarius nesciens, quid sibi vellet illud *vi*, putans adjiciendam esse ex scribendi compendio syllabam proxime sequentem *di*, formavit inde suum illud *vidit*, ut barbari illius secli mos erat. Censeo autem verum esse, *honorem in divinæ domus.* Vetus formula, et in veteribus Inscriptionibus frequentata; lapis Oretanus in Hispania apud Gruterum:

PETENTE. ORDINE. ET. POPVLO. IN
HONOREM. DIVINÆ. DOMVS. FECIT.

Metrensis lapis:

IN. HONOREM. DOMVS. DIVINÆ
DIS. MANIBVS. VICANI. VICI. PACIS.

Sunt etiam multæ apud Gruterum Inscriptiones, ubi formula hæc siglis ita notatur, IN. H. D. D. *Domus divina* est, quæ Valerio Maximo, Phædri συγχρόνῳ, 'Augusta domus' dicitur lib. VIII. cap. 15. Eadem vocabatur DOMVS AVGVSTIANA, in syntagmate inscriptionum nostrarum ἀνεκδότων:

P. AELIVS. AVG. LIB. ORESTES
PRAEPOSITVS. OPIFICIBVS
DOMVS. AVGVSTIANAE. ET
LICINIA. PRIMILLA. FECERVNT
LICINIO. PROCESSO. VERNAE. SVO
QVI. VIX. ANN. V. DIEB. VIIII. ET. SIBI. ET
LIBERTIS. LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EORVM.

Romæ in hortis Cæsarini, extra portam Flaminiam, in tabella litt. circa Hadriani tempora, (horti ii fuere antea A. Bosii, qui Romam subterraneam edidit,) apud Gruterum 599. 7. perperam editum est, AVGVSTANAE. Sed lapis, quem Romæ vidimus, diserte AVGVSTIANAE. *Gud.*

Honorem divinæ domus] Augustæ, Imperatoriæ, Principalis. Ulpianus lib. XII. D. ad Sc. Turpilian. 'Si interveniente publica abolitione ex SC. (ut fieri adsolet) vel ob lætitiam aliquam, vel honorem domus divinæ,' &c. *Rig.*

39 *Capite*] Catull. de Colonia: 'Per caputque pedesque.' *Heins.* Hinc illustrat Cl. Gronovius illud Herodoti lib. I. c. 156. Καὶ ἐγὼ κεφαλῇ ἀναμάξας φέρω. Quæ an huc pertineant, videant me acutiores. Rectius ego puto simile esse illi locutioni apud Lucian. in Timone p. 128. Ed. Græv. Καὶ ἐπὶ κεφαλὴν ἐξωσθεὶς τῆς οἰκίας, et pag. 139. Ὠθεῖν καὶ τοῦτον ἐπὶ κεφαλὴν βαπτίζοντα. Quod recte capiunt interpretes, quasi præceps, prono capite, protrusus sit. Sic et capre illa Livii: 'Itaque cum alii præcipites sine responso agendos castris.' *Burm.*

Capite est protrusus] Præceps datus. *Ritt*

Digitized by Google

FABULA VIII.

Tempus] Hæc quoque non est fabula, sed ὑπογραφὴ vel προσωποποιία. Confer Occasionis typum apud Ausonium Epigram. XI. Operæ fortasse pretium faciam, si hic adscripsero Epigramma doctissimi avunculi mei Matthiæ Bergii p. m. quod ex Anthologia Græca lib. IV. Latinum fecit in statuam Occasionis. Id est hujusmodi per Dialogismum:

Quæ patria artifici? Sicyon. Quid nominis autem?
Lysippus. Quæ tu? Occasio cuncta domans.
Cur rotulæ insistis? Circumferor usque. Quid alas
Affixi pedibus? Me levis aura rotat.
Cur dextræ est inserta novacula? Scilicet anceps
Cessantes acies hæc mea ferre nequit.
Quid crinita autem frons monstrat? Ut obvia prendar.
Cur calvum parte est posteriore caput?
Quod semel oblatam qui me permittit abire,
Copia ei in reliquum non datur ulla mei.
Ingeniosa manus talem tibi me dedit, hospes,
Ut fias istis cautus ab indiciis.

Expectas forsan, lector, ut Græcum quoque subjiciam, quo magis in promptu sit collatio. En habe et ipsum:

Εἰς ἄγαλμα τοῦ Καιροῦ.
Ποσειδίππου.

Τίς; πόθεν ὁ πλάστης; Σικυώνιος. Οὔνομα δὴ τίς;
Λύσιππος. Σὺ δὲ, τίς; Καιρὸς ὁ πανδαμάτωρ.
Τίπτε δ' ἐπ' ἄκρα βέβηκας; Ἀεὶ τροχάω. Τί δὲ ταρσοὺς
Ποσσὶν ἔχεις διφυεῖς; Ἵπταμ' ὑπηνέμιος.
Χειρὶ δὲ δεξιτερῇ τί φέρεις ξυρόν; Ἀνδράσι δεῖγμα,
Ὡς ἀκμῆς πάσης ὀξύτερος τελέθω.
Ἡ δὲ κόμη, τί κατ' ὄψιν; Ὑπαντιάσαντι λαβέσθαι.
Νὴ Δία· τἀξόπιθεν πρὸς τί φαλακρὰ πέλει;
Τὸν γὰρ ἅπαξ πτηνοῖσι παραθρέξαντά με ποσσὶν,
Οὔτις ἔθ' ἱμείρων δράξεται ἐξόπιθεν.
Τοῖον ὁ τεχνίτης μὲ διέπλασεν εἵνεκεν ὑμέων,
Ξεῖνε, καὶ ἐν προθύροις θῆκε διδασκαλίην.

Τὰ πρόθυρα Posidippus hic vocat pergulam. Lucilius: 'Pergula pictorum: veri nihil; omnia ficta.' Ulpianus lib. v. §. pen. D. de his qui effud. vel dejecer. 'Cum pictor in pergula clypeum vel tabulam expositam habuisset, eaque excidisset,' &c. Plinius lib. XXXV. 10. 'Perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus,' &c. Loquitur de Apelle. Sed tempestivum est ad TEMPUS Phædri nostri redire: imo et modum hisce

Digitized by Google

Notis imponere. *Ritt.*

1 *Cur sit*] Quid hoc monstri? aut quomodo cohæret oratio? Non dubito quin scriptum hic fuerit: *Vir sit*; Ἔστω ἀνὴρ, hoc est, pingatur. Formula loquendi a mathematicis sumta, qui lineam vel circulum aliquem pingere jubentes dicere solent: 'Sit,' vel 'Esto,' &c. *Ritt.*

Cursu volucri] Alatis pedibus. Vid. Græcum Epigr. Posidippi Anthолog. εἰς ἄγαλμα τοῦ Καιροῦ. *Rig.*

Pendens] Eleganter, pro, leviter insistens, ut vix attingat. Quomodo 'Pendentem manum,' pro vix tangente usurpavit Pacatus noster c. 3. ubi vide quæ notamus in editione secunda. Ovid. de Perseo per aërem ambulante, Met. lib. IV. 'Cumque super Lybicas victor penderet arenas.' Heinsius de hoc loco ad me: 'Salmasius ad Hist. Aug. 323. distinguit: *Cursu volucri, pendens, in novacula.* Imo *pendens in novacula*, qui volat super novaculam. Sic 'pendere in aëre' aves passim dicuntur. Hanc tamen distinctionem Rigaltius admisit posteriori editione.' Optime haud dubie. Probatque amplius Virgilius, quem subinde respicit. Nam et ipse Æn. lib. I. vs. 110. de navigantibus in tempestate, isto sensu: 'Hi summo in fluctu pendent.' Quanquam cum novaculam in manu potius fingatur habere, quam ei insistere, ut liquet ex Anthologia l. IV. allisque locis, possunt verba *in novacula* seorsum de novaculam gerente accipienda videri. Quomodo poëtæ solent sæpius. Ovid. Met. VIII. vs. 318. 'Primis etiam nunc Nestor in armis.' Sic enim legendum censet Nob. N. Heinsius eo loco, ubi plura de hoc genere. Ipse Virgilius, quem fors Noster respexit, lib. V. vs. 35. 'Occurrit Acestes, Horridus in jaculis.' Servius ibidem: 'In jaculis, in hastis, Ennius: 'Levesque sequuntur in hastis.'' Sed et alii sic solent. Solinus cap. 5. 'Campus Ennensis in floribus semper.' *Schef.* Curtius IV. 14. 26. 'Aquila diu circa equum Alexandri pendenti magis, quam volanti, similis apparuit.' *Heins.* Non puto ad imaginem temporis respici, quod manu tenet novaculam, ut describit Posidippus in Anthol. IV. 14. p. 486. sed ad Proverbium Græcum Ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς, de quo Erasm. in proverb. titul. discriminis pag. 260. cui adde aliud epigramma, lib. III. 5. p. 291. Ἀκμᾶς ἑστηκυῖαν ἐπὶ ξυροῦ Ἑλλάδα πᾶσαν Ταῖς ἡμῶν ψυχαῖς κείμεθα ῥυσάμενοι. Et *pendens* hic non est, volans, sed suspensis pedibus in novaculæ acie stans, ut videatur jamjam avolaturus, ut recte Cl. Periz. ad Ælian. XII. 58. nec hic audimus viros doctos, qui *in novacula* capiunt, ut 'in armis,' 'in hastis,' &c. *Cursus* autem *volucer* de ingressu, non de volatu cape. Ita Claudian. de Laud. Stilic. III. 321. 'Non volucri fugiunt pernicia cursu:' et de navi Ovid. Trist. I. 4. 5. 'Nec comites volucri contenta est vincere cursu.' *Burm.* [*C. ille v.* Schwabius, *C. illa v.* Harius legisse Bentleium affirmant.]

Pendens in novacula] Salmasius ad marginem: *Postsecus in novacula calvus. Postsecus, ὄπισθεν.* Vulgo dicitur: 'Fronte capillata, posthæc occasio calva.' Apud elegantissimum Phædrum, *Occasio in novacula* dicitur esse, quæ novaculam manu tenens apud Veteres pingebatur fingebaturque: ita enim, ut jam editi sunt, distinguendi intelligendique illi versus, ut alibi pluribus ostendit Salmasius ad Trebel. Poll. pag. 323. *Gud.*

In novacula] Ἐν ξυρῷ, vel εἰς ξυρόν. Salmasius ad marg. *Gud.*

2 *Comosa*] Comis abundante. Ita Plin. 'Arborem in orbem comosam' dixit lib. XVI. c. 6. *Schef.*

3 *Occuparis*] Inopinatum quasi ac non sentientem præveniendo. Id enim proprie vult hoc verbum. *Schef.*

Elapsum semel] Eleganter in hanc sententiam Greg. Nazianzenus car-

Digitized by Google

mine ad Nicob. patrem, vs. 101. Καιροῖο λαβόμεθα, ὃν πρόσθυτα ἐστὶν ἑλεῖν, ζητεῖν δὲ παραβρέξαντα μάταιον. Sic Michaël Hospitalius in Carminibus eruditissimis: ' Prætermissa semel referet se Occasio nunquam.' De verbo *reprehendere* jam in hac luce litterarum pene supervacaneum est admonere, id hic non esse αἰτιᾶσθαι, μέμφεσθαι, vel ἐγκαλεῖσθαι, ut alias fere; sed more Plauti et Terentii poni pro ἀναλαβεῖν, quod est, recipere. Exempla ex Comicis observavit Janus Gulielmus Quæst. Plaut. *Ritt.*

Elapsum semel] Plaut. Capt. ' Semel fugiendi si data est occasio, Satis est; nunquam post illam possis prendere.' *Rig.*

4 *Non ipse Jupiter*] Proverbiale hoc videtur. Sic Palinurus apud Poëtarum Regem Æn. v. ' Non, si mihi Jupiter auctor Spondeat, hoc sperem Italiam contingere cœlo.' Quem quidem versum ὁ πάνυ Scaliger Poëtices III. 16. moratum putat, ob nautarum impietatem. Ac sane impium esse dictum vel hæc Ausoniana firmant, Epist. ad Theodos. ' Agricolam si flava Ceres dare semina terræ, Grandivus jubeat si capere arma ducem, Solvere de portu classem Neptunus inermem; Fidere tam fas est, quam dubitare nefas. Insanum quamvis hiemet mare, crudaque tellus Seminibus, bello nec satis apta manus, Nil dubites auctore bono: mortalia quærunt Consilium; certus jussa capesse Dei.' Sed annon illa etiam locutio, quam Phædrus hic usurpat, similesque aliæ, (vid. Plin. H. N. II. 7. fin. et Corn. Martini Metaphys. cap. de potentia activa) v. g. ' Deus non potest virginitatem restituere; facere, ut bis duo non sint quatuor;' ut maxime veræ videantur, ad temeritatis fines accedant, atque ideo a Christianis, quibus non nisi reverentissime et cum tremore de Deo loquendum, rectius declinentur, dubito; atque eo magis, quod ' tanta hominum est cæcitas et caligo in rebus divinis, ut Cicero alicubi vere dixerit, de Deo etiam vera dicere periculosum esse;' verba sunt Corn. Martini l. c. p. 326. cui adhibe Lipsium Polit. I. 2. 8. N. Et finge, secus hoc esse: tamen, ut non pessime Thomas, ' convenientius dicitur, quod ea non possunt fieri, quam quod Deus ea non possit facere.' *Prasch.*

Reprehendere] Prehensum retro trahere, proprie. Cicero Acad. IV. ' Revocat virtus, vel potius reprehendit manu.' Adde Nob. Heinsium ad Ovid. Met. lib. XIII. vs. 235. et lib. XV. vs. 525. et Guyetum ad Terent. Adel. act. IV. sc. 4. *Schef.* Vide Bernec. et Vorst. ad Inst. XXXVIII. 9.

5 *Significat*] Nempe vir ita depictus, vel fictus. Alioquin hoc verbum non habet nominativum a quo regatur: quod vel unicum satis confirmat nostram superiorem emendationem. *Ritt.*

7 *Temporis*] Καιροῦ. Ausonio est ' Tempestivum tempus,' in Ludo septem Sap. cujus et imaginem exhibet Epigr. XII. Adi P. Mexiam Sylv. Var. Lect. IV. 8. Interim χρόνου quoque effigiem pictam nobis reliquerunt, senem alatum, qui capite clepsydram, manu falcem, gerit. Symbolum autem ejus serpentem esse voluerunt: eo quod longus sit, et multis spiris ac voluminibus sese regyret, repatque sine strepitu. Legi potest Allard. Uchtman. Annot. ad Examen mundi R. I. Badreshitæ, Hispani, p. 289. ubi et alia quædam sequuntur de Tempore et Occasione. Denique per ænigmata quoque effigiarunt: quale antiquissimum illud apud Athenæum: Τί ταυτόν ἐστιν, οὐδαμοῦ καὶ πανταχοῦ; A quo non procul abhorret vetus epigramma; Καὶ μὴ φαινόμενος τοὺς φαινομένους ἀφανίζει, Καὶ μὴ φαινομένους εἰς φανερὸν προφέρει. *Prasch.* Non simpliciter, sed ejus, quod ante dixit ' Occasionem,' h. e. Opportunitatem. Et sic sæpe Græci usurpant. Cornel.

Digitized by Google

Nep. Alcib. 8. 'Tempus rei gerendæ non dimisit.' Adde Plin. Ep. IV. 5. ibique celeberrimum Buchnerum. *Schef.*

FABULA IX.

3 *Plecteret*] Rittersh. et Buchn. volunt *flecteret*. Sed nihil temere mutaverim. Nam et *plecteret* est *flecteret*, cum utrumque sit a πλέκειν. Sic Juv. Sat. VI. 'Plectitque comas,' ut legit Ruben. Elect. II. 26. Inde 'Plectra' navium gubernacula, quia flectunt navem. Qua de re in editione nova librorum de Militia Navali, quam nunc habeo sub manibus. *Schef.* Vide Schef. de Re Vehiculari lib. I. 4.

4 *Ante hoc novi, quam tu natus es*] Proverbium conveniens seni reprehendenti hominem adolescentem et sciolum, a quo lacessitur. *Ritt.*

Quam tu natus es] Ms. *quam natus esses*. Sed in Ms. Fab. Æsop. recte legitur: *quam tu natus es*. Gud.

Natus es] Præsens, pro præterito perfecto, natus fuisti, sicut solet etiam in aliis. Vide Sanctium Miner. I. 1. 15. *Schef.*

5 *Qui doctiorem emendat*] Sus scilicet Minervam docens, ut in alio proverbio est. *Ritt.*

Sibi dici putet] Terentianum hoc est, 'Tibi dictum puta,' ait Conradus Rittershusius. Sed sua illi memoria imposuit, nisi nos nostra fallat. Legitur quidem apud Terentium 'Dictum puta,' at longe aliud significat: (locus est in primula Andria) quasi diceret: Istuc pro dicto habeto. *Il n'est pas besoin que vous en disiez davantage; je vous entens.* Faber. Terent. Adel. I. sc. 2. 'Hæc quum illi Micio dico, tibi dico,' quem locum ad oram sui libri bene politissimus juvenis, Dn. Lindemannus, annotaverat. Nam quem attulit Rittershusius, alienus est; id quod Faber etiam observat. *Schef.* Vide supr. IV. fab. 19.

FABULA X.

Canis et venator] Faërnus Camerar. p. 225. Simile autem illud Ennii apud Cic. de Senec. 'Sicut fortis equus spatio qui sæpe supremo Vicit Olympia, nunc senio confectu' quiescit.' *Rig.*

1 *Veloces*] Malebat N. Heinsius, *et velox feras*, quia fortitudo canis adversus feras veloces non multum potuit prodesse domino, si fuit sola sine velocitate. *Schef.* Lege, *et velox*. Columell. VII. 12. 'Pecuarius canis neque tam strigosus et pernix esse debet, quam qui damas cervosque et velocissima sectatur animalia; nec tam obesus aut gravis, quam villæ horreique custos; sed robustus nihilominus, et aliquatenus promptus ac strenuus, quoniam et ad rixam et ad pugnam, nec minus ad cursum, comparatur; cum et lupi repellere insidias, et raptorem ferum consequi fugientem, prædam excutere atque auferre debeat.' Justin. lib. XXXVII. c. 2. de Mithridate: 'Assuetus feras cursu aut fugere aut persequi, cum quibusdam etiam viribus congredi.' *Heins.*

2 *Quum*] Ms. *tum*. Gud.

3 *Ingravantibus*] Mallet Rittersh.

Digitized by Google

ingraventibus. Puto *ingravantibus* esse positum pro, gravantibus, cum anni eum gravarent, i. e. molestiam ei afferrent, quomodo apud Virgilium 'Gravare labor' dicitur. *Schef.* Suetonius eodem modo in Cæsar. 1. dixit 'Quartanæ morbo aggravante:' et cap. 78. 'Prægravant tamen cetera facta.' Video tamen vetustiores frequentius his verbis ut activis usos, et *Ingravescere*, vel *Aggravescere*, prætulisse. *Burm.*

Annis ingravantibus] Pro, ingravescentibus, ac forte an scripsit Phædrus *ingraventibus.* An retinendum potius *ingravantibus:* quasi positum pro, adgravantibus, ipsum scilicet canem? *Ritt.*

Ingravantibus] Ms. *ingrabantibus.* Gud.

4 *Objectus*] *Objectus pugnæ* est, commissus cum ea in pugnam. *Schef.*

Hispidi suis] Sic et masculi generis facit Claudian. in Rufin. II. 487. 'Hunc suis immundi pingues detrudit in artus:' ubi vide Barth. *Sues* vero Poëtis apros notare obvium. Vid. eumdem Barth. ad Stat. Theb. IX. 589. *Burm.*

Suis] Leporem substituit Anonymus Fab. 27. *Prasch.*

5 *Aurem*] Lege, *aure.* Heins. Non opus mutatione; utrumque enim æque dici probabimus ad Ovid. Met. II. 476.

6 *Tum*] Ms. *tunc.* Gud.

7 *Cui senex contra latrans*] Jungo, *senex latrans*, id est, vetulus Canis. Sic *latrantem* etiam substantive Guntherus meus posuit Ligurini l. v. 'Portavit scapulis passus plus mille latrantem.' *Ritt.*

Senex Latrans] *Latrantem* pro Cane dixit Phædrus, ut supra 'Anritulum' pro Asino: 'Lanigerum' pro Agno: 'Barbatum' pro Capro: 'Sonipedem' pro Equo. *Rig.*

Senex contra latrans] Obsecuti sumus Hoogstratano nostro, qui egregie ostendit primam in *latrans* corripi non posse, quem operæ pretium erit diligenter inspicere.

8 *Te destituit*] Scilicet, meus. Non destituit, non fallit, non facere negligit, aut non curat, quod imperas. Velleius II. 24. 'Conata ejus, qui obtinebat Asiam, metu suo destituit.' *Schef.* Forte, *nos.* Heins.

9 *Quod fuimus, &c.*] Faber corrigit: *damnas quod jam nos sumus.* Nihil ego muto. Ordo est: damnas, quod jam non sumus; puta, id, quod fuimus, h. e. ægre fers, quod non semper retineamus, et sic etiamnum habeamus illas vires, quas habuimus olim. Quanquam minus sit contemnendum, quod putabat Heinsius: *Quod fuimus, lauda; non damna, quod jam sumus.* Schef. Alteram conjecturam adscripsit Nob. vir: *Quod fuimus laudas, dum damnas quod nunc sumus.* Barth. Adv. XLIV. 6. legit: *Quod fuimus laudas? jam dedamnas quod sumus.* Rimicius habet: *Fuimus aliquando fortes, laudasti quod fuimus, jam damnas quod sumus:* et Anonymus Nilantii: *Laudasti quod fui, mihi jam damnas quod sum.* Quare legerem: *Quod fuimus, laudasti; damnas, jam quod sumus.* Sic in veteri Epigrammate Cassii Parmensis inter Catalecta Pith. p. 186. 'Jactat modo, quod damnaverat in se:' ubi Heinsius malebat *Laudat.* De illo *quod fuimus, quod sumus*, vide ad Ovid. Ep. IX. 106. XII. 31. et aliis in locis Heinsium: et sæpe pro *quod*, *quid* in scriptis reperitur ut Met. II. 551. 'Quid fuerim, quid simque vides.' Trist. III. 8. 38. 'Quid sim, quid fuerimque, subit:' et IV. 1. 99. 'Dum, vice mutata quid sim, fuerimque, recordor.' Ubique *quod* alii codices: ut VIII. 881. 'Nam modo, quod nunc sum, videor:' et XII. 502. 'Quod fuit ille, sumus.' Trist. III. 11. 25. 'Non sum ego, quod fueram.' Ex Pont. II. 3. 49. 'Si, quod prius esse solebas, Nunc quoque es:' et ita centies. *Burm.*

Quod fuimus, &c.] Ms. Pith. et Rem.

Digitized by Google

quod sumus: monente id etiam Rigaltio. Syllaba vero deest versui, cui laboranti ut subveniat Pithœus, negativam intrusit, *quod non sumus.* Infeliciter tanto magis, quod aliis id fraudi fuerit. Hinc enim conjecere: *quod nos sumus;* non animadvertentes, quod Rigaltius tamen monuerat, illud *non* abesse a veteribus scriptis libris. Sed præterea etiam sensus laborat, si antecedentia conferamus. Venator minime in cane laudat, quod fuit; sed plane veterum meritorum immemor, canem objurgabat; quomodo ergo dixisset canis: *Quod fuimus laudas?* Imo vero domino suo potius animum ingratum atque immemorem exprobrare, atque id, quod olim viribus valens præstiterat, in animum revocare deficiens senex volens. Scribe itaque meo periculo: *Quod fuimus lauda, si jam damnas quod sumus.* Sic non tantum versui numerus, sed verbis fides, et veritatis ratio constabit. Error natus ex scripturæ compendio, quod in antiquis libris uno ductu absque spatii intervallo continuatis literis scriptum fuit: LAUDASIAM. Librarius, non animadvertens geminandum esse illud I, ex tribus vocibus, *lauda si jam,* fecit duas, *laudas jam;* eoque uno errore et metrum et sensum turbavit. *Gud.*

Jam damnas quod non sumus] Fortasse Phædrus scriperat: *Jam damnas id quod sumus.* Rig.

10 *Hoc cur, Philete, scripserim*] In antiquis inscriptionibus aliquoties reperitur, PHILETUS LIB. et ita scribitur in Codice Remensi, sed recentiore manu superlitum, *Fili descripserim.* Rig.

Hoc cur scripserim] Nempe quia senex sum, et annorum deprædationem ac damna sentio. Sic et supra aliquoties de senectute sua Phædrus meminit: uti et de adversariorum suorum iniquitate. De utraque et hic nonnulla subjecisse videtur, quæ periisse indicant asterisci. Sed ad hujusmodi querelas senectutis omnes recte usurpabitur ille Publii Syri mimus: 'Frustra, cum ad senectam ventum est, repetas adolescentiam.' —Atque hæc ad hunc modum in Phædri fabellas commentabar paucis horis. Nec me hujus laboris pœnitet: neque is a Juris professore alienus cuiquam videri debet. Jam enim inter omnes sanos constitit, Jurisprudentiæ studiosum oportere etiam Antiquitatum et Latinæ linguæ minime ignarum esse: quarum rerum ad utramque parvus hic libellus non parvum adferre momentum potest. Deinde si JCto majorum gentium, qui hunc primus in lucem protulit, gloriosa fuit eritque semper editio; quis nobis, minorum gentium qui sumus, commentationem hanc et iteratam editionem vitio verterit? *Ritt.*

Philete] 'Philetus Ursus' Statio memoratus. *Heins.*

Philete] Ita recte scribitur hoc nomen; alii scribunt *Filite,* quod est a scriptura medii ævi. Ita 'Catechuminus;' et apud Optat. Milevitanum 'Filuminus.' Apud Grut. 677. 2. TI. CLAVDIVS PHILETVS. Et pag. 352. 4. 'Philetus Libertus' in lapide Brixiensi, ubi a Reinesio perperam conjiciebatur *Phileros: Filetus* nomen actoris in inscriptione Dacica Albæ Juliæ, apud Gruter. 346. 2. Veletris in pavimento Ecclesiæ Cathedralis:

D. M. CL. VICTORINAI
TI. CL. PHILETVS. LIB. BENEMERENTI.

Vixit ille Philetus sub Claudio.

FILETE. ARISTIA. PHILETVS. M. AEMILIVS.
C. AQVILIVS. M. CAELIVS.
CLAVDIVS FILINVS: Gruter. 268. 1.

Digitized by Google

Pulchre vides] Faciunt hic asteriscos aliqui, tanquam desit nonnihil. Verum frustra. Sic enim solet aliquando finire, ut l. III. 12. ' Hoc illis narro, qui me non intelligunt;' et eodem lib. cap. 1. ' Hoc quo pertineat, dicet, qui me noverit.' Unde simul discimus, solere eum ita loqui, quoties de se ipso agit. Quod cum hic quoque fiat, non est dubium, quin integra sint omnia. Vult enim se excusare Phileto, quod non ea scribat alacritate senex, qua fecit olim, cum adhuc ætate viribusque esset integris. *Schef.*

FINIS NOTARUM VARIORUM.

Digitized by Google

NOTITIA LITERARIA

DE

PHÆDRO,

FABULARUM SCRIPTORE.

EX JO. ALB. FABRICII BIBLIOTHECA LATINA A JO. AUG. ERNESTIO AUCTIUS EDITA TOM. II. C. 8.

[EX ED. BIPONT. 1810.]

Phædri ætas et fabularum libri.

PHÆDRUS Thrax,[1] Augusti Imperatoris libertus, sub Tiberio Imperatore, atque ipso fortassis jam defuncto,[2] versibus senariis suavissimis expressit 'Libros quinque fabularum[3] Æsopiarum,' quorum quatuor priores Eutycho,[4] postremum Phileto Urso Particuloni inscripsit, non vane illi ominatus, chartis nomen victurum suis, Latinis dum maneat pretium literis. Quanquam inter veteres

NOTÆ

[1] Immo Macedo. Vid. supra Vitam Phædri, p. 11. sqq.

[2] Ita visum Rigaltio et Gudio. Sub Claudio scripsisse, et sub Sejani nomine Narcissum perstringere, Henrici Cannegieteri conjectura est, quem vide sis ad Aviani fabulas p. 270.

[3] Æsopias vocat, non Æsopi, quia ipse materiam quarundam reperit, 'Usus vetusto genere, sed rebus novis,' ut ait in limine libri v. At mirantur viri docti, quod Æsopios logos intentatum Romanis ingeniis opus vocat Seneca c. 27. Consolat. ad Polybium: 'Non audeo te usque eo producere, ut fabellas quoque, et Æsopios logos, intentatum Romanis ingeniis opus, solita tibi venustate connectas.' Num igitur Phædrus Senecæ ignotus erat, aut noluit ille Thracem, ut Lipsio videbatur, ingeniis Romanis annumerare? vel, quæ Bælii est conjectura, Phædri libelli adhuc versabantur in manibus paucorum duntaxat privatorum, vel certe illorum Seneca, cum scriberet, haud meminit. Potest etiam aliter ad illum locum responderi. Nam cum trigesimum caput ejusdem libri Senecæ consulo, video eum loqui de Æsopiis logis non versu Latino, ut Phædrus fecerat, sed Latina prosa digerendis, atque, ut ipse loquitur, connectendis.

[4] Hujus Eutychi, qui apud Caligulam Imperat. gratiosus fuit, mentio apud Josephum XIX. 8. Antiq.

Digitized by Google

vix quisquam commemorat Phædrum, præter Martialem III. 20. et Avianum Præfat. ad suas fabulas. *Phædrus* dicas, an quod Gudio magis placet, *Phæder*, ciccum non interduim: usus tamen et aurium sensus magis fert, ut *Phædrus* dicatur. Neque id veterum consuetudini adversum, sicut et 'Teucrus Evandrus' dicitur a veteribus, 'Periandrus' apud Scholiasten Germanici pag. 114. et apud Propertium 'docte Menandre,' et 'Menandrus' apud Philastrium cap. 30. ne afferam alia, notata Isaaco Verburgio ad Ovidii Trist. II. 369. v. et Dausquium Orthogr. Tom. I. pag. 2. Munker. Diss. de Hygino pag. 31. &c. De aliis Phædris, et illo Platonis, et altero Atheniensi Epicureo, dixi Lib. III. Bibl. Græcæ cap. 1. §. 12. et cap. 33. pag. 814. De Thoma Phædro, recentiore scriptore, Bælius in Lexico. Thracem fuisse Phædrum, negat Deniseus,[1] qui Gallicis versibus ejus fabulas reddidit: sed negat sine causa. Nam Phædrus ipse diserte scribit in Pierio se natum jugo esse, et turpe ducit Threissæ gentis patriæ decus inerti somno deserere, cum auctores illa numeret Apolline et Musa parentibus editos, Linum atque Orpheum. Pro Thrace in antiquis Inscriptionibus, et Codicibus, quandoque occurrit Thres, veluti Threx. Θρήιξ, ut apud Gruterum pag. 955. 4. 'nec minus Threx, ut malebat de Phædro dici Gudius. Vid. Burmannum ad Petronium pag. 225. Usu tamen et aurium consuetudine Thrax magis probatur. Phædrum autem inter captivos Romam fuisse abductum[2] tunc, cum Thraces magno prælio fusi essent, vid. Sueton. cap. 3. August. non est oppido verisimile, quoniam inter Caligulæ imperium et illud tempus, quo non Augustus, sed ante ejus principatum Octavius Augusti pater Thraces fudit, intercedunt plus quam septuaginta anni. Per hydrum a Phædro notari Caium Caligulam, de quo Tiberius apud Sueton. cap. 11. Calig. prædicavit, 'se natricem populo Romano, Phaëthontem orbi terrarum educare,' Gudio et Tristano[3] assentitur idem Burmannus ad Petron. pag. 384. Apud hunc Caligulam gratiosus fuit Eutychus, cui libellos suos Phædrus inscripsit, ut notavit etiam Christianus Wase libro de Senario pag. 32.

NOTÆ

[1] Memoires de Trevoux 1708. pag. 790.

[2] Placet hoc viro erudito, M. Gabrieli Schumanno, qui Dissertationem de vita et scriptis Phædri Germanice edidit in nova Acerra Philologica Hallensi 1715. 8. pag. 170. 171.

[3] Historia Imperatorum e nummis, Gallice exposita Tom. II. pag. 303.

Digitized by Google

Falli eos, qui Phædri has esse negant.

Nic. Perottum videtur auctorem fabularum Phædri facere Petrus Scriverius. Certe scriptori antiquo Tiberiani ævi illas prorsus eripit et abjudicat, ad Martialis III. 20. ut Vossius in Aristarcho II. 16. Ac Perottum sane si audimus,[1] is cum testatus esset, se adolescentem ex Aviano fabulas iambico carmine transtulisse, mox iisdem verbis deinde recitat integram fabulam, qualis de arboribus in Deorum tutela apud Phædrum III. 17. legitur, nisi quod rectius in Phædri hodie exstat Codice *pinus Cybelæ*, quam quod Perottus, *pinus Neptuno:* et Faërnus, *Pinum humidi tridentifer rector sali.* Ceterum nec fabulæ ceteræ Perotti editæ usquam sunt: neque in Aviano fabula illius argumenti reperitur, quam carmine exprimere Perottus potuerit. Igitur Barthius lib. XXXV. Adversar. cap. 35. et pag. 827. ad Claudian. Phædrum 'citra omnem exceptionem Tiberiani scriptorem ævi' professus, Scriverium refellit, Perottum autem imponere lectoribus suis voluisse non dubitat, ratum apud se solum Phædri exemplum extare; itaque versus illius pro suis audacter venditari a se posse. Recte optabat Burmannus, ut Codex, e quo Perottus sumsit, reperiretur. Codicem quidem fabularum a Perotto scriptarum in Italia reperit Dorvillius: de quo videant, qui velint, præfationem Burmanni ad Phædrum. Sed hanc opinionem de fabulis istis non illi Phædro antiquo, sed recentiori alicui, tribuendis, recoxit ante annos plures Jo. Frid. Christius, scripta peculiari Disputatione super ea re; in qua multa, partim in rebus, partim in verbis a se reperta dicit, propter quæ istius ætatis esse non possent hæ fabulæ: in quibus si maxime quædam habent speciem aliquam, præsertim apud mediocriter versatos in his rebus, tamen ea momentum non faciunt, redeuntque tandem omnia ad ætatem Codicis, e quo Pithœus eas fabulas edidit. Eum autem Pithœus valde antiquum dicit; vir non rudis rei criticæ et antiquariæ, ut in hoc judicio falli posset, præsertim cum novitas libri deberet in oculos incurrere cuilibet, si Perotti ætate scriptus esset. Scripsit contra Christii Disputationem Funccius Marpurgensis Apologiam pro Phædro et ejus fabulis Lips. 1747. 8. ita, ut dilueret ille quidem objecta libro non pauca, sed Phædrum ipsum

NOTÆ

[1] In Cornu Copiæ p. 999. Confer Leonhardi Nicodemi additiones ad Bibl. Neapolitanam Nic. Toppi p. 184. et Bernh. Monetam ad Menagiana Tom. IV. pag. 118. seq.

Digitized by Google

non omnino liberaret a peccatis, quæ ab initiis labentis tum elegantiæ Latinæ ducit. Ei respondit eodem anno Christius libello proprio, sub titulo, 'De moribus,' ad eruditos quosdam.

De Pérotto et Faërno, qui ante Pithœi editionem fabulis Phædri dicuntur usi fuisse.

Lucem debent Phædri libelli viro optimo et juvandis literis nato Petro Pithœo, qui primus e fratris Franc. Pithœi Codice Ms. vulgavit Augustobonæ Tricassium anno 1596. 12. Laudatur eo nomine Pithœus a Thuano ad annum 1596. libro CXVII. Hist. Ad calcem primæ hujus editionis subjectæ sunt lectiones vetustissimi, quo usus erat, Codicis: quod diligentius deinde fecit Nic. Rigaltius in editione anni 1599. usus etiam Remensi Codice,[1] quem a Sirmondo acceperat; et tamen lectiones nonnullas, Pithœo notatas, prætermisit. Habeo exemplum primæ editionis notatum manu Gudii. Ante Pithœum in exemplum aliquod scriptum inciderit oportet Nicolaum Perottum, qui, suppresso Phædri nomine, nonnullos ejus versus pro suis in copiæ cornu recitat. Etiam Gabrieli Faërno hoc objectum est, quasi in suis fabulis, elegantissimis sane illis, Phædrum imitatus, vel æmulatus esset scripta ejus, ut ait lib. XXVIII. Thuanus, 'quæ legerat et penes se habebat, suppressisset.' Sed Perraltus, qui Faërni fabulas carmine Gallico reddidit, inficiatur, Phædrum Faërno unquam visum fuisse.

Fabulæ Phædri e Gudiano primum Codice prolatæ in lucem.

Ceterum norit lector, fabulam, quæ incipit; 'Ranæ paludis incolæ, ambiguum genus,' non esse antiqui auctoris, nedum Phædri, ut persuasum Thom. Crenio Tom. II. Methodor. pag. 403. sed superbam vanamque satiram hominis Jesuitæ Galli,[2] compositam circa a. 1670. cum rex Galliæ bellum in Batavos instrueret. Vide Artem metricam ab aliquo e Soc. Jes. jam quartum editam Viennæ Austriæ 1703. 8. in quo libro pag. 274. fabula illa sub titulo

NOTÆ

[1] Fallitur Fabricius. Vid. infr. Edd. Phædri an. 1599.

[2] Jo. Commirii, in cujus Poëmatis posthumis extat pag. 134. et versa Gallice in libro: 'Recueil de vers choisies par le P. Bouhours,' pag. 17. nec non in alio, 'Fables choisies,' v. partie p. 28. Commirius obiit Parisiis an. 1702. ætat. 77. Eum quidem ob leporem et festivitatem apologorum suorum verius quam Gabr. Faërnum 'Phædrum alterum' dicendum putat Franc. Jos. Desbillons in Fabb. Æsop. suarum Mannhemii 1768. editarum Vol. I. præfat. n. 22. pag. 33. seq.

Digitized by Google

'appendicis ad fabulas Phædri ex Bibliotheca Leidensi,' tanquam exemplum descriptionis poëticæ, bellum contra Batavos a Gallis initum a. 1670, allegorico mytho exponentis, integra legitur. In editione Burmanniana pag. 205. et pag. 325. et iis, quæ deinceps eam secutæ sunt, accessere fabulæ quinque, a Gudio e Ms. Divionensi descriptæ, et numeris suis redditæ, quæ in prioribus desiderantur. 'Crediderim, eum plures,' inquit Burmannus, 'ex eodem Codice descripsisse: nam ejus autographum, ex quo nos eas exhibemus, ut omnibus fere partibus, ita maxime in fine lacerum et mutilum erat, et plura folia, quibus fabulas adhuc quasdam exscripserat, (ut ipsius manus in capite primæ hujus fabulæ testatur, quæ, si bene memini, triginta novas et nunquam editas in has chartas ab ipso conjectas indicabat,) desiderabantur, et abscissa esse videbantur. Forte et hæ aliquando claustra, quibus continentur, perrumpent.' Phædrus ipse in limine libri primi innuit, arbores etiam, non modo feras, loquentes a se inductas. At in fabulis, quæ extant, nullæ arbores loquuntur, præterquam in una illa, quæ a Gudio reperta est.

Digitized by Google

RECENSUS EDITIONUM

PHÆDRI,

FABRICIANO, ADHIBITIS DESBILLONII, SCHWABII, NOVISQUE CURIS, AUCTIOR ET EMENDATIOR, ET IN TRES ÆTATES DIGESTUS.

ÆTAS I. NATALIS, s. PITHŒO-RIGALTINA.

1596—1654.

a duumviris Gallis, Petro Pithœo, principe edendi ex Ms. Phædri, et Nic. Rigaltio, ejusdem cum Ms. Remensi collatore, dicta. Pithœi textum secuti, illustrarunt et auxerunt Phædrum Conr. Rittershusius et Casp. Scioppius, Iisdem et Rigaltio successere Jo. Meursius et Is. Nic. Neveletus. Rigaltina III. s. nova Phædri editio 1630. facta est basis secundæ ætatis.

1596 Editio princeps *Pithœana:* Phædri, Augusti Liberti, Fabularum Æsopiarum Libri v. nunc primum in lucem editi a Petro Pithœo. Excudebat Jo. Odotius. Augustobonæ Tricassium (Troyes.) 12.—Ex antiquissimo Phædri Codice, a Francisco Pithœo, Petri fratre, reperto, ducta est hæc editio, nudum textum continens, et hodie rarissima. Operi præmissa Epistola ad Franciscum fratrem. Adjunctus Index scripturæ veteris, a qua se recessisse profitetur Pithœus, sed non ea fide, qua debuerat; ceterum in recensendo textu ita versatus, ut multa, quæ sana erant, mutaret; longe plura vero, evidenter corrupta, ne tentaret quidem emendare. Vid. Desbillonii Disput. III. de Fabularum Phædri editionibus pag. XXVI. seq. editionis Mannhem.

Digitized by Google

1598 Phædri, Aug. Lib. Fabularum Æsopiarum Libri v. Nuper a P. Pithœo V. C. primum editi, et jam emendati atque illustrati a Conrado Rittershusio, J. C. Professore Norico. Accessere in easdem fabulas Spicilegium Casp. Scioppii, Franci, et alia quam plurima. Lugduni Batav. ex officina Plantiniana Rapheleng. 8.—Præter memorata in titulo insunt huic libro: Cælii Symposii Ænigmata cum scholiis Jos. Castalionis; Ignatii Diaconi Tetrasticha Græca in Fabulas Æsopicas, quæ vulgo Gabriæ, seu Babriæ cuidam attribuuntur, cum nova versione Latina; Hesiodi *alvos* de Accipitre et Luscinia, et Ignoti Epigramma in Bovem et Hircum; Apologi Horatiani, et Ænigmata veterum poëtarum Græcorum et Latinorum. Operam, a Rittershusio in Phædro præstitam, laudat, et a Rigaltio contemtam ægre fert atque indignatur doctissimus et de Phædro sigillatim præclare meritus Petr. Burmannus ad Petronium pag. 512.

1599 Rigaltina 1. Phædri Aug. Lib. Fabularum Æsopiarum Libri v. ex recensione Nic. Rigaltii. Parisiis. 12.—In prima hac editione, notante Desbillonio, Rigaltius noluit recedere a Pithœana, nisi ut Pithœi Codicem, quem utendum habuit, fidelius in aliquot locis exprimeret: commentationes addidit, nonnunquam quidem vel ineptas, vel inutiles, at conjecturas intermiscuit quasdam et plausibiles et felices: atque non modo varias vetusti Codicis lectiones, quas Pithœus prætermiserat, vel commemoravit in notis, vel Indice ad calcem rejecto exhibuit, sed etiam P. Danielis Chartulam cum vulgatis Libri primi fabulis multis contulit. Usum in hac editione Rigaltium fuisse Codice Remensi, nondum reperto, Jo. Alb. Fabricius, Biblioth. Lat. Tom. II. pag. 27. dicere non debuit: virum ceteroqui diligentem errore impedivit epistola Rigaltii, quam ille ex hac prima editione desumtam, paucis tantum de Codice Remensi verbis additis, editioni suæ secundæ præfixit, et subscriptam, ut antea, 'ad x. Kal. Sept. 1499.' oscitanter reliquit, cum annum 1617. notari oportuisset.

—Phædri Fabularum Æsopiar. Libri v. ex recensione et cum notis Nic. Rigaltii. Lubecæ. 12.—Repetitio ed. antecedentis.

—1603 Apologi, seu fabellæ Æsopicæ, Latino carmine redditæ a Phædro. Hanoviæ, typis Wechelianis, ap. Claudium Marnium et heredes Jo. Aubrii. 12.—Imitatur edit. 1. Rigaltinam, additis Aphthonii, Aviani et Gabriæ, seu Babriæ, vulgo sic dicti, fabulis.

1610 Phædri Aug. Lib. Fabularum Æsopiar. Libri v. Joannes Meursius post Pithœum, Rittershusium, Scioppium, Rigaltium,

Digitized by Google

denuo recensuit et animadversiones addidit. Antverpiæ, ex offic. Plantiniana Raphelengii. 8.—Nulla alia est, quam editio an. 1598. cui Raphelengius novum titulum præfixit, et Meursii animadversiones adjecit, de quibus sic statuit Desbillonius: 'Hæ animadversiones viro tam erudito prorsus indignæ sunt: non tantum enim multa esse mutanda et interpolanda et addenda et abscindenda perperam opinatur; at versus etiam aliquot tam enormiter diffingi vult, ut jam non ipsa sive sensus, sive Latinitatis, seu metri ratio constare possit.' Nobis tamen non in omnibus ausis infelix fuisse videtur Meursius.

—Neveleti: Mythologia Æsopica, in qua Æsopi Fabulæ Græco-Latinæ CCXCVII. quarum CXXXVI. primum prodeunt. Accedunt Babriæ Fabulæ etiam auctiores. Anonymi veteris Fabulæ Latino carmine redditæ LX. ex exoletis editionibus et Codice Ms. luci redditæ: Hæc omnia ex Bibliotheca Palatina. Adjiciuntur insuper Phædri, Avieni, Abstemii Fabulæ, opera et studio Isaaci Nicolai Neveleti, cum notis ejusdem in eadem. Francofurti, typis Nic. Hoffmanni. Impensa Jonæ Rosæ M. DC. X. 8. cum figg. bux. a Virg. Solis, chalcographo et poëta Norimbergensi.—Neveletus, Pithœi ex sorore nepos, textum Pithœi maxime secutus, Cod. Pithœan. vet. lectionem in margine ascripsit, passim tamen Rigaltio bene obsecutus est: in notis ad Phædrum brevius rationem dixit, ipseque emendationes proposuit, vel præeunte Romulo, qui Phædri fabulas soluta oratione reddidit, verbis ut plurimum servatis, vel codice Ms. Petri Danielis, vel Grutero, quo usus est magistro juvenis doctissimus, vel etiam proprio adjutus ingenio.

1617 Rigaltina II. Phædri Aug. Lib. Fabularum Æsopiar. Libri v. Nova editio. Oliva Roberti Stephani. (Parisiis.) 1617. 4.—Rara editio, et nitide typis descripta majoribus, fasciis marginumque literis capitalibus minio coloratis distincta, cum notis Rigaltii posterioribus. Textum exhibet a Pithœano non raro diversum, quod, judicante Desbillonio, non tam diversitati Codicum, quam editoris libidini ascribendum est, qui quamvis sæpe a Ms. codice Remensi, quo prima vice in adornanda hac editione usus est, (conf. a. 1599.) diversus abierit, et nonnulla etiam auctoris verba malo prorsus exemplo omiserit, nihil tamen fere usquam super his disseruit, lectoremve commonuit.

Phædri Fabulæ cum animadversionibus Jo. Meursii. Lugduni Bat. 8.

Digitized by Google

1622 Phædri Fabularum Libri v. (separatim) cum notis Is. Nic. Neveleti. Lubecæ, ap. Sam. Iauchium. 8.

1629 Phædri Aug. Lib. Fabularum Libri v. Parisiis, apud Seb. Chapelet ex Cramoisii officina. 16.

—Ibidem. 12.

1630 Rigaltina III. Phædri Fabularum Libri v. nova editio, ad Rigaltinam 1617. recusa, cum Rigaltii notis; Festi Avieni Fabularum liber. Parisiis, apud Seb. Cramoisy. 12.—Hanc editionem, quam deinde Tanaq. Faber secutus est, tanquam minus accuratam perstringit Marq. Gudius Epist. VII. ad Nic. Heinsium pag. 8. Conf. Desbillon. pag. XXX.

1632 Phædrus, cum Hispanica versione Jo. de Serres, s. n. an. sed cum privilegio dat. 1632. Madriti. 12.—Textui subjunctas habet notas marginales breves, sermone Latino scriptas. Titulum vide infra inter Versiones Hisp.

1633 Phædri Fabulæ Rotomagi. 12.—Ad editionem Rigaltin. III. excusa.

1637 Phædri et Avieni Fabulæ. Parisiis, ap. Seb. Cramoisy. 12. —De hac ed. sic judicat Lallemant: 'Comme Cramoisy a imprimé plusieurs fois le Phèdre sur des Copies défectueuses, on fait peu de cas des Editions qu'il en a donné.'

—Phædri Fabularum Libri v. Lovanii. 8.

1638 Phædri Liber I. Flexiæ. 4.—Flexia est *la Fleche* oppidum in Andegavorum finibus.

1643 Apologi Phædri ex Ludicris Jo. Reyneri. Divione. 8.

1644 Phædri Fabulæ. Parisiis. 12.

1646 Phædrus, cum Gallica versione prosaria Albini, (Is. le Maître de Sacy,) ejusdem qui Terentium Gallice transtulit. Parisiis. 12.—Vid. Versiones Gallicas h. a.

1647 Eadem editio repetita Parisiis. 12.

1649 Phædri Fabulæ. Guelpherbyti. 8.

1654 Phædrus, cum Gall. versione Isaac. le Maître de Sacy. Parisiis. 12.

ÆTAS II. FABRO-SCHEFFERIANA.
1657—1697.

Phædrus, Tan. Fabri et Franc. Guyeti, a Jo. Scheffero producti, ingenio partim illusus, partim Fabri, Ursini, Schefferi, Praschii, Freinshemii, Wasii, Axenii, curis illustratus. In colligendis vario-

Digitized by Google

rum notis operam posuit Jo. Laurentius. Dolendum vero Marq. Gudii, an. 1689. defuncti, curis intercessisse præmatura fata: quanquam magnam jacturæ partem levavit Petr. Burmannus, ætatis III. ab an. 1698. auctor.

1657 Fabri I. Phædri, qui sub Augusto et Tiberio vixit, Fabulæ. Additæ sunt Notæ et Animadversiones Tanaquilli Fabri, in quibus multa etiam aliorum Scriptorum emendata sunt. (Accesserunt Publii Syri selectæ Sententiæ.) Salmurii, ap. Dan. de Lerpiniere. 4.—Malam quidem Rigaltii editionem tertiam secutus est Faber; at observationes adjecit, quæ doctrinam plerumque jucundam simul et reconditiorem exhibent, quanquam ab ipso Phædri opere illustrando aberrant sæpius, et raro huic castigando inserviunt. Desbillon. pag. XXXI.

—Phædri Fabulæ, cum notis Jo. Henr. Ursini. Ratisbonæ. 8.—Nonnulla in hac ed. rescissa, quæ adolescentum pudori obesse vir præstantissimus existimavit. Textum hic et illic docte emendavit.

1660 Phædri Aug. Lib. Fabularum Æsop. Libri V. ex recensione Jo. Lud. Praschii. Giessæ. 8.—Multum profuit Phædro.

—Fabulæ variorum auctorum, nempe Æsopi Fabulæ Græco-Latinæ CCXCVII. Aphthonii Sophistæ Fabulæ Gr. Lat. XL. Gabriæ Fabulæ Gr. Lat. XLIII. Babriæ (Babrii) Fabulæ Gr. Lat. XI. Accedunt Anonymi veteris Fabulæ Latino carmine redditæ LX. ex exoletis editionibus et Cod. Ms. luci redditæ. Hæc omnia ex Bibliotheca Palatina. Adjiciuntur insuper Phædri Fabulæ XC. Avieni Fabulæ XLII. Abstemii Fabulæ CXCIX. Opera et studio Isaac. Nic. Neveleti, cum notis ejusdem in eadem. Cum figuris ligneis. Francofurti, apud Christ. Gerlach et Sim. Beckenstein. 8.—Est editio Neveleti 1610. mutato tantum titulo, et præmissa nova præfatione.

1661 Phædrus, cum versione Gallica Albini. Parisiis, ap. Durand. 12.

1662 Phædri Aug. Lib. Fabularum Æsop. Libri V. accurante Alex. Arnold. Pagenstechero, cum selectis Freinshemii historiis. Accessit Vita Phædri et historiarum ad explendam centuriam Sylloge. Duisburgi ad Rhen. 8.

1663 Schefferi I. Phædrus, cum notis Jo. Schefferi et Franc. Guyeti castigationibus criticis, nunquam antea vulgatis. Upsaliæ. 8.—Optima editio, in qua multa Phædri loca egregie illustrantur. Basis est Rigaltii III. et Fabrina, nisi ubi temere omiserunt, quæ in aliis legebantur.

Digitized by Google

— Phædri et Avieni Fabulæ. Parisiis, apud Seb. Cramoisy, architypographum Regis. 12.—Vid. supra an. 1637.

1664 Fabri II. (ex I. sed longe locupletior.) Phædri Fabulæ, cum notis et emendationibus Tanaquilli Fabri. Addita est Gallica versio (Albini), et in eam animadversiones. Salmurii. 12.

— Freinshemio-Holstiana: Phædri Aug. Lib. Fabulæ, a Jo. Freinshemio emendatione textus, historiis, notis, et indice illustratæ. Depromebat e bibliotheca Freinshemiana Henr. Holstius. Argentorati, impensis Sim. Paulli. 8.—Adjecta est ad singulas fabulas historia congruens, ex veterum scriptis annotata. Præter animadversiones Freinshemii posthumas insertæ sunt Rittershusii, Rigaltii, Buchneri, notæ. Additus Index copiosissimus. Ceterum Holstius, Danus, viduæ Freinshemii maritus, extitit hæres bibliothecæ, non doctrinæ Freinshemii.

1667 Schefferi II. Phædrus, cum notis Joan. Schefferi et Franc. Guyeti castigationibus criticis, et Gallica Albini versione. Upsaliæ. Excudit Henr. Curio, S. R. M. et Acad. Upsal. Bibliopola. 8. —Reddit editionem 1663. sed emendatiorem et auctiorem. In notis non raro Faber castigatur.

— Phædri Aug. Lib. Fabularum Æsop. Libri v. notis perpetuis illustrati, et cum integris aliorum observationibus in lucem editi a Jo. Laurentio. Amstelodami, apud Jo. Janssonium a Waesberg. 8. c. figg. æri incisis.—Editio, quamvis a P. Burmanno in Præf. Phædri sui an. 1698. iniquius culpata, quod editor aliorum labores truncatos ediderit, damnum hoc iconibus, quas singulis fabulis præpositas ea habet, pensandum crediderit, haud plane contemnenda. Neque enim editor quicquam de aliorum notis omisit, sed quicquid in iis ad criticam rationem pertinebat, in fine libri collectum dedit. Habet vero notas Rigaltii, Rittershusii, Scioppii, Meursii, Fabri, et Schefferi, præterea præfationes Pithœi, Rigaltii, et Rittershusii. Ceterum in hac editione, valde mendosa, paulo putidius illustravit Laurentius Phædrum ex Jurisprudentia Romana.

1668 Phædri Fabularum Æsop. Libri v. ex recensione Christoph. Wase. Londini. 8.—Wasius idem est, qui eximium de Senario librum edidit.

— Phædrus, cum versione Gallica. Tolosæ. 12.

1671 Phædri Aug. Lib. Fabularum Æsop. Libri v. cum prioribus et posterioribus notis Nic. Rigaltii. Petrus Axen recensuit, suasque notas adjecit. Hamburgi, sumtibus Jo. Naumanni et Georg.

Digitized by Google

Wolfii. 8.—Axenius, cum videret, editiones Rigaltii duas priores esse inventu difficiles, notas ejus ad hanc et illam adjectas denuo in lucem emisit; atque his exornari satis et illustrari Phædrum ratus, nihil fere ex se contulit, nisi quod librum duntaxat primum observationibus, non ineruditis quidem, sed ad meram plerumque philologiam spectantibus, explanare tentaverit. Desbillons p. xxxiv. ed. Mannh.

1672 Phædri Fabulæ, ex Tan. Fabri et hominis cujusdam literati recensione, addita versione, (Belgica, ut videtur;) Scholiis quoque additis, et P. Syri Sententiis, in usum Gymn. Lugd. Bat. Lugduni Bat. apud vid. de Charpentier. 8.

1673 Fabri III. Phædri Fabulæ, cum notis et emendationibus Tan. Fabri. Addita est Gallica versio (Albini, s. Is. le Maître de Sacy) et in eam animadversiones. Salmurii, ap. Desbordes. 12.

— Schefferi III. Phædri Fabularum Æsop. Libri v. cum annotationibus Jo. Schefferi et Franc. Guyeti notis. Editio tertia, prioribus emendatior et auctior. In qua jungitur interpretatio Gallica cum notis, et Index Latinus uberrimus. Hamburgi, sumt. Gothofredi Schultzen. 8.

1675 Phædri Aug. Lib. Fabularum Æsop. Libri v. Interpretatione et notis illustravit Petr. Danet, Academicus. Jussu Christianissimi Regis, in usum Ser. Delphini. Parisiis, apud Frid. Leonard. 4.—Editio vix aliqua ex parte commendabilis, judice Desbillonio.

— Phædri Fabulæ selectæ, cura Jo. Vorstii. In Poëm. vet. Poët. Lat. pag. 287. Lipsiæ 1675. 8.—Sunt Lib. I. fab. 1-8. Lib. v. fab. 5. 7. 10. Additæ notæ breves, doctæ et luculentæ.

1676 Phædrus, cum versione Gall. Albini. Parisiis. 12.

1678 Phædri Fabulæ. Amstelodami. 12.

1679 Phædri Fabularum Æsop. Libri v. ex recensione Christoph. Wase. Londini. 8.—Repetitio ed. 1668.

1685 Phædri Fabb. Æsop. Libri v. in commodum linguæ Latinæ tironum editæ, et notis, cuivis fabulæ adjectis, iisque brevibus, admodum necessariis ac perspicuis, illustratæ a Jo. Frid. Kœbero, ill. Ruthenei Rectore. Jenæ, ap. Bielke. 12.

1686 Phædrus, Latine et Gallice. Rotomagi, apud Herauld. 12.

1687 Schefferi IV. Phædri Fabulæ, cum Jo. Schefferi et Franc. Guyeti annotationibus et interpretatione Gallica. Editio quarta, auctior. Francofurti. 8.

1688 Phædri Aug. Cæs. Lib. Fabularum Æsop. Libri v. Inter-

Digitized by Google

pretatione et notis illustravit Petr. Danetius, jussu Christianissimi Regis, in usum Ser. Delphini. Londini. 8.—Ex ed. 1675. recusa.

1689 Fabri IV. Phædri Fabulæ, cum notis Tan. Fabri. Salmurii. 12.

— Eadem repetita. Amstelodami, ap. Paul. Marret. 12.

1691 Phædrus, cum versione Gallica Albini. Parisiis, ap. Thiboust. 12.

1693 Schefferi v. Phædri Fabularum Æsop. Libri v. cum annotationibus Jo. Schefferi et Franc. Guyeti notis, nunquam antea publicatis. Editio quinta, prioribus emendatior et auctior; in qua jungitur Interpretatio Gallica cum notis, et Index Latinus uberrimus. Lipsiæ, impensis viduæ Gothofredi Schultzen, Bibliop. Hamb. Excudebat Christ. Gœzius. 8.

— Phædrus, cum nova versione Gallica R. D. L. Parisiis, ap. Villette. 12.

1694 Phædri Fabularum Æsop. Libri v. cum annotationibus Jo. Schefferi et Franc. Guyeti notis, cum his primum publicatis. Editio quinta, prioribus emendatior, etc. ut in ed. 1693. cujus mera est repetitio. In Belgicum metrum convertebat Joh. Hilarides. Franequeræ, ex offic. Leonardi Strix. 8.

1695 Phædri Fabulæ Æsopiæ, quas e Latino in Belgicum metrum convertebat Joh. Hilarides curis secundis. Dokkomii. 8.

1696 Phædri Fabularum Libri v. cum notis Dan. Hartnaccii Pomerani, historicis, ritualibus, moralibus, et philologicis. Prodierunt sumtibus Jo. Widemeyeri, bibliopol. Lubecens. et excusæ Rudolphistadii. 8.—'Spissum opus,' inquit Desbillonius, 'octingentis et paulo amplius paginis comprehensum. Ex auctoribus Græcis et Latinis, sacris et profanis, infinitas prope lacinias obtrudit, quibus Phædrum multo sæpius obruit, quam illustrat: gravissimi etiam ac frequentissimi errores typographici augent importunitatis hujus molestiam: non frustra tamen omnis Hartnaccii effusus est labor; quosdam enim adhuc inveniri Literatores puto, quos ista, quamvis paulum indigesta, doctrinæ varietas vel adjuvet vel etiam oblectet.' Eodem anno Hartnaccius alium librum edidit, qui inscribitur:

— Des Phædri fünf Bücher seiner Fabeln, oder Gedichte und Geschichte, nach Ordnung der Construction, Sinn und Wortverstand verdolmetschet: mit gedoppelten und der ersten Art mehrentheils historischen Imitationen aus denen erwæhltesten darin

Digitized by Google

enthaltenen Redensarten, samt beygefügter lateinischen Periphrasi des Herrn Dànet, der Jugend zum Besten ans Licht gegeben. Frankfurt und Leipzig. 8.

— Phædri Fabulæ, cum notis Hartnaccii. Lubecæ. 8.

1697 Jenæ. 12. recusa editio Kœberi. Vid. supra an. 1685.

— Phædri Fabulæ. Stuttgardiæ. 8.

ÆTAS III. GUDIO-BURMANNIANA 1698—1810.

Cujus princeps etiam post fatum evasit Marq. Gudius, qui lectionum Mss. Pith. Rem. et Dan. varietate adhibita, post priores Criticos haud pauca emendavit, illustravit, tum ex Cod. Divionensi descriptas quinque fabulas reliquit, haud, quod quidam fastidiosi elegantiarum existimatores volunt, Phædro plane indignas: idem plures ex eodem Codice descripsit, quibus etiamnum caremus, quod Gudianæ schedæ magnam partem laceræ extitere. Petr. Burmannus, his a Ge. Grævio auctus, primum novam cum notis variorum, etiam Gudii et Heinsii ineditis, editionem instruxit an. 1698. quam auctiorem an. 1718. edidit, aliquoties dein repetitam; tum an seq. 1719. minorem sine notis, sed quæ textum ab ipso recensitum exhibet; tandem an. 1727. novum ipse Commentarium in Phædri fabulas protulit, qui quamvis nimius sit vel in suis defendendis, vel in aliorum ausis confutandis, hodie princeps habetur. Præter eum Dav. Hoogstratanus, Jo. Fr. et Jac. Gronovii, tum Thom. Johnson, Anglus; ex Germanis vero Jo. Christoph. Wolfius, Jo. Ge. Walchius, Jo. Nic. Funccius, Jo. Gottl. Sam. Schwabe, ceteri, suo quisque modo bene mereri de Phædro studuerunt. Supervenit tum Richard. Bentleius, qui auctoritate sua abutens plus obfuit, quam profuit Phædro, atque sic ab Hario Anglo gravius, a Burmanno leniori verborum specie prætexta reprehensus est; ex Gallis Steph. Andr. Philippe, Gabr. Brotier, et Franc. Jos. Desbillons, de quibus erit infra dicendi locus.

1698 Burmanni I. Phædri Aug. Lib. Fabularum Æsopiar. Libri V. cum integris commentariis Marq. Gudii, Conr. Rittershusii, Nic. Rigaltii, Nic. Heinsii, Jo. Schefferi, Jo. Ludov. Praschii, et excerptis aliorum. Curante Petro Burmanno. Amstelodami, apud Henr. Wetstenium. 8 maj.—Textui subjiciuntur integræ Heinsii, Schefferi, Praschii Notæ, cum excerptis Scioppii, Meursii, Neveleti, Fabri, Guyeti, Ursini, Freinshemii, Axenii. Ad calcem singulari volumine adjecti Commentarii Gudii, Rittershusii, Rigaltii. Multum, et merito,

Digitized by Google

ab eruditis judicibus laudata est hæcce Burmannie ditio; cujus si abfuisset opera, Gudii et Heinsii labores nunquam forte prodiissent.

— Phædri Fabulæ, cum notis Varior. Burmann. Amstelodami, apud Wolters. 8 maj.—Eadem editio cum superiori, omissis Gudii, Rigaltii, et Rittershusii Commentariis.

— Phædrus, cum notis Schefferi. Hagæ Com. 12.

— Mythologia metrica et moralis, sive Fabularum XV. auctores Latini et veteres plerique; qui (prout nomina eorum versa hæc pagina docet) CCCL. fabulas, vario carminis genere, in varios mores, variosque usus scite quondam conscripsere. Opus, scholasticæ juventuti utilissimum, et hac ratione nunquam antea visum. Cui in fine adjungitur harum fabularum tum Auctorum, tum argumentorum Index copiosissimus. Hamburgi, apud Benj. Schillern. 8.—Curator hujus editionis est Jo. Schultzius, Jo. Alb. Fabricii quondam socer. Insunt non paucæ Phædri fabulæ, additis aliorum auctorum fabulis similis argumenti.

— Fabularum Æsopicarum Delectus. (Gr. Hebr. Arab. et Lat. cur. A. Alsop.) Oxoniæ, e Theatro Sheldon. Excudebat Jo. Croke. 8 maj.—Continet LXXII. Phædri fabulas. Conf. Fabricii Bibl. Gr. Tom. I. pag. 647. ed. Harles.

1699 Phædri Aug. Lib. Fabularum Æsop. Libri V. in gratiam studiosæ juventutis notis illustrati, cura Dav. ab Hoogstraten. Amstelodami. 12.—Laudantur Hoogstratani notæ, ut eruditæ et perspicuæ. Cf. a. 1701.

1700 Phædri Fabulæ, cum integris Fabri, Neveleti, Praschii notis, additis P. Syri Mimis. Franequeræ. 12.

— Phædrus, cum notis Christ. Junckeri. Accedunt Symposii et aliorum Ænigmata. Lipsiæ. 12.

1701 Johnsoni I. Phædri Aug. Lib. Fabularum Æsop. Libri V. Notis doctorum selectioribus, novisque passim et conjecturis et explicationibus illustrati, opera Thom. Johnson. In usum scholæ Etonensis. Londini, apud Car. Harper, Sam. Smith, cet. 8.—Notæ sunt perbreves.

— Phædri Aug. Lib. Fabularum Æsop. Libri V. Notis illustravit in usum Ser. Principis Nassavii Dav. Hoogstratanus. Accedunt ejusdem opera duo Indices, quorum prior est omnium verborum, multo quam antehac locupletior, posterior eorum, quæ observatu digna in Notis occurrunt. Amstelodami, ex typographia Franc. Halmæ. 4 maj. c. figg. nitidiss.—Conf. an. 1699. Editor pricæpuam, eamque laudabilem, operam posuit in emendando metro;

Digitized by Google

sed admisit nonnunquam emendationes variorum Criticorum aliquanto audaciores, raro nominatis illarum auctoribus, ideo castigatus a Desbillonio. Splendida editio.

— Eadem repetita. Amstelodami. 12. rescissis tamen quibusdam.

— Phædrus, cum notis Junckeri. Lipsiæ. 12.

— Idem, Lat. et Gall. Argentorati. 12.

1702 Phædri Fabulæ, accurante R. P. (Roberto Prevost) cum versione Gallica et animadversionibus Gallice scriptis, ordine constructionis in puerorum usum per numeros, singulis vocabulis impositos, notato. Parisiis. 12.—Conf. an. 1734. et Vers. Gall. an. 1702.

— Phædri Aug. Lib. Fabularum Æsop. Libri v. cum notis Dav. Hoogstratani. Londini. 12.

1703 Phædri Aug. Lib. Fabularum Æsop. Libri v. cum notis perpetuis Jo. Frid. Gronovii P. et emendationibus Jac. Gronovii F. Accedunt Nic. Dispontini in Phædrum Collectanea. Amstelodami, apud Janssonio-Waesbergios. 12.—Editio parum digna nomine Gronoviano, quam tamen commendant Dispontini Collectanea, quibus hic indicis forma dictionem Phædri egregie illustravit.

— Phædri Fabularum Æsop. Libri v. et P. Syri Sententiæ locupletiores, cum notulis Sam. Hoadly, scholæ Norvicensis Magistri. Editio II. Londini. 8.

— Ibidem repetita h. a. editio Daneti in usum Delphini. 8.

1704 Phædrus, cum notulis Sam. Hoadly. Editio III. Londini. 8.

1706 Phædri Fabularum Æsop. Libri v. cum annotationibus Jo. Schefferi, et Franc. Guyeti notis nunquam antea publicatis. Editio quinta, prioribus emendatior et auctior; in qua jungitur interpretatio Gallica cum notis, et Index Latinus uberrimus. Hamburgi, apud Benj. Schiller. 8.—Paginæ hujus ed. respondent paginis ed. Scheffer. 1673. Titulus reddit ed. 1698. Scatet vitiis typographicis.

— Phædrus, cum notis Anglicis Guil. Willymot. Londini. 8.

— Phædri Fabularum Æsop. Libri v. cum notis Dav. Hoogstratani. Amstelodami. 12.—Notæ sunt aliqua ex parte auctiores.

1707 Phædri Fabularum Æsopiar. novis emblematibus, artificiose ære incisis, illustratarum Libri v. cum appendice quinque fabularum, a Marq. Gudio e Ms. veteri descriptarum eodemque modo adornatarum. (Cum versione Germ. prosaica.) Augustæ Vind. Fol.—Titulum Germ. vid. infra inter Vers. Germ. h. a.

— Phædri Fabulæ in usum Delphini. Londini. 8.

Digitized by Google

1708 Johnsoni II. Londini, impensis B. Walford, &c. 8.—Conf. supra an. 1701.

— Phædrus, cum versione Gallica Denisii. Parisiis. 8.

1709 Phædri Fabulæ, ad fidem optimarum editionum, una auctiores, recusæ cum paucis brevibusque notis. Accedunt Vindiciæ Cl. Gudii ab acerbioribus censuris v. c. Jac. Gronovii. Editore Jo. Christoph. Wolfio. Flensburgi, sumtibus Joan. Christ. Schumanni. 8.—Quæ in hujus ed. titulo accessisse dicitur fabula una, eam non esse antiqui auctoris, nedum Phædri, docet Fabricius supra pag. 706. seq. Incipit: 'Ranæ paludis incolæ,' &c.

— Fabulæ antiquæ, ex Phædro fere servatis ejus verbis desumtæ, et soluta oratione expositæ. Inter quas reperiuntur nonnullæ ejusdem auctoris et aliorum antea ignotæ. Accedunt Romuli fabulæ Æsopiæ. Omnes ex Mss. depromtæ et adjectis notis editæ a Jo. Fred. Nilant. Lugduni Bat. apud Theodor. Haak. 12.

1710 Phædrus, Lat. et Gall. interprete Richard. Prevost. Parisiis, ap. Armand. 12.

1711 Repetita Hoogstratani editio Amstelodami, apud de Linden. 12.

1712 Phædri Fabulæ et P. Syri Mimi Sententiæ, hac quinta editione auctiores, cum notis et emendationibus Tan. Fabri. Accedit et Gallica versio fere de novo reficta. Amstelodami, apud viduam Paulli Marret. 8.—Additæ sunt etiam Senecæ Sententiæ, quarum mentio haud facta in titulo.

— Phædrus, c. n. Sam. Hoadly. Editio IV. Londini. 8.

— Phædri Fabularum Libri V. in usum Scholarum. Trajecti ad Rhen. 12.

1713 Phædri Fabularum Æsopiarum Libri V. cum emendationibus et commentariis ad modum Jo. Minellii. Quibus accesserunt Symposii Ænigmata, Gabriæ Fabulæ, Antonini Liberalis Metamorphoses Gr. et Lat. cum prioribus curis Abr. Berkelii, et Senecæ, it. P. Syri Sententiæ, cura Jo. Ge. Walchii. Lipsiæ, apud Jo. Lud. Gleditsch, et M. G. Weidmann. 12.

— Phædri Fabularum Libri V. In Corpore veter. Poëtar. Lat. a Mich. Maittario editorum, Tom. I. pag. 788. seqq. Londini, apud Joan. Nicholson, B. Tooke, et Jo. Tonson. Fol.

— Phædri Fabularum Æsop. Libri V. item fabulæ quædam ex Ms. veteri a Marq. Gudio descriptæ, cum Indice vocum et locutionum. Appendicis loco adjiciuntur fabulæ Græcæ quædam et

Digitized by Google

Latinæ ex variis auctoribus collectæ; quas claudit Avieni Æsopicarum fabularum Liber unus. (Cura Mich. Maittaire, cum varr. lectionum spicilegio.) Londini, ex offic. Jac. Tonson. et Jo. Watts. 12.

— Phædri Fabularum Æsop. Libri v. Edinburgi. 8.

— Phædri Fabulæ, cum notis select. varr. Dispontini, Gronovii, Hoogstratani, Kœberi, cet. Tiguri, ap. Dav. Gessner. 8.

1714 Johnsoni III. Londini. 8.

1715 Phædri Fabulæ, cum notis lingua Germanica scriptis, auctore Gabriel. Schumanno. Halæ Sax. apud Renger. 12.

1716 Phædri Fabularum Æsop. Libri v. (sine notis.) Amstelodami. 24.

1717 Daneti editio recusa Londini. 8.

1718 Burmanni II. Phædri Aug. Lib. Fabularum Æsopiar. Libri v. cum integris commentariis Marq. Gudii, Conr. Rittershusii, Nic. Rigaltii, Is. Neveleti, Nic. Heinsii, Jo. Schefferi, Jo. Lud. Praschii, et excerptis aliorum. Curante Petro Burmanno. Hagæ Comitum apud Henr. Scheuerleer. 8 maj.—Secundæ huic editioni, præter Catalogum edd. Phædri et Neveleti notas, accessit Appendix xxxix. fabularum, quarum quinque sunt a Gudio detectæ, ceteræ ex Rimicio, Romulo Nilantii, Anonymo vet. sumtæ, et a Burmanno haud satis feliciter, verbosius certe, prout ipse in Præf. novæ Phædri ed. an. 1727. fatetur, in senarios redactæ.

— Eadem editio. Ultrajecti. 8 maj.

— Phædri Fabularum Libri v. ex recensione Gotefr. Richtheri. Jenæ, sumtu J. F. Bielkii. 12.—Omisit notas editor, earumque loco Indicem subjecit, Gronovii, Gudii, Burmanni, Rittershusii, Schefferi, Dispontini, Hoogstratani, suasque passim observationes exhibentem.

— Phædri Fabulæ, cum notis Variorum. Amstelodami. 8.—Fortasse repetitio ed Amst. 1698. ap. Wolters.

1719 Burmanni III. sine notis. Phædri Fabularum Libri v. cum nova fabularum Appendice, ex Ms. Divionensi, Rimicio, Romulo, et aliis. Cura et studio Petri Burmanni. Hagæ Com. ap. Henr. Scheuerleer. 12.—Conf. an. 1718.

— Phædrus, cum Germ. versione et phrasibus Lat. Halæ Sax. apud Renger. 12.—Vid. Vers. Germ. h. a.

1721 Phædrus ordine Pithœi et Freinshemii digestus, ex emendatione Gudii et Burmanni recensitus, interpretatione Petr. Daneti

Digitized by Google

illustratus, historiis miscellaneis instructus, notis Germanicis explicatus, duobus Indicibus locupletatus, aliisque accessionibus pluribus auctus, in usum Pædagogii Marburg. editus, a Jo. Casp. Santorocco. Marburgi, typis et impensis Phil. Casim. Mülleri. 8.

— Phædri Fabulæ, cum Aviani Fabb. et notis Hoogstratani, alior. Patavii. 12.

— Phædrus, ex ed. Mich. Maittairii. Londini, ex offic. Jac. Tonson et Jo. Watts. 12.—Repetitio ed. 1713.

— Phædri Fabularum Libri v. cum interpretatione Anglicana praxique grammaticali. Opera N. Bailey. Londini. 8.

1722 Ibidem denuo prelo subjecta Petr. Daneti editio. 8 maj.

— Phædrus, cum notis Germ. Halæ. 12.

1723 Phædri Fabulæ et P. Syri Sententiæ, hac sexta editione auctiores, cum notis et emendationibus Tan. Fabri. Accedit et Gallica versio, fere de novo reficta. Amstelodami, ap. Dav. Paul. Marret. 8.

1724 Phædrus, cura Jo. Georg. Walchii, ad modum Minellii. Editio II. Lipsiæ. 12.

1725 Phædri Fabulæ et P. Syri Mimi Sententiæ, hac sexta editione auctiores, &c. ut in ed. 1723. Hagæ Com. ap. Petr. Gosse. 8.

— Phædrus, cum versione Gall. R. Prevost. Parisiis. 12.—Conf. an. 1734.

1726 P. Terentii Afri Comœdiæ, Phædri Fabulæ Æsopiæ, P. Syri et aliorum veterum Sententiæ, ex recensione et cum notis Rich. Bentleii. Cantabrigiæ, apud Corn. Crownfield. 4 maj.—Basin is quidem fecit textum a Burmanno in ed. 1718. constitutum, sed eum sæpissime mutavit, ratione in notis satis imperatorie reddita. In quo cum audacius egisse videretur, eas correctiones sub examen severum vocavit Anonymus (Franc. Hare) in Epist. Critica, quam quoque Burmannianæ novæ an. seq. subjectam legas. Eidem audaciæ Bentleii criticæ adversariam constituit Burmannus Præfationem novæ illius editionis. Repetita Amst. 1727.

— Phædri Fabularum Æsop. Libri v. Interpretatione et notis illustravit Petr. Danetius. Nova editio emendata, Notis selectissimis, Appendice ad ejusdem fabulas, Publii Syri aliorumque Sententiis aucta (cur. P. Fabro.) Parisiis, apud Barbou. 4.

1727 Burmanni IV. Phædri Aug. Liberti Fabularum Æsop. Libri v. cum novo commentario Petri Burmanni. Leidæ, apud Sam.

Digitized by Google

Luchtmans. 4.—Quæ editio inter Burmannianas princeps habetur ob novum commentarium, prolixe tamen scriptum, et in quo forsan nimium sibi suisque emendationibus indulgens, a veriori critica ratione et interpretatione aberrat. Præfatio de re critica, et modestia in ea conservanda, opposita quidem est Bentleii audaciæ, sed loquentiæ multum quoque habet; ceterum ab observationibus, ex Nic. Perotti epitome Fabularum Æsopi, Avieni, et Phædri repetitis, commendatior. Librarius denique subjecit huic ed. Epistolam Harii adversus Bentleii Phædrum.

— Phædri Fabularum Æsop. Libri v. P. Syri et aliorum veterum Sententiæ, ex recensione et cum notis Rich. Bentleii. Cum ejusdem Terentio. Amstelodami, apud R. et J. Wetstenios et G. Smith. 4 maj.—Exhibet Additamenta et Emendationes, manu ipsius Bentleii margini ed. 1726. adscriptas.

— Phædri Fabularum Æsop. Libri v. cum Appendice. Recensuit et commentariis illustravit, necnon Indices adjecit Jo. Dav. Leonhardus. Jenæ. 12.—Gudii et Schefferi maxime notas in suos usus convertit editor.

— Daneti editio in usum Delphini recusa. Londini. 8.

— Phædri Fabularum Æsop. Libri v. ex edit. Jo. Stirling. (Cum versione Anglica.) Edinburgi. 8.

— Phædrus, cum notis Germ. Gabr. Schumanni. Halæ. 12.—Repetitio ed. 1715.

— Les Fables de Phèdre, en Latin et en François, augmentées de plusieurs Fables et des Sentences de Publius Syrus, qui ne sont pas dans les Editions précédentes. Traduction nouvelle, avec des Notes critiques, morales, et historiques, qui en facilitent l'intelligence, et des Chiffres qui en forment la Construction. A Paris, chez les Frères Barbou. 12.—Editor libelli est Jo. Claud. Fabre, Oratorii Jesu sacerdos, idem qui Fleuryi Abbatis Historiam eccles. continuavit. Plurima vero exscripsit e notis Rob. Prevost, vid. supra an. 1702. Alii hanc ed. assignant anno 1728.

1728 Phædri Fabulæ, cum interpretatione Anglicana praxique grammaticali. Opera Nic. Bailey. Londini. 8.—Conf. an. 1721.

— Phædrus, cum notis Germ. Em. Sinceri. Augustæ Vind. sp. Merz. 8.

— Recueil des Fables d'Esope, de Phèdre, et de la Fontaine, qui ont rapport les unes aux autres, en Grec, Latin, et François, avec de courtes Notes, par M. Gaullyer. A Paris. 8.

Digitized by Google

1729 Phædri Fabulæ. Parisiis, ex Typographia Regia. 4.

— Phædri Fabulæ, et P. Syri Mimi Sententiæ. Parisiis, ex Typographia Regia. 16.—Nitida et rara editio.

— Phædrus, ex ed. Mich. Maittaire. Cum variantium lectionum Spicilegio. Londini, ex offic. Jac. Tonson et Jo. Watts. 12.—Conf. an. 1713. et 1721.

1730 Phædrus, cum notis Germ. Em. Sinceri. Augustæ Vind. 8.

1732 h. a. Arn. Henr. Westerhovius Phædri fabulas in usum scholarum eleganter excudendas curavit Hagæ Com. testibus Ephemer. litter. Lips. 1732. n. 86.

— Phædri Fabulæ, cum interpretatione Anglicana praxique grammaticali. Opera N. Bailey. Londini. 8.—Conf. an. 1728.

1733 Phædri Fabulæ, ex recensione Dav. Hoogstratani, in usum Seminarii Patavini. Patavii. 8.

1734 Phædri Fabularum Æsop. Libri v. With a literal Translation by Ja. Gibb. Edinburgi. 8.

— Phædri Fabulæ. With Improvements in a new Method, and an English translation, by J. Stirling. Londini. 8.—Conf. an. 1727.

— Phædri Fabulæ selectæ, Latine, Anglice, Gallice. Fifty instructive Fables of Phædrus, in Latin, English, and French. Attempted after a new Method, for the more speedy Improvement of Youth in Schools. Translated into English by Dan. Bellamy, and illustrated with fifty curious Cuts, copied from the Designs of the best Masters. London. 8.

— Eodem anno repetita est Roberti Prevost editio Parisiis, ap. Nic. Petr. Amand. 12.—Obscœnas Phædri fabulas fere omnes interpolavit editor; nec dubitandum, quin editiones an. 1702. et 1725. eodem modo contaminatæ sint.

1735 Phædri Fabulæ, cum interpretatione et notis Petr. Danetis. Londini. 8.

— Phædrus, cum versione Italica Jo. Chrysost. Trombelli. Venetiis. 8.—Titulum vid. inter Vers. Ital. h. a.

— in Corpore omnium vet. Poëtarum Lat. cum eorundem Italica versione ab an. 1731.—1765. Mediolani edito in Aula Regia, Tomo x. pag. 1. seqq.

— Phædri Fabularum Libri v. cum notis Jo. Ge. Walchii ad modum Minellii. Editio III. Lipsiæ. 12.

— cum notis Germ. Em. Sinceri. Augustæ Vind. 8.

Digitized by Google

1737 Phædri Fabulæ. Cum commentariis Variorum edidit Petr. Burmannus. Amstelodami. 4.

— Phædri Fabulæ. Lugduni. 8.

1738 P. Terentii Comœdiæ, Phædri Fabulæ Æsopiæ, P. Syri et aliorum veterum Sententiæ, ex recens. et cum notis Rich. Bentleii. Londini, apud J. et P. Knapton. 4.—Ed. III. Vid. an. 1726. et 1727.

— Phædri Fabularum Libri V. Recensuit et facili solutaque paraphrasi in usum scholarum exposuit Jo. Nic. Funccius. Rintelii, litteris et sumt. Jo. Godofr. Enax. 8.

— Phædri Fabulæ. Cura Jo. Stirling. Londini. 8.

— cum notis Germ. Em. Sinceri. Augustæ Vind. ap. Merz. et Meyer. 8.

1739 Phædri Fabularum Æsop. Libri V. nunc denuo editi in usum Scholarum piarum, cum notis. Florentiæ, ex typographia Petri Caietani Viviani. 12.—Editor, P. Leonard. Targioni, rescidit nonnulla, quæ puerorum pudori obesse putabat, vocumque difficiliorum interpretationem, lingua Italica scriptam, adjecit.

— Trombelli editio 1735. repetita Venetiis. 8.

1740 Phædri Fabularum Æsop. Libri V. Ad exemplar Burmannianum recensuit, suasque annotationes adjecit Jo. Mich. Heusinger. Isenaci. 8.—Utilis editio.

— Phædri et Fl. Aviani Fabulæ, cum annotationibus ad utrumque. Accedunt Fabulæ Græcæ, Latinis respondentes, et Homeri Batrachom. Patavii. 12.

— Phædri Fabularum Æsop. Libri V. cura Petr. Burmanni. Lugduni Bat. apud Langerak. 12.—Burman. II. sine notis.

— Fabulæ Æsopiac Phædri selectæ. Genevæ, apud du Villard. 8.

1741 Phædri Fabulæ, ex ed. Dav. Hoogstratani. Amstelod. 8. —Conf. an. 1701.

— Phædri Fabularum Æsop. Libri V. cura Petr. Burmanni. Glasguæ, apud Urie. 12.

— Phædri Fabulæ. Accedit Avienus et Fabulæ quædam Græcæ et Latinæ. Etonæ. 8.—Passim adspersæ notulæ.

1742 Phædri Fabularum Æsopiar. Libri V. ad optimas quasque editiones emendati, (opera Jo. Bapt. le Mascrier) cum Aviani fabulis et P. Syri Sententiis. Parisiis, apud Coustelier, typis Jos. Barbou. 12.—Nitida editio, sed valde mendosa.

Digitized by Google

— Burmanniana minor, cum Appendice. Berolini, apud Gohl. 12.

— Phædri Fabulæ. Goettingæ. 12.

— Phædri Fabulæ. Parisiis. 12 maj. sine notis.

1743 Phædri Fabulæ. Jo. Dav. Leonhardus commentariis et indicibus instruxit, jam nunc collectione phrasium et sententiarum Phædrianarum annexa recognovit M. Gottfr. Buchnerus. Jenæ, sumtibus Christ. Henr. Cunonis. 12.—Buchnerus quidem levibus notulis passim additis, et futili illa phrasium collectione supersedere potuit.

1744 Phædrus, cum notis Germ. Schumanni. Halæ, apud Renger. 12.

— Phædri Fabulæ, cum interpretatione Anglicana praxique grammaticali. Opera N. Bailey. Londini. 8.—Conf. an. 1728.

— cum interpretatione Anglica Jo. Stirling. Londini. 8. Ed. IV.

1745 Phædri Fabulæ, cum notis Variorum, curante Petr. Burmanno. (Ed. III.) Lugduni Bat. apud Sam. Luchtmanns et F. 8 maj.—Auctus est liber Indice editionis majoris Burmann. in 4.

— Phædri et Aviani Fabulæ, cum annotationibus. Accedunt fabulæ Græcæ Latinis respondentes et Homeri Batrachomyomachia. Patavii et Bassani. 12.

— The Fables of Phædrus translated into English prose, with the Latin text, order of Construction, and Notes in English. London. 8.

— Phædri Fabularum Libri V. Latin and in English prose, with Notes by Edw. Jamieson. London. 8.

— Phædrus in usum Delphini edit. per Petr. Danet. Londini. 8.

1746 LXXIII. auserlesene Fabeln Phædri, sammt einer daraus gezogenen Sylloge vocabulorum, und Samlung der vornehmsten Phrasium und Sententiarum, den ersten Anfængern in der Lat. Sprache zum besten herausgegeben von Joh. Jac. Schatz. Jena und Weissenfels, b. Joh. Christ. Crœker. 8.

— Phædrus, cum notis Germ. Em. Sinceri. Augustæ Vind. 8.

1747 Eadem repetita. Aug. Vind. ap. Merz et Meyer. 8.

1748 Phædri Aug. Lib. Fabulæ. Ad Mss. Codd. et optimam quamque editionem emendavit Steph. Andr. Philippe. Accesserunt Notæ ad calcem. Lutetiæ Paris. sumtibus Jo. Aug. Grangé. 12. c. figg. æri incisis. Adjectæ Fl. Aviani Fabb. et L. Ann. Senecæ ac P. Syri Sententiæ, anno 1747. impressæ.—Usus est editor an-

Digitized by Google

notationibus ineditis Nat. Steph. Sanadon, qui editionem Phædri meditatus erat; neque illum puduit ejus, qui præiverat, nomen dissimulare. Sanadonius profecto in hoc elegantiorum literarum genere versatus erat maxime, sed adversus emendandi pruritum non satis firmus, ipso Broterio in Præf. Phædri sui pag. XIV. judicante; quod quidem ex Philippei editione satis superque patet.

1749 Phædrus, cum notis Dav. Hoogstratani. Harderovici. 8.

— cum versione Italica Joan. Chrysost. Trombelli. Venetiis. 8.

1750 Phædri Fabularum Æsopiar. Libri V. cum Indice verborum locupletissimo. Londini, typis J. Brindley. 16.

— Phædri Fabulæ, edente Jo. Stirling. Editio quinta. Londini, apud Astley. 8.—Conf. an. 1744.

— Phædrus, cum notis Fr. Chr. Schœnau. Havniæ. 12.

1751 Phædri Fabularum Æsopiar. Libri V. ex recensione Alex. Cuninghami, Scoti. Accedunt P. Syri et aliorum veterum Sententiæ. Edinburgi, apud Hamilton et J. Balfour. 8.—Conf. an. 1757.

— Phædri Fabularum Æsop. Libri V. ex recensione Petri Burmanni, cum P. Syri Sententiis. Glasguæ, in ædibus Acad. excudebant Rob. et Andr. Foulis. 12.

— Phædri Fabulæ, cum interpretatione Anglicana praxique grammaticali. Opera N. Bailey. Londini. 12.

— cum notis Jo. Ge. Walchii. Ed. IV. Lipsiæ. 12.

— cum notis Santoroci. Giessæ. 8.—Conf. an. 1721.

— Lat. et Gall. cum annotationibus et fabulis Fontanii. Wratislaviæ. 8.—Repetita an. 1757.

1752 Burmanniana minor recusa Berolini. 12.

— Phædri Fabulæ, Lat. et Italice, cum annotationibus, editore et interprete Jo. Chrysost. Trombelli. Mediolani. 12.

— cum notis Em. Sinceri. Augustæ Vind. 8.

1753 Eadem, ibid. 8.

— Phædrus, Appendice triplici suffultus: (editore de Montchablon.) Parisiis, apud De Saint et Saillant. 12.

— Phædri Fabulæ Æsopiæ, Publii Syri Sententiæ, Dionysii Catonis Disticha de moribus. Curante Jo. Petr. Millero. Berolini, sumtibus A. Haude et J. C. Speneri. 8.

— Phædri Fabulæ. Ad Codd. Mss. et optimam quamque editionem emendavit Steph. Andr. Philippe. Accesserunt Notæ ad calcem. It. Flavii Aviani Fabulæ, et L. Ann. Senecæ ac P. Syri

Digitized by Google

Sententiæ cum notis Gruteri. Lutetiæ Paris. typis Jos. Barbou. 12.—Repetitio ed. 1748.

1754 Phædri Fabularum Æsop. Libri v. ex recensione Petr. Burmanni. Glasguæ, excudebat Rob. et Andr. Foulis. 12.

— Phædri Fabulæ, ex editione Steph. Andr. Philippe. Parisiis, typis Barbou. 12. c. figg. æn.—Forte eadem cum ed. 1753.

— cum interpretatione Anglicana praxique grammaticali N. Bailey. Londini. 8.

— Phædri Fabularum Libri v. or the Fables of Phædrus, &c. Improved by a method entirely new. Wherein the order of construction is so natural and concise, that the most ignorant scholar may easily find it without the least hesitation. To which are added accents and notes for the true pronunciation and right interpretation of all the idioms, phrases, proverbial expressions, and grammatical figures, which frequently occur in this author. By which assistance the young beginner, though not perfectly acquainted with the rules of grammar, is enabled of himself to learn his lessons with ease and pleasure, and without interruption to the master. By John Entick. London. Hodges. 8.

1755 Phædri Fabulæ, cum notis Variorum, curante Petr. Burmanno. Lugduni Bat. 8 maj.—Forte eadem cum ed. an. 1745. renovato tantum titulo.

— Phædri Fabulæ, ex recensione Petr. Burmanni, cum nova fabularum Append. Halæ, sumt. Orphan. 12.—Textum habet Burmanni, sine notis.

— A correct Latin edition of the Fables of Phædrus, with a new literal English translation, and a copious parsing index, whereby young beginners may easily and speedily attain the knowledge of the Latin tongue. By a Gentleman of the University of Cambridge. For the use of Schools. London. Dot. 12.—Textus ad fidem optimarum editionem impressus est.

— Phædri Fabularum Libri v. in gratiam studiosæ juventutis notis illustrati. Cura Dav. Hoogstratani. Editio sexta. Amstelodami, apud A. Wor. 8.

1756 Fabulæ Phædri, welche nebst dem richtigen Lateinischen Texte, mit einer daraus gezogenen Sylloge vocabulorum, und Sammlung der vornehmsten Phrasium und Sententiarum, den ersten Anfængern in der Lat. Sprache zum besten, von neuem herausgegeben worden von J. F. H. (Hirt.) Jena. 8.

Digitized by Google

1757 Phædri Fabularum Æsop. Libri v. ex recensione Alex. Cuninghami. Accedunt P. Syri et aliorum veterum Sententiæ. Edinburgi, apud Hamilton et J. Balfour. 8.—Cuninghami Varias lectiones et Conjecturas, antea in Germania minus notas, inseruit Schwabe Parti III. editionis Phædri an. 1779—1781. ab ipso curatæ. Sunt inter eas non paucæ vel justo audaciores, vel non necessariæ.

— Æsopi et Phædri Fabulæ selectæ, et novo ordine dispositæ, Græce et Lat. Genevæ. 8.

— Phædrus, cum notis Germ. Em. Sinceri. Augustæ Vind. 8.

— Phædri Fabulæ, Lat. et Gall. interprete Bourgeois. Parisiis. 12.

— Lat. et Gall. Metis, apud Jos. Collignon. 8 min.—Libellus, in puerorum usum editus, scatet vitiis typographicis. Ordo constructionis per numeros singulis vocabulis impositos notatus est.

— Lat. et Gall. Wratislaviæ. 8.

1758 Phædri et Fl. Aviani Fabulæ. cum annotationibus. Accedunt Fabulæ Græcæ Latinis respondentes, et Homeri Batrachomyomachia. Patavii. 12.

— Phædrus, cum nova versione Gall. et notis Lallemanti de Maupas. Rotomagi. 8.—Vid. Vers. Gall. h. a.

1759 Phædri Fabulæ, ad optimam quamque editionem emendatæ. Genevæ. 8.

— cum versione Gall. et fabulis Fontanii respondentibus. Amstelodami. 8. maj.

— cum notis Em. Sinceri. Augustæ Vind. 8.

1760 Phædri Fabularum Libri v. Latinitatis studiosorum gratia in privatos usus editi a Jo. Petschio. Augustæ Vind. Lotterianis litteris.—Merum textum habet cum varr. lectt. delectu.

1761 Phædri Fabulæ, cum Sylloge vocabulorum et phrasium per Jo. Jac. Schatz. Jenæ, apud Crœker. 8.—Conf. an. 1746.

1762 Phædri Fabularum Libri v. ex recensione Petr. Burmanni. Glasguæ. Excudebant Rob. et Andr. Foulis. 12.

— Lat. et Gall. cum annotationibus et fabulis Fontanii. Wratislaviæ. 8.

— cum notis Germ. Em. Sinceri. Augustæ Vind. 8.

— Phædri Fabulæ, brevibus notis illustratæ. Senis. 8.

1763 Phædri Fabularum Libri v. cum appendice. Halæ. 12.

1764 Phædri et Fl. Aviani Fabulæ, cum annotationibus. Accedunt fabellæ Græcæ Latinis respondentes, cum Homeri Batrachomyomachia. Patavii. 12 maj.—Conf. an. 1740.

Digitized by Google

1765 Phædri Fabularum Æsop. Libri v. cura Petr. Burmanni. Lugduni Bat. 12.—Repetitio ed. Burmann. minoris.

— cum versione Italica Azzolini Malaspinæ. Neapoli. 4 maj.

Phædri Fabularum Libri v. Recensuit et facili solutaque paraphrasi exposuit Jo. Nic. Funccius. Adjecta sunt Symposii Ænigmata. Rintelii et Lipsiæ, ap. G. C. Berthium. 8. Ed. II.—Conf. an. 1738.

— cum versione Gallica, editore M***. Parisiis. 12.

— A poëtical Translation of the Fables of Phædrus with the Appendix of Gudius, and an accurate Edition of the Original on the opposite page. To which is added a Parsing Index for the use of Learners. By Christopher Smart. London, printed for J. Dodsley, &c. 12.—Omisit editor, quæ pudorem puerorum offendere possent. Notas et emendationes Gudii, Bentleii, et aliorum in suos vertit usus. Textum passim emendavit.

1766 Phædri Fabulæ. In Collectione Pisaurensi omnium Poëmatum, Carminum, Fragmentorum Latinorum, sive ad Christianos, sive ad Ethnicos, sive ad certos, sive ad incertos poëtas, a prima Latinæ linguæ ætate ad sextum usque Christianum sæculum et Longobardorum in Italiam adventum pertinente, ab omnium poëtarum Libris, Collectionibus, Lapidibus, Codicibus exscripta. Pisauri, ex Amantina chalcographia. 6 voll. 4.—Editor est Marchio Mosca-Barzi. Extat Phædrus Vol. IV. Part. I.

— cum versione Italica et notis Seb. Zappalæ. Catinæ. 8.—Vid. Vers. Ital. h. a.

— cum versione Gallica et notis Lallemanti de Maupas. Rotomagi. 8.—Repetitio ed. 1758.

1767 Burmanniana minor. Berolini, sumtu Gottl. Aug. Langii. 12.

1768 Phædri Fabulæ Æsop. Arnstad. stannis Orphanotrophei. 12.—Omissæ sunt Lib. I. fab. 18. et 29. III. 3. IV. 13. 14. 17.

— cum notis ad modum Minellii, cura J. Ge. Walchii. Lipsiæ, apud Weidmann. 12. Editio v.

1769 Phædri Fabulæ, Lat. et Gall. Amstelodami, apud M. Rey. 8.

— Phædri Fabulæ. On y a joint les fables de Phèdre imitées par de la Fontaine. Genevæ. 8.

— ex recensione et cum expositione Jo. Nic. Funccii. Rintelii, et Luneburgi, sumtibus Berthii. 8. Ed. III. Conf. an. 1765.

— Phædri Fabularum auctarium, et Romuli Fabulæ Æsop. edente Jo. Fr. Nilant. Lugduni. 12.—Conf. an. 1709.

Digitized by Google

1770 Phædri Fabulæ, cum notis Germ. Em. Sinceri. Augustæ Vind. 8.

1771 Phædrus, ex edit. Jo. Stirling. Londini. 8. c. Angl. vers.

— Lat. et Gall. interprete Lallemant de Maupas. Basileæ, ap. Jo. Schweighæuser. 8.—Repet. ed. 1758.

— Die Fabeln des Phædrus, Lateinisch und Franzœsisch, mit einer Vorrede von Martin Friedr. Sœrgel. Cassel, b. Hemmerde. 8.—Textus recusus est ad Tan. Fabri editionem, quæ Amstelodami 1712. prodiit. Passim aspersæ sunt varr. lectt. e Burmanni editione depromtæ. Versio Gallica habet auctorem Rob. Prevost.

— Phædri Fabulæ. P. Syri Sententiæ. Faërni Fabular. Libri v. cum notis Gallicis. Parisiis. 8.

1772 Phædri Fabularum Libri v. Ad exemplar Burmannianum recensuit, suasque annotationes adjecit Jo. Mich. Heusinger. Editio novissima. Isenaci, sumtibus Griesbachii F. 8.—Ed. II. ex prima an. 1740. repetita.

— Phædri Fabularum Libri v. cum progymnasmate poëtico, seu metaphrasi senariorum. In usum scholarum, studio T. A. (Theophili Adami.) Lipsiæ, apud Sommer. 12.—Textus nonnunquam emendatur. Metaphrasis senarios reddit per hexametros satis pulchre cadentes, eosque ad senariorum intelligentiam facientes.

— Repetita Mich. Maittaire editio. Londini. 12.—Conf. an. 1713.

— Phædri Fabularum Libri v. et novarum fabularum Appendix. Halæ, impensis Orphanotrophei. 12.

— Fables de Phèdre avec la construction du Latin et une interpretation Françoise, litérale et interlinéaire, par Wandelaincourt, ancien Principal du College de Verdun. Bouillon. 12.—Conf. an. 1804.

1773 Phædri Fabularum Libri v. cum commentario Petri Burmanni. Mitaviæ, apud Jac. Frid. Hinze. 8. maj.—Repetita ex illa an. 1727. sed omissa Harii adversus Bentleium Epistola.

— Recusa Mich. Maittaire editio. Londini. 12.

— Phædri Fabulæ. L. Ann. Senecæ et P. Syri Sententiæ Aureliæ. 4.

— Phædrus, cum Senecæ et P. Syri Sententiis. Aureliæ. 18. — Charactere minutissimo impressa editio.

—Burmanniana minor. Norimbergæ, ex offic. Riegel. 8 min.

1775 Phædri Fabulæ, Lat. et Gall. cum notis. Wratislaviæ, ap. Guil. Theoph. Korn. 8.

Digitized by Google

1775 Les Fables de Phèdre en Latin, auxquelles on a joint celles de la Fontaine et des autres Fabulistes, qui y ont le plus de rapport. Paris. 12.—Editor est L. P. Couret de Villeneuve.

— Phædri Fabulæ, cum Append. XXXIV. Fabb. Norimbergæ, ex offic. Riegel. 12.

— Phædri Fabulæ, cum annotationibus ad usum scholarum. Accedunt fabulæ Græcæ Latinis respondentes. Venetiis. 24 maj.

1776 Phædri Fabulæ, cum Sylloge vocabulorum, phrasium, et sententiarum, per Jo. Jac. Schatz. Francofurti, apud Brœnner. 8. —Conf. an. 1746.

— Lat. et Angl. interprete Franc. Fowke. Londini. 8.

— Selecta ex Phædri fabulis, necnon ex Vet. Test. in usum classium inferiorum. Etonæ, exc. J. Pote. 12.

— cum notis Germ. Em. Sinceri. Augustæ Vind. 8.

1777 Phædri Fabulæ. Ex editione Jac. Baden. Hafniæ. 8.

1778 Phædri Fabulæ, cum selectis variorum auctorum fabulis, et locis ad idem genus pertinentibus, ad usum nobilis juventutis regio sumtu institutæ. Parisiis, apud Nyon. 12 maj.

— cum versione Italica Seb. Zappalæ. Catinæ. 12.—Conf. an. 1766.

— cum notis variorum, curante Petr. Burmanno. Editio IV. emendatior. Lugduni Bat. apud Sam. et Jo. Luchtmans. 8. maj.

— cum notis Germ. Em. Sinceri. Augustæ Vind. 8.

— Phædri selectæ Fabulæ in usum scholarum Belgicarum. Bruxellis. 12 maj.

— Phædri Fabulæ, ex recensione Petr. Burmanni. Accedit novarum fabularum Appendix. Wirceburgi, ap. J. J. Stahel. 12.

— Phædri Fabulæ, ex rec. Burmanni. Norimbergæ, ex offic. Riegel. 8 min. s. 12.

— Idem liber. Halæ. 12.

1779 Phædri et Fl. Aviani Fabulæ, cum annotationibus ad usum Seminar. Pat. Patavii, typis Seminarii. 12.

— Phædri Fabularum Libri V. Nova editio, prioribus accuratior. Avenione, ex typogr. Antonii Offray. 12.—Textum habet sine notis. Ordo constructionis per numeros, singulis vocabulis impositos, notatus est.

— Phædri selectæ Fabulæ (XXXIX.) ad usum scholarum. Selectas interpretum animadversiones suasque adjecit Henr. Braun.

Digitized by Google

Monachii, apud Jo. Ge. Ruprecht. 8. In Biblioth. Auctor. classic. ad usum Gymnasii Electoral. Boioariæ Tom. I.

— Chrestomathia Phædriana, notis illustrata a Jo. Christ. Hartmano, Ricobac. scholæ Rectore. Altenburgi, ex offic. Richteria. 8 min.—Exhibet fabulas XXV. cum notis paulo uberioribus.

1779-1781 Phædri Fabularum Æsop. Libri V. ex recensione Petri Burmanni. Cum selectis Variorum notis et suis observationibus edidit Jo. Gottlob Sam. Schwabe. P. I. Lib. I. et II. continens, 1779. P. II. Lib. III. et IV. continens, 1780. P. III. Lib. V. et Appendicem, notas Jac. Tollii ineditas, varias lectiones Cuninghami, et Indicem continens. Halæ, ap. Jo. Jac. Gebauer. 8. —Novis aucta incrementis et emendatior prodiit hæc editio an. 1806.

1780 Phædri Fabulæ et P. Syri Sententiæ, cum notis Gall. in usum scholarum accommodatæ. Parisiis. 12.

— cum notis Gallicis. Nanceii. 8.

— Quædam Phædri fabulæ extant in Frid. Andr. Strothii Chrestom. Lat. ed. II. Quedlinburgi, sumtu A. F. Biesterfeld, 1780. 8.

1781 Phædri Fabularum Æsop. Libri V. West. (Westeraes.) 8. cum notis ad modum Minellii lingua Suecica scriptis.

— Phædri Fabularum Libri V. expurgati. Scholis Moguntiacis adornavit Jo. Casp. Müller. s. n. anni. 8.—In expurgandis fabulis justo diligentior fuit editor. Omisit V. c. Lib. I. Fab. 6. 19. 20. 28.

— Fabulas de Phedro en Latin y Castellano. Madrid. 8.—Adjectæ sunt notæ in usum tironum.

1783 Phædri Fabularum Æsop. Libri V. ex recensione Petr. Burmanni. Glasguæ, apud Foulis. 12.—Nitida editio.

— Phædri Fabularum Libri V. Interpretatione et notis illustravit Petr. Danet in usum Delphini. Venetiis, apud Dominicum Constantini. 12.

— Phædri Fabularum Libri V. et nova fabularum Appendix. Norimbergæ, ex offic. Riegel. 12.—Conf. an. 1773.

— Phædri Fabularum Libri V. cum notis et supplementis Gabr. Brotier. Accesserunt parallelæ Jo. de la Fontaine. Parisiis, typis Jo. Barbou. 12. cum figg.— Brotierius, collatione Pithœani Ms. et lectt. varr. Ms. Remensis, tum Nic. Perotti, Phædri fabulis ut suis olim usi, denuo facta, priscam lectionem subinde revocavit a Burmanniana et Bentleiana; neque vero ipse, quantum decet, criticam rationem adhibuit. Quamvis enim haud ineleganti sensu polleat, desi-

Digitized by Google

deramus tamen in eo studium curatius, quo semper recta sit judicandi velocitas. Ceterum libros fabularum in melius ordinasse nobis videbatur. Uberiorem censuram hujus editionis vide in Ephemer. literar. Goetting. an. 1784. partic. 67. pag. 665-669.

— cum versione Italica Seb. Zappalæ. Catinæ. 12.—Ed. III. Conf. an. 1778.

1784 Phædri Fabulæ Æsopiæ, novissime recognitæ et emendatæ. Accedunt P. Syri Sententiæ, Aviani, et Anonymi veteris Fabulæ denuo castigatæ. Editio accurata. Biponti, ex Typographia Societatis. 8 maj.—Præfuit huic editioni b. Crollius. Contulit is Burmannianam editionem cum lectionibus Codicum, quas alii, maxime Gudius, enotarunt; Romuli, Perotti, aliorum fabulas, denuo illustriorem quemque Criticum consuluit, atque sic sinceriorem, quæ ipsi visa erat, lectionem induxit; in quibusdam vero, quæ ab illis desperata aut male sanata erant, nova ratione emendandis suo obsecutus est ingenio.

— Phædri Fabularum Libri v. In usum scholarum edidit Jac. Baden. Havniæ, apud Fr. Chr. Pelt. 8.—Conf. an. 1777.

— cum interpretatione Italica et notis Seb. Zappalæ. Venetiis. 12.

1785 Phædri Fabulæ Æsopiæ. Mit Anmerkungen und einem vollstaendigen Register, worin alle vorkommende Woerter erklaert werden. Für Schulen herausgegeben von Ludw. Heinr. Jakob. Halle, b. Hemmerde. 8 maj.—Conf. an. 1799.

1786 Phædri Fabulæ Æsopiæ, mit einem deutschlateinischen Woerterbuche, zum Gebrauch der Schulen von J. G. Müchler. Berolini, apud J. C. F. Eisfeld. 8.

— Phædri Fabularum Æsop. Libri v. cum notis et emendationibus Franc. Jos. Desbillons, ex ejus commentario pleniore desumtis. Mannhemii, in Bibliopol. Aul. et Acad. 8.—Diligentiam in eo posuit editor, ut cognitionem Codicum et Pithœani et Remensis haberet certam. Quod cum per solas editiones Pithœi et Rigaltii, minus fideles, quam oportuit, præstare non posset, Bibliotheca Collegii Jesuit. Paris. suppeditavit missam Remis ad Franc. Vavassorem epistolam, lectiones varias complures, et fabulas aliquot integras, fideliter exscriptas, continentem: quam qudem scripturæ varietatem diligenter contulit cum variis lectionibus, ex eodem Codice Remensi a Rigaltio Gudioque excerptis; deinde varias lectiones e Pithœano Codice non solum ab ipso Pithœo, sed etiam

Digitized by Google

a Neveleto, denique e Chartula Petri Danielis a Rigaltio collectas, disquisitioni subjecit. Hisce subsidiis instructus textum emendavit: quo quidem in genere sic versatus est, ut nunquam fere a lectionibus veterum Codicum, nisi ubi error librariorum manifestus deprehenderetur, sibi recedendum esse putaret. Notis, ex editoris commentario pleniore desumtis, egregie illustratur poëta: quæ quidem ita scriptæ sunt, ut aliæ Criticis, aliæ Literatoribus, nonnullæ etiam tironibus placere possint. Textui præfixæ sunt Disputationes III. de Vita, Fabulis, et Editionibus Phædri.

— Improved Latin Orthography. Phædrus', or Phædros', Fables in Latin, adapted to the Use of Learners and others, by some Change in the Spelling, together with additional Vowel characters and Marks, &c. being Volume the first of the Latin Authors, which are all intended by the Editor to be published successively in the said Manner. By S. B. A. B. London. Debrett. 8.

Phædri Fabulæ selectæ XXII. In Christ. Gottlob Brœderi Lectionibus Latinis. Lipsiæ. 8 maj.

— Phædri Fabularum Libri V. Interpretatione et notis illustravit Petr. Danet in usum Delphini. Venetiis. 4.—Editio elegantissima.

— Phædri Fabulæ. Ex recensione P. Burmanni, cum notis selectioribus. Editio novissima, et ex omnibus partibus quam pulcherrima, cum figg. æn. Venetiis. 8.

— Phædri Fabularum Æsop. Libri V. et novarum fabularum Appendix. Halæ, impensis Orphanotrophei. 12.

1788 Phædri Fabulæ selectæ. Mit Anmerkungen und einem vollstaendigen Wortregister für Schulen. Berolini, apud Petit et Schoene. 8.—Editor est Cl. Joerdens.

— Phædri Fabularum Libri V. Nova editio, cui accesserunt Notæ Gallicæ, P. Syri et aliorum Sententiæ, necnon fabulæ parallelæ Jo. de la Fontaine. Parisiis, ap. Paul. Dionys. Brocas. 12.

1790 Auctores Latini minores, in usum Scholarum additis notis editi (cur. C. H. Tzschuckio.) Tom. I. Misenæ, impensis C. F. G. Erbsteinii. 12.—Continentur hoc volumine præter Fabulas Aviani e rec. Cannegieteri, Dion. Catonis Disticha de moribus ex rec. Arntzenii, P. Syri et aliorum veterum Sententiæ ex rec. J. Gruteri, Phædri Fabulæ ex rec. P. Burmanni. Separatim quoque Phædrus editus est sub titulo:

— Phædri Fabularum Libri V. in usum scholarum aspersis

Digitized by Google

notulis editi ex rec. Burmanni. Misenæ, impensis C. F. G. Erbstein. 12.

1791 Ausgesuchte Fabeln aus dem Phædrus, zum Gebrauch auf Schulen ausgewaehlt von Joh. Heinr. Campe. Herausgegeben von Jo. Heinr. Aug. Schulze. Braunschweig. 8 min.—Huic editioni eodem anno accesserunt:

— Erklaerende Anmerkungen zu den zum Gebrauch auf Schulen ausgewaehlten Fabeln aus dem Phædrus. Herausgegeben von Jo. Heinr. Aug. Schulze. Braunschweig. 8 min.—Istæ fabulæ, numero LIX. extant quoque in Encyclopædie der Lat. Classiker zweyten Theils zweytem Band. Braunschweig, in der Schulbuchhandlung. 8.

1792 Burmanniana minor. Norimbergæ, ex offic. Riegel. 12.

1793 Phædri Fabulæ, ad usum scholarum piar. Varsaviæ, typis S. R. M. et reipublicæ in Collegio scholarum piar. 12.—Addita Appendix fabularum v. a Gudio e Cod. Divion. descriptarum, et Gabriæ Græci Tetrasticha XXII. Latine reddita.

1794 Phædrus, cum notis Germ. Em. Sinceri. Augustæ Vind. 8.

1795 Die Fabeln des Phædrus, Lateinisch und Franzoesisch, mit einer Vorrede von Mart. Soergel. Cassel, bey Griesbach. 8 maj.—Editioni an. 1771. (ubi vide) novum præfixum esse titulum, memoriæ proditum est in A. L. Z. an. 1796. pag. 736.

1796 Phæders Æsopische Fabeln, übersetzt und mit erklaerenden Anmerkungen begleitet von J. Dav. Büchling. Halle, b. Hendel. 8 maj.

— Phèdre, traduit en François par J. B. Gail, Professeur de la Literature Grecque au College de France. A Paris, de l'Imprimerie de Delance. 8.—Basin fecit Editor textum Brotierii, cujus etiam notas adjecit, additis suis observationibus.

— Phædri Fabulæ Æsopiæ, novissime recognitæ et emendatæ. Accedunt P. Syri Sententiæ, &c. ut in titulo editionis Bipontinæ an. 1784.—Spuria editio, ab Aloys. Dollio, bibliopola Viennensi, insalutato hospite facta.

1797 Selectæ Phædri Fabulæ. In Chrestom. Lat. Aug. Fr. Bernhardi, edita cum ejusdem Nova Grammatica Marchica Latina. Berolini. 8.—Chrestomathia separatim quoque impressa est cum Lexico.

— Phædri Fabularum Æsop. Libri v. et nova fabularum Appendix. Marburgi, literis typogr. Acad. 8.

Digitized by Google

- Phædrus in deutschen Reimen, mit Anmerkungen und einer Vorbereitung zu seiner Lecture von Xaver Weinzierl. München. 8.—Subjunctus est textus ex recensione Desbillonii.

1798 Phædri Fabulæ Æsopiæ. Nebst einer Uebersetzung in deutschen Reimen von Joh. Jos. Praeht, bürgerl. Tischlermeister in Schongau. Norimbergæ, apud Stein. 8.

— Phædri Fabularum Libri v. et novarum fabularum Appendix. Editio emendatior. Halæ, sumtu Orphanotrophei. 12.

1799 Phædri Fabularum Æsop. Libri v. Nova editio, cui accesserunt P. Syri et aliorum veterum Sententiæ. Parisiis. Excudebam Petrus Didot, natu major. Anno Reip. VI. in ædibus Palatinis scientiarum et artium. 12.—Textum habet sine notis, chartæ nitidissimæ et mediocri, pro lubitu emtorum, qui splendidiora, vel vulgaria cupiunt, impressum. Pertinet autem ad seriem Auctorum classicorum, quos Didoti fratres literis stanneis, in perpetuum fixis, (éditions stereotypes) excudi curant.

— Phædri Fabulæ Æsopiæ. Mit Anmerkungen und einem vollstaendigen Register, worin alle vorkommende Woerter erklaert werden. Für Schulen herausgegeben von Ludw. Heinr. Jacob. Von neuem bearbeitet, und mit einem kritischen Versuche vermehrt von Wilh. Lange. Halle, bey Hemmerde und Schwetschke. 8.—Notæ sunt argumenti vel historici, vel exegetici, vel critici, perspicuitate et brevitate commendabiles, scriptæ cum lingua vernacula, tum Latina. Conf. an. 1785.

1800 Phædri Fabularum Æsop. Libri v. Ad exemplar Burmann. recensuit, suasque annotationes adjecit Jo. Mich. Heusinger. Editio III. prioribus accuratior, et Appendice fabularum Æsop. P. Burmanni aucta. Isenaci, apud Wittekind. 8.

— Eodem anno Phædri Fabulæ editæ sunt in usum scholarum Gallicarum a J. S. J. F. Boinvilliers. In qua curanda editione ita versatus est editor, ut in ordinandis fabulis a facilioribus progrederetur ad difficiliores, omissis fabulis obscœnis.—Conf. an. 1809.

1801 Phædri Fabulæ Æsopiæ. Zum Behuf der Schulen und der eigenen Lectüre herausgegeben, und mit deutschen Anmerkungen, auch mit einem Woerterbuche begleitet von Albert Christ. Meineke. Lemgo, im Verlage der Meyerschen Buchhandlung. 8.—Textum adjecit editor, de scholis præclare meritus, ex recensione

Digitized by Google

Bipontina. Notæ sunt puerorum ingeniis accommodatæ, exegetici plerumque argumenti, et eleganter scriptæ.

1802 Phædri Fabularum Æsop. Libri v. Mit grammatischen und erklaerenden Anmerkungen. Leipzig, b. Rabenhorst. 8 maj.

— Fables selected from Æsop, Phædrus, and others, with instructive explications by Sam. Croxall. Wien. 12.

— Phædri Fabulæ Æsop. ad optimas editiones collatæ, juvenumque instructioni accommodatæ, quibus Appendix tripartita Fabularum Aviani et Anonymorum veterum addita est. Studio et cura Joan. Joach. Bellermanni, Gymn. Erford. Direct. Erfordiæ, sumtibus J. Fr. Mülleri. 8. sine notis.—Editor recensionem Bipontinam præcipue secutus est; attamen Burmannianam, Heusingerianam, et Schwabianam ubique contulit, et earum lectione, interpunctione, atque interpretatione diligenter spectata et explorata, optima quæque selegit, quo textum tersiorem, accuratioremque interpunctionem constitueret. Omissæ in hac editione, institutioni scholasticæ destinata, Phædri fabulæ quinque, n. Lib. I. 18. et 29. III. 3. IV. 14. et 17.

1804 Fables de Phèdre, avec la construction du Latin, et une interprétation Française, littérale et interlinéaire. Par Hubert Wandelaincourt. A Paris, chez Ancelle. 8 min.—Consilium editionis his verbis exponitur in præmissa Introductione: 'Ce Livre est divisé en deux parties. La première contient le texte de l'Auteur; la seconde les paroles du texte, mais construites mot-à-mot, proposition par proposition. Les écoliers commenceront d'abord par s'exercer sur la seconde partie, et ils ne viendront sur le texte, que lorsqu'ils croiront être assez forts pour pouvoir l'expliquer, et le rendre en français suivi. Alors ils ne diront plus: *Agnus* (sic) *stabat superior, l'Agneau se tenait supérieur;* mais *l'Agneau se tenait plus haut.*' Judicent alii.

— Bibliotheca Latina classica, (Tomulis octo complectens auctores Latinos veteres prosaicos et poët. juvenili lectioni potissimum accommodatos, partim integros, partim excerptos.) Adornavit, textum auctorum recognovit, introductiones singulis præmisit, notas criticas in calce adjecit Franc. Nic. Titze. Lincii, ap. Eurich. 8.—Extat Phædrus Tom. II. separatim quoque vendibilis.

1806 Phædri Fabulæ Æsop. Ex optimis recensionibus juventuti editionem curavit, et quadripartita fabularum appendice ad comparandum instruxit D. Guil. Leps. Posnæ, apud Kühn. 8.

Digitized by Google

— Lat. et Gall. Parisiis, ap. Didot natu maj. 18. 2 vol. cum 110. figg.

— Phædri Fabularum Æsop. Libri v. ad Codices Mss. et optimas editiones recognovit, varietatem lectionis et commentarium perpetuum adjecit Jo. Gottlob Sam. Schwabe. Accedunt Romuli Fabularum Æsopiarum Libri IV. ad Codicem Divionensem et perantiquam editionem Ulmensem nunc primum emendati et notis illustrati. Cum tabulis æri incisis. Brunswigæ, sumtu Frid. Viewegii. 8 maj. 2 voll.—Præstans editio, qua linguæ Latinæ et literaturæ antiquæ, necnon historiæ literariæ cupidorum, maxime magistrorum scholarum, rationibus optime consuluit doctissimus Editor. Præmissa T. I. 1. Vita Phædri ex Phædro. 2. Notitia literaria de Phædro, Elenchum Codicum et Indicem editionum ac versionum continens, cum Catalogo Scriptorum Phædrum illustrantium, tam antiquorum, quam recentiorum. 3. De Phædro antiquitatis scriptore Disputatio. 4. Jacobsii Observationes æstheticocriticæ de Phædri fabulis, Germanice scriptæ. Basis editionis est textus Burmanni, a quo tamen non paucis locis recessit editor, maximam partem Codicis Perotti auctoritate fultus. Textui subjecta varietas lectionis, cum commentario, exquisitioris doctrinæ pleno, fortasse tamen verbosiore. Singulis fabularum libris additi Excursus, in quibus de rebus ad historiam, ad antiquitates, rem literariam, interpretationem denique locorum difficiliorum, pertinentibus uberius disputatur.

1807 Phædri Fabularum Æsop. Libri v. cum notis et emendationibus Franc. Jos. Desbillons, ex ejus commentario pleniore desumtis. Tertia editio, cui accessere annotationes Gallicæ J. F. A. —Y. Parisiis, ap. L. Duprat-Duverger. 8 min.

— Phædri Fabularum Libri v. quibus accedunt fabulæ XXXIV. In usum scholarum adornavit, notulisque ingenio acuendo inservientibus instruxit Euchar. Ferd. Christ. Œrtelius. Onoldi, apud W. G. Gassert. 8.

— Phædri Fabulæ Æsop. Accedit Appendix fabularum a recentioribus Apologorum auctoribus compositarum. Darmst. et Giessæ, apud Heyer. 8.

1808 Grammatisches Lexicon über den Phædrus, welches bey jeder Fabel die Woerter, syntactische und prosodische Regeln nach der groessern Grammatik von Broeder, und erklaerende An-

Digitized by Google

merkungen enthaelt. Herausgegeben von Ludw. Hoerstel. Leipzig, bey Dyck. 8.

— Jul. Phædri Fabularum Liber novus, ex Ms. Cod. Perottino Regiæ bibliothecæ nunc primum edidit J. A. Cassitus. Neapoli.— Nihil, præter titulum, nobis de hoc libro cognitum.

1809 Phædri Fabulæ, in quatuor libros ex æquo divisæ, ab omni genere obscœnitatis expurgatæ, ad intelligentiam tironum difficultatibus gradatim expositis, quam accuratissime cum notis Gallicis accommodatæ : cui operi accesserunt et Mythologia Gallica Latine convertenda, et Fontanianæ fabulæ ex Phædro desumtæ. Editore et auctore J. S. J. F. Boinvilliers. Tertia editio ad usum Lycæorum. Parisiis, apud Delalain. 12.

— Phædri Fabulæ. Hannoveræ, apud Fratr. Hahn. 8.

Quod attinet ad secundam hanc nostram Fabularum Phædri editionem, illud maxime curavimus, ut, quoad diligentia conferendarum denuo tam veterum, quam recentiorum editionum fieri posset, textum Poëtæ quam emendatissimum exhiberemus, reformatis omnibus, quæcumque e conjectura minus felici olim a nobis admissa erant. Ex editionibus recentioribus inde ab anno 1786. præcipue nobis profuere Desbilloniana et Schwabiana. Avianum, Anonymum, et P. Syrum tales repræsentamus, quales jam anno 1784. a nobis editi erant, paucissimis tantummodo mutatis. Vitam Phædri præmisimus, a Cl. Schwabio ex ipso Phædro delineatam, meliorem certioremque non habentes. Indicem editionum auximus et emendavimus, præeunte eodem viro docto. Subjunximus tandem novæ huic editioni Dion. Catonis Disticha de Moribus ad Filium, quæ in Collectione auctorum classicorum Bipontina adhuc desiderabantur.

VERSIONES.

PORTUGALLICA.

1785 Fabulas de Phedro, traduzidas em verso Portuguez por Manuel de Moraes Soares. Lisboa. 8.

HISPANICÆ.

1632 Fabulas Latinas de Phedro, con notas y traduccion en Castellano, por el Doctor Don Juan de Serres, Sacerdote del Ora-

Digitized by Google

torio de la Congregacion de Francia, y Administrador del Real Hospital San Luis de los Franceses de esta Corte. Con privilegio (dat. an. 1632.) En Madrid, en la imprenta de Don Gabriel del Barrio, impressor de la Real capella de Su-May. Se hallara en casa de Juan de Buytrago. 12. sine anni mentione.

1781 Fabulas de Phedro en Latin y Castellano. Madrid. 8.

1787 seq. Nonnullæ Phædri fabulæ, Hispanice versæ, insertæ sunt operi, cujus titulus: 'Colecion de obras en verso y prosa de D. Tomas de Iriarte. Madrid. 1787. et 1788. 8 maj. 6 voll.

1801 Fabulas de Fedro, Liberto de Augusto, traduzidas al Castillano en verso y prosa por D. Rodrigo de Oviedo. Madrid.—Prosaica versio in puerorum, metrica in adultiorum usum facta est.

GALLICÆ.

1646 Les Fables de Phèdre, traduites en François avec le Latin à côté. A Paris. 12.—Interpres est Is. le Maître de Sacy, sub nomine Albini. Magno cum plausu exceptam esse hanc versionem vel ex eo patet, quod addita est non paucis Jo. Schefferi et Tan. Fabri editionibus. De illis vid. ann. 1667. 1673. 1687. 1693. 1706. de his ann. 1664. 1673. 1689. 1712. 1723. de edd. Phædri.

1647 Eadem repetita Parisiis. 12.

1654 Les Fables de Phèdre, traduites en François (par Is. le Maître de Sacy) avec le Latin à côté. A Paris. 12.—Ed. III.

1658 Eadem recusa Parisiis. 12.

1661 Les Fables de Phèdre, traduites en François avec le Latin à côté. A Paris, chez Durand. 12.—Albini v.

1665 Les Fables de Phèdre Affranchy d'Auguste. A Paris. 12.

1668 Les Fables de Phèdre, traduites en François avec le Latin à côté. A Toulouse. 12.

1669 Les Fables de Phèdre, enrichies de figures. A Paris. 12.

1676 Fables de Phèdre, en Latin et en François. A Paris. 12.—Editio curata in usum scholarum, cum versione Albini.

1686 Fables de Phèdre, en Latin et en François. Rouen, chez Herault. 12.

1689 Les Fables de Phèdre en vers François, traduites du Latin par Mr. Sibour. A Strasbourg, chez Spor. 12.

1693 Les Fables de Phèdre, traduction nouvelle, avec le Latin à côté, où l'on a fait plusieurs corrections considérables suivant les meilleures éditions, par le Sieur de R. D. L. A Paris, chez Villette. 12.

Digitized by Google

1700 Festin nuptial dressé dans l'Arabie heureuse, ou Mariage d'Esope, de Phèdre, et de Pilpay, avec trois Fées, par Mr. de Palaydor, Pirou Florent à Table. 8.—Plura de hoc libro dabit Gellert de Poësi Apologor. pag. 45.

1701 Les Fables imitées d'Esope par Phèdre en Latin et en François. (Avec une explication Allemande.) A Strasbourg, chez Spor. 12.—Sine dubio repetitio ed. 1689.

1702 Les Fables de Phèdre, traduites en François (par Rob. Prevost,) augmentées de huit Fables, qui ne sont pas dans les éditions précédentes, expliquées d'une manière très facile, avec des Remarques. A Paris, chez Jean Bapt. Coignard. 12.

1707 Les Fables morales de Phèdre. A Hambourg. 12.

1708 Les Fables de Phèdre en vers François, avec une édition Latine à côté et des Notes. Par Mr. Denise, Professeur de Grammaire et Sous-Principal des Artiens au College Royal de Navarre. A Paris, chez Jacq. Estienne. 8.

1710 Elite des Fables. 8.—Opusculum hoc comprehendit fabulas Æsopi, Phædri, et Pilpai.

— Les Fables de Phèdre, traduites en François (par R. Prevost.) A Paris, chez Armand. 12. cum textu Lat. et notis.

1725 Eadem repetita Parisiis, apud Armand. 12.

1727 Les Fables de Phèdre, en Latin et en François. (Par Jean Claud. Fabre.) A Paris, chez les freres Barbou. 12.—Vid. supra Edd. h. a. Versio graviter castigatur in Bibliotheque Françoise Tom. XI. P. I. pag. 26. seqq. Add. Lallemant in Catal. rais. pag. 235.

1734 Les Fables de Phèdre, traduites en François (par R. Prevost.) Nouvelle édition. A Paris. 8. cum textu Lat. et notis.

— Phædri Fabulæ selectæ, Latine, Gallice, Anglice, editæ a Dan. Bellamy. Londini. 8.—Vid. Editiones ad h. a.

1740 Les Fables de Pilpay, &c. corrigées par Charles Mouton. Hambourg. 12.—Conf. an. 1750. et 1775.

1748 Les Fables imitées d'Esope par Phèdre, corrigées par A. H. B. (Abr. Henri Benard) et E. V. (Eman. Vernezobre.) A Dresde. 8.

1749 Les Fables de Phèdre, traduites en François. A Paris. 12.

1750 Esope en belle humeur, ou l'Elite de ses Fables, avec les plus belles Fables de Phèdre, de Pilpai et de Mr. de la Motte; avec les devoirs de l'honnête Homme, par Charles Mouton. A Hambourg. 12. cum figg.—Addita est versio Germanica. Vid. Vers.

Digitized by Google

Germ. ann. 1707. 1729. 1750. 1775. et mox Vers. Gall. 1775. et 1781. coll. an. 1740.

— Les Fables imitées d'Esope par Phèdre, revues et corrigées à l'usage de la Compagnie de Gentilshommes Cadets de Saxe, par A. H. B. et E. V. A Dresde, chez Fred. Hekel. 8.—Repetitio an. 1748.

1751 Les Fables de Phèdre nouvellement traduites, le texte vis à vis la traduction, avec des Remarques et les Fables, que Mr. de la Fontaine a composées à l'imitation de Phèdre. A Breslau. 8.—Curata est hæc editio a Com. Franc. Mattuschka.

1755 Nouveau Recueil de Fables d'Esope de Phèdre, avec la vie d'Esope par Mr. Choffin. A Halle. 8.

1756 Les Fables imitées d'Esope par Phèdre, revues et corrigées à l'usage de la Compagnie de Gentilshommes Cadets de Saxe, par A. H. B. et E. V. A Dresde, chez Fred. Hekel. 8.—Conf. an. 1750.

— Les Fables de Phèdre en François, avec des Notes grammaticales et autres explications allemandes, par F. I. B. (Bierling.) A Liegnitz, chez David Siegert. 8.

1757 Fables de Phèdre, avec des Notes, des Eclaircissemens, et un petit Dictionnaire à la fin, à l'usage des Commençans, (par Bourgeois.) A Paris, chez la Veuve Lottin et Butard, Herissant, et Desaint. 12. cum textu Lat.

— Les Fables de Phèdre, traduites en François avec le Latin à côté. Nouvelle édition revûe et corrigée. A Metz, chez Jos. Collignon. 8. min.—Vid. Edd. Phædri h. a.

— Fables de Phèdre en François avec le texte original. Wratislav. 8.

1758 Les Fables de Phèdre, en Latin et en François. Nouvelle traduction, avec des Remarques (par l'Abbé Lallemant de Maupas.) A Rouen, chez Nicolas et Richard Lallemant. 8 min.—Versio est prosaica et elegans.

1759 Les Fables de Phèdre en Latin et en François, avec les Fables de la Fontaine qui y sont relatives. A Amsterdam. 8 maj.

1762 Repetita versio Com. Franc. Mattuschka. Wratislaviæ. 8. —Conf. an. 1751.

1765 Phædri Fabulæ Lat. et Gall. editore M***. Parisiis. 8.

1769 Lat. et Gall. Amstelodami, apud M. Rey. 8.

1771 Die Fabeln des Phædrus Lat. und Franzoesisch herausgegeben von M. F. Soergel. Cassel. 8.—Vid. edd. h. a.

Digitized by Google

— Fables de Phèdre en Latin et en François, avec des Notes historiques et critiques (par Lallemant de Maupas.) A Basle, chez Jean Schweighæuser. 8.

1772 Repetita Com. Franc. Mattuschka versio. Wratislaviæ. 8. cum textu Lat.

1775 Esope en belle humeur, ou l'Elite de ses fables, enrichies de figures, de discours moraux et de quatrains, auxquelles on a joint les plus belles fables de Phèdre, de Pilpai, et de Mr. de la Motte, avec les Devoirs de l'honnête Homme, &c. pour servir d'instructions aux personnes qui ont à vivre dans le grand monde, par Charles Mouton. A Hambourg, chez la veuve Herold. 12. c. vers. Germ.

1778 Les plus belles Fables d'Esope, de Phèdre, et des autres Auteurs. A Coppenhague. 8.

1780 Æsopi auserlesene Fabeln, mit beygefügten Moralen und Versen; desgleichen die besten Fabeln des Phædrus und Philelphus. Deutsch, Polnisch und Franzoesisch. Warschau, in der Groellischen Handlung. 8.

1781 Esope en belle humeur, &c. par Charles Mouton. A Hambourg. 12. c. figg.—Conf. an. 1775.

1795 Phædrus, Lat. et Gall. c. præf. M. F. Soergel. Cassel. 8. —Conf. an. 1771.

1796 Lat. et Gall. interprete J. B. Gail. Parisiis. 8.—Vid. supra edd. h. a.

1805 Fables de Phèdre, traduction nouvelle avec des notes par A. L. Paul. Lyon. 12.

1806 Les Fables de Phèdre, traduites en François, avec le texte à côté. A Paris, chez Didot l'ainé. 18. 2 voll. c. 110. figg.

1809 Les Fables de Phèdre, divisées en quatre livres égaux, enrichies de notes et traduites en François, conformément à l'édition Latine donnée en faveur des étudians, par J. G. Boinvilliers. A Paris, chez Delalain. 12.—Conf. Edd. Phædri h. a.

.... Phædrus, a Franc. Nau in carminis genus redactus, quod Galli vocant Vaudevilles, editus sine mentione anni et loci, sub titulo: Fables de Phèdre et de la Fontaine, mises en Vaudevilles.

ANGLICÆ.

1689 Mythologia ethica, or three Centuries of Æsopian Fables

Digitized by Google

in English prose, done from Æsop, Phædrus, Camerarius, and all other ancient Authors on this subject, illustrated with moral, philosophical, and political Precepts: Also with Aphorisms and Proverbs in several Languages, and adorned with many curious Sculptures: by Philip Ayres. London. 8.

1702 Eadem repetita Londini. 8.

1715 The Fables of Phædrus, who was made a Denizen of Rome by Augustus Cæsar, mostly selected from Æsop's fables. Render'd into familiar English. By Thomas Dyche. London. 12.

1721 Phædri Fabulæ, cum interpretatione Anglicana. Opera Nic. Bailey. Londini. 8.

1727 Cum versione Anglica prosaria Jo. Stirling. Edinburgi. 8.

1728 Repetita Nic. Bailey editio. Londini. 8.

1730 The Fables of Phædrus, &c. ut in ed. 1715. Render'd into familiar English by Thomas Dyche. The third Edition. London, printed by J. Stephens for R. Ware. 12.

1732 Recusa editio Nic. Bailey. Londini. 8.

1733 Repetita Thom. Dyche versio. Londini. 12.

1734 Repetita Jo. Stirlingii interpretatio. Londini. 8.—Vid. Edd. Phædri h. a.

— Phædri Fabulæ selectæ, Latine, Anglice, Gallice, interprete Dan. Bellamy. London. 8.—Integrum titulum vide inter Edd. h. a.

— Phædri Fabulæ. With a literal Translation by Ja. Gibb. Edinburg. 8.

1738 Recusa Jo. Stirlingii versio. Londini. 8.

1744 Eadem, Londini. 8.

— Repetita Nic. Bailey editio. Londini. 8.

1745 The Fables of Phædrus, translated into English prose. London. 8.

— Eædem, Lat. et Angl. cum notis Ed. Jamieson. Lond. 8.

1750 Cum versione prosaica Jo. Stirlingii. Londini. 8. Edit. v.

1751 Recusa Nic. Bailey editio, cum vers. Angl. Londini. 8.

1754 Eadem repetita, ibid. 8.

— The Fables of Phædrus, &c. By John Entick. London. 8.

1755 A correct edition of the Fables of Phædrus, with a new literal Translation, &c. By a Gentleman of the University of Cambridge. London. 12.—Vid. Edd. h. a.

Digitized by Google

1765 A poëtical Translation of the Fables of Phædrus by Christopher Smart. London. 12.—Vid. Edd. an. 1765.

1771 Repetita Joan. Stirlingii editio cum versione Angl. Londini. 8.

1776 The Fables of Phædrus Lat. Engl. with a Discourse on the Doctrine of Language, by Francis Fowke. London. 8.

1802 Fables selected from Æsop, Phædrus, and others, with instructive explications by Sam. Croxall. Wien. 12.

BELGICÆ.

1672 Belgica Phædri versio, incertum quo interprete, excusa est cum Phædri fabulis, ex Tan. Fabri et hominis cujusdam literati recensione. Lugduni Bat. ap. viduam Charpentier. 8.

1694 Lat. et Belgice, interprete Jo. Hilaride. Franequeræ. 8.

1695 Phædrus Esoopische Vertellingen, in Neederduytsen dichte vertaalt, met het uythangvord van Joh. Hilarides. On by deezen tweeden Druk aader oovergesien, veel verbeeterd en vermeerdert. te Dokkom, by Joh. Hilarides. 8.

1704 Ezopische Fabelen van Fedrus in nederduitsch Dicht vertaelt door D. van Hoogstraten. t'Amsterdam, by François Halma. 4. c. figg.

1718 Jo. Jac. Slater, Scholæ Campens. Rector, specimen versionis Phædri Belgicæ, metrice compositæ, excudendum curavit in Diario Belgico, quod inscribitur: Maendelyke Uittreksels, versioni Hoogstratani, judicantibus artis peritis, longe anteponendum.

GERMANICÆ.

1696 Des Phædri fünf Bücher seiner Fabeln, &c. ans Licht gegeben von Dan. Hartnaccio. Frankfurt und Leipzig. 8.—Vid. Edd. Phædri h. a.

1707 Des alten berühmten Poëten Phædri, Keysers Augusti Freygelassenen, Æsopische Fabeln, in 5. Büchern verfasst, samt einem kleinen Anhang und schoenen Moralien, mit neuen emblematischen, zierlich in Kupfer gestochenen, Figuren illustrirt und ausgeziert, von J. V. Vianen del. et sculpt. in Holland. Anietzo aber von Joh. Ulr. Krausen, Bürger und Kupferstechern in teutscher Sprach herausgegeben und verlegt. Augspurg. fol.

Digitized by Google

— Phædri Fabulæ LVIII. Gallica et Germanica prosa, cum fabulis Pilpai et aliorum. Hamburgi. 12.

1712 Mythologia parænetica, oder Sittenspiegel über Phædri Fabelgedichte, von Melander. Eisenberg. 8.

1716 Sal. Frankens teutsch redender Phædrus; oder dessen in teutsche Poësie übersetzte sinn-und lehrreiche Fabeln. Jena, b. Christ. Pohl. 8.

1717 Hoc anno prelo subjectus liber Jo. Christ. Kupferi, Th. St. Merseburg. sub titulo: Vernünftiger Vorschlag, wie man die sinn-und lehrreichen Æsopischen Fabeln Phædri mit der studirenden Jugend tractiren koenne; in quo Lib. I. fab. 1-20. partim prosaice, partim metrice versæ.

1719 Phædri fünf Bücher Esopischer Fabeln, in die reine deutsche Sprache übersetzt, und mit lateinischen Phrasibus versehen (von Rühl.) Halle, bey Renger. 12.

1725 Tres Phædri fabulæ Germanice versæ a Trillero. In ejusdem Poëtischen Betrachtungen. Hamburg. 8.

1729 Etliche Fabeln Phædri in deutsche Verse gebracht (von Christ. Aug. Heumann.) Goettingen. 4.

— Esopi, Phædri, Pilpai und de la Motte Fabeln, franzoesisch und deutsch. Hamburg. 12.

1730 Probe einer vorhandenen deutschen Uebersetzung der Æsopischen Fabeln des Phædri in den funffzehn ersten Fabeln des ersten Buchs. (Von Friedr. Christ. Neubur. Goettingen.) 8.

1735 Phædrus in leichten deutschen Nachahmungen. Zum Gebrauch der Schulen. Laugensalz. 12.—Auctorem interpretationis esse Goebelium, contendit Georgi in A. B. L. Part. III. p. 206.

1739 Die drey ersten Fabeln aus dem Phædrus, übersetzt von J. J. Schwabe.—In den Schriften der deutschen Gesellschaft zu Leipzig. Dritter B. pag. 352. seqq.

1746 Phædrus, Germanice versus. Lipsiæ. 8.

1750 Versio selectarum Phædri fabularum Germanica, cum fabulis selectis Pilpai et de la Motte, edita a Car. Mouton. Hamburgi. 12. c. figg.—Plenum titulum vid. inter Vers. Gall.

1760 Drey und siebenzig Fabeln Phædri, von Lieberkühn. Inter ejusd. Fabeln aus dem Alterthum. Breslau. 8.

1766 Lib. I. fabb. 5. 8. 10. 11. 13. 15. 19. 20. 24. 30. II. fab. 7. III. fab. 8. a Patzkio versibus Germ. donatæ leguntur in dem Greis, einer Wochenschrift. Leipzig. 8. Part. VIII.

Digitized by Google

1769 Lib. I. fabb. 1. 2. 8. II. 7. Ramlerus præclare in linguam Germanicam transtulit notisque illustravit in Einleitung in die schoen. Wissensch. Tom 1. pag. 297-313. ed. III.

1775 Æsopus bey der Lust, oder dessen auserlesenste, mit Kupfern, Moralien und Versen gezierte Fabeln, samt beygefügten Maehrchen des Phædrus, Pilpai und de la Motte, inngleichen den Pflichten eines ehrlichen Mannes, &c. von Carl Mouton. Hamburg, b. Christ. Herolds Wittwe. 12.—Conjicit Schwabe, hanc editionem, æque ac Hamburgensem an. 1750. meram esse repetitionem ed. an. 1707. Hamburgi excusæ.

1778 Lib. I. fabb. 3. 4. 5. 8. 11. 24. 26. III. 5. 6. 14. IV. 16. vertit J. H. M. Ernesti.—Vid. ejusd. Praktische Unterweisung in den schoen. Wissenschaften. Nürnberg. 8.

1779 Aliquot Phædri fabulæ, versæ ab eodem J. H. M. Ernesti, leguntur in ejus Moralisch praktischem Lehrbuch der schoen. Wissensch. für Jünglinge. Nürnberg. 8.

1780 Auserlesene Fabeln aus dem Æsop und Phædrus. Frankfurt. 8.

— Æsopi auserlesene Fabeln, &c. Warschau. 8.—Vid. Vers. Gall. an. 1780.

1781 Phæders Æsopische Fabeln (von Karl. Ferd. Schmid.) Eisenach, bey Wittekind. 8.

— Repetita editio 1775. Hamburgi. 12.

1785 Phæders Æsopische Fabeln deutsch in reimfreyen Iamben, übersetzt (von J. G. Gerike.) Breslau, bey W. G. Korn. 8.

1788 Phæders Æsopische Fabeln deutsch in reimfreyen Iamben, übersetzt von J. G. Gerike. Zweite, ganz umgearbeitete Ausgabe. Breslau, bey J. F. Korn dem aeltern. 8.

1790 J. F. Schlotterbeck Fabeln und Erzaehlungen nach dem Phædrus und in eigener Manier. Stuttgard. 8.

1791 Prologum lib. I. cum fabula I. metrice vertit Alxinger in dem Wiener Musenalmanach. 1791.

1794 Die Fabeln des Phædrus, travestirt von Dieffenbach. Frankfurt, b. Zessler. 8.

1796 Phæders Æsop. Fabeln, übersetzt und mit erlaeuternden Anmerkungen begleitet von Joh. Dav. Büchling. Halle, bey Hendel. 8.

1797 Phædrus in deutschen Reimen, mit Anmerkungen und

Digitized by Google

einer Vorbereitung zu seiner Lektüre, von Xav. Weinzierl. München. 8.

1798 Von Joh. Jos. Pracht übersetzt. Nürnberg. 8.—Titulum vid. inter Edd. Phædri h. a.

— Phæders Æsopische Fabeln, metrisch aus dem Lat. übersetzt von Joh. Paul Sattler. Nürnberg, b. Grattenauer. 8.

1802 Des Phædrus Æsop. Fabeln, prosaisch übersetzt, mit einem antiquarischen Woerterbuch erlaeutert und zu einem durchaus fasslichen und unanstoessigen Lesebuch bearbeitet von D. E. F. Oertel. Anspach, bey Haueisen. 8.

1807 Des Phædrus Æsopische Fabeln, in deutsche Prosa übersetzt von Fr. Xav. Sperl. Graetz. 8.

ITALICÆ.

1735 Le Favole di Fedro Liberto d'Augusto, tradotte in versi volgari da Giovan-Grisostomo Trombelli, Canonico Regolare del Salvatore. In Venezia, appresso Francesco Pitteri. 8.

— Corpus omnium veterum Poëtarum Latinorum, &c. Raccolta di tutti gli antichi Poëti, &c. Tomo decimo contiene li cinque libri delle Favole di Fedro tradotti da un' Anonimo Veneziano (Luigi Giusti.) Milano, nel Regio Ducal Palazzo. 4.

1739 Le Favole di Fedro, &c. tradotte in versi volgari da Giovan-Grisostomo Trombelli. Seconda editione. In Venezia. 8.

1749 Eadem. Terza editione. In Venezia. 8.

1752 Phædri Fabulæ cum adnotationibus, &c. Le Favole di Fedro tradotte in versi volgari dall' Abate D. Giovan-Grisostomo Trombelli. In Milano, nella Stamperia della Biblioteca Ambrosiana appresso Giuseppe Marelli. 12.—Editio IV.

1763 Le Favole di Fedro, e d'Aviano, e la Batracomiomachia d'Omero tradotte in versi volgari dal Sig. D. Antonio Migliarese, Patrizio ed Academico di Tropea. In Napoli, nella Stamperia Abbaziana. 8.

1765 Le Favole di Fedro, tradotte in verso Toscano (da Azzolino Malaspina.) In Napoli. 4 maj.

1766 Le Favole di Fedro ripurgate, e in volgar prosa Toscana recate, al riscontro del Testo Latino, con Annotazioni di Sebastiano Zappalà. Catania. 8.

1775 Le Favole di Fedro tradotte in versi volgari da Giovan-Grisostomo Trombelli. In Venezia. 8.—Editio V.

Digitized by Google

— Le Favole di Fedro Libri cinque, tradotte da Nicola Landucci. In Viterbo. 12.

1778 Le Favole di Fedro, tradotte da Sebast. Zappalà, col Testo Latino. Catania. 12.—Editio II.

1783 Eadem, ibid. c. textu Lat. 12. Edit. III.

1784 Le Favole di Fedro ripurgate in volgar prosa Toscana recate, al riscontro del Testo Latino, ed illustrate con note di varie maniere per Sebastiano Zappalà. In Venezia. 12.

— Le Favole di Fedro, tradotte in Italiano da Carlo Mormile. Napoli. 8.

DANICÆ.

1785 Dansk Obersattelse of Phædri Æsopike Fabler ved J. Grundtvig. Kopenhagen. 8. Excudebat Stein.

— Phædri Fabler efter Æsopi Maade oservat of Lehnert. Kopenhagen. 8. Excudebat Hoeke.

POLONICÆ.

1770 Ezop w wesolym humorze. (Esope en belle humeur.) Warsoviæ, 2 voll.—Continet non paucas Phædri, Æsopi, et Philelphi fabulas translatas.

1780 Æsopi auserlesene Fabeln; desgleichen die besten Fabeln des Phædrus, &c. Deutsch, Polnisch, und Franzoesich. Warschau. 8.—Conf. Verss. Gall. h. a.

Digitized by Google

NOTITIÆ LITERARIÆ ET RECENSUI EDITIONUM BIPONTINO ADDITAMENTUM.

VIDIT jam Lector quid viri docti dixerint de Phædro ipso, et de fabulis, tam ab eo revera compositis, quam ei falso ascriptis. Vidit etiam quid de codicibus Mss. dixerint, et quam parvæ fuerint messes quæ ex bibliothecis peregrinis succisæ sunt. Ne vel spicam ex Britannicis nostris possumus reportare. In *Musei Britannici* collectionibus, in *Oxoniensibus* et *Cantabrigiensibus*, aut in aliis publicis Britanniæ bibliothecis, ne vel unum codicem invenimus, nec de ullo editore qui in iis Phædri Ms. viderit audivimus. Nullum codicem extitisse Cantabrigiæ facile credet Lector, qui meminerit cl. R. Bentleium, cum Terentii Comœdias, Phædri Fabulas, et Publii Syri Sententias eodem volumine compactas editurus erat, apud Cantabrigiam commoratum esse, et, quamvis variantes lectiones in Terentium et Publium Syrum descripserit, nullam in opere suo mentionem de codice ullo Phædri ibi servato fecisse. Et si in ulla alia publica bibliotheca Britannica talis codex summi viri illius tempore latuisset, proculdubio sic occupatus eum ex tenebris recuperasset, et pro more suo descripsisset.

Hæc, igitur, cum ita sint, quod possumus facimus. Ne hæc vel sequens pagina sit tabula omnino rasa, unum et alterum librum indicabimus impressum qui vel notas breves vel variantes lectiones Mss. exhibent:

In *Biblioth. Bodl.* apud Oxonienses, inter codd. D'Orvillianos x. 2. infra 2. 3. liber impressus, continens notas et varias lectt. in Poëtas Latinos, paucas habet in Phædrum, edit. Plant. 1610. pp. 2. et 3.

Digitized by Google

In *Mus. Britan.* Phædri Fabb. &c. in usum Delph. 8vo. Lond. 1758. cum notis Mss. Burneii. Ita Catalogus, sed pro certo notæ ipsæ manu cl. Joannis Taylor scriptæ sunt, cujus liber fuerat prius.

Phædri Fabb. &c. edit. Conradi Rittershusii, 8vo. Lugd. Bat. 1598. cum notis Mss. R. Bentleii. Ap. *Mus. Britann.* in *Biblioth. Harl.*

Phædri Fabb. &c. edit. P. Burmanni 8vo. Amst. 1698. cum R. Bentleii notis Mss.—Ita Catal. *Mus. Brit.* et recte, putandum sit de viro cujus autographum tam bene notum est, quamvis neque in hoc libro neque in præcedenti an. 1598. nomen docti viri apparet. Variantes lectt. potius sunt quam notæ. Autographa in utroque exemplari sunt plane ab eadem manu: sed nec variæ lectiones utriusque sibi invicem consentiunt; quod non mirum.—Quod ad ipsam editionem spectat Bentleii impressam (4to. Cantabr. 1726.) est ubi cum illius, est ubi cum hujus lectt. concordat, est ubi neutram sequitur. Quod ad ipsos *codices Mss.* Phædri attinet, duo tantum auctoritatis alicujus ubivis extant: et quam sententiam tulerint critici viri de Bentleio editoris partem sustinente, norunt omnes. Quemcumque auctorem ederet, codd. auctoritatem sæpe non magni, immo non flocci, æstimabat: quippe vir fuit magno ingenii acumine, in Græcis ac Latinis scriptoribus perlegendis apprime versatus, sed, *conjecturis* suis nimium fretus, sæpe temerarius et audax. Sed hæc quasi per transennam; ne limites nostros transiliamus, et velle cum Marte dimicare videamur.

Editiones sequentes Recensui Bipontino adjici possint:

Phædri Fabb. &c. repetita Edit. celeberrima Burmanni Lips. 1790.

Phædri Fabb. repetita Edit. Paris. 1797. 12mo. apud Didot.

Phædri Fabb. Publii Syri aliorumque veterum Senten-

Digitized by Google

tiæ, cum notis integris R. Bentleii, selectis aliorum, quibus et suas addidit F. H. Bothe. 8vo. Lips. 1803. Hæc editio est valde critica.—Editionem huic consimilem eodem anno vulgavit E. B. Schwickert. Lips. 8vo.

Les Fables de Phèdre, &c. trad. en Franç. avec le Texte, et ornées des Gravures. 2 Vol. 8vo. Par. 1803.

Phædri Fabb. cum Appendice Fabularum, mit Anmerk, und einen vollstandig Wortregister für Scholen. Herausgegeben von Prof. Karl. Fried. Aug. Brohm. Berol. 1811. 8vo.

Codex Perottianus Ms. Regiæ Bibliothecæ Neapolitanæ, duas et triginta Fabulas jam notas, totidem novas, sed et triginta Avieni vulgatas, et ipsius Perotti carmina inedita continens, digestus et editus a Cataldo Jannelio. Neapoli 1811. Has Fabulas D'Orvillius (ut jam vidit Lector) communicavit cum Burmanno, e codice Nicolai Perotti (Archiep. Sipontini, a. 1458.) ut in Præfat. Burmanni edit. a. 1727. apparet. Editæ etiam fuerant a J. J. Cassittio et Cataldo Jannelio, Neapoli 1811. Hic Jannelii codex Perottianus est integer.

Phædri Fabulæ novæ et veteres: novæ juxta collatas J. A. Cassittii et Jannelii editiones Neapoli nuper emissas, cum selectis ex utriusque commentario notis: veteres juxta accuratissimam edit. Bipontinam, cum selectis doctissimi viri Schwabe ex commentario notis. Paris. 1812. 8vo.—His adjici possit quod Brunet notat, eodem an. tres edd. harum Fabularum vulgatas esse Paris. primo ab Ant. Aug. Renouard, secundo ab H. Nicholle, cura M. Chambry 8vo. tertio a P. Didot, cum Italica versione poëtica per M. Petroni, et in prosa Gallica per M. Biagioli, præmissa præfatione a M. Ginguené. 8vo. Adjicit Brunet: 'Des savans se sont prononcés contre l'authenticité de ces fables. Voyez à cet sujet L'Examen des nouvelles fables de Phèdre (par M. Adry) Paris 1812. 12mo.' Vide *Classical Journal*, No. XXVI. p. 367. ubi argumentis satis validis probatur istas fabulas a Phædro esse alienas.

Noviter detectæ Phædri Fabulæ triginta e Ms. Bibliothecæ Regiæ Neapolitanæ codice nuperrime editæ, ad

Digitized by Google

commodiorem lectitantium usum hanc in formam recusse. Stutgard. et Tubing. 1812. 8vo.

Phædri, quæ feruntur, Fabulæ XXXII. in Italia nuper repertæ, nunc primum in Germania editæ ab Hen. Car. Abr. Eichstaedt, D'Orvillii et Burmanni emendationibus adjunctis. Jenæ 1812.

Les Fables de Phèdre, trad. en vers avec le Texte, et des Notes, 8vo. 1813.

Fabulas de Phedro, trad. con el texto en prosa y en verso con la explication de los accidentes de cada palabra, &c. por D. R. de Oviedo 2 Vol. 8vo min. 1817. Madrid. Notant. Bipont. editionem tantum posteriorem. Madr. 1801.

Fabb. de Phedro, &c. illustrada con Notas. 8vo. min. 1817. Valenc.

Phædri Fabb. Æsopiarum Libb. v. et Publii Syri aliorumque veterum Sententiæ, ex recensione Bentleii, passim codd. Mss. auctoritate, necnon rhythmi musici ope, reficta. Additum est Glossarium Scholarum usui accommodatum. A Conrado Gottlob Anton. Post mortem patris edidit C. T. Anton. Zittaviæ 1817. 8vo.

Phædri Fabulæ, in usum Scholarum expurgatæ; quibus accedunt Notulæ Anglicæ et Quæstiones. Studio C. Bradley. Lond. in Ædibus Valpianis. 12mo. 1821.

Harii Epistolam Criticam in transitu memoraverunt Bipontini: cui aliæ paucæ hujusmodi Dissertationes addi possint:

Prolusiones de Phædro ejusque Fabulis, 4to. Lips. 1746. Scriptor auctoritati Phædri Fabularum adversatur, et statuit opera esse Episc. Perotti, de quo supra.

Critical Remarks on Phædrus, a Joanne Jortin, S. T. P. in Tractatibus ejus philologicis, criticis, et miscellaneis. Lond. 1790. 8vo. 2 Vol.

P. S. Steph. Marchellus, Italus, in Dissertatione de Collectione vett. Latt. Poëtt. Pisaurensi. Extant in Nuova Raccolta d' Opusculi scientifici e philologici, T. XXIII. Venet. 1772.

Qui plura velit hujusmodi Germanica, Harlesii consulat

Digitized by Google

Introductionem in Notitiam Literaturæ Romanæ, et Notitiam Breviorem cum Supplementis ab Harlesio, qui præcipue de Germanicis tractat. His addat Continuationem a Klüglingio, c. 6.

Et hæc satis breviter de fabulatore nostro elegantissimo, digno nimirum qui potius hominum criticorum ingenia exerceat quam puerorum; est adeo verborum selectione felix et curiosus, sententiarum constructione adeo plenus et concinnus, et quod ad ea quæ de historicis pendent a parvulorum oculis minus cernendus. Hæc de Phædro, non vero hæc omnino de Æsopo, a quo nectar bibendum acceperat. Æsopi Fabularum editionem, puerulorum ingeniis accommodatam, publici juris facere non dedignatus est noster Joannes Lockius.[1] Hic ipse Æsopus, quisquis fuerit ille fabulatorum, pro certo, si modo Aristotelem et Plutarchum audire vellemus,[2] pro magno poëta accipiendus. Multa de isto sparsa sunt in vulgus, quædam satis anilia. Fabulæ ipsæ, quæ nomen ejus præ se ferunt, antiquitatem mire spirant: per varias orbis partes sunt cognitæ, in linguis diversis expressæ, et per longas temporis periodos divulgatæ. Idem nimirum fabulator qui pæne Latinus factus est in Phædro, et in Græcia receptus ut Æsopus, fuit, probabile est, Locmannus Arabum et Persarum, et Pilpaius Indicorum et Ægyptiorum.[3] Imo sunt qui invenerunt quædam Æsopica in Hebraicis: adeo ut de hoc fabulatore controversia mira, et non minus clara forsan excitari posset quam quæ viri docti Wolfius, Heynius, et Knightius de Homero excitaverunt. Imo ab antiquis scriptoribus inter summos recensitus est poëtas, eo quod in fabulis *totus est*.[4] Utcumque vero hæc sint, quisquis fuerit Æsopus, valde admirandus est, nec minus admirandus noster Phædrus, qui eum versibus senariis polivit

NOTÆ.

[1] Æsopi Fabulæ, Lat. et Angl. &c. edit. 2. a Joanne Lock, Lond. 1723.

[2] Aristot. περὶ ποιητικῆς, et Plutarch. πῶς δεῖ τῶν ποιητῶν ἀκούειν.

[3] Cl. Huetius, 'Sur la Romance.'

[4] Philostrati Iconum Lib. 1. in opp. Philostrati edit. Paris. 1608. p. 735.

Digitized by Google

Huc forsan commode transcribi possit Fragmentum de fabulis Æsopiis, quod inter 'Hadriani Imperatoris Responsa et Rescripta' in Fabricii Biblioth. Gr. Lib. VI. cap. 6. ed. 1740. cum 'Latina veteri Dosithei versione,' servatur:[5]

Νῦν οὖν ἄρξομαι Μύθους γράφειν Αἰσωπείους, καὶ ὑποτάξω ὑπόδειγμα· διὰ τούτους γὰρ αἱ ζωγραφίδες συνίστησαν. Εἰσὶν γὰρ λίαν ἀναγκαῖαι πρὸς ὠφέλειαν τοῦ βίου ἡμῶν. Πρώτῳ οὖν τόπῳ μῦθον ἄρξομαι ἀπὸ ἐλάφου.

Ἔλαφος σύμεγεθὴς ὥρᾳ θέρους δίψει λειπόμενος παραγίνεται ἐπί τινα πηγὴν διαυγῆ καὶ βαθεῖαν, καὶ πιὼν ὅσον ἤθελεν, προσεῖχε τὰ τοῦ σώματος, καὶ μάλιστα μὲν ἐπῄνει τὴν φύσιν τῶν κεράτων ἀναστησαμένων εἰς πολὺν ἀέρα. . . .

'Nunc ergo incipiam fabulas scribere Æsopias, et subjiciam exemplum. Per eas enim picturæ constant. Sunt enim valde necessariæ ad utilitatem vitæ nostræ. Primo ergo loco fabulam incipiam de cervo.

'Cervus bonæ magnitudinis æstivo tempore siti deficiens advenit ad quendam fontem limpidum et altum, et cum bibisset quantum voluerat, attendebat a corpore, et maxime quidem laudabat naturam cornuum exsurgentium in multum aërem'....[6] *Cetera desunt.*

Inter finem faciendum (si modo quiddam de Ovidianis hic loci supplere liceat) scriptorem quendam Portugallicum notabimus, qui conari videtur Ovidium ad formam et charactera Phædri reducere.[7] Summarium quasi Fabularum Ovidianarum, et quam brevissimum, cum brevibus *moralibus* concinnavit, adeo ut sub hujus scriptoris manibus Ovidius quasi agat Phædrum. Hoc opusculum nos-

NOTÆ

[5] Recusum est in Stephani Thesauri Ling. Gr. editione nostra, in Glossariis p. 500.

[6] Hanc, quæ inter fabulas Æsopi non extat, Latinis iambis reddidit Phædrus I. 12. Vid. supra Rigaltium ad l. c. et Burmannum ad vs. 3. in *Notis Variorum.*

[7] Compendio das Metamorphoses de Ovidio com huma sucinta et methodica Explicaçam a cada Fabula, para Instrucçam dos Meninos da Escola, traduzidas por Jose Antonio da Silvarego Alferes de Infantaria. Lisboa: 1772.

Digitized by Google

tris oculis se offert dum Phædrus sub prelo currit, et idem, quamvis leve, noluissemus, cum pace lectoris, omnino præterire, eo magis quod rarius apud Portugallicos editi fuerint classici. Bipontini unam tantum apud istos Ovidianam versionem, et unam tantum Phædri, notaverunt.

Digitized by Google

INDEX

IN

PHÆDRI FABULAS.

Prior numerus Librum, alter Fabulam, tertius vero fabulæ Versum denotat.

A CATENA detritum collum iii, 7, 16 fœminis spoliari viros ii, 1, 2 radicibus evertere iii, 10, 49. Superis merces fraudis i, 17, 9
A cœna redire ii, 8, 20 a negotiis vocare iii, Prol. 2 a furibus tueri domum iii, 7, 10
Ab astris altis ii, 6, 12 ara rapere facem i, 28, 8
Ab humeris destricta tunica ii, 5, 12
Ab injuria tutæ i, 31, 9 sermone cognitus iv, 21, 22 ab universis protrusus v, 7, 39
Abdere corpus domo ii, 6, 5
Abditi thesauri iv, 19, 4
Abesto hinc iii, Prol. 60
Abjicere agros iv, 5, 42 se iv, 2, 24
Abigi iv, 23, 12
Abire domum iii, 2, 7. iii, 19, 9 impune i, 8, 3 abiturus illuc, quo priores abierunt iv, 19, 16 abire statim iv, 17, 20
Absentis admirator iv, 21, 21
Absistere timere iii, 2, 18
Absolvi iii, 9, 4
Abundat copia materiæ iii, Epil. 6 varietas rerum iv, Epil. 2
Accedere ii, 6, 2. v, 6, 2 ad præsepe ii, 8, 22
Accendere lucernam iii, 19, 4. iv, 11, 1 accendi de lucerna sacrum iv, 11, 13 accensa magis iii, 16, 8
Accessum dare ii, 1, 10
Accidere illis iii, Prol. 24 accidit aliquid simile iv, 17, 18
Accipere iii, 5, 5 alvos iii, 13, 9 partem iv, 24, 12 præmium iii, 5, 7 res iv, 5, 11 accipere bonas in partes ii, Prol. 11 accepimus i, 26, 11 accipiens in contumeliam iii, 8, 8 accepta merces iv, 21, 5
Accipiter rapit passerem i, 9, 6
Acclamat populus v, 5, 34
Accommodare se humanitati iii, 16, 1
Accurrere v, 2, 4
Accusator iii, Prol. 41 accusatores iii, 10, 34
Acer canis iii, 7, 18
Acerba uva iv, 3, 4 acerbum convicium iii, 16, 3
Acquirere famam i, 14, 4
Acriter contendere iv, 23, 1
Acti menses i, 18, 2
Acuit sese industria ii, Prol. 4
Ad animum referre iii, 19, 10 ad necem currere ii, 8, 6 cœnam invitare i, 26, 3 cœnam promittere iv, 24, 15 fabellam ferri v, Prol. 10 perniciem devocare iii, 5, 1 ad sidera i, 6, 4 fontem resistere i, 12, 3 sanitatem venit curatio v, 7, 12 januam iv, 24, 30 Lanium iii, 4, 1 ad hostem redire iv, 4, 5 ad lumen compilare iv, 11, 2

Digitized by Google

ad perniciem agi iv, 13, 3
Ad præsepe accedere ii, 8, 22 ad querelam recidere iii, 16, 15 ad legendum inducere iii, Prol. 62 ad fallaciam consilium vertere i, 31, 5 ad studium vocare iii, Prol. 9 ad se rapere, quod est commune omnium iii, Prol. 46 ad se recipere iv, 21, 23
Addere contumeliam injuriæ v, 3, 5
Adducere quem pretio, precibus v, 7, 18
Adeo i, 4, 7
Adeptus regnum i, 31, 11
Adesse iv, 21, 16
Adhuc iii, 1, 2 supcresse iv, Epil. 1
Adjicere iii, 10, 15 fabellam iv, 1, 20 simul v, 6, 4
Aditus angustus v, 9, 1 aditum rogantes iv, 17, 21
Adjutores nulli v, 5, 14
Adjuvare debilem iii, Epil. 17 fidem iii, 10, 40 indignos i, 8, 2 verbis v, 2, 8
Admirabilis auribus iii, 18, 3
Admirans Minerva iii, 17, 5
Admiratus ingenium v, 1, 11
Admirator iv, 21, 21
Admonere i, 26, 1. i, 11, 4 admonet fabella, agere iii, 17, 13 iracundos iv, 4, 12 simplices iii, 10, 54
Admovere preces reposcenti i, 19, 6 uber iii, 15, 7 admoveri tibi preces existimo iii, Epil. 20 admota prece iii, 16, 7
Adsequi: v. Assequi
Adsuescere: adsuevi corrodere iv, 8, 7 adsuevit abire, rapere i, 16, 5 adsuetam vicem iii, Prol. 14
Advenit dies i, 16, 7. v, 7, 20
Adversum tempus ii, 8, 16 adversus feras fortis v, 10, 1
Adulta ætas iii, 10, 23
Adulter iii, 10, 16
Adultera conjux iii, 3, 9
Advocare fidem iv, 5, 20 advocata concione i, 14, 13
Advolare ex insidiis ii, 7, 7 cupide iii, 16, 17
Ædes parvæ iii, 9, 2
Æeta iv, 7, 12
Ægea freta iv, 7, 19
Ægre recepti iv, 6, 4
Æmulatio est, non invidia ii, Epil. 7
Æqualiter distribuere iv, 5, 9
Æquare dignitatem iv, 15, 3
Æque v, 6, 2
Æquitatis laus iv, 13, 5
Æquo animo i, 26, 12 æquæ leges i, 2, 1
Æsopus i, Prol. 1. et i, 3, 3. iv, 16, 2. iv, 7, 5 Phryx iii, Prol. 52 senex iii, 3, 14 et garrulus iii, 19, 8 derisor iii, 14, 2 versabatur Athenis i, 2, 9. iv, 5, 29 ludit cum pueris iii, 14, 1 Æsopi exempla ii, Prol. 1 statua ii, Epil. 1 stylus iii, Prol. 28 Æsopo quidam lapidem impingit iii, 5, 2 fabulæ Æsopi iv, Prol. 11
Æsopeæ fabulæ iv, Prol. 11
Æstas, brumæ opposita iv, 23, 18
Æstimo hoc dictum ridicule, vere iii, 4, 5 æstimantes iv, 17, 15
Æstuans humus ii, 5, 16
Ætas adulta iii, 10, 23 ætatis mediæ quidam ii, 2, 3
Æterna basis ii, Epil. 2 fama iii, Prol. 53
Ævum languens iii, Epil. 15 solicitum i, 31, 7 ævum exire iv, 19, 10
Affectare, quod non est datum iii, 18, 14
Affectus proprii iii, Prol. 36
Afferre frontem bobus ii, 8, 11 lucernam iii, 10, 29
Affici impetu leonis i, 11, 10 malo afficietur i, 5, 10
Affictio veretri iv, 14, 1
Affinitas iv, 14, 2
Affirmare i, 17, 5. iii, 3, 9 mortuum esse v, 7, 21
Afflictis succurrere i, 2, 28
Affluens vestitu v, 1, 12
Age iii, 7, 25
Agelli iv, 5, 23 agri iv, 5, 38
Agere cuniculos iv, 19, 2 gratias quietis ii, 18, 15 multum ii, 5, 24 quod iii, 17, 13 agendo multa nihil agens ii, 5, 3 age porro iii, 15, 11 agedum v, 4, 10 agi ad perniciem iv, 13, 3 ad pœnitendum v, 5, 3 de quis agitur iii, 13, 11
Aggerare quadrantes patrimonio iv, 19, 23
Aggravare curam cura iii, 3, 13
Aggressa garrulam iii, 16, 10
Agmen extremum v, 1, 14
Agnoscere dictum in se i, 22, 10 hominem ii, 5, 19
Agnus i, 1, 1. iii, 15, 1 agni humano capite iii, 3, 5
Agrestes iii, 2, 3
Aiunt iv, 21, 8. v, 6, 6 ait iv, 3, 3 ais iv, 7, 17
Alapam ducere v, 3, 2 alapæ veneunt majoris ii, 5, 25
Albus, an niger iii, 15, 10
Alere quos iv, 11, 16
Ales i, 13, 8
Alienum moribus iv, 5, 40 alienum appetens proprium amittit i, 4, 1 aliena vitia iv, 10, 3 alienis bonis gloriari i, 3, 1
Aliquando iii, 14, 12. v, 10, 4
Aliquid simile iv, 17, 18 turpe iv, 17, 15 dictorum ii, Prol. 10 operis iii, Epil. 5 aliquod tempus iv, 17, 16

Digitized by Google

aliquæ feriæ ili, Prol. 8 reliquiæ iii, Epil. 15
Aliquot domus iii, 19, 3 menses v, 7, 11 aliquot secuti iv, 2, 27
Alius Sejano iii, Prol. 40 non alius, quam qui iv, 11, 15 nec aliud quicquam ii, Prol. 2 aliis consilium dare i, 9, 1 aliis censores sumus iv, 10, 5 alium regem i, 2, 22 aliæ plagæ iv, 1, 11
Allicere plures ii, 3, 7
Alligare iii, 7, 18
Alludere occupato iii, 19, 12
Alter ii, Epil. 5. iv, 14, 3. v, 6, 2 alter, tertius iv, 2, 26 alter unus ii, 7, 2. v, 2, 2 calvus v, 6, 1 alterius malo reperire effugium iv, 9, 2 opinione alterius ponderare iii, 10, 55 alteri dedi iv, 4, 13 altera i, 19, 3 pro alia altera, tertia iv, 5, 5
Alticincti Atrienses ii, 5, 11
Alta quercus iii, 13, 1 vinea iv, 3, 1 alta astra ii, 6, 12 cornua ii, 8, 25 altior margo iv, 9, 4 altius agere cuniculos iv, 19, 2
Alveolus ligneus ii, 5, 15
Alvei iii, 13, 9
Alvi capacis specus iv, 6, 10
Amans iii, 10, 16 ament amentur ii, 2, 2
Ambæ ii, 2, 6 ambo iii, 8, 13
Ambitio mortalium iii, 10, 56
Amicus: Unde hoc, amice iii, 7, 17 amicus malis Plutus iv, 12, 7 descende, amice iv, 9, 8 amici nomen vulgare, fides rara iii, 9, 1 amici veri iii, 9, 7 amicis reddere tempora iii, Prol. 12
Amissum corpus iii, 11, 3 amittere dignitatem i, 21, 1 fidem i, 10, 2 amittit proprium i, 4, 1 amisi nihil ii, 7, 12
Amphora epota iii, 1, 1
Amplexus utrumque iii, 8, 12
An niger, an albus iii, 15, 10
Anacharsis Scytha iii, Prol. 52
Angulus interior iv, 1, 18
Angustus aditus v, 9 angusta domus iii, 9, 6
Anhelans gratis ii, 5, 3
Anima iii, 1, 5
Animadvertere ii, 8, 13
Animal generis contemti, improbum v, 3, 8
Animus destituit te v, 10, 8 sentit ii, Epil. 3 est iii, 7, 25 est potare iii, 16, 12 excedit terminum iii, Epil. 28 animi cogitatio iv, Prol. 7 conscientia iii, Prol. 47 animo dare lusum iii, 14, 12 animum alicujus nosse i, 11, 15 relaxare iii, Prol. 13 ad animum referre iii, 19, 10 animo æquo i, 26, 12 animus liber iii, Prol. 3 vanus v, 7, 1 animos capere alicujus ii, 2, 5
Annatare i, 2, 19
Anni ingravantes v, 10, 3 annos tegere ii, 2, 4 annis debilis iv, 2, 21 defectus i, 21, 3
Annos celare elegantia ii, 2, 4
Ante hoc novi, quam tu natus es v, 9, 4 ante pectus iv, 10, 3 ante hos sex menses i, 1, 10 ante pœnam iv, 17, 27 antehac iii, 1, 6
Antidotum venditare i, 14, 3 antidoto miscere toxicum i, 14, 8
Antiqua urbs iv, 21, 18 antiqui v, 8, 7 cadi iv, 5, 25
Anus ii, 2, 1. iii, 1, 1
Anus (podex) iv, 17, 19
Aper i, 21, 5. iv, 4, 2 insidiosus ii, 4, 9
Apertum est iii, 13, 14 apertum pignus v, 5, 37
Apes iii, 13, 1
Apollo iii, Prol. 57 Apollinis cithara iii, 16, 12
Apotheca plena cadis iv, 5, 25
Apparatus magnus iv, 24, 21 sine apparatu v, 5, 14
Apparet auctor iii, 13, 11 apparebunt tempore iii, Epil. 32
Appetere uvam iv, 3, 2 appetere dente iv, 8, 1 cibum v, 4, 5 appetens talis tituli iv, Prol. 4
Applicare membra iv, 14, 15 virginale iv, 14, 14
Approbare iv, 5, 28 ingenium iv, Epil. 7 opus iv, 24, 11
Aptare partes corporibus iv, 14, 9
Aqua fusa i, 14, 7 turbulenta i, 1, 5 aquæ bonitas iv, 9, 8 aquam ebiberé i, 20, 5
Aquila i, 9, 3. i, 28, 3. ii, 4, 1. ii, 6, 4. iii, 18, 11
Ara Jovis iv, 11, 1 ab ara rapere facem i, 28, 8 aræ iv, 23, 5 aras frequentare iv, 23, 12
Aranea tollere ii, 8, 23
Arbitrium fatorum iii, 18, 10
Arbor celsa i, 13, 4 arbores in tutela Divorum iii, 17, 2 loquuntur i, Prol. 6
Arborem circumdare flammis i, 28, 9
Arca dives iv, 12, 2
Arcti cavi iv, 6, 3
Arcus retensus iii, 14, 5 arcum rumpere iii, 14, 10 arcum tendere, laxare, ibid.
Ardelionum natio ii, 5, 1
Ardens fax i, 28, 8 ardere siti iii, 16, 15
Argentum (vas argenteum) v, Prol. 7
Argentea lavatio iv, 5, 22
Arguere delictum iii, 11, 6 Vulpem crimine furti i, 10, 4
Argumentum v, 3, 11 monet iv, 15, 7 continet res utiles iv, 11, 14 hoc argumento sentiat, se iv, 8, 2

Digitized by Google

Argus iv, 7, 9
Argutiæ suaves, temperatæ iv, Epil. 3
Arida sedes i, 6, 8
Arridere iv, 20, 4
Arripuit animus fiduciam v, 7, 2
Artis prudentia i, 14, 11 arte fictæ fabulæ ii, Epil. 13 artium chorus iii, Prol. 19
Artifices laudis v, 5, 7
Artus iv, 7, 15
Arx Atheniensis i, 2, 5
Ascendere navem iv, 21, 9
Ascribere exemplum sibi iv, 3, 6 Praxitelen marmori v, Prol. 6 ascribi alios jubent iv, 17, 16 ascriptus dies pœnæ iv, 11, 8
Asellus i, 11, 3. i, 15, 4. i, 29, 4. v, 4, 3
Asiæ urbes iv, 21, 4
Asinus iv, 1, 5 naturæ dedecus i, 21, 11
Asper dens i, 2, 24 aspera vita iii, 7, 12
Aspernatus quas v, 4, 4
Aspicere iii, 7, 15. iii, 10, 29
Assequi mures iv, 2, 22 famam iii, 9, 3
Assignare cetera illi iv, 5, 37
Assignari illi v, 2, 14
Assilire ii, 5, 21. iv, 2, 25
Assis iii, 5, 3
Astra alta ii, 6, 12
At (postpositum) i, 1, 10 at ille i, 15, 7. i, 21, 10. i, 25, 7. ii, 8, 8. iii, 2, 9. iv, 22, 3 at illa i, 16, 4. iv, 5, 43
Athenæ tyrannum accipiunt Pisistratum i, 2, 5 Athenas occupat Demetrius Phalereus v, 1, 2 Athenis Æsopus iv, 5, 13
Atque ita correptum lacerat i, 1, 13 atque ita locutus i, 22, 9 atque ita coëgit iv, 4, 9
Atrienses alticincti ii, 5, 11
Attendere ii, Prol. 14. ii, 5, 6
Attentare quos v, 2, 7
Attestatur hoc fabula i, 10, 3
Atticus iii, 14, 1 Attici i, 2, 6. ii, Ep. 1. iv, 5, 32
Attingere cibum i, 4, 7
Attrahere turbatos iv, 17, 9
Attributum hoc mihi iv, 19, 12
Avarus iv, 19, 18 avaris conveniens esse i, 27, 1
Auctor, Phædrus iii, 15, 18 horum iii, 13, 11 vulgi iv, 14, 5 auctoris nomine commendari ii, Prol. 7
Auctoritas gloriæ iv, 24, 10 auctoritatis gratia v, Prol. 3
Audacter ii, 1, 9
Audax via iv, 7, 8
Audacia impudens iii, 5, 9
Audere dicere iii, Prol. 35 venire v, 1, 16
Audire sonum iv, 19, 20 esse remedium ii, 3, 3
Avertere oculos iv, 12, 6 avertendum periculum iii, 3, 8
Auferre caput ore i, 8, 12 prædam i, 5, 11 insolentiam iii, 6, 8 sensum communem i, 7, 4
Augurium corvi iii, 18, 12
Augustus iii, 10, 39
Aviditas dives ii, 1, 12 decepta i, 4, 5
Avida iii, 1, 4 avidi dentes i, 13, 11. iv, 6, 9
Avis impudens i, 3, 8
Aulæum missum v, 7, 23
Aura frivola v, 7, 1 per auras venire ii, 6, 7
Auris iii, 10, 51
Aurem arripere v, 10, 5 capere ii, Prol. 6 pervellere v, 5, 32 aures occupatæ iii, Prol. 7 aures cunctæ iii, 18, 3 ad aures pervenit ii, Epil. 12
Auritulus i, 11, 6
Aurum i, 27, 7 conveniens vitæ iv, 19, 7
Aut, aut iii, 10, 57
Autem i, Prol. 5
Auxilio locus est iii, Epil. 16 auxilium ferre iv, 4, 3. iv, 18, 1 petere iv, 4, 4 sibi nullum esse iii, 16, 9 auxilia sequirere i, 31, 2

B.

Bajulare sarcinas iv, 1, 5
Balans Agnus iii, 15, 1
Barba iv, 15, 1
Barbari iv, 7, 11
Barbatus iv, 9, 10
Basia jactare v, 7, 28
Basis æterna ii, Epil. 2
Bathyllus v, 7, 5
Beneficium vanum i, 22, 8 beneficio utilis iii, Epil. 18 dare iii, 15, 12
Benevolentia dulcis iii, 15, 16
Benignitas subita i, 23, 7
Bestiæ i, 11, 8
Bibere i, 12, 3 aquam i, 1, 6 una iii, 16, 15 sanguinem v, 3, 9 in Nilo i, 25, 3
Bidens i, 17, 8
Bilinguis homo ii, 4, 25
Binæ clitellæ i, 15, 7
Bipennis Thessala iv, 7, 7
Bis mori i, 21, 12 peccare i, 3, 2
Blanditiæ hominis mali i, 19, 1
Bonitas iv, 9, 8 tua iii, Epil. 17 facit parentes iii, 15, 17
Bonus opp. malefico iv, 11, 21 plus

Digitized by Google

bdai iv, 5, 1 quid boni ii, 5, 20 bonum ferre nolens malum ferat i, 2, 29 bono esse v, 4, 12 quale bonum iii, 1, 5 boni mores iii, 8, 16 bonas in partes recipere ii, Prol. 11 bona præsentia v, Prol. 9 bona possidere iii, 10, 37
Bos ii, 8, 5. i, 24, 2 boves i, 30, 6. iv, 5, 24
Bovile opportuum ii, 8, 4
Brevis fabula i, 10, 3 narratio iv, 5, 2 occasio v, 8, 5 breve tempus i, 19, 6 brevi docebo iii, Prol. 34 brevius iter iii, 19, 5
Brevitas ii, Prol. 12 nimia iii, 10, 60 brevitatis præmium iii, Epil. 8 brevitatem approbare iv, Epil. 7
Breviter exponere iii, 10, 2 proloqui iii, 7, 1
Bruma est iv, 23, 18
Bubile ii, 8, 4
Bubulcus ii, 8, 11

C.

Cacare odorem iv, 17, 25
Cadi antiqui iv, 5, 25
Cæcus timor ii, 8, 3 cæca mens iv, 19, 17
Cædes ii, 7, 8 patris iv, 7, 16 cæde fessus i, 11, 11
Cæsar Tiberius ii, 5, 7
Calamitas iii, Prol. 40 sentit repulsam i, 3, 16
Calamo ludere iv, 1, 13
Calceandi pedes i, 14, 16
Calcei nivei v, 7, 27
Calcibus extundere frontem i, 21, 9
Callidus hostis iv, 2, 29 homo iv, 9, 1
Calumniæ tenebræ iii, 10, 42 calumniam eludere iii, Prol. 37
Calumniari i, Prol. 5
Calumniator Canis i, 17, 2
Calvi duo v, 6, 1
Calvus repente factus ii, 3, 9 et musca v, 3, 1 et pilis defectus v, 6, 2
Camaræ ruina iv, 24, 29
Campus i, 12, 8
Candor notus iii, Prol. 63
Canere laudem mercede iv, 21, 5
Canis i, 17, 2. i, 25, 5. i, 27, 3. iii, 7, 7. v, 10, 2 fidelis i, 23, 3 parturiens i, 19, 3 vehemens ii, 3, 1 carnem fert per flumen i, 4, 2 detritum Cani collum iii, 7, 16 canes currentes bibunt i, 25, 3 canum legati iv, 17, 1
Canticum ignotum v, 7, 25
Cantus iii, 16, 11 luscinii iii, 18, 11 cantu movere saxa iii, Prol. 58
Canos evellere ii, 2, 10
Capax alvus iv, 6, 10
Capella i, 5, 1. iii, 15, 1. iv, 15, 3
Capere animos alicujus ii, 2, 5 aurem ii, Prol. 6 fructum iv, 5, 16. iv, 19, 8 prædam iv, 4, 8 cervum i, 5, 5 somnum iii, 16, 5 celerius iii, Epil. 14 capi cibo i, 23, 4 fabulis iv, Prol. 10 meritis iii, 15, 19
Capillos legere ii, 2, 7
Captare risum i, 29, 1 lædere iv, 8, 6 opprimere v, 3, 2
Captus aura v, 7, 1 capti ab hostibus iv, 6, 8
Caput iii, 3, 7 regis iv, 23, 6 humanum iii, 3, 5 nostrum i, 30, 11 nudatum v, 3, 1 quale, talis sapor iii, 4, 4 tonsum iii, 10, 26 Caput incolume auferre i, 8, 12 demittere v, 5, 16 proferre i, 2, 17 capite protrusus foras v, 7, 29 capita i, 14, 15 capitibus ligare cornua iv, 6, 5
Carbonem pro thesauro v, 6, 6
Carere contumelia iv, 17, 24 effecta i, 20, 1 somno iv, 19, 10
Cariosi dentes v, 10, 5
Caritas dulcis iii, 8, 13
Carminis vis iii, Prol. 3
Carnis cupidus i, 25, 8
Carpere i, 28, 4 meliores ii, Epil. 17 oscula iii, 8, 12
Caseus raptus i, 13, 10
Cassandra iii, 10, 4
Casta mulier iii, 10, 14 oscula iv, 23, 13
Casus gravis i, 21, 2. v, 7, 7 casu obvius iv, 21, 25 peccare v, 3, 12 casus (plural.) ii, 7, 10
Catena iii, 7, 16
Cathedra matris iii, 8, 4
Cato iv, 7, 21
Catuli felis ii, 4, 24 firmiores i, 19, 7 vulpini i, 28, 3
Cauda gemmea iii, 18, 8
Cavere sibi i, 9, 1
Caverna ii, 4, 2
Causa facinoris iv, 18, 5 jurgii i, 1, 4 mali iii, 10, 44 querelæ i, 6, 6 quæstionis iii, 14, 8 scribendi iv, Prol. 9 dicitur iii, 3, 2 est tangi iii, Prol. 6 causæ fictæ i, 1, 15 causam dicere ii, 17, 6 perorare i, 10, 7 quærere iv, 12, 6 tueri iii, 10, 38 causa mea factum i, 22, 4
Canti homines i, 25, 1
Cavus ramus iii, 16, 5 cavum iii, 16, 17 tutum ii, 4, 17 cavi arcti iv, 6, 3
Cea, insula iv, 21, 8
Cedere loco i, 19, 10 invidiæ iii, 9, 4
Cedo illum v, 2, 6
Celare quem v, 5, 32 partes veste iv, 14, 7 annos elegantia ii, 2, 4

Digitized by Google

Celebres nuptiæ i, 6, 1
Celer pes iv, 17, 6 celerius capere iii, Epil. 14 celeritas pennæ i, 31, 4
Celeriter rapere i, 13, 10
Celsa arbor i, 13, 4 cervix ii, 7, 4 populus iii, 17, 4 celsa cornua iv, 9, 11
Censores sumus iv, 10, 5
Centena sestertia iv, 5, 12 centum oculi ii, 8, 18 Centumviri iii, 10, 35
Cereæ iii, 13, 9
Cerebrum non habet i, 7, 2
Cernens insidias iv, 2, 29
Certamina laudis v, 5, 7
Certatim i, 2, 19 et passim v, 1, 3
Certe i, 21, 12. i, 29, 8. iii, Prol. 32. iv, Epil. 7
Certus fons iii, 10, 43 certa donatio ii, 5, 21 certa ratio iv, Prol. 9 certum pretium iv, 24, 6 certi menses iii, 15, 5
Cervix celsa ii, 7, 4
Cervus ii, 8, 25 vasti corporis i, 5, 5 laudans cornua i, 12, 3 rogans ovem i, 16, 3
Cessant pedes i, 9, 5
Cetera iv, 5, 36 ceteri iv, 21, 24 ceteros iv, 24, 29
Chartæ iv, Prol. 18 chartis victurum nomen iv, Epil. 5
Chorus v, 7, 25 artium iii, Prol. 19
Cibus intritus i, 26, 7 objectus i, 23, 4 tenuis iv, 13, 7 est potior iii, 12, 6 cibi oblitus i, 27, 7 res cibi iv, 8, 4 cibum appetere v, 4, 5 cibo facere corpus iii, 7, 5 fraudare se iv, 19, 19 satiari iii, 7, 14 vesci ii, 6, 13
Cicada iii, 16, 3
Ciconia i, 26, 6
Ciere gemitus i, 18, 3. iv, 22, 1
Cinædus v, 1, 15
Cinis iii, 9, 4
Circa murum iv, 23, 17 circum iv, 6, 3
Circumire urbes iv, 21, 4 circumeunti longius est iter iii, 19, 5
Circumcidere impensam iv, 19, 25
Circumdare arborem flammis i, 28, 9
Circumducere asinum in quæstus iv, 1, 4
Cirri dependentes ii, 5, 13
Citatus testis i, 17, 4 citati respondent iv, 17, 8
Cithara Apollinis iii, 16, 12 citharæ sonus iv, 19, 20
Cito peragere iii, Epil. 13 rumpere iii, 14, 10 citius progredi iii, 6, 2
Civea i, 2, 30. i, 15, 1
Civitatem concitare v, 5, 11 miscere i, 2, 2
Clam subsedit iii, 10, 19
Clamare iii, 16, 7
Clamitans questu i, 9, 7
Clamor hostium subitus i, 15, 5. i, 11, 7 clamorem tollere ad sidera i, 6, 4 clamore magno quid petere i, 2, 11
Clarum tintinnabulum ii, 7, 5
Classis Minois iv, 7, 19
Claudi margine iv, 9, 4 clausum vadum iv, 9, 12
Clazomenæ iv, 21, 17
Clementer respondere iv, 19, 8
Clitellæ binæ, meæ i, 15, 8
Coacta vulpis fame iv, 3, 1
Cœlum fatigant perjurio iv, 19, 24 vituperant iv, 7, 26 cœlo receptus iv, 12, 3
Cœnam parare iii, 19, 2 ad cœnam invitare iv, 14, 10 promittere iv, 24, 15
Cœpit clamare iii, 16, 7 corripere 1, 2, 25 loqui i, 13, 5 queri i, 2, 8 redire i, 3, 10. iii, 19, 7 illicere i, 8, 5 cœpit fugere i, 12, 8 facere medicinam i, 14, 2 flagitare i, 19, 9 ebibere i, 20, 5. i, 25, 5 lacerari i, 12, 11 labare iv, 13, 9 legere capillos ii, 2, 7 conspergere ii, 5, 15 gratias agere ii, 8, 15 indignari iv, 15, 2 tremere iv, 17, 23 circumire iv, 21, 4 prior iv, 23, 2 desiderari v, 7, 14 languere v, 10, 3
Cœptus ordo iv, 20, 9
Cœtus: in cœtum recipi iii, Prol. 23
Cogere aliquem trudi foras v, 5, 35 mori iv, 23, 19 emori i, 6, 8 pati iv, 4, 9
Cogi ferre i, 21, 12
Cogitare plura iii, Prol. 39 intrare iii, Prol. 16 judicare iv, 20, 1 ad cogitandum redit animus tibi iii, 14, 13
Cogitatio animi iv, Prol. 7
Cognati iv, 24, 15
Cognoscere quem iii, 10, 58 optimos iii, 4, 7 cognovit laudari vocem suam iii, 16, 16 cognitus a sermone iv, 21, 22
Colligere zonas iv, 21, 11 colligitur sensus iv, 5, 19
Collocare servum in basi ii, Epil. 2
Collum lagonæ i, 26, 10 collum detritum cani iii, 7, 16 colli longitudo i, 8, 8 collum compungere iii, 6, 3 collo jactat tintinnabulum ii, 7, 5
Collo præfulget nitor smaragdi iii, 18, 7
Color par iii, 13, 6 proprius iv, Prol. 8
Colubra iv, 18, 2
Columbæ i, 31, 3
Combibere i, 14, 9
Comes ii, 7, 6 timidus v, 2, 4
Comesse i, 13, 4. i, 20, 4
Come officium ii, 5, 16
Comite Asello i, 11, 3

Digitized by Google

Commemorare reges iv, 23, 13
Commendare panem i, 17, 3 commendari debet brevitas iv, Epil. 8 commendatur re, non nomine ii, Prol. 7
Commendatio verbosa ii, Prol. 13
Commercium luminis iv, 11, 11
Comminuta cortex ii, 6, 13
Commissum aliquid iv, 17, 15 committere cui calceandos pedes i, 14, 16 spiritum tecto ii, 8, 7 se tutandum i, 31, 1
Communis sensus i, 7, 4 commune omnium iii, Prol. 46 commune, quodcumque est v, 6, 3
Commutandus principatus i, 15, 1
Comœdiis nobilis v, 1, 9
Comosa frons v, 8, 2
Comperire nil v, 5, 31
Compescere mores dissolutos i, 2, 12
Compilare Jovem iv, 11, 2
Complere locum timore ii, 4, 16
Comprensus iii, 5, 10
Compressus iv, 2, 25
Compulsus siti i, 1, 2
Compungere collum iii, 6, 3
Conari iii, Epil. 4
Concacare regiam iv, 17, 11
Conceptus canis trivio i, 27, 11 conceptum malum i, 18, 7
Concidere casu gravi v, 7, 7 concidit securi pinus iv, 7, 7
Concinnare multum mali ii, 4, 25
Concio advocata i, 14, 13
Concipere iii, 15, 4
Concitare civitatem v, 5, 11 periculum sibi i, 29, 3 concitus gradus iii, 2, 11
Concupiscere regales opes i, 27, 10
Concurrit populus iii, 14, 7
Concursat familia iii, 10, 24 trepide ii, 5, 2
Condere famam ingenio iii, Prol. 53 ferrum, linguam v, 2, 10 angulo quid iv, 1, 18 bovili se ii, 8, 4 cavo ii, 4, 17
Conditio eadem iii, 7, 7 placet iii, 13, 12 sub conditione iv, 5, 8
Conditus iv, 5, 30. ii, 6, 6
Conducere pretio iv, 24, 6
Confectus macie iii, 7, 2 morbo i, 14, 5
Conferre pecuniam iv, 5, 46 sestertia iv, 5, 12 se laudibus alienis iv, 23, 3
Confessus reus iii, Epil. 22 est timore mortis i, 14, 5
Confido, posse hoc finiri i, 18, 6
Confodere corpus cornibus i, 21, 7
Confusus fragor iv, 17, 24
Congerere fustes iii, 2, 3 granum iv, 23, 16 congeruntur plagæ iv, 1, 11
Conjux adultera iii, 3, 9
Conscientia animi iii, Prol. 47 laudis ii, Epil. 11
Conscius animus integritatis iii, Epil. 30
Consectata crepitantem iii, 16, 18
Consequi famam iv, 13, 5
Consideo: consedit Jupiter iv, 17, 22
Considera te sæpe iii, 8, 1
Consiliator maleficus ii, 6, 2
Consilium stultum devocat ad perniciem i, 20, 1 damnare iv, Prol. 3 dare aliis i, 9, 1 vertere ad fallaciam i, 31, 5 consilio esse nocentem v, 3, 12 monere vitam i, Prol. 4
Consilia qui dant cet. i, 25, 1
Consistere in scena v, 5, 13 turba media iv, 5, 29
Consociare usum iv, 11, 21
Consolandi gratia iii, 18, 5. iv, 16, 2
Conspectus meus v, 1, 15 in conspectu venire v, 1, 16 de conspectu fugere i, 16, 6
Conspergere humum ii, 5, 15
Conspersus panis furfuribus iv, 17, 4
Conspicatus cornua cervi ii, 8, 25
Conspicere i, 24, 2
Conspicuum signum iv, 6, 6
Conspiratæ partes factionum i, 2, 4
Constantior fuissem v, 2, 9
Constat sanitas iii, Epil. 35
Consuetudo iv, 13, 6
Consulere hariolos iii, 3, 6 juris peritos iv, 5, 14
Consumere i, 19, 8. iii, Epil. 12 longi temporis moram iv, 5, 18
Consumi inedia ii, 4, 23
Consumtus fame i, 27, 8
Consurrectum in plausus v, 7, 28
Contegere frutice quem i, 11, 4
Contemnere utiliora i, 12, 1 contemnens suos i, 3, 6 contemni verba vidit iii, 16, 9 contemtum me gaudeo ii, 7, 11 contemtum genus v, 3, 8
Contendere quovis pignore iv, 20, 5 subesse pallio v, 5, 28 se commendasse i, 17, 3 acriter iv, 23, 1
Contentus cibo iv, 13, 7 contenta dotibus suis iii, 18, 13
Conterritus vocibus i, 12, 7
Continere ora frænis iii, 6, 7 res iv, 11 14 ventrem iv, 17, 31 continetur spiritus iii, Epil. 29 continetur exemplis ii, Prol. 1
Contingere: contingit simile iv, 23, 9 quod petierant i, 20, 6
Continuo narrare i, 6, 2 impetrare iv, 17, 21

Digitized by Google

Contra i, 1, 6. iii, 2, 4. iv, 8, 5. v, 10, 7 contra se ipse iv, 18, 3 potentes nemo munitus satis ii, 6, 1
Contracta musca iv, 23, 19
Contrarios inveniri iv, 11, 17
Contubernium fortuitum ii, 4, 4
Contumax lima iv, 8, 5
Contumelia gravis i, 29, 2 hominis iv, 17, 11 contumeliam injuriæ addere v, 3, 5 in contumeliam accipere iii, 8, 8 contumeliis hominum eripere iv, 17, 3
Contumeliam experiri i, 3, 15
Contumelia omni inquinare i, 2, 21
Conveniens res avaris i, 27, 1 vitæ iv, 19, 7 convenit auribus iii, Prol. 7 querela huic v, 6, 7
Convicium i, 6, 5 acerbum facere iii, 16, 3
Convictus Deum iv, 23, 10
Conviva i, 26, 9
Convivium hilare iv, 24, 20
Convocata familia ii, 8, 26
Copia materiæ abundat iii, Epil. 6
Copiosus liquor iv, 9, 7 copiosa domus iv, 23, 20 varietas iv, Epil. 2
Cor duratum ii, Epil. 18 semisomnum iv, 14, 13 tacitum iv, Prol. 3 corde eradere curam iii, Prol. 21
Coram ii, 3, 4
Corcodili (qui alias crocodilli) i, 25, 4
Corium depressum in fluvio i, 20, 3
Cornea domus ii, 6, 5
Cornix ii, 6, 7
Cornicis omina iii, 18, 12
Cornua alta ii, 8, 25 celsa iv, 9, 11 infesta i, 21, 7 ramosa i, 12, 5 retenta i, 12, 10 ligare capitibus iv, 6, 5 cornibus luctans v, 9, 1
Coronam rogare v, 7, 34
Corpus amissum iii, 11, 3 hostile i, 21, 8 inconveniens iii, 13, 6 nudum v, 8, 3 ruptum i, 24, 10 tantum corporis fecisti iii, 7, 5 vasti corporis cervus i, 5, 5 corpori dare otium iii, Prol. 13 corpus abdere ii, 6, 5 recipere lecto i, 18, 4 corporibus aptare iv, 14, 9 corpore humanam supra formam iv, 24, 23
Corrigitur error ii, Prol. 3
Corripere dente quem i, 2, 25
Correptum lacerare i, 1, 13
Corrodere ferum iv, 8, 7
Corrumpere cuncta iv, 12, 8 formam iii, 8, 15 gratiam iv, 24, 16 corrupti boves ii, 8, 21
Cortex dura ii, 6, 12
Corvi augurium iii, 18, 12 stupor i, 13, 12
Cothurni novi iv, 7, 5
Creare liberos i, 6, 9 regem i, 31, 3 creari masculum iii, 15, 11
Credo i, 10, 10
Credere capita cui i, 14, 15 accidisse iii, Prol. 24 statim iii, 10, 51 periculosum iii, 10, 1 credens collum gulæ i, 8, 8 creditum est iii, 10, 3 credendum virtuti v, 2, 13 illæ credentes i, 31, 10
Credulitas iii, 10, 33 stulta ii, 4, 26
Crepitare iii, 16, 18
Crepusculum iii, 7, 20
Crimen fortunæ ii, Epil. 19 falsum iii, 10, 18 criminis error iii, 10, 41 crimine furti arguere i, 10, 4 crimina delata iii, 10, 47
Criminari filium iii, 8, 10
Cruciari fame iv, 17, 30
Crudelis i, 2, 7
Crudelitas iii, 10, 33
Cruore tinctus panis ii, 3, 2
Crus ligatum v, 7, 26 crurum tenuitas i, 12, 6
Cruce pœnas persolvere iii, 5, 10
Cubiculum uxoris iii, 10, 30
Cubile i, 19, 9. iii, 2, 11 suis ii, 4, 12 vulpis iv, 19, 1
Culpæ præmium ii, 3, 6 proxima i, 10, 5 imponere pœnas iv, 17, 29 culpam luere iv, 11, 7 culpa mea i, 23, 8
Cultrix nemoris ii, 4, 3
Cultus iv, 5, 41
Culum olfacit iv, 17, 36
Cum i, 2, 1 cum venerit iv, 11, 8
Cuncta corrumpere iv, 12, 8 mea mecum sunt iv, 21, 14 vastans iii, 2, 14 cunctæ aves iii, 18, 3 cuncti v, 5, 5. iv, 13, 2 cunctas evocat i, 2, 3 cunctis patere ii, Epil. 3
Cunei v, 7, 35
Cuniculos agere iv, 19, 2
Cupere salvum quem ii, 8, 17 tradere iv, Prol. 6
Cupide advolare iii, 16, 17 cupidissime iv, 21, 22
Cupiditas divitiarum i, 27, 5
Cupidus carnis i, 25, 8 pretii iii, 12, 4 cupidis negare ii, Prol. 14
Cur i, 1, 5
Cura habendi iii, Prol. 21 mulierum ii, 2, 8 condit quid iv, 1, 18
Cura omnis ii, Prol. 8 curam eradere corde iii, Prol. 21 curam cura aggravare iii, 3, 13 impendere iii, Prol. 11 obtrectare ii, Epil. 10
Curabo sentiat v, 2, 6
Curatio venit ad sanitatem v, 7, 12
Curiosior iv, 21, 12

Digitized by Google

Currentes canes bibunt in Nilo i, 25, 3. fii, 6, 9 currere ad hariolos iii, 8, 6 necem ii, 8, 6
Cursus levis i, 12, 8 pelagius iv, 21, 7 volucer v, 8, 1
Custodire aurum i, 27, 7 thesaurus iv, 19, 4
Custos liminis iii, 7, 9
Cutem intendere i, 24, 6
Cybebes Galli iv, 1, 4 Cybebæ pinus ii, 17, 4

D.

Damnare consilium iv, Prol. 3 damnas quod non sumus v, 10, 9 damnata testimonio i, 17, 6
Damnum iii, 2, 16 corporis iii, 11, 3
Dapem dividere ii, 6, 15 largam præbere ii, 4, 24
Dardaniæ rex iii, Prol. 28
Dare accessum ii, 1, 10 assem cui iii, 5, 3 beneficium iii, 15, 12 causam iv, Prol. 9 consilium i, 9, 1. i, 25, 1 destinata singulis iv, 5, 27 mandata i, 2, 17. iv, 17, 20 operam Bathyllo v, 7, 5 ossa iii, 7, 22 otium corpori iii, Prol. 13 panem cui iii, 2, 18. iv, 17, 4 pœnas i, 13, 2 partem ii, 1, 3 veniam iv, 19, 6 veniam supplici i, 22, 5 verba cui iii, 3, 15 vitam iv, 24, 33 dare vina iv, 5, 35 uxores iii, 3, 17 tigillum, pro rege i, 2, 14 dare regem i, 2, 23 leto quem i, 22, 9. iii, 16, 18 post tergum peram iv, 10, 2 datur lusus iii, 14, 12 merces i, 17, 9 venia iii, Epil. 22. v, 3, 11 data occasio ii, 8, 9 datum iii, 18, 14 datæ partes iii, 18, 10 data possidere iv, 5, 10 dare malum i, 16, 2
De conspectu fugere i, 16, 6 flamma lucernam accendere iv, 11, 1 de lucerna iv, 11, 13 mensa iii, 7, 21 fenestra i, 13, 3 reliquis una i, 31, 13 tuo iv, 19, 26 de principatu decertare i, 30, 5
Debere i, 17, 7 debet assignari illi v, 2, 14 quicquid debui v, Prol. 2 debebat votum illi v, 4, 2 debetur gloria mihi iii, Prol. 61 pars modestiæ ii, 1, 8 debet dari iii, 14, 12. iii, Epil. 23 debebunt hoc ascribere sibi iv, 3, 6 commendari iv, Epil. 8 hoc debent agnoscere i, 22, 10 metuere i, 28, 1
Debilis annis senecta iv, 2, 21 senio iii, Epil. 16
Debitum flagitat mors iii, Epil. 19
Decedens iv, 5, 3
Decem debere dicit testis i, 17, 5
Decepta aviditas i, 4, 5 deceptus Corvi stupor i, 13, 12
Decernere quod patitur fides iii, Epil. 26
Decertare de principatu i, 30, 5
Decidunt pennæ i, 3, 5 in foveam iii, 2, 2 in puteum iv, 9, 3
Decipit frons multos iv, 1, 16 dolo i, 31, 6
Declarat quales sitis v, 5, 39
Decurrere vitam tristem iv, 1, 2 decurrit i, 1, 8 ad patrem iii, 8, 9
Decus patriæ iii, Prol. 55 solidum iv, 23, 24 corporis i, 13, 7
Dedecus naturæ i, 21, 11
Dedi alteri iv, 4, 13
Dedicans honori quid iii, Prol. 30
Deditus studio iv, 21, 19 dedita lanæ iv, 5, 43
Deductus in locum ii, 1, 5 deducta lis in forum iii, 13, 3
Deesse ii, 8, 23. iii, 11, 5 deest faber labori iii, Epil. 7 mihi iii, 15, 8 defuisse nocet v, 1, 8
Defectus annis i, 21, 3 pilis v, 6, 2 deficiunt loca turbam v, 5, 12
Deflectere a consuetudine iv, 13, 6
Deformis iv, 5, 41
Degere vitam i, 3, 2. i, 30, 6
Degravari onere iv, 21, 15
Degrunnire v, 5, 27
Dehinc i, 13, 5
Dejectus juvencus ii, 1, 1
Dein i, 19, 5. iii, 7, 3. iii, Epil. 4. v, 2, 5
Deinde i, 8, 3. i, 13, 5. iii, 5, 3. iii, 10, 20. iv, 2, 26. iv, 5, 16. iv, 19, 6
Delata crimina iii, 10, 47
Delectat varietas ii, Prol. 10 delectari bibere v, 3, 9
Delenire dolorem remediis iii, Prol. 44
Delibare oscula matronarum iv, 23, 7
Delibutus unguento v, 1, 12
Delicatus gressus v, 1, 13 hortulus iv, 5, 26
Delicium iv, 1, 8
Delictum fortunæ iii, 11, 6
Deligere quædam iii, Prol. 40
Delinquere iv, 10, 5
Delirum ridere iii, 14, 3
Deludit spes iii, 18, 15. v, 6, 7
Demens iv, 4, 11
Dementia i, 14, 14
Demetrius Phalereus v, 1, 1
Demittere caput in sinum v, 5, 16
Demissus penis i, 29, 7
Demonstrare versibus iii, 15, 18
Demum : id demum iii, 11, 7 nunc de-

Digitized by Google

mum i, 12, 13 tum demum i, 13, 12
Denique (in summa) iii, Prol. 42
Dens improbus iv, 8, 1 dentes avidi iv, 6, 9 cariosi v, 10, 5 fulminei i, 21, 5 dentibus rapere caseum i, 13, 11 dente lædere iv, 8, 6 appetere iv, 8, 1
Deorum pater i, 2, 13 genitor iii, 17, 10. iv, 17, 23
Dependentes cirri ii, 5, 13
Deperditus inopia i, 14, 1
Deplorare fata i, 9, 10
Deponere fœtum i, 19, 4 onus naturæ i, 18, 5
Deprensi v, 4, 10
Deprimere insontem iii, 10, 36 depressum corium in fluvio i, 20, 3
Depugnare v, 2, 7
Derepere ii, 4, 12
Deridere ii, 5, 17. iii, 18, 4 deriderí fabula quis potest iii, 6, 10 se iii, 18, 4 turpiter i, 25, 2 derisuri v, 5, 26 deridendus senex iii, 14, 4
Derisor iii, 14, 4
Derisui esse i, 11, 2 ad derisum duci v, 7, 3
Descende, amice iv, 9, 8
Describi iv, 8, 2
Deserere decus iii, Prol. 55 desertus viribus i, 21, 3
Desiderare pretium meriti i, 8, 1 plausum iv, Prol. 20 legere iii, Prol. 1 desiderari v, 7, 14
Desidere ramis ii, 4, 21
Desinere esse iii, Epil. 18 habere iv, 5, 11
Despicere i, 3, 12. i, 12, 14 despecti iii, 2, 1 despicit Tuscum mare ii, 5, 10
Destinare statuere iv, Prol. 1 destinata iv, 5, 27
Destituit animus te v, 10, 8
Destricta tunica ii, 5, 14 destringit eum contumelia i, 29, 2 destringere scripta iv, 7, 1
Detracta pellis iv, 1, 7
Deterritus respectu fabulæ v, 4, 7
Detritum collum iii, 7, 16 nomen v, Prol. 7
Devenire in locum iv, 9, 5
Devocare ad perniciem i, 20, 2. iii, 5, 1
Devoluta tonitrua v, 7, 23
Devorare quos i, 22, 7 vivos ii, 3, 5 devoratum os i, 8, 4
Devota vino iv, 5, 6
Deus (pro Jove) i, 2, 28 Dea (Juno) iii, 18, 5 Dii gratulantes iv, 12, 4 locuti v, 7, 24 Manes i, 27, 4 Deorum genitor iii, 17, 10. iv, 17, 22 pater i, 2, 13 Deum convictus iv, 23, 10 exta iv, 23, 4 flamma iv, 11, 12 ira iv, 11, 18 Diis iratis natus iv, 19, 15
Dextera fortis v, 2, 3
Dicere iii, 3, 2 causam iii, 17, 6 sententiam i, 10, 8 suum iii, 13, 2 verum i, 10, 2 audere dicere iii, Prol. 35 libere iv, 19, 14 dico tibi iv, 19, 18 Dixi iv, 21, 26. iv, 24, 2 dixit debere i, 17, 5 dixit Sinon iii, Prol. 27 habere v, 5, 9 dixerunt illi i, 24, 8 dici student i, 27, 2 cur hoc diceret i, 30, 4 dicet aliquis iii, Prol. 51 dic tamen iii, 7, 17 dixerim i, 14, 17 dicitur invitasse i, 26, 3 dicere sapiens iii, 17, 11 sibi v, 9, 5 dictas Phalereus v, 1, 1 dicta hora iv, 24 19 pecunia iv, 5, 46 dictum tempus iv, 11, 19 illis iv, 7, 25 falso iv, 7, 18 in se i, 22, 10 dicta obscœna iii, 11, 2 dictorum aliquid ii, Prol. 10 dicet, qui me noverit iii, 1, 7
Dies ascriptus iv, 11, 8 ludorum v, 7, 19 advenit i, 16, 7 mutatur iv, 16, 5 diei spatium ii, 8, 10 die toto ii, 4, 20 diebus interpositis iii, 2, 12
Difficile: nec est difficile iv, 17, 29
Difficulter contineri iii, Epil. 29
Diffluentes sudore multo iv, 24, 23
Dignitas iv, 15, 3 pristina i, 21, 1
Dignus malis iii, Prol. 43 memoria iv, Prol. 19 pœna v, 3, 13 memoriæ iv, 20, 3 præmium dignum iii, 5, 7
Dilatio temporis iii, Epil. 12
Diligens industria ii, Prol. 4
Diligenter intueri iv, 1, 14 diligentius servare iii, 10, 23
Diligere iii, 10, 9
Dimissus irate iv, 24, 14 male iv, 24, 18 dimittere cibum i, 4, 6 legatos iv, 17, 13 prædam v, 10, 6 dimitti veto iv, 17, 30
Diripere nummos ii, 7, 9
Discedens iv, 3, 3 discedere iv, 11, 3
Discere exemplis ii, 2, 2 prodesse iv, 18, 6 quam sis iv, 4, 8
Discernere notas iv, 23, 23
Dispellere tenebras iii, 10, 42
Dispersus rumor v, 5, 11
Disserere fabulas iv, Prol. 12
Dissidens ambitio iii, 10, 56 dissident potentes i, 30, 1 sententiis iii, 3, 12
Dissimulare iv, 20, 2
Dissolvere navem iv, 21, 10 dissolati mores i, 2, 12

Digitized by Google

Distribuere æqualiter iv, 5, 9
Distringit varietas iii, Epil. 3 (v. Destringere)
Diversum genus i, 30, 7
Dives v, 5, 4 et potens iii, 5, 6 onere ii, 7, 4 arca iv, 12, 2 aviditas ii, 1, 12
Dividere dapem ii, 6, 15
Divinabit quid omiserim iv, Prol. 5
Divinæ domus honor v, 7, 38
Divisum tergus ii, 1, 9
Divitiarum cupiditas i, 27, 5 divitias habere iv, 21, 1. v, 4, 9 rapere, ibid.
Diu iii, 14, 7
Diutius i, 2, 16
Divus Augustus iii, 10, 39 Divi iii, 17, 2
Docebo cur sit inventum iii, Prol. 34 docet argumentum v, 3, 11
Docilis solertia i, 28, 2
Doctus habet divitias in se iv, 21, 1 labor ii, Epil. 15. iii, Prol. 26 doctiorem emendare v, 9, 5
Documentum habere ii, 4, 26
Dolens venator v, 10, 6 injuria iv, 24, 17 dolet, qui fert iv, 18, 1 dolitarum amanti iii, 10, 16
Dolon iii, 6, 3
Dolor miscet vitam iv, 16, 10 dolorem delenire iii, Prol. 44 miscere i, 28, 10 dolore victus i, 8, 5 cum dolore exprimere vocem v, 5, 33 dolorem vindicare iii, 10, 28
Dolosa ii, 4, 17 Vulpis i, 13, 11
Dolus: dolum præmetuens i, 16, 4 dolo decipere i, 31, 6 doli irriti i, 23, 2
Domare feras iii, Prol. 58
Dominus ii, 5, 14. iii, 7, 22. iii, 19, 1 ovium iii, 3, 7 videt plurimum in rebus suis ii, 8, 20 domino præstare officium iii, 7, 8 satisfacere v, 10, 2
Domesticæ rei curam impendere iii, Prol. 11
Domus iv, 23, 20 Ætas iv, 7, 12 angusta iii, 9, 6 cornea ii, 6, 5 divina v, 7, 38 luxuriæ iv, 5, 44 polita iv, 5, 26 resonat apparatu iv, 24, 21 domus fama iii, 10, 17 domum abire iii, 2, 7 et iii, 19, 9 evertere iii, 10, 50 referri v, 7, 11 reversus iv, 14, 12 tueri iii, 7, 10 purgare alicui i, 22, 3
Donare iv, 5, 39 nectar cui iii, 16, 14 ulli iv, 19, 13
Donec ii, Epil. 19
Donatio certa ii, 5, 22
Dormire in cubiculo iii, 10, 22 non sinunt cantus iii, 16, 11
Dorso levare iv, 4, 4
Dos libelli i, Prol. 3
Dotes propriæ iii, 18, 13
Draco iv, 19, 3
Dubia res v, 2, 15 in dubium venire iii, 13, 7
Dubitare i, 14, 15
Ducere ævum solicitum i, 31, 7 alapam v, 3, 2 catulos i, 19, 7 duci ad derisum v, 7, 3
Dulcis liquor iv, 9, 6 benevolentia iii, 15, 16 caritas iii, 8, 13 libertas iii, 7, 1 mora iii, Prol. 59 dulce lucrum iii, Prol. 26
Dum aggeras iv, 19, 23 constabit sanitas iii, Epil. 35 nihil habemus majus iv, 1, 13 portem i, 15, 10 dum dolorem vindicet iii, 10, 28 dum loquitur i, 9, 6 dum procedunt iii, 7, 15 dum ferret i, 4, 2 dum quærunt, dum concursant iii, 10, 24 dum sese volutat iv, 4, 2 dum non possit imitari iv, Prol. 16 dum sunt aliquæ reliquiæ iii, Epil. 15 dum quæro iv, 4, 11 dum placo iv, 7, 4 dum manebit pretium literis iv, Epil. 6 volunt videri pares ii, 2, 6 non sint iv, 15, 10
Dummodo absolvat iii, 9, 4
Duæ dextræ tibiæ v, 7, 9 duæ laudes iv, 24, 13 partes iii, 13, 5 pernæ iv, 10, 1
Duo juvenes iv, 24, 22 Milites v, 2, 1
Duplex libelli dos i, Prol. 3
Durus pes i, 30, 10 dura cortex ii, 6, 12 miseria iv, 1, 3
Duratum cor ii, Epil. 18
Dux ii, 5, 23 duces murium iv, 6, 5

E.

E populo unus iii, 9, 5
Ebibere i, 30, 5
Ebrius error iv, 14, 13
Ecce iv, 1, 11 venit ecce iii, 5, 6
Edere fletus i, 9, 3 vocem i, 12, 12
Educatus stercore i, 27, 11
Effectu caret i, 20, 1 effectus impedire v, 8, 6
Efferre quid iv, 21, 16 in lucem ii, Epil. 16
Efficere iter brevius iii, 19, 6
Effigies Temporis v, 8, 7 effigiem suam videre in liquore i, 12, 4
Effodiens ossa humana canis i, 27, 3
Effugere laqueos, muscipula iv, 2, 28 necem i, 22, 2
Effugium reperire iv, 9, 2

Digitized by Google

Effundere sarcinam iii, 15, 6
Ego qui iii, 7, 6. iii, 12, 6 qui sum iii, Prol. 17 ego vero iii, 7, 11
Egregium exemplum ii, 1, 11 melos iv, 21, 2
Egressa e cavo iii, 16, 17
Eja in commune v, 6, 3
Elapsus semel v, 8, 3
Elegantia tegere, vel celare annos ii, 2, 4
Elevare quid vetustate iii, 10, 7 verbis iv, 3, 5
Eludere calumniam iii, Prol. 37 canes cursu i, 12, 9
Emendare doctiorem v, 9, 5 aliquem ii, 5, 5
Eminere cervice ii, 7, 4
Emittere ore caseum i, 13, 10
Emori sede arida i, 6, 8
Emunctæ naris senex iii, 3, 14
En iii, 11, 4
Enatare iv, 21, 14
Enim iii, Prol. 49
Enimvero ii, 5, 21
Enixa me mater iii, Prol. 17
Epota amphora iii, 1, 1
Eques iv, 4, 5. v, 7, 33
Equester ordo v, 7, 30
Equidem i, 1, 11. ii, Prol. 8. ii, 7, 11
Equus iv, 4, 1
Eradere curam habendi iii, Prol. 21
Ergo i, 15, 9. iv, 7, 21
Eripere conscientiam laudis ii, Epil. 11 periculo suos i, 28, 11 alii prædam i, 4, 4 pennas suas i, 3, 8 eripere quem contumeliis iv, 17, 3
Errare suspicione sua iii, Prol. 45 erras iii, 15, 12
Error criminis iii, 10, 41 mortalium ii, Prol. 3 ebrius iv, 14, 13 stultus v, 7, 30 turpis v, 5, 37
Errorem solvere iv, 5, 33
Eruere terram iv, 19, 1
Erumpere ii, 8, 9
Esca i, 28, 4 escam putare iv, 2, 24 quærere iii, 12, 2 scrutari iv, 17, 7 esca se replere ii, 4, 19
Esse non semper quod quid videtur iv, 1, 16 difficile iv, 17, 29 dementiæ magnæ i, 14, 14 tanti iii, Prol. 4 inutilis i, 2, 23 par cui i, 19, 10 alicui obvius i, 29, 11 paucis bono, malo v, 4, 12 derisui i, 11, 2 in numero iv, 24, 16 est animus abire iii, 7, 25 potare iii, 16, 13 licentia iii, 7, 25 mens mihi, notare iii, Prol. 49 est ita iii, 15, 9 erit ille notus iii, 10, 58 fuerat fragor subito iv, 17, 24 solitus iv, 4, 1
Esuriens i, 26, 6
Et facilis mihi vindicta (sc. dixit) i, 29, 10 Et dimisit, nec potuit i, 4, 6 et iv, 7, 26
Etiam i, 21, 2. ii, Prol. 15. ii, 8, 13. v, 1, 6 simplices etiam iii, 10, 54
Etiamsi i, 10, 2
Evadere necem iv, 6, 4 puteo iv, 9, 11
Evagata inde feles ii, 4, 18
Evellere capillos ii, 2, 10
Eventus tristis iv, 6, 11
Evertere contubernium fraude ii, 4, 5 domum iii, 10, 50 quercum ii, 4, 9
Eunuchus iii, 11, 1 Eunuchi, glabri iv, 5, 22
Evocare quem i, 2, 18. i, 11, 11
Eutychus iii, Prol. 2
Ex ara lucernam accendere iv, 11, 1 insidiis ii, 7, 7 populo nescio quis iii, 9, 5 pretio iv, 5, 47
Exaggerare opes iii, Prol. 25
Exarare librum iii, Prol. 29
Exaudiunt fabulæ v, Prol. 7
Excedit animus terminum iii, Epil. 28
Excipere fugientem i, 11, 6 excipit ferum sylva i, 12, 9 vices noctis spatium diei ii, 8, 10
Excitare quem iv, 24, 27 excitatur vigor v, 7, 15 excitatus latibulis ii, 8, 1
Excolere Deos iv, 11, 10
Excusatum me velim huic iii, Prol. 48
Excuti v, 5, 19
Executus hæc pluribus iii, 10, 59 ordinem iv, 20, 9
Exemplum i, 3, 3 egregium et laudabile ii, 1, 11 justum iv, 7, 20 exempli talis fabella v, Prol. 10 exemplum ascribere sibi iv, 3, 6 exponere iii, 10, 2 pati suum i, 26, 12 exemplis continere quem ii, Prol. 1 discere ii, 2, 2
Exercere imperium unguibus i, 31, 12 minas iii, 6, 11
Exercitus mustelarum iv, 6, 1
Exerit narratio, inveniri i, 12, 2
Exhibere decus iv, 23, 24 fidem vocis iii, Epil. 9 molestiam cui iv, 7, 24
Exigere ævum in tenebris iv, 19, 10
Exigua materia iv, 24, 7
Exire pastum ii, 4, 14
Existimo iii, 10, 46 rogare eum v, 7, 34 stultum iii, Epil. 20 vera v, 2, 9 existimatur locutus iv, 1, 19
Exitium fatale ii, Epil. 18 invenire i, 31, 2
Exitus noti i, 11, 9
Exorare tempus breve i, 19, 6
Exornare i, 3, 6 hominem veste iv, 21, 24
Expectare lanium iii, 15, 13 legatos iv, 17, 35

Digitized by Google

Expectatio maxima iv, 22, 2 facit silentium v, 5, 15
Expedire iv, 5, 14 rem i, 16, 2 expedi quid fecerim iii, 14, 5
Experiendi gratia i, 14, 6
Expers virtutis i, 11, 1
Expertus contumeliam i, 3, 15 sum v, 2, 12
Expetere i, 16, 2
Expiari iii, 3, 11
Expirans i, 21, 10
Explere famem fimo iv, 17, 5
Explicare iv, 11, 15 caudam iii, 18, 8 fugam iv, 7, 15
Exponere iv, 14, 4 breviter iii, 10, 2
Exploranda veritas iii, 10, 5 explorato rege i, 2, 18
Exprimere gemitum cui iv, 19, 22 vocem naturæ v, 5, 33
Exta Deum iv, 23, 4
Exterritus monstro iii, 3, 5
Extollere nautas hilaritate iv, 16, 7
Extrahere i, 8, 6. i, 20, 5
Extremum spiritum trahere i, 21, 4 extremum agmen v, 1, 14
Extricare nihil iv, 22, 4
Extundere frontem calcibus i, 21, 9
Exurit sol lacus i, 6, 7

F.

Fabella i, 2, 9. i, 5, 2. i, 26, 2. iv, 1, 20 mea iii, 3, 3 parva i, 15, 3 vera ii, 5, 6 talis exempli v, Prol. 10 admonet agere iii, 17, 13 discernit iv, 23, 22 fabellæ et fabulæ iv, 7, 22 per fabellas quæritur ii, Prol. 2
Faber deest labori iii, Epil. 7 fabri officina iv, 8, 3
Fabricare ratem iv, 7, 9
Fabula iii, 13, 16 admonet iv, 4, 12 significat ii, 8, 27 brevis i, 10, 3 fabulæ respectus v, 4, 7 fabula derideri iii, 6, 10 fabulæ fictæ i, Prol. 7 fabulæ et fabellæ iv, 7, 22 fictæ arte ii, Epil. 13 fugatæ v, Prol. 8 inventæ cur iii, Prol. 33 fabulis capi iv, Prol. 10
Fabulosa vetustas iii, 10, 7
Facere iv, 3, 5. v, Prol. 4 alicui iv, 7, 21 convicium iii, 16, 4 favos iii, 13, 1 hæredem iv, 5, 7. impetum i, 29, 9 lucrum i, 23, 8. iv, 19, 26 ludos v, 5, 4. v, 7, 16 medicinam i, 8, 9. i, 14, 2 melius v, 5, 24 moram iv, 24, 26 nidum ii, 4, 1 quod monitus sis iii, 5, 8 satis v, 10, 2 se Regem iv, 13, 4 corporis tantum iii, 7, 5 tympana iv, 1, 7 viam pro semita illius iii, Prol. 38 facere silentium v, 5, 15 utile iii, 17, 12 tibi v, 3, 4 facere quid alicujus causa i, 22, 4 quid coram pluribus ii, 3, 5 factus locuples iv, 21, 6 facit parentes bonitas iii, 15, 17 faciebat v, 5, 30 faciunt v, Prol. 4 fac me gratulari iii, Epil. 27 Facerem mehercule, nisi i, 25, 7 factus calvus ii, 2, 11 nobilis i, 14, 12 sophus periculo iv, 16, 8 facere aquam turbulentam i, 1, 5 quid sit faciendum ii, 6, 9 quid fecissent delicio iv, 1, 9 quis fecerit iii, 13, 14 quo facto v, 5, 9
Facies pulchra iii, 8, 3 serena iv, 16, 5 turpis iii, 4, 7 faciem vincere moribus iii, 8, 16 ad faciem serenam mutari iv, 16, 5
Facilis vindicta i, 29, 10 facile v, 3, 6. v, 7, 3 facile præsidium iv, 6, 13 facile impetrare i, 19, 5 opprimere ii, 4, 10 vesci ii, 6, 13
Facilius sustinere paupertatem iv, 21, 3 facilius comesse i, 20, 4
Facinoris causa iv, 18, 5 pœna iii, 10, 32 facinori prælucere iv, 11, 9
Factionum partes i, 2, 4
Fæx ili, 1, 2
Falerna fæx iii, 1, 2
Fallacia iii, 16, 10 ad fallaciam consilium vertere i, 31, 5
Fallere ignorantes v, 2, 11 ignotos i, 11, 2 fallit spes iii, 5, 9 multum i, 23, 6
Falsum crimen iii, 10, 18 testimonium i, 17, 6 falso dictum iv, 7, 18 falsæ laudes iv, 23, 23 falso nomine i, 14, 3
Fama domus iii, 10, 17 æterna iii, Prol. 53 famæ tradere iv, Prol. 6 famam acquirere strophis i, 14, 4 assequi iii, 9, 3 consequi iv, 13, 5
Famem explere fimo iv, 17, 5 fame coacta iv, 3, 1 consumtus i, 27, 8 cruciari iv, 17, 30 torquere quem i, 26, 9
Familia iii, 7, 22. iv, 21, 23 convocata ii, 8, 26 concursant iii, 10, 24 solus est familia iii, 19, 1
Farina se involvere iv, 2, 23 ut farina es iv, 2, 30
Fas est iv, 11, 13
Fascia nivea v, 7, 36
Fastidiose recipi iii, Prol. 23
Fastidire iii, 7, 23. iii, 16, 14 legere iv, 7, 2 pulmentarium iii, 7, 23
Fatale exitium ii, Epil. 18
Fateri esse dignum malis iii, Prol. 34

Digitized by Google

Fatigare cœlum perjurio iv, 19, 24
Fatum invidum v, 6, 5 fati miseria iv, 1, 3 arbitrium iii, 18, 10 fatorum dictum tempus iv, 11, 19 fata deploras i, 9, 10 fatis placet iv, 19, 13
Favere labori alicujus ii, Epil. 8 vetustis v, Prol. 8 favit voluntas v, 6, 5
Favor tenet mentes v, 5, 25 favore pravo labi v, 5, 1
Fautores gratulantur v, 7, 29
Favi forma iii, 13, 10 favos facere iii, 13, 1
Fauce i, 8, 4 fauce improba i, 1, 3
Fax ardens i, 28, 8
Feles ii, 4, 2 et 4 felis catuli ii, 4, 24
Felicitas submovet querelam ii, Epil. 14
Feliciter! succlamare v, 1, 4
Fenestra i, 13, 3
Feriæ aliquæ venient iii, Prol. 8
Ferre auxilium iv, 4, 3 malis iv, 18, 1 exitium corde durato ii, Epil. 18 bonum, malum i, 2, 29 nihil iv, 5, 16 præmium iv, 17, 32 cogi i, 21, 12 ferre carnem per flumen i, 4, 2 prædam i, 4, 4 ferre fiscos cum pecunia ii, 7, 2 saccos tumentes hordeo ii, 7, 3 graviter iv, 5, 31 indigne i, 21, 10. iii, 18, 1 ferri flatibus iv, 16, 6 ad fabellam v, Prol. 10 fertur locutus i, 27, 9 dixisse i, 10, 8 vulgo iii, 3, 2
Ferrum omne iv, 8, 7 ferro incumbere iii, 10, 33 ferrum condere v, 2, 10 ferro trusitare ii, 7, 8
Ferus iv, 4, 3. i, 12, 9 ferus (pro cervo) ii, 8, 14 (pro leone) i, 21, 8. ii, 1, 6 fera iii, 2, 15 feræ veloces v, 10, 1 feras domare cantu iii, Prol. 58 terrere i, 11, 5 ferarum Rex iv, 13, 4
Fessus est cæde i, 11, 11
Festinans iii, 19, 9 festinans abiit domum, ibid.
Fetus: vide Fœtus
Fictilis vulgi auctor iv, 14, 5
Fictum iv, 20, 5 ficti joci iii, Prol. 37 fictæ fabulæ i, Prol. 7 fictis causis opprimere quem i, 1, 15 fictæ arte fabulæ ii, Epil. 13
Fidelis societas i, 5, 1
Fides iii, Epil. 9 jurisjurandi iii, 10, 40 incorrupta iv, 13, 8 pacta iii, 13, 17 rara iii, 9, 1 fidem advocare iv, 5, 20 amittere i, 10, 2 exhibere vocis iii, Epil. 9
Fiduciam arripere v, 7, 2
Fieri solet iii, 9, 5 vidit v, 5, 22 fit turba v, 5, 25 fiet longior usus iii, Epil. 13
Filia turpissima iii, 8, 2 filiæ tres iv, 5, 3
Filius insignis pulchra facie iii, 8, 3 filius fortunæ iv, 12, 5
Fimus turpis iv, 17, 5
Fingere capillos ii, 2, 8 effigiem v, 8, 7 partes iv, 14, 8 finxit Æsopus iv, 16, 2
Finitur malum i, 18, 7
Firmiores catuli i, 19, 7
Fisci ii, 7, 2
Flagellum iii, 6, 6
Flagitare debitum iii, Epil. 19 præmium i, 8, 10 validius i, 19, 8
Flagitia mulieris iii, 10, 14
Flammis circumdare arborem i, 28, 9 flamma deum iv, 11, 12
Flatus tibicinis v, 7, 14 flatus secundi iv, 16, 6
Flebiles gemitus ciere i, 18, 3
Flere casus ii, 7, 10 servitutem i, 2, 6
Fletus graves edere i, 9, 3
Flexus noti ii, 5, 17
Florere legibus i, 2, 1
Flumen Nilus i, 25, 3
Fluvius i, 20, 3
Fodere cubile iv, 19, 1 terram ii, 4, 8
Fœcunda novies iii, Prol. 19
Fœdus icere i, 31, 8
Fœminæ (hircorum) iv, 15, 3
Fœtus canis i, 19, 4 fœtum ponere ii, 4, 3
Fons certus veritatis iii, 10, 43
Foras prodire ii, 4, 22 protrudi v, 7, 39 trudi v, 5, 35 vadere iv, 17, 12
Foret iii, 10, 13. v, 5, 10
Forma (Pavonis) iii, 18, 11 favi iii, 13, 10 data iii, 18, 11 humana iv, 24, 24 formam corrumpere iii, 8, 15
Formica iv, 23, 1
Formosus iii, 8, 6 grex i, 3, 7 formosa filia iv, 5 formosi sæpe pessimi iii, 4, 6
Fors iii, Prol. 51
Forsan ii, 4, 7
Fortasse iii, Prol. 8
Forte i, 2, 17. ii, 1, 4. iii, 8, 5. iii, Epil. 4. v, 6, 1. v, 7, 6 occurrere iii, 7, 3 viderat i, 7, 1
Fortis v, 10, 1 dextera v, 2, 3 re secunda v, 2, 15 forti viro invisæ opes iv, 12, 1 fortis i, 5, 8 fortes i, 31, 10 fortior iii, 7, 6
Fortiter tuentes iii, 10, 37 fortius assectam vicem præstare iii, Prol. 14
Fortitudo (hircorum) iv, 15, 6
Fortuna tota iv, 5, 8 aufert sensum i, 7, 4 tribuit honorem, ibid. Fortunæ

Digitized by Google

filius Plutus iv, 12, 5 vicem gemens v, 1, 6 fortunam pudet criminis ii, Epil. 19 ad fortunam offendere iv, 14, 6 de fortunis queri iv, 16, 1 fortunæ delictum iii, 11, 6
Fortuitum contubernium ii, 4, 4
Forum iii, 13, 3 per forum redire iii, 19, 6
Fovea iii, 2, 2. i, 17, 8 fovea sese liberare iii, 2, 10
Fovere sinu iv, 18, 3
Frœna spumantia iii, 6, 7 frœnos pati iv, 4, 9 frœnum solvere i, 2, 3
Frœnare impetum iv, 24, 7
Fragor iv, 17, 24
Frangere tibiam v, 7, 8 frangi iv, 14, 6
Frater, salve i, 29, 5 fratris artus iv, 7, 15 joci iii, 8, 7
Fraudare natos lacte iii, 15, 8 superos thure iv, 19, 19
Fraudatus iv, 24, 17
Fraudator i, 16, 1
Fraudis merces i, 17, 9 fraudem moliens iv, 9, 7 fraude turpi innotescere i, 10, 1 fraudibus impugnari iii, 10 53
Fraude evertere contubernium ii, 4, 5
Fremit rumor v, 7, 21
Frequentare aras iv, 23, 12
Freta Ægea iv, 7, 19
Frigora iv, 23, 19
Frivola aura v, 7, 1 insolentia iii, 6, 8
Frons: frondis parum ii, 8, 22 frondem affert bubulcus xviii, 11
Frons comosa v, 8, 2 prima decipit iv, 1, 17 frontis severitas iv, 7, 4 frontem extundere calcibus i, 21, 9
Fructus apum iii, 13, 15 olivæ iii, 17, 9 fructum capere iv, 5, 6 fructum capere ex labore iv, 19, 8 fructu honorem vendere iii, 17, 7
Frugi iv, 5, 5
Frui datis iv, 5, 10 gaudio iv, 14, 16 gloria iv, 15, 4 rebus iv, 23, 8 reliquiis i, 22, 6 diutius iii, Epil. 14 fruere quæ laudas iii, 7, 26
Frusta iii, 7, 22
Frustra i, 2, 25. i, 26, 10. iii, Epil. 17 gemere iii, Prol. 60
Frutice contegere quem i, 11, 4
Fuci recusant iii, 13, 17
Fugam explicare per iv, 7, 15
Fugare rostris i, 3, 9
Fugatæ fabulæ v, Prol. 8
Fugax v, 2, 15
Fugere iv, 6, 3 Milium i, 31, 3 mortem cujus iii, 9, 3 necem ii, 8, 2 viribus tantis v, 2, 12 metu i, 11, 15 de conspectu i, 16, 6 per campum i, 12, 8 fugit imprudentiam iv, 5, 48 fugientes excipere i, 11, 6
Fugitare i, 2, 26
Fulmen quassare iv, 17, 23
Fulminei dentes apri i, 21, 5
Fundare ædes iii, 9, 2
Funditus evellere ii, 2, 10
Funestum scelus iii, 10, 50
Funeri circumcidere impensam iv, 19, 25
Fur i, 6, 1. iv, 11, 1 nocturnus i, 23, 3 fures iii, 7, 10
Furens iii, 10, 25
Furfures iv, 17, 4
Furor pugnantium i, 30, 11
Furtim i, 2, 27
Furti crimen i, 10, 4
Fustes congerere iii, 2, 3 fustibus propulsi iv, 17, 12
Fusa aqua i, 14, 7
Futilis lingua v, 2, 10 futiles iv, 17, 33
Futurum i, 6, 9

G.

Galli Cybebes iv, 1, 4
Gallinaceus pullus iii, 12, 1
Garrulus iii, 19, 7 garrula iii, 16, 10
Gaudens pecore iv, 5, 43 gaudere parce iv, 16, 9 se contemtum ii, 7, 11 laudari i, 13, 1
Gaudens ferus ii, 8, 14
Gaudium donationis ii, 5, 22 gaudium hæredis avarus iv, 19, 18 pravum iv, 14, 16 et dolor miscet vitam iv, 16, 10
Gelu rigens iv, 18, 2
Gemere frustra iii, Prol. 60 gemens multum v, 7, 10 tacite v, 1, 6
Gemina sidera iv, 24, 9
Genitum exprimere iv, 19, 22 gemitus flebiles ciere i, 18, 3. iv, 22, 1
Gemmea cauda iii, 18, 8
Generosus impetus i, 29, 9
Genitor Deorum iii, 17, 10. iv, 17, 22
Gens Threissa iii, Prol. 56
Genus proprium i, 3, 10 fabularum iii, Prol. 33 jocorum iv, 7, 2 quæstus iv, 21, 6 Æsopi ii, Prol. 7 spectaculi v, 5, 9 spectatorum v, 7, 13 vitæ iii, Prol. 33 contemtum v, 3, 8 diversum i, 30, 7 inerme i, 31, 6 masculum iv, 14, 14 pavidum i, 2, 15 vetustum iv, Prol. 13 utrumque iii, 13, 4 generi tribuitur gloria ii, Epil. 4
Gerere multum decoris corpore i, 13, 7

Digitized by Google

Gignere iii, 15, 14
Glabri iv, 5, 22
Gladium stringere v, 2, 5 gladio transigere pectus iii, 10, 27
Gloria solennis iii, Prol. 61 stulta iii, 17, 12 vana iv, 15, 4 gloriæ auctoritas iv, 24, 10 gloriam jactare verbis i, 11, 1 tribuere virtuti ii, Epil. 4 quibus gloriam fortuna tribuit i, 7, 3
Gloriari alienis i, 3, 1 gloriantis fratris joci iii, 8, 7
Gloriosus iv, 23, 11
Graculus i, 3, 4
Gradus concitus iii, 2, 11 quietus, placidus ii, 7, 6
Græcia literata iii, Prol. 54 Græciæ quos opponat, habet Latium ii, Epil. 9
Graii iv, 7, 11
Granum congerere iv, 23, 16
Gratia par refertur iii, 2, 1 gratiæ subscribere iii, 10, 57 gratiam corrumpere iv, 24, 18 rependere ii, Prol. 12 in gratiam redire secum v, 3, 6
Gratias agere ii, 8, 15 gratia auctoritatis v, Prol. 3 consolandi iii, 18, 5. iv, 16, 2 experiendi i, 14, 6
Gratis anhelans ii, 5, 3
Gratulari judicio iii, Epil. 27 gratulantes Dii iv, 12, 4 fautores v, 7, 29
Gratus stultis i, 23, 1 gratum est i, 22, 5 gratior propter fructus iii, 17, 9
Gravati sarcinis ii, 7, 1
Gravis casus i, 21, 2 alapa v, 3, 2 contumelia i, 29, 2 vitiis pera iv, 10, 2 res iii, Prol. 51 grave onus insuëtis i, 2, 7 pondus ii, 6, 10 graves fletus i, 9, 3 gravi morbo confectus i, 14, 5 gravi casu concidit v, 7, 7
Graviter ferre iv, 5, 31
Gressus delicatus et languidus v, 1, 13
Grex Pavonum i, 3, 7 gregis principatus i, 30, 5 grex tener ii, 4, 14
Gruis i, 8, 7
Gubernator iv, 16, 8
Gulæ credere i, 8, 8
Gustare i, 26, 6
Gyrus similis iii, Epil. 25

H.

Habendi cura iii, Prol. 21 habere aliquid operis residui iii, Epil. 5 arcum tensum iii, 14, 10 divitias in se iv, 21, 1 majus nihil iv, 1, 13 oculos centum ii, 8, 18 filiam iii, 8, 2 signum iv, 6, 7 multum luctus i, 12, 15 pecora iii, 3, 4 quo se oblectent iii, Prol. 32 quos opponamus cui ii, Epil. 9 res iv, 5, 11 vocem i, 13, 8 habent insidias blanditiæ i, 19, 1 non cerebrum i, 7, 2 habere documentum ii, 4, 26 nihil iv, 23, 15 habent divitias v, 4, 9 genus spectaculi v, 5, 9 plus iii, 5, 4
Habitu suo vitam degere i, 3, 2
Habitu similis alicui iv, 15, 8
Hac re probatur i, 13, 13
Hærere in portis iv, 6, 8 vado iv, 9, 12 fauce Lupi i, 8, 4
Hæres proximus iii, 10, 12 hæredis gaudium iv, 19, 18 hæredem facere iv, 5, 7
Hariolus iii, 3, 1 currere ad hariolos iii, 3, 6
Haud iii, 2, 16
Haustus i, 1, 8
Hebrus iii, Prol. 59
Hercules iii, 17, 4. iv, 12, 3 sanctus v, 4, 1
Hercule i, 1, 12 me Hercules iii, 17, 8
Heu i, 30, 3
Heus i, 23, 5. ii, 5, 21. iii, 14, 6
Hic est Menander v, 1, 17 hac re iv, 10, 4 hoc (de margarita) iii, 12, 4 hoc quoque iv, 7, 17 hoc quo iii, Epil. 11 argumento ii, 7, 13 hæc inter ii, 8, 20 hoc locuti modo iv, 1, 9 hæc edidit rex i, 14, 13
Hic tum v, 10, 6 (pro, tum) i, 14, 5. ii, 8, 5 hic, illic iv, 7, 16
Hilare convivium iv, 24, 20
Hilaritate extollere iv, 16, 7
Hinc i, 2, 4. iv, 4, 3
Hippolytus iii, 10, 3
Hircus iv, 9, 12 hirci iv, 15, 2
Hispidus sus v, 10, 4
Historia iv, 6, 2
Hodie iv, 11, 12. iv, 24, 16
Homo ii, 5, 19. iv, 9, 1 unus iv, 5, 49 bilinguis ii, 4, 25 doctus iv, 21, 1 improbus i, 16, 1. i, 31, 1 malus i, 19, 1 meus v, 7, 32 perturbatus iv, 24, 27 homini accessum dare ii, 1, 10 homini capillos legere ii, 2, 7 homini nihil utilius, quam iv, 13, 1 hominis auxilium iv, 4, 4 contumelia iv, 17, 3 curam aggravare iii, 3, 13 hominis solertia iv, 5, 49 hominem non visum se sensit iii, 19, 11 quæro iii, 19, 9 exornavit iv, 21, 24 prosequuntur plausu v, 5, 21 hominum sator iii, 17, 10 tectum ii, 8, 7 vita iii, Prol. 50 mores, ibid. tenuitas ii, 7, 13 notæ iv, 23, 22
Homines cauti i, 25, 1 inter homines iv, 24, 1
Honor et gloria i, 7, 3 honos tributus

Digitized by Google

iv, 24, 2 honor divinæ domus v, 7, 38 honoris via patet ii, Epil. 3 honori tuo dedicans hoc iii, Prol. 30 honorem fructu vendere iii, 17, 7
Hora dicta iv, 24, 19 horæ momentum iii, Prol. 5 in horas singulas iii, 15, 13
Hordeum vile ii, 7, 9 hordei reliquiæ v, 4, 3 hordeo tumentes sacci ii, 7, 9
Horrendus impetus i, 11, 10
Horrida tempestas iv, 21, 9
Hortari i, 18, 4
Hortuli delicati, venusti iv, 5, 26. iv, 4, 34
Hospitium præstare cui tempore adverso ii, 8, 16
Hostia major iii, 3, 11
Hostile corpus i, 21, 8
Hostis i, 28, 10. iv, 4, 5 callidus iv, 2, 29 illis, qui me læserunt iii, 2, 19 hostium clamor i, 15, 5 ab hostibus capti iv, 6, 8
Humanitati se accommodare iii, 16, 1
Humanus sanguis v, 3, 9
Humanam supra formam iv, 24, 24
Humano capite iii, 3, 5
Humana ossa i, 27, 3
Humerus ii, 5, 12
Humiles nati i, 27, 2 laborant ubi potentes dissident i, 30, 1 humiles metuere i, 28, 1
Humus æstuans ii, 5, 16 humi jacere i, 18, 3
Hydrus i, 3, 24
Hyems : in Hyemem iv, 23, 16

I.

Jacens lupus in fovea i, 17, 8
Jacentis miserita est iii, 15, 15
Jacere humi i, 18, 3
Jaces iv, 2, 30 merito i, 27, 9 o quanta res iii, 12, 3
Jacens amphora iii, 1, 1 jacet confectus morbo i, 14, 5 leo spiritum extremum trahens i, 21, 4
Jacuit rupto corpore i, 24, 10
Jacent regna iv, 7, 13
Jactans basia v, 7, 28 frusta iii, 7, 22 gloriam i, 11, 1 meritum inane imprudentibus i, 22, 12 quod tegere debet pudor iv, 23, 14 se formosum iii, 8, 6
Jactare tintinnabulum ii, 7, 5
Jactitare officium ii, 5, 16
Jactis telis iv, 4, 5
Jam iii, Prol. 27. iii, 10, 10. iii, Epil. 18. v, 5, 25 jam nunc iv, 20, 6 jam curabo sentiat v, 2, 6 pridem v, Prol. 2
Janua iii, 10, 29 ad januam iv, 24, 30
Ibant ii, 7, 1
Ibi dum i, 12, 5 stans iii, 3, 14
Icere fœdus i, 31, 8 ictus i, 21, 6
Id demum homini turpe est, quod meruit pati iii, 11, 7
Idem ille iv, 24, 4
Ideo iv, 23, 15 nec ideo ii, 8, 11
Igitur i, 25, 5. i, 2, 27. ii, 7, 10
Ignavis jocus esse i, 21, 2
Ignavus sanguis i, 29, 11
Ignis noster iv, 11, 9 ignem quærere iii, 19, 3
Ignorans ipsum v, 1, 10 ignorantes fallere v, 2, 11
Ignotus locus i, 14, 2 ignotos fallere i, 11, 2 ignotum onus iii, 15, 5 ignotum canticum v, 7, 25
Ilium iii, 10, 4
Ille molestus iii, 19, 10 cinædus ille v, 1, 15 illa contra iv, 8, 5 ille insolens i, 11, 12 mœstus ille iv, 4, 10 ille stultus i, 13, 9 illius interesse iv, 24, 26
Illic iv, 7, 15 illuc abiturus iv, 19, 16
Illicere pretio quem i, 8, 6
Illidere corticem super scopulum ii, 6, 12
Illudens eques v, 7, 32
Illiteratus plausus iv, Prol. 20
Ima quercus ii, 4, 3
Imbres pati iii, 7, 12
Imitari dum non possit, obtrectet iv, Prol. 16 potentem i, 24, 1 vocem v, 5, 17 similius v, 5, 3
Immanes gemitus iv, 22, 1
Immiscere se gregi i, 3, 7
Immittere se in puteum iv, 9, 10
Immodicæ argutiæ offendunt iv, Epil. 3
Immolare verrem v, 4, 1
Immolari iv, 23, 4 dentibus iv, 6, 9
Impar duabus ii, 6, 8 virtute iv, 15, 17
Impedire v, 8, 6 cornibus impeditus i, 12, 10
Impendere curam rei domesticæ iii, Prol. 11 impensam circumcidere funeri iv, 19, 25
Imperium improbum v, 1, 2 exercere i, 31, 12
Impetrare aditum iv, 17, 21 barbam iv, 15, 1 veniam iii, Epil. 22 facile i, 19, 5
Impetus iræ iii, 10, 25 horrendus leonis i, 11, 10 generosus i, 29, 9 iratus iii, 2, 14 impetum frænare iv, 24, 7 impetu veloci fugere i, 16, 6 impetus tenere fluminis iii, Prol. 59 im-

Digitized by Google

petam cujus vindicare iv, 7, 20
Impingere lapidem cui iii, 5, 7
Implere amicis demum iii, 9, 7 implet rumor Athenas iv, 5, 13 impletur venter iii, 7, 24
Implicat error iii, 10, 41
Imponere clitellas i, 15, 8 peras iv, 10, 1 pœnas iv, 17, 29 imposuit canticum cui v, 7, 26
Importare luctum cui i, 28, 6
Improbitas aufert prædam i, 5, 11
Improbus i, 8, 1. iii, 11, 1. ii, 1, 4 dens iv, 8, 1 homo i, 31, 1. i, 16, 1 improba (mustela) i, 22, 9 improbum animal (musca) v, 3, 8 improba fauce i, 1, 3 improborum successus plures allicit ii, 3, 7 improbum imperium v, 1, 2 improbis prodesse iv, 18, 6
Imprudens audacia iii, 5, 9 imprudens peccat iii, 13, 8 imprudens decidit iii, 2, 2 imprudentes i, 22, 12
Imprudentia multorum iv, 5, 48
Imprudentiæ veniam dare iv, 19, 5
Impudens avis i, 3, 8
Impudentiæ quæstus i, 14, 18
Impugnari fraudibus iii, 10, 53
Impune abire i, 8, 3 lædi i, 21, 9. iv, 4, 13
Imputare beneficium cui i, 22, 8
In conspectum prodire v, 7, 22 fabellas transferre iii, Prol. 36 hyemem iv, 23, 16 hoc iv, Prol. 2 horas singulas iii, 15, 13 plausus consurrectum v, 7, 28 se dictum i, 22, 10 sublime tollere ii, 6, 4 conspectu venire v, 1, 15 numero esse iv, 24, 16 periculo esse ii, 4, 13 sylvis vita aspera iii, 7, 12 in vitam incumbere iii, Prol. 22 in cœtum recipi iii, Prol. 23 in foveam decidere iii, 2, 2 in puteum decidere iv, 9, 3 in chartas transferre iv, Prol. 18 in eundem locum venire iv, 9, 5 in quæstus iv, 1, 4 in perniciem iv, 7, 11
Inanis superbia i, 3, 4 inane meritum i, 22, 12
Incensus crimine iii, 10, 18
Incidere in Latronem v, 2, 1
Incipit ingredi v, 7, 17 narrare i, 6, 2 orare i, 28, 5
Incitatus i, 1, 4
Incola stagni i, 6, 6
Incolumis iv, 23, 20 Roma v, 7, 27 incolume caput i, 8, 12 incolumes nati i, 28, 12
Incommodum v, 3, 10
Inconveniens corpus iii, 13, 6
Incorrupta fides iv, 13, 8
Increpans Mulam iii, 6, 1
Incumbere ferro iii, 10, 33 in vitam iii, Prol. 22
Inde ii, 5, 17. iv, 14, 1
Indicare i, 15, 3
Indignari i, 24, 9. i, 29, 5. iv, 15; 2
Indigne ferre i, 21, 10. iii, 18, 1
Indignus locus iii, 12, 3 indignos adjuvare i, 8, 2
Inducere ad legendum iii, Prol. 62 verbis ii, 6, 14
Industria diligens ii, Prol. 4
Inedia consumti ii, 4, 23
Ineptum opus iv, 20, 7
Inerme genus i, 31, 6
Iners somnus iii, Prol. 55 inertes Fuci iii, 13, 2 fugitant i, 2, 26
Infelix i, 12, 13. ii, 8, 6. iv, 1, 1
Inferior i, 1, 3
Inferre causam jurgii i, 1, 4
Infesta cornua i, 21, 7
Inficere manus iv, 7, 16
Inflare pellem i, 24, 4 sese validius i, 24, 10
Infundere opus ceris iii, 13, 9
Ingemiscere i, 13, 12
Ingenium iii, Prol. 4. iv, Epil. 7 viri v, 1, 11 quantum valet i, 13, 13 sævum iv, 7, 14 ingenio condere famam iii, Prol. 53 ingenio statuam ponere ii, Epil. 1
Ingrata i, 8, 11
Ingravantes anni v, 10, 3
Ingredi v, 7, 17
Inhospitalis Pontus iv, 7, 10
Injecta illi cupiditas i, 27, 5
Initio i, 18, 7
Injuria vetus i, 21, 6 vindicanda iv, 17, 26 injuriæ addere contumeliam v, 3, 5 patiens i, 5, 3 injuria dolens iv, 24, 17 ab injuria tutæ i, 31, 9
Injusta nex i, 1, 13
Innocens i, 1, 15. iii, Epil. 23 fœmina iii, 10, 38
Innotescere fraude i, 10, 1
Innoxius viator ii, 1, 4
Inopia deperditus i, 14, 1
Inops, potentem dum vult imitari, perit i, 24, 1
Inquinare lignum contumelia i, 2, 21 inquinari sanguine i, 29, 11
Inquit i, 1, 5. iv, 8, 6. iv, 12, 7 inquis iii, Prol. 4
Inscia iv, 9, 3
Insectari iii, 11, 3
Insecuta nox iii, 2, 7
Inserere rostrum lagonæ i, 26, 8
Insidiæ hostis iv, 2, 29 insidias habent blanditiæ i, 19, 1 ex insidiis advolare ii, 7, 7

Digitized by Google

Insidiosus aper ii, 4, 9
Insignis pulchra facie iii, 8, 3 opera i, 11, 14
Insilire i, 2, 20
Insitivi liberi iii, 3, 10
Insolens i, 11, 12 fiducia v, 7, 2
Insolentia frivola iii, 6, 8 insolentiæ noxiorum iii, Epil. 31
Insons iii, 10, 36
Inspicere speculum iii, 8, 5
Instans nex i, 22, 1. ii, 8, 2 partus i, 18, 2 pernicies i, 30, 3
Instrumentum rusticum iv, 5, 24
Insuëtis onus grave i, 2, 8. insueta vox i, 11, 5
Insula iv, 21, 8
Insulsum iv, 7, 17
Insultare cui i, 21, 11
Integritas sincera iii, Epil. 30 integritatis testes iii, 11, 5
Intelligere i, 12, 13 causam iii, 14, 8 errorem v, 7, 30 me iii, 12, 8 quod iv, 1, 17 rem ii, 5, 19 pulchre iv, 20, 2
Intempestive iii, 19, 12
Intendere cutem i, 24, 6
Inter capellas iii, 15, 1 feras iv, 13, 7 aras morari iv, 23, 5 cædem ii, 7, 8 homines iv, 21, 1 lacrymas iv, 16, 4 manus sublatus v, 7, 10 quos inter v, 5, 8 inter hæc ii, 8, 20 inter reliquas merces pendere iii, 4, 2
Intercipere laudem iv, 12, 2
Interdicere ne iv, 11, 20
Interdiu iii, 7, 18. iii, 16, 5
Interesse illius, ne iv, 24, 26
Interficere i, 9, 7. iv, 4, 6
Interior angulus iv, 1, 18
Interponere quid ii, Prol. 9 nomen v, Prol. 1 sidera iv, 24, 9 interpositis diebus iii, 2, 12
Interpretari iv, 5, 32
Interrogare i, 24, 5. i, 30, 4. iii, 17, 6
Intervenire ii, 1, 2
Intima spelunca iv, 19, 3
Intrare ad præsepia v, 9, 2 januam iii, 10, 21 limen Musarum iii, Prol. 16
Intritus cibus i, 26, 7
Intueri nasnias iv, 1, 14
Intueri pugnam Taurorum i, 30, 2
Invenire iii, 12, 6. iv, 17, 8 carbonem v, 6, 6 thesaurum i, 27, 4 pectinem v, 6, 1 exitium i, 31, 2 pretium v, Prol. 5 ubi accenderet iii, 19, 4 opp. perficere iv, 20, 8 inveniri i, 12, 2 inveniuntur contrarii iv, 11, 17 formosi iii, 4, 6 inventuri mortuam iii, 2, 8 cur inventum sit fabularum genus iii, Prol. 33
Invicem ii, 2, 7. iii, 8, 9. iii, 7, 3
Invidia ii, Epil. 7 magna iii, 8, 10 mordax v, Prol. 9 invidia tangi i, 24, 3 invidiæ cedere iii, 9, 4
Invidum fatum v, 6, 5
Invisus iv, 23, 11 invisæ opes iv, 12, 1 invisa munera iv, 11, 6
Invitare cognatos iv, 24, 16 ad cœnam i, 26, 4. iv, 14, 10 præmio v, 5, 5
Invitum coëgit pati iv, 4, 9
Involvere ingenium iv, 7, 14 se farina iv, 2, 23
Inutilis i, 2, 23
Jocari ii, 5, 23. iii, 4, 3 fabulis i, Prol. 7
Joculare iv, 1, 12
Jocunditas tibiarum iv, 19, 21
Jocundus odor iii, 1, 3
Jocus esse alicui i, 21, 2 jocus narrantis ii, Prol. 5 gloriantis fratris iii, 8, 7 jocorum genus iv, 7, 2
Ipse dominus ii, 8, 20 dies v, 7, 19 Jupiter iv, 11, 16. v, 8, 4 ipso ab sermone iv, 21, 22 ipsa expectatio v, 5, 15 schola iii, Prol. 20 vita iii, Prol. 50 illud ipsum iv, Prol. 6 ipsi principes v, 1, 4 ipsum ignorans v, 1, 10
Ira Deum iv, 11, 18 furens iii, 10, 25 iram reprimere i, 29, 10
Iracundi iv, 4, 12
Irascaris nolo iv, 19, 14 irascitur iii, 8, 6
Irate dimissus iv, 24, 14
Iratus impetus iii, 2, 14 sonipes fero iv, 4, 3 iratis Diis natus iv, 19, 15
Ire, redire ii, 8, 12
Ire gravatum sarcinis ii, 7, 1
Irridens v, 3, 3 mala i, 9, 9
Irrigatus nectare venas iv, 14, 11
Irriti doli i, 23, 2
Ista munera iv, 11, 5 benignitas i, 23, 7
Ita sic ii, Prol. 12 ita iv, 5, 48. iv, 11, 12 est iii, 15, 9 ita nunc iv, 4, 9. iv, 17, 35
Itaque i, 27, 7
Iter brevius, longius iii, 19, 5 simulare ad villam iii, 10, 19
Iteratur canticum v, 7, 32
Itidem iii, 8, 3
Jubet me benignitas vigilare i, 23, 7 vocem premere i, 11, 12 excuti v, 5, 19 repeti v, 7, 31 occidi ii, 8, 26 combibere jussit i, 14, 9 poni v, 4, 3 adormire iii, 10, 22 ascribi iv, 17, 16

Digitized by Google

Judex iii, Prol. 42 sedit i, 10, 6 judices petunt adjuvari ab Augusto iii, 10, 89 judice Vespa iii, 13, 3 quales judices v, 5, 38
Judicare dignum memoria iv, Prol. 19
Judicat sententia iii, 10, 6 livor iv, 20, 1 judico dignum pœna v, 3, 13
Judicium iv, 17, 32 erroris v, 5, 2 sincerum iii, Prol. 63 judicio gratulari iii, Epil. 27
Jugulare v, 4, 6
Jugum temperare flagello iii, 6, 6
Jugum nemoris iv, 7, 6 Pierium iii, Prol. 17
Jumenta iv, 5, 24
Juno iii, 18, 1
Jupiter i, 6, 5. iii, 17, 6. iv, 10, 1. iv, 11, 1. v, 8, 4 magnus iv, 17, 13 pater Deorum i, 2, 13 summus iv, 19, 12 tonans iii, Prol. 18
Jurgium petulans iii, 11, 2 jurgii causam inferre alicui i, 1, 4
Jurisperiti iv, 5, 14
Jus neglectum iv, 5, 20 simile i, 26, 2 jura sancta iv, 13, 8
Jurisjurandi fides i, 8, 7. iii, 10, 40
Jussus parare iii, 19, 2
Justum exemplum iv, 7, 20 quanto justius iii, Epil. 28 tanto justius, quanto iv, Epil. 8
Juvant te fabellæ iv, 7, 22
Juvencus ii, 1, 1
Juvenis pulchra ii, 2, 5 juvenes duo iv, 24, 22

L.

Labare iv, 13, 9
Labi favore pravo v, 5, 1
Labor doctus ii, Epil. 15. iii, Prol. 26 deest fabro iii, Epil. 7 laboris quantum ii, 8, 24 labore mortuus iv, 1, 6 labori alicujus favere ii, Epil. 8 ex labore fructum capere iv, 19, 9
Laborare nihil iv, 23, 8 validius iii, 11, 4 laborant humiles i, 30, 1 laborare i, 22, 6
Lac iii, 15, 8
Lacerare i, 1, 13 morsibus i, 12, 11. ii, 3, 1
Lacessere quem iv, 23, 18
Lacrymæ vectorum iv, 16, 4
Lacus i, 6, 7
Lædendi mens v, 3, 7 lædere i, 26, 1. iii, 2, 19 dente iv, 8, 6 lasit locus i, 18, 1 læsura invicem iii, 8, 9 læsus vulnere ii, 7, 12
Lædi ii, 6, 6 impune i, 21, 9. iv, 4, 13
Lætari iii, Prol. 31 tulisse auxilium iv, 4, 7 lætare Roma v, 7, 27
Læta domus iv, 24, 21 viridia ii, 5, 14
Læva omnia iii, 18, 12
Lagona plena cibo i, 26, 8
Lambere collum i, 26, 10 otio i, 25, 6
Lanæ dedita iv, 5, 43
Languens ævum iii, Epil. 15 languere v, 10, 3
Languidus gressus v, 1, 13 languidæ vires iii, 2, 9
Lanifica iv, 5, 23
Laniger i, 1, 6
Lanius iii, 4, 3. iii, 15, 13
Lapidem impingere cui iii, 5, 2
Laqueos effugere iv, 2, 28
Large dividere ii, 6, 15
Largus cibus iii, 7, 14 larga dapes ii, 4, 24
Lassare se pondere ii, 6, 10
Late spargere iii, 1, 3
Latere mersum limo i, 2, 16
Latens ii, 8, 5. v, 5, 21 latet plebs iv, 6, 13
Latibula nemorosa ii, 8, 1 secreta i, 30, 9
Latior Bove i, 24, 5
Latinæ literæ iv, Epil. 6
Latium ii, Epil. 8
Latrans senex canis v, 10, 7
Latrare pro re domini i, 23, 6
Latro i, 1, 4 occisus v, 2, 4 Latrones advolant ii, 7, 7 in Latronem incidere v, 2, 1
Lavatio argentea iv, 5, 22
Laudabile exemplum ii, 1, 11
Laudare opus iv, 20, 7 quod fuimus v, 10, 9 quæ laudas, fruere iii, 7, 26 laudari verbis subdolis i, 13, 1 vocem cognovit iii, 16, 16 cornua i, 12, 5 quæ laudamus, sæpe multum lædere habent i, 12, 15 laudatis utiliora i, 12, 1
Laurea placet Phœbo iii, 17, 3
Laus multa iii, Prol. 22 victorum iv, 21, 5. iv, 24, 5 parta iv, Prol. 17 vera iv, 12, 2 laudes duæ iv, 24, 13 falsæ iv, 23, 23 laudis conscientia ii, Epil. 11 laudis certamina v, 5, 7 laudibus onerare v, 5, 20 se conferre iv, 23, 3
Laxare arcum iii, 14, 11
Lector ii, Prol. 11 Cato iv, 7, 21
Lecto recipere corpus i, 18, 4 ad lectum vadere iii, 10, 26
Leda iv, 24, 9

Digitized by Google

Legati canum iv, 17, 1 legatos expectare iv, 17, 35 dimittere iv, 17, 38
Legere comœdias v, 1, 10 genus jocorum iv, 7, 2 libellos iii, Prol. 1 sententiam iii, Epil. 33 versus iv, 21, 20 arbores iii, 17, 2 capillos ii, 2, 7 viles nænias iii, Prol. 11 ad legendum inducere iii, Prol. 62
Lentus i, 15, 7 lentum flagellum iii, 6, 6
Leo i, 5, 4. i, 11, 3. i, 21, 4. ii, 1, 1. iv, 13, 4
Lepidum genus v, 7, 13
Lepus i, 9, 4
Leto dare i, 22, 9. iii, 16, 13
Levare dorso quem iv, 4, 4
Levis cursus i, 12, 8 risus i, 29, 1 leve ludere iv, 1, 12
Levitas iv, Prol. 8 stulta v, 7, 3
Lex: legem proponere iii, 13, 5 legibus obsistere iii, 15, 19 leges æquæ i, 2, 1
Libellus iv, Prol. 14 libellum sustinere iv, 7, 3 libelli Phædri iii, Prol. 1 libelli dos i, Prol. 3
Libeat i, 3, 1 cum libitum est concipere iii, 15, 4 si libuerit ii, Prol. 9
Libenter i, 13, 1. v, 4, 5
Liber: librum exarare iii, Prol. 29
Liber (Bacchus) iv, 14, 10 mihi sum iii, 7, 27 animus iii, Prol. 3 liberæ paludes i, 2, 10
Liberalis repente stultis gratus est i, 23, 1
Liberi insitivi iii, 3, 10 liberos creare i, 6, 9
Liberare sese fovea saltu iii, 2, 10
Libere dicere iv, 19, 14
Libertas dulcis iii, 7, 1 procax i, 2, 2
Libertus iii, 10, 44
Libido iv, 14, 16
Libitina iv, 19, 26
Licet obtrectet dum iv, Prol. 16 dissimulet tamen iv, 20, 2
Licentia poëtæ iv, 24, 8 solvit frænum i, 2, 3 licentia est iii, 7, 25
Ligare cornua capitibus iv, 6, 5 crus fascia v, 7, 36
Ligneus alveolus ii, 5, 15
Lignum i, 2, 20
Lima iv, 8, 5
Limare mendacium iii, 10, 49
Limen Musarum iii, Prol. 16 liminis custos Canis iii, 7, 9
Limus i, 2, 16
Lingua iv, 14, 1 futilis v, 2, 10 linguam præcludere i, 23, 5
Linquere hærentem vado iv, 9, 12
Linteum Pelusium ii, 5, 12
Linus iii, Prol. 57
Liquida sorbitio i, 26, 4
Liquor i, 1, 8 dulcis iv, 9, 6 in liquore vidit effigiem i, 12, 4
Lis deducta ad forum iii, 13, 3 orta iv, 4, 1
Literæ iv, 7, 23 Latinæ iv, Epil. 6 valent iv, 24, 1 literarum studium iv, 21, 19
Literata Græcia iii, Prol. 54
Litigare cum aliquo iii, 11, 1
Livor ii, Epil. 10. iv, 20, 1 abesto hinc iii, Prol. 60
Locare nomen i, 16, 1
Locuples i, 27, 2. iv, 21, 6
Locus ii, 1, 5. iv, 9, 5 ignotus i, 14, 2 indignus iii, 12, 3 obscurus iv, 2, 23 est auxilio iii, Epil. 16 locum recolere i, 18, 1 loco mercedis iv, 24, 33 tuta i, 28, 7 cedere i, 19, 10 concipere malum, finire i, 18, 6 loca deficiunt v, 5, 12 locum complere timore ii, 4, 16 reposcere i, 19, 5
Locutus i, 27, 9. v, 7, 24. v, 4, 4 existimor iv, 1, 19 hoc modo iv, 1, 9 sic i, 5, 6. i, 26, 11
Longe vetustior iv, 7, 18 ab illis i, 30, 6 longe inferior i, 1, 3 fortior iii, 7, 6
Longitudo colli i, 8, 8
Longus: longa memoria iv, Prol. 19 longum tempus iv, 5, 18 longior usus iii, Epil. 13 longius iter ili, 19, 5
Loqui iv, Epil. 1 sic iv, 4, 6 recte iv, 13, 1 hoc modo iv, 1, 9 sine mercede iv, 1, 19
Loquuntur arbores i, Prol. 6
Lora continere iii, 6, 7
Lucerna allata iii, 10, 29 lucernam accendere iii, 19, 4 de flamma Deum, nefas iv, 11, 12 ex ara iv, 11, 1
Lucrum v, 6, 3 dulce iii, Prol. 26 periculosum v, 4, 8 facere i, 23, 8. iv, 19, 26 lucro corrumpit cuncta Plutus iv, 12, 8
Luctans cornibus v, 9, 1
Luctus quantum i, 12, 15 luctum importare cui i, 28, 6
Lucullus ii, 5, 9
Ludere calamo iv, 1, 13 nucibus iii, 14, 1 pueriliter iii, 8, 5 ludorum dies v, 7, 19 ludos facturus v, 5, 4. v, 7, 16
Ludus animo debet aliquando dari iii, 14, 12
Luere culpam spiritu iv, 11, 7 pœnas i, 17, 1. iii, 10, 44
Luget domus iv, 7, 12

Digitized by Google

Lumen iii, 10, 24 luminis commercium iv, 11, 11 ad lumen compilare iv, 11, 2 cum lumine quid tu iii, 19, 8
Lupus i, 1, 1. i, 8, 4. i, 10, 4. i, 16, 4 i, 17, 4. iii, 7, 2
Luscinius iii, 18, 11
Lustrare domos iii, 19, 3
Lux: in lucem efferre ii, Epil. 16 luce iii, 7, 19
Luxuriæ domus iv, 5, 44
Luxus iv, 5, 27
Lympharum speculum i, 4, 3

M.

Macerare quem iv, 19, 21
Macie confectus iii, 7, 2
Magis accensa iii, 16, 8 ridicule, quam vere iii, 4, 5
Magistra ii, 6, 15
Magnitudo iii, 18, 6 principum iv, 6, 12 magnitudinis invidia i, 24, 3
Magnus apparatus iv, 24, 21 clamor i, 2, 11 Jupiter iv, 17, 10 risus v, 7, 31 magnæ opes ii, 7, 14. iii, Prol. 24 magnum beneficium iii, 15, 12 periculum ii, 4, 18. ii, 8, 19 magna minari iv, 22, 4 magna invidia iii, 8, 10 magno dolore victus i, 8, 5 major hostia iii, 3, 11 molestia iv, 7, 24 nisus i, 24, 7 turba major v, 4, 11. v, 5, 25 cura major iii, 3, 13 majus incommodum v, 3, 10 nihil majus iv, 1, 13 majoris venire ii, 5, 25 quis major i, 24, 8 majus malum i, 2, 31 majus pretium v, Prol. 5
Majestas Ducis ii, 5, 23
Male dimissus iv, 24, 18 mulcatus i, 3, 9
Maledicere cui i, 1, 12
Maleficii pœna i, 17, 1
Maleficus iv, 11, 20 canis ii, 3, 2 consiliator ii, 6, 2
Maligna suspicio iii, 10, 36
Malignitas iv, Prol. 15
Malitia scelesta ii, 4, 5
Maluisset perdere v, 7, 9
Malus homo i, 19, 1 Sutor i, 14, 1 malum extrahere i, 8, 6 alterius iv, 9, 2 concinnare ii, 4, 25 concipitur i, 18, 7 perferre i, 2, 30 finiri i, 18, 7 malo afficietur i, 5, 10 esse v, 4, 12 malorum munera iv, 11, 5 malis amicus iv, 12, 7 mala nequitiæ iii, 8, 15 malum dare i, 16, 2 mala videre iv, 10, 4 malis auxilium ferre iv, 18, 1 malis se dignum fateri iii, Prol. 43 mali causa iii, 10, 44 majus ne veniat malum i, 2, 31 mala irridere i, 9, 9
Mandare servulo iv, 24, 24
Mandata dare i, 3, 27. iv, 17, 20
Manes Dii i, 27, 4
Manet sensus patri iv, 5, 20 pretium literis iv, Epil. 6
Manifesta res v, 5, 3
Manus nostra iv, 20, 8 manum osculari v, 1, 5 manu Luculli ii, 5, 9 manus inficere iv, 7, 16 inter manus v, 7, 10 manibus tangi iii, Prol. 6
Mare medium iv, 21, 10 Siculum, Tuscum ii, 5, 10
Margarita iii, 12, 2
Margo altior iv, 9, 4
Maritus iii, 19, 9
Marmor novum v, Prol. 6
Mas: mares molles iv, 14, 3
Masculina membra iv, 14, 15
Masculus iii, 15, 11 masculum genus iv, 14, 14
Mater i, 28, 5. iii, 10, 22. iv, 5, 7 enixa iii, Prol. 17 tua iii, 15, 2 sedula iv, 5, 13 servans ætatem nati iii, 10, 23 matris cathedra iii, 8, 4
Materia, quam Æsopus reperit i, Prol. 1 exigua iv, 24, 7 materiæ copia iii, Epil. 6 satis iv, Prol. 2
Matronarum oscula iv, 23, 13
Matura iv, 3, 4 maturus iii, 19, 2
Maxime contrarii iv, 11, 17 maximus genitor iv, 17, 22 plausus v, 5, 22 admirator iv, 21, 21 maxima expectatio iv, 22, 2 maxima fames iv, 17, 5 maxime dolere iii, 10, 15
Mecum ii, 5, 25. v, 3, 6 sant mea iv, 21, 27
Medea iv, 7, 13
Medicinam facere i, 8, 9. i, 14, 2
Medicus nobilis i, 14, 12
Medica ars i, 14, 11
Medio sole iii, 19, 8 media ætas ii, 2, 3 quercus ii, 4, 2 turba iv, 5, 29 via iii, 14, 5 medium mare iv, 21, 10
Mehercule i, 25, 7. iii, 5, 4. iii, 17, 8. v, 5, 22
Melior vita iv, 17, 2 ad cogitandum redit iii, 14, 13 meliores carpere ii, Epil. 17 melius facturum v, 5, 24 deponere i, 18, 5
Mellis sapor iii, 13, 10
Melos egregium iv, 21, 2 luscinii iii, 18, 2
Memini iii, 2, 17 quibus ludis v, 7, 6 pulchre iii, Epil. 35 meminerit i, Prol. 7
Memoria longa iv, Prol. 19 memoriæ tradere iv, 24, 3 memoriæ dignum iv, 20, 3 mea factum iii, 10, 8
Menander scriptor v, 1, 17 nobilis comœdiis v, 1, 9

Digitized by Google

Mendaces i, 17, 1
Mendacium limare iii, 10, 48
Mens lædendi v, 3, 7 cæca iv, 19, 17 rara iv, 1, 17 mihi est iii, Prol. 49 mentes tenet favor v, 5, 25
Mensa iii, 7, 21
Menses iii, 15, 5 acti i, 18, 2 transeunt v, 7, 11
Mentiri i, 29, 6 multa iii, 10, 13
Merces fraudis i, 17, 9 accepta iv, 21, 5 mercedis loco iv, 24, 33 pars iv, 24, 11 mercedem postulare i, 8, 12 sine mercede iv, 1, 19
Mercurius i, 2, 27. iv, 17, 9
Merdæ iv, 17, 25
Merere pati iii, 11, 7
Mergere specu quos iv, 6, 10 mersum i, 2, 16
Meritum inane i, 22, 12 meriti pretium i, 8, 1 merito diceris iii, 17, 11 jaces i, 27, 9 plectimur i, 31, 13 meritis tuis dedicans iii, Prol. 30 capi iii, 15, 19 merito derideri iii, 6, 10 venire in dubium iii, 13, 7 invisus iv, 12, 1 merito omittit i, 4, 1
Merx iii, 4, 2
Metuere humiles i, 28, 1 ruinam ii, 4, 21
Metus mortis iv, 16, 4 præcludit vocem i, 2, 26 metu fugere i, 11, 15
Meus homo v, 7, 32 mea causa si faceres i, 22, 4 culpa i, 23, 8 cuncta mecum sunt iv, 21, 14
Mihi prodesse iii, 12, 7 mihi donavit iii, 16, 13 visum est iv, 23, 6 promitte iv, 24, 16 supersunt iii, Epil. 1. iv, Epil. 1
Milites (mures) iv, 6, 7 Milites duo v, 2, 1
Milvus vel Miliüus i, 31, 3
Minas exercere iii, 6, 11
Minari magna iv, 22, 4
Minerva admirans iii, 17, 5
Minime confido i, 18, 6 puto iii, 10, 52
Minos iv, 7, 19
Minus muneris iii, Epil. 11 arridet iv, 20, 4
Minuta plebes iv, 6, 13
Miraculum novum i, 11, 8
Mirans i, 12, 5 mirati non revertier iv, 17, 14
Miscere dolorem i, 28, 10 civitatem i, 2, 2 toxicum antidoto i, 14, 8 miscet vitam dolor et gaudium iv, 16, 10
Misenensis villa ii, 5, 8
Miser spiritus iv, 19, 17 misera i, 28, 6 miseræ i, 6, 8 mihi ii, 4, 7
Miseranda iii, 10, 46
Miseria fati iv, 1, 3
Misericordia proclivis iii, Epil. 21
Misericors contra se iv, 18, 3
Miserita jacentis iii, 15, 15 miseriti perituræ iii, 2, 4
Missum aulæum v, 7, 23 mittere hydrum i, 2, 24 Legatos iv, 17, 1 panem ii, 3, 2. iii, 2, 6 Cani i, 23, 3 vocem iii, 18, 4. iv, 11, 4
Mixtus odor cum merdis iv, 17, 25
Mnemosyne iii, Prol. 18
Modestiæ debetur pars ii, 1, 8
Modestis offerre, quod ii, Prol. 15
Modius tritici i, 16, 3
Modo i, 9, 9. i, 17, 4. i, 20, 1. iv, 20, 1. v, 2, 8 vos parcite ii, 8, 8
Modus nullus i, 26, 5 similis i, 24, 7 talis iv, 5, 9 modis variis involvens iv, 7, 14 hoc modo iv, 1, 9
Mœcha iv, 5, 39
Mœrens i, 3, 10. iii, 3, 6. iv, 15, 2
Mœstus iv, 4, 10
Molestiam exhibere iv, 7, 24
Molestus ille iii, 19, 10 literis iv, 7, 23 videtur iii, Epil. 2 molesta sibi natio ii, 5, 4 molesti mures i, 22, 3 Poëtæ iv, Epil. 9
Moliens fraudem iv, 9, 7
Molles mares iv, 14, 3
Momentum horæ iii, Prol. 5
Monere vitam consilio i, Prol. 4 præcepto iii, 8, 1 monent versus i, 19, 2 monet argumentum iv, 15, 7
Monitus iii, 5, 8 monitis parere ii, 6 14
Mons summus ii, 5, 9 parturit iv, 22, 1
Monstrare iii, 5, 5 quid sit ii, 6, 9 quo pacto v, 9, 3
Monstro exterritus iii, 3, 5
Mora dulcis iii, Prol. 59 temporis iv, 5, 18 impedit effectus v, 8, 6 moram facere iv, 24, 26 sine mora v, 7, 22
Morari inter aras iv, 23, 5
Morbo gravi confectus i, 14, 5
Mordax invidia v, Prol. 9 mordacior iv, 8, 1
Mordere caput v, 3, 1 Limam iv, 8, 5
Mori cogere iv, 23, 19 mori bis i, 21, 12 moriens i, 12, 12
Mors Socratis iii, 9, 3 professa iv, 7, 8 vicina iii, Epil. 19 mortis metus iv, 16, 4 periculum i, 28, 11 solatium i, 9, 8 timor i, 14, 10 morti propior iii, Epil. 10 morte ulcisci v, 3, 4 post mortem iv, 1, 10
Morsus canis ii, 3, 1 sævus i, 12, 11

Digitized by Google

Mortales i, 20, 2 solent labi favore pravo v, 5, 1 mortalium ambitio ili, 10, 56 error ii, Prol. 3
Mortuus labore et plagis iv, 1, 6 mortuo congeruntur plagæ iv, 1, 11 mortua tribuit, quod viva negarat iii, 16, 19 mortuum quem invenire iii, 2, 8
Mos spectatorum v, 7, 13 vulgi v, 1, 3 translatitius v, 7, 24 ut moris iv, 24, 8 mores dissolutos compescere i, 2, 12 hominum iii, Prol. 50 moribus suis alienum iv, 5, 40 vincere faciem iii, 8, 16 servare ii, Prol. 8
Motu sonoque i, 2, 15
Movere plausus v, 5, 28 risum i, Prol. 3 saxa cantu iii, Prol. 58 moveri verbis iii, 6, 4
Mox i, 21, 7. iv, 1, 6. iv, 14, 9
Mula iii, 6, 1
Mulcatus male i, 3, 9
Mulctare aliquem simili jure i, 26, 2
Muliebris mundus iv, 5, 21
Mulier iii, 10, 14 casta, ibid. parturiens i, 18, 2 non rudis ii, 2, 3 mulierum cura fingi ii, 2, 8 mulierem postulant iii, 10, 34 mulieris lingua iv, 14, 1
Multus sudor iv, 24, 23 multum nectar iv, 14, 11 multum exploranda veritas iii, 10, 5 falli i, 23, 6 gemens v, 7, 10 multum hordeum ii, 7, 8 multo majoris ii, 5, 25 similius v, 5, 34 validius iii, 16, 6 multi iii, 5, 1 et pauci v, 4, 12 multi; rarus iv, 1, 17 multi, unus iv, 5, 48 multa laus iii, Prol. 22 multæ laudes v, 5, 20 res iii, Epil. 3 multa agendo nihil agens ii, 5, 3 mentitus iii, 10, 13 supersunt iv, Epil. 1 quid multa ii, 4, 23. iii, 3, 12 multo potior iii, 12, 6
Muli duo ii, 7, 1
Mundus muliebris iv, 5, 21
Munus iv, 15, 5 naturæ ii, 6, 16 munera malorum iv, 11, 5 minus muneris ili, Epil. 11
Munitus satis ii, 6, 1
Murus: circa murum iv, 23, 17
Mus iv, 22, 3 mures molesti i, 22, 3 veloces iv, 2, 22 victi iv, 6, 1 mus retortidus iv, 2, 27
Musa iii, Prol. 57 Musarum limen iii, Prol. 16
Musca iii, 6, 1. iv, 23, 1. v, 3, 1
Muscipulum effugere iv, 2, 28
Musicus sonus iv, 19, 20
Mustela i, 22, 1. iv, 1, 20. iv, 2, 1. iv, 6, 1
Mutant pauperes nil i, 15, 2 mutare propositum et vitæ genus iii, Prol. 15 mutari ad faciem serenam iv, 16, 5 mutatus statim v, 1, 17
Mutire palam iii, Epil. 34
Mutus: muta species iii, 18, 9
Myron v, Prol. 7
Myrtus Veneri placet iii, 17, 3

N.

Nam iv, 4, 8. v, 3, 12 Namque i, 23, 7. iii, 5, 10. iii, 6, 9. iii, 10, 45. iii, 19, 6. iv, 7, 12. iv, 18, 4
Nancisci cavernam ii, 4, 2
Naris emunctæ senex iii, 3, 14 naribus scrutari iv, 17, 7 trahere odorem iii, 1, 4
Narrantis jocus ii, Prol. 5 narrare iii, 10, 8 incipit i, 6, 2 hoc illis iii, 12, 8 narrabit quisque quod voluerit iii, 17, 8 narrata res iv, 24, 31
Narratio assignatur cui v, 2, 14 exerit i, 12, 2
Narratione quid posteris tradere iv, 5, 2
Nasci i, 1, 11 nigrum, album iii, 15, 10
Nasutus iv, 7, 1
Natalis dies iii, 15, 12
Natans i, 4, 2
Natio ardelionum ii, 5, 1
Naturæ vox v, 5, 33 sinistra ii, Epil. 16 dat i, 3, 14 non dat verba cui iii, 3, 15 naturæ dedecus i, 21, 11, munus ii, 6, 16 onus i, 18, 5 partes iv, 14, 7
Natus iii, 10, 22. iv, 21, 8 infelix est iv, 1, 1 Diis iratis iv, 19, 15 humilis natus i, 27, 2 antequam tu natus es v, 9, 4 vir natus iii, 8, 12 nati i, 24, 4. ii, 4, 13 incolumes i, 28, 12 nata Jovis Minerva iii, 17, 11 natus in ipsa pæne schola iii, Prol. 20 natos fraudare lacte iii, 15, 8 nato orba iii, 10, 45
Naufragi iv, 21, 18
Nautæ iv, 16, 7
Navis vexata tempestatibus iv, 16, 3 navem ascendere iv, 21, 9
Nauseare stultitia iv, 7, 25
Ne ii, 3, 5. iv, 11, 9 non iv, 17, 18 ne possent capi i, 15, 6
Neapolis ii, 5, 7
Nec tibi, nec mihi iii, 12, 7 opinans v, 7, 8 opinus i, 9, 6 ulli iv, 24, 30 nec tibi, nec ulli iv, 19, 12 nec fabellæ, nec fabulæ iv, 7, 22 unquam iv, 7, 6 nec ideo ii, 8, 11 nec ille quicquam

Digitized by Google

ii, 8, 14 nec aliud quicquam quæritur quam ii, Prol. 2 nec quicquam possunt, nisi ii, Epil. 17
Necare animal v, 3, 10 pastores iii, 2, 13 necuit hominem iv, 18, 4
Necessitas non facit parentes iii, 15, 17
Nectar iii, 16, 13 multum iv, 14, 11
Negare i, 15, 9. i, 24, 6. i, 29, 7 quod iii, 16, 19 pulchre i, 10, 10 cupidis debes ii, Prol. 14 se esse culpæ proximum i, 10, 5
Neglectum jus iv, 5, 20
Negligenter iv, 2, 24
Negligere hordeum ii, 7, 9
Negotia iii, Prol. 2
Nemo i, 14, 16. iv, 5, 14 munitus contra ii, 6, 1 libenter recolit qui læsit locum i, 18, 1
Nempe iv, 23, 12 discimus ii, 2, 2
Nemus Pelium iv, 7, 6 nemoricultrix ii, 4, 3 nemoris regnum i, 30, 8 nemorosa latibula ii, 8, 1
Næniæ iv, 1, 14 viles iii, Prol. 10
Neque enim iii, Prol. 49
Nequicquam ii, 5, 24. ii, 6, 10
Nequitia ii, 6, 3 nequitiæ mala iii, 8, 15
Nescio quis iii, 9, 5 quid boni ii, 5, 29
Nex venatorum ii, 8, 2 instans i, 22, 1 tristis ii, 6, 17 neci occumbere iv, 2, 25 necem evadere iv, 6, 4 ad necem currere ii, 8, 6 nece injusta i, 1, 13 necem fugitare i, 2, 25 vitare i, 31, 4
Nidus aquilæ ii, 4, 6 nido ponere i, 28, 4 nidum facere ii, 4, 1
Niger, an albus iii, 15, 10 nigri capilli ii, 2, 10
Nihil repertum v, 5, 20 nihil est iii, 7, 17 agere ii, 5, 3 quod non prosit iii, 17, 13 habere iv, 23, 15 laborare iv, 23, 3 respiciens iii, 10, 28 spernat auris iii, 10, 51 nihilominus iii, Prol. 48 nihil utilius quam iv, 13, 1 nil præter i, 15, 2
Nilus flumen i, 25, 3
Nimia brevitas iii, 10, 60 hilaritas iv, 16, 7 tenuitas i, 12, 6
Nisi v, 4, 6 est utile iii, 17, 12 monstrare ii, 6, 9 nossem i, 11, 14 scirem i, 25, 8 soleres ii, 1, 3
Nisus major i, 24, 7
Nitere iii, 7, 4
Nititur adjuvare bonitas iii, Epil. 17 nixa celsis cornibus iv, 9, 11
Nitor pennarum i, 13, 6 smaragdi iii, 18, 7
Nivea fascia v, 7, 36 tunica v, 7, 37 nivei calcei, ibid.
Nives iii, 7, 11
Nobilis comœdiis v, 1, 9 nobilis et dives v, 5, 4 quidam nobilis v, 7, 16 factus stupore vulgi i, 14, 12 testa iii, 1, 2 urbs iv, 21, 18
Nocet defuisse v, 1, 8 nocendum nulli i, 26, 1
Nocens consilio v, 3, 12
Nocivum periculum i, 29, 3
Noctu ii, 4, 18. iii, 7, 10. iii, 10, 20
Noctua iii, 16, 3
Nocturnus fur i, 23, 3
Nolo iv, 3, 4 irascaris iv, 10, 14 inquinari i, 29, 11 regnare iii, 7, 27 noli affectare iii, 18, 14 esse molestus iv, 7, 23 facere hoc ii, 3, 5 imputare i, 22, 8 vereri i, 25, 7 noluistis bonum ferre i, 2, 29
Nomen amici iii, 9, 1 domini i, 15, 2 falsum i, 14, 3 victurum iv, Epil. 5 nomine alicujus commendari ii, Prol. 7 nomen Æsopi v, Prol. 1
Nomino Æsopias iv, Prol. 11
Nominor i, 5, 7
Non est iii, 7, 26. iii, 15, 2 dubitatis credere i, 14, 15 multum egisti ii, 5, 24 satis memini v, 7, 6 vis progredi citius iii, 6, 2 modo verum i, 17, 4 visum seni iii, 19, 11 verum illam iii, 15, 7 est, quod timeas ii, 1, 7 non tantum i, Prol. 6 non modo, sed i, 20, 1
Non eram natus i, 1, 11
Nondum iv, 3, 4
Nosse genus iii, 13, 4 animum alicujus i, 11, 14 novi hoc ante, quam tu natus es v, 9, 4 noverat iv, 5, 28 dicet, qui me noverit iii, 1, 7
Nostra progenies ii, 4, 10 manus iv, 20, 8 laus iv, 26, 3 nostra mala non videmus iv, 10, 4 nostro sæculo v, Prol. 4 noster ignis iv, 11, 9
Notam tristem sustinere i, 3, 11 notæ hominum iv, 23, 22
Notare singulos iii, Prol. 49
Notescere iii, 3, 3 notuit res v, 7, 35
Notus candor iii, Prol. 63 exitus i, 11, 9 flexus ii, 5, 17 scurra v, 5, 8 ille erit, quem per te cognoveris iii, 10, 58 nota pernicitas i, 9, 4 notis esse derisui i, 11, 2 notior paulo v, 7, 8
Novacula v, 8, 1
Noverca iii, 10, 3
Novies fœcunda iii, Prol. 19
Novissime i, 24, 9. iii, 14, 9. iv, 11, 20
Novitas artis v, 5, 6
Novus canis iv, 17, 36 novum marmor v, Prol. 5 miraculum i, 11, 8 novi

Digitized by Google

cothurni iv, 7, 5 nova res iv, Prol. 13
Nox venit iii, 7, 19 insecuta est iii, 2, 7 noctis vices ii, 8, 10
Noxiorum insolentiæ iii, Epil. 31
Nudare caput v, 3, 1 conscientiam iii, Prol. 47
Nudum corpus v, 8, 2 nudos relinquere iv, 21, 17
Nulli nocendum cet. i, 26, 1 nullo modo i, 26, 5 nulla poterit perpeti iv, 5, 39 prior ales i, 13, 8 nullum præmium iv, 19, 11 auxilium mihi est iii, 16, 9 nullis adjutoribus v, 5, 14
Num i, 15, 7
Numinum præsentia iv, 24, 32
Numerare qui perierint v, 4, 10 auctores suos iii, Prol. 56
Numerus: in numero esse iv, 24, 16
Nummi iv, 21, 23 nummos diripere ii, 7, 9
Nunc i, 6, 7 iii, Prol. 33. iv, 20, 6. v, 2, 10 demum intelligo i, 12, 13 primum iii, 3, 3 quia i, 22, 6 patior nives iii, 7, 11
Nunquam i, 5, 1. iii, 3, 15. iv, 17, 34. v, 5, 10
Nuper ii, 8, 21. iii, 16, 14
Nuptiæ celebres i, 6, 1
Nutrire cibo v, 4, 6 ubere iii, 15, 7
Nux: nucibus ludere iii, 14, 2

O.

O me infelicem i, 12, 13 Nata iii, 17, 11 O quanta species i, 7, 2 O suavis anima iii, 1, 5 O qui nitor i, 13, 6 O Canis i, 27, 9 O si iv, 5, 30
Objectus cibus i, 23, 4 objectum lucrum iv, 12, 8 objectus pugnæ v, 10, 4
Obire iii, 10, 3
Obitus iv, 1, 2
Objurgare i, 9, 4 canem v, 10, 7
Oblectare se iii, Prol. 32
Oblitus cibi i, 27, 7
Obnoxia servitus iii, Prol. 34 obnoxiæ opes periculo ii, 7, 14
Obscœna dicta iii, 11, 2
Obscœnitas iv, 14, 2
Obscurus locus iv, 2, 23
Obsistunt homines legibus iii, 15, 19
Obtegere quid vestimentis v, 5, 30
Obterere pede i, 30, 10
Obtrectatæ curam alicujus ii, Epil. 10 quem iv, Prol. 16
Obvius esse alicui i, 29, 4 casu iv, 21, 25
Occasio brevis v, 8, 5 data ii, 8, 9
Occidere nece ii, 6, 17 occiso latrone v, 2, 4
Occipere loqui i, 13, 5
Occumbere neci iv, 2, 25
Occupare aliquem, ne esset primus ii, Epil. 5 Athenas imperio v, 1, 2 arcem i, 2, 5 quem v, 8, 3 occupatus iii, 19, 12 in otio ii, 5, 2 occupatæ aures iii, Prol. 7
Occurrere iii, 7, 3 occurrit illis labor ii, Epil. 15
Oculos avertere iv, 12, 6 centum habere ii, 8, 18 oculis venari viros iv, 5, 4
Odiosissima aliis natio ii, 5, 4
Odisse quem iv, 12, 7
Odio subscribere iii, 10, 57
Odor jucundus iii, 1, 3 mixtus cum merdis iv, 17, 25 multus iv, 17, 19 odorem spargere iii, 1, 3 trahere naribus iii, 1, 4
Offendere quosdam iii, 10, 60 ad fortunam iv, 14, 6 offendunt immodica iv, Epil. 4 offendor subripi iv, 11, 6
Offerre modestis quid ii, Prol. 15
Officina fabri iv, 8, 3
Officium iii, Prol. 5 come ii, 5, 16 præstare iii, 7, 8 repudiare i, 29, 6
Offundere terrorem ii, 4, 11
Olfacere culum iv, 17, 36
Olim iii, 2, 1. iii, 17, 1. iv, 17, 1 nitetur adjuvare iii, Epil, 17 redisses iii, 12, 5 venire iv, 11, 8
Oliva gratior Minervæ iii, 17, 9
Omina læva iii, 18, 12
Omittere quid iv, Prol. 5
Omnis impensa iv, 19, 25 omni contumelia i, 2, 21 cura ii, Prol. 8 injuria i, 31, 9 vigilia iii, Prol. 25 omnes rustici ii, 8, 12 reclamant iv, 17, 26 scierunt iv, 24, 32 omnes contentæ dotibus iii, 18, 13 unus exurit i, 6, 7 omnibus dici iii, 17, 11 innotuit v, 7, 35 omnia perlustro iv, 23, 5 tremunt iv, 17, 23 omne ferrum iv, 8, 7 onus i, 2, 8 omnem querelam xii, Epil. 14
Omnino iv, 7, 23
Onerare laudibus v, 5, 20 saxis iii, 2, 4
Onus naturæ deponere i, 18, 5 ignotum (gravidæ) iii, 15, 5 grave insuetis i, 2, 8 onere degravari iv, 21, 15 dives ii, 7, 4
Onustus sacrilegio iv, 11, 3
Opera vocis i, 11, 13 perit ii, 5, 24 operæ pretium ii, 5, 6 operam dare Bathyllo v, 7, 5 perdere i, 25, 2
Operarii iv, 5, 23
Opes iv, 21, 13 invisæ forti iv, 12, 1 opes regales concupiscere i, 27, 10

Digitized by Google

opes magnæ sunt periculo obnoxiæ ii, 7, 14 opes magnas exaggerare iii, Prol. 24
Opima præda ii, 6, 8
Opinans v, 7, 8
Opinus i, 9, 6
Opinione alterius quid ponderare iii, 10, 55
Oportet vaces iii, Prol. 2 gaudere iv, 16, 9
Oppetere pœnas superbiæ iii, 16, 2
Oppidum iii, 10, 19
Opponere Græciæ quos ii, Epil. 9
Opportunum bubile ii, 8, 4
Oppressus Lepus ab Aquila i, 9, 3 manu v, 1, 5 opprimere quem iv, 24, 29 innocentes i, 1, 15 progeniem ii, 4, 10 Muscam v, 3, 2
Oppugnare ii, 6, 3
Opsonia iii, 4, 2 opsoniorum pretia iv, 19, 22
Optem necare v, 3, 10
Optimi multi turpi facie iii, 4, 7 optimæ res iv, 23, 8
Opus iii, 13, 9 ineptum, laudandum iv, 20, 7 Palladium iv, 7, 9 residuum iii, Epil. 5 cum opus est iv, 23, 15 operi statuere terminum iv, Prol. 1 opus approbare iv, 24, 11 operibus pretium invenire v, Prol. 5
Orare, ut iv, 19, 5 incipit i, 28, 5 oratum mittere iv, 17, 2
Orba nato iii, 10, 45
Ordo propositi iv, 20, 9 rei iv, 24, 31 equester v, 7, 30
Ornare se laudibus iv, 23, 23
Ornamenta iv, 5, 34
Ornatus muneris iv, 15, 5 ornatum parere iv, 5, 42
Orpheus iii, Prol. 57
Orta lis iv, 4, 3
Ore attingere cibum i, 4, 6 emittere caseum i, 13, 10 ore auferre (pro ex ore) i, 8, 11 ora continet iii, 6, 7
Os devoratum hæret fauce i, 8, 4 ossa iii, 7, 22 humana i, 27, 3
Osculari manum v, 1, 5
Oscula matronarum iv, 23, 7 casta, ibid. carpere iii, 8, 12
Ostendere iv, 11, 18. iv, Prol. 12 novitatem v, 5, 6 oves procul iii, 15, 3 prædam v, 6, 4 sese v, 7, 19 vocem i, 13, 9 paucis versibus i, 9, 2 vitam et mores hominum iii, Prol. 50
Ostentum procurare iii, 3, 16
Otiosus iii, 7, 14
Otium dare corpori iii, Prol. 13 sequentes v, 1, 7 otio lambere i, 25, 6 in otio occupata ii, 5, 2
Ovis i, 5, 3. i, 16, 3. i, 17, 2. iii, 3, 4 segregatæ oves iii, 15, 3

P.

Pacta fides iii, 13, 17 pactum præmium i, 8, 10 quo pacto iv, 5, 15. iv, Prol. 5 nullo ii, 6, 6
Pæne in ipsa schola iii, Prol. 20
Pænula rejecta v, 2, 5
Palam mutire iii, Epil. 34
Palladium opus iv, 7, 9
Pallas iii, 16, 13
Pallium v, 5, 18
Palus i, 30, 2 paludis latibula i, 30, 9 paludes liberæ i, 2, 10
Panis conspersus furfuribus iv, 17, 4 tinctus cruore ii, 3, 2 panem petere ab aliquo i, 17, 3 panem mittere cani i, 23, 3. iii, 2, 17 dare iii, 2, 18 panis ultro affertur iii, 7, 21 commeandare panem i, 17, 3
Panthera iii, 2, 2
Par color iii, 13, 6 gratia iii, 2, 1 officium iii, 7, 8 esse mihi si potueris i, 19, 10 pares ætate ii, 2, 6 fortitudinis iv, 15, 6
Parare cœnam iii, 19, 2 ornatum iv, 5, 42 togam puram filio iii, 10, 10 vinum iv, 5, 41 paratur pernicies ii, 4, 6 paratus sum iii, 7, 11 parata rapere ii, 4, 15
Parce gaudere iv, 16, 9
Parcere i, 22, 2 feræ iii, 2, 15 parco sciens iii, Epil. 1 vos parcite ii, 8, 8
Parens iii, Prol. 57. iv, 5, 20 parentes facit bonitas iii, 15, 17
Parere agnos iii, 3, 4 chorum artium iii, Prol. 19 murem iv, 22, 3 parit moas iv, 22, 1 peperit ii, 4, 2. iii, 15, 9
Parere monitis ii, 6, 14
Pariter v, 2, 10
Pars promissa ii, 6, 11 tertia iv, 24, 12 debetur ii, 1, 8 partem postulans ii, 1, 2 partes factionum i, 2, 4 naturæ, quas celat pudor iv, 14, 7 bonas in partes accipere ii, Prol. 11 datæ iii, 18, 10 partes tuæ, fuerunt aliorum prius iii, Epil. 24 partibus iii, 13, 5 factis i, 5, 6
Particulo iv, Prol. 10 vir sanctissimus iv, Epil. 6
Partiens caritatem in ambos iii, 8, 12
Parturiens Canis i, 19, 3 Mons iv, 22, 1
Partus instans i, 18, 2
Parta laus mihi iv, Prol. 17
Parum frondis ii, 8, 22
Parvula volucris v, 3, 3

Digitized by Google

Parvum tigillum i, 2, 14 parva patientia iv, 7, 3 res iv, 4, 10 fabella i, 15, 3 parvæ ædes iii, 9, 2
Pascere asellum in prato i, 15, 4 pasci stercore iv, 23, 17 pastum exire ii, 4, 14
Passer i, 9, 4
Passim et certatim v, 1, 3
Pastores iii, 2, 13. iii, 3, 17. iv, 5, 38
Patefacere sinum iv, 7, 11
Patena i, 26, 4
Pater i, 1, 12. iii, 8, 9. iv, 5, 30. iv, 7, 16 Deorum i, 2, 13 familias iii, 10, 48 Pater (i. e. Jupiter) iv, 12, 6
Patet via honoris ii, Epil. 3 vindicta solertiæ i, 28, 2
Pati exempla sua i, 26, 12 frænos iv, 4, 9 quod natura dedit i, 3, 14 nives iii, 7, 11 quod religio patitur, decernere iii, Epil. 26 quod meruit pati iii, 11, 7
Patiens injuriæ i, 5, 3
Patientia parva iv, 7, 3
Patria iv, 21, 7 patriæ decus iii, Prol. 55
Patrimonium iv, 19, 23
Patroni iii, 10, 37
Paucis diebus interpositis iii, 2, 12 paucis temeritas est bono, multis malo v, 4, 12 paucæ, plures iv, Prol. 12 pauci iv, 21, 14
Paulo ante v, 5, 12 notior v, 7, 4
Pavidum genus i, 2, 15
Paventes i, 11, 9
Pavo iii, 18, 1 Pavonum grex i, 3, 7
Pavorem simulans ii, 4, 20
Pauper pudor est ii, 1, 12 pauperes nil mutant mutato principatu præter nomen domini i, 15, 2
Paupertatem sustinere iv, 21, 3
Peccare iii, 10, 52 bis i, 8, 2 casu v, 3, 12 peccat religio iii, 13, 8
Pecten v, 6, 1
Pectus solutum iii, Prol. 9 transfigere iii, 10, 27 ante pectus iv, 10, 3
Pecunia ii, 7, 2 dicta iv, 5, 46 pecuniam conferre iv, 5, 17
Pecus iv, 5, 23. iii, 2, 13 pecore gaudens iv, 5, 43 pecora habere iii, 3, 4
Pedisequi iv, 5, 36
Pegma v, 7, 7
Pelagius cursus iv, 21, 7
Pelium nemus iv, 7, 6
Peliadum manus iv, 7, 16
Pelias iv, 7, 13
Pellis detracta iv, 1, 7 rugosa i, 24, 4
Pelusium linteum ii, 5, 12
Pendens in novacula v, 8, 1 ad Lanium iii, 4, 1
Pendens pœnas religioni i, 27, 6
Penis demissus i, 29, 7
Penitus iii, Prol. 21
Pennarum nitor i, 13, 6 pennæ celeritate vitare necem i, 31, 4
Per artus fratris iv, 7, 15 campum fugere i, 12, 8 quem iv, 11, 10 te ii, 1, 3 quem per te cognoveris iii, 10, 58 auras venire ii, 6, 7 per fabellas aliquid quærere ii, Prol. 2
Peræ duæ iv, 10, 1
Peragere rem iii, Epil. 13
Perambulans viridia ii, 5, 14
Perdere i, 10, 9 operam i, 25, 2 tibias v, 7, 9
Perdomare freta iv, 7, 19
Perductus ad regem iii, Prol. 28
Peregrina volucris i, 26, 11
Perferre i, 2, 30
Perficere iv, 20, 8
Periclitatur magnitudo ejus iv, 6, 12
Periculo eripere i, 28, 11 obnoxiæ opes ii, 7, 14 factus sophus iv, 16, 8 periculum avertendum victima iii, 3, 6 nocivum i, 29, 3 in periculum venire iv, 9, 1 in periculo esse ii, 4, 13 vertitur vita ii, 8, 19
Periculosa medicina i, 8, 9 periculosum est iii, 10, 1 lucrum v, 4, 8
Perire iv, 2, 26. iv, 21, 15. v, 4, 10 fame iii, 7, 6 perit imitatus potentem i, 24, 1 momentum ili, Prol. 5 opera ii, 5, 24 ruptus i, 20, 6 peritura quamvis nemo lædat iii, 2, 5
Peritus usu iii, 3, 1 peritis irritos dolos tendere i, 23, 2
Perjurium sordidum iv, 19, 24
Perlegere libellum iv, Prol. 14
Perlustrare templa iv, 23, 5
Permotus convicio i, 6, 5
Pernicies Graium iv, 7, 11 instat nobis i, 30, 3 paratur ii, 4, 6 ad perniciem agi iv, 13, 3 devocare i, 20, 2
Pernicitas nota i, 9, 4
Perorare causam i, 10, 7
Perpastus canis iii, 7, 2
Perpeti iv, 5, 39
Persalutare Deos iv, 12, 4
Perscrutatus crimina fii, 10, 47
Persecuta i, 28, 5 persequi quem iv, 1, 3
Persolvere pœnas iii, 5, 10
Persona tragica i, 7, 1
Persuasus iii, 5, 8 jurejurando i, 8, 7
Pertinet ad caput iii, 3, 7 ad illos i, 14, 17 quo iii, 1, 7 furor illorum ad caput nostrum i, 30, 11
Petrahere Romam iii, 10, 35
Perturbatus homo iv, 24, 27 sensus ii, 4, 11
Pervellere aurem v, 5, 32

Digitized by Google

Pervenire ad aures ii, Epil. 12 ad speluncam iv, 19, 3
Perveniet ad me minus muneris iii, Epil. 11
Pes celer iv, 17, 6 durus i, 30, 10 suspensus ii, 4, 18 titubans iv, 14, 12 cessat i, 9, 5 pedem referre ii, 1, 6 calceandum committere cui i, 14, 16
Pessimi iii, 4, 6
Petens Neapolim ii, 5, 7 petere i, 20, 6. ii, 1, 10 panem i, 17, 2 regem i, 2, 11 cibum i, 4, 7 auxilium iv, 4, 4 cubiculum iii, 10, 21 exitus i, 11, 9 secretum iv, 24, 6 sylvas ii, 1, 10 villam ii, 8, 3 urbem iv, 21, 13 petere saxo iii, 2, 17 peto reddas iii, Prol. 68 ut reddas iii, Epil. 8 ut adjuvaret iii, 10, 39
Petulans iii, 5, 2 jurgium iii, 11, 2 turba i, 2, 20
Philetus v, 10, 10
Phœbo placet laurea iii, 17, 3
Phædri libelli iii, Prol. 1
Phalereus Demetrius v, 1, 1
Phryx Æsopus iii, Prol. 52
Piaculum est iii, Epil. 34
Pictæ plumæ iii, 18, 8
Pierium jugum iii, Prol. 17
Pietas excolit Deos iv, 11, 10
Pignus apertum v, 5, 37 pignore quovis contendere iv, 20, 5
Pilis defectus v, 6, 2
Pingitur historia iv, 6, 2
Pinus iv, 7, 7 Cybebæ placet iii, 17, 4
Pisistratus i, 2, 5
Placare severitatem iv, 7, 4
Placet conditio iii, 13, 12 quercus Jovi iii, 17, 2 fatis iv, 19, 13
Placidus ii, 1, 7 gradus ii, 7, 6
Plagæ congeruntur mortuo iv, 1, 11 plagis mortuus iv, 1, 6
Plane iii, 7, 26. iii, 18, 7
Planum ii, 4, 10
Plaudere v, 7, 33
Plausus illiteratus iv, Prol. 20 maximus v, 5, 21 plausus movere v, 5, 28 in plausus consurrectum v, 7, 28
Plebeio est piaculum iii, Epil. 34
Plebes minuta iv, 6, 13
Plectere se v, 9, 3 plecti i, 31, 13
Plena apotheca cadis iv, 5, 25 lagona cibo i, 26, 8
Plerumque i, 29, 1. iii, 16, 2
Plumæ pictæ iii, 18, 8
Plus boni iv, 5, 1 temporis iii, Epil. 12 favere v, Prol. 8 non habeo iii, 5, 4 consumet iii, Epil. 12 valeo i, 5, 9 pluris esse iv, 23, 2 plures iv, Prol. 12 cuniculi iv, 19, 2 pluribus executus iii, 10, 59 plura iii, Prol. 39. iii, 10, 14
Plutus iv, 12, 5
Pocula iv, 24, 20
Pœnæ iv, 17, 27 facinoris iii, 10, 32 maleficii i, 17, 1 pœnæ dies iv, 11, 8 pœna dignus v, 3, 13 pœnas cui dare i, 13, 2 imponere iv, 17, 29 luere i, 17, 1. iii, 10, 44 oppetere iii, 16, 2 pendere i, 27, 6 persolvere iii, 5, 10
Pœnitere : ad pœnitendum agi v, 5, 3
Pœnitentia iv, 13, 9 sera i, 13, 2
Poëtæ licentia iv, 24, 8 poëtæ molesti iv, Epil. 9
Polire materiam versibus i, Prol. 2 polita domus iv, 5, 26
Pollicitus iii, Epil. 9
Polluitur fama iii, 10, 17
Ponderare quid opinione alterius iii, 10, 55
Pondus grave ii, 6, 10
Ponere arcum iii, 14, 5 domum iii, 9, 6 lagonam plenam cibo i, 26, 8 escam nido i, 28, 4 fœtum ii, 4, 3 sorbitionem i, 26, 5 statuam ii, Epil. 1 ponuntur reliquiæ v, 4, 3 posito timore i, 2, 19 præmio i, 14, 9 posita quæstio iii, 14, 8 villa ii, 5, 9 positum speculum iii, 8, 4
Pontus inhospitalis iv, 7, 10
Populus iv, 6, 11 in theatro v, 7, 34 acclamat v, 5, 34 approbat iv, 5, 28 concurrit iii, 14, 7
Populus celsa iii, 17, 4
Porcelli vocem imitatus v, 5, 17 porcellum obtegere vestibus v, 5, 30 porcelli ii, 4, 15
Porrigere tabulam iv, 21, 25
Portæ cavorum iv, 6, 8
Portare onus iii, 15, 5 tabulam iv, 21, 26 clitellas i, 15, 10
Poscere reliquüm iv, 24, 12 scyphum i, 14, 7
Posse i, 18, 6. iii, 3, 11 possum i, 1, 7. iv, 7, 21 potes iii, 7, 8. iii, 13, 7. iv, 23, 3 potest i, 8, 3. i, 27, 1. ii, 4, 26. iii, 10, 54 possumus iv, 10, 4 possunt iv, 3, 5 posset i, 19, 7. ii, 6, 6. v, 5, 6. iv, 14, 9. v, 9, 2 possent i, 20, 4 possim iv, Epil. 1 possis iii, 5, 5. v, 2, 11 possit iii, 13, 14. iii, Epil. 5. iv, Prol. 16. iv, 9, 9. v, 8, 4 possint iv, 17, 31 potuit i, 4, 7. iii, 3, 15. iv, 3, 3. iv, 5, 19 potueris i, 19, 10 potuerit i, 26, 6 potuissent iv, 5, 32 poterit iv, 5, 39 si potuit Phryx iii, Prol. 52 ne possent capi i, 15, 6 an cibo posset capi i, 23, 4

Digitized by Google

Possidere data iv, 5, 10 quod fuerit datum iv, 5, 15 bona iii, 10, 37
Post tempus iv, 17, 16. iv, 18, 1 tergum iv, 10, 2 post paucos dies i, 17, 7 obitum iv, 1, 2 mortem iv, 1, 10
Posteri iii, Prol. 32. iv, 17, 35 posteris tradere iv, 5, 2
Postquam ii, 4, 16. iii, 1, 4. iii, 10, 42. iv, 4, 6. iv, 5, 18. iv, 13, 9. iv, 21, 6. v, 5, 13 est fessus i, 11, 11
Postridie iii, 2, 8. v, 5, 24
Postulare mercedem i, 8, 12 partem ii, 1, 2 postulare mulierem iii, 10, 34
Potare nectar iii, 16, 13
Potens i, 24, 1. iii, 5, 6 potentes ii, 6, 1 dissident i, 30, 1 cum potente societas i, 5, 1
Potestas ejus nulla iii, 15, 14
Potior mater iii, 15, 9 cur hæc sit iii, 15, 15 potius, quam i, 31, 7. iii, Prol. 10. iii, 10, 46. iii, 14, 4. iv, 4, 13
Potior cui multo est cibus iii, 12, 6
Potrix iv, 5, 25
Præbere dapem ii, 4, 24
Præcepto monitus iii, 8, 1
Præcludere linguam i, 23, 5 metus præcludit vocem i, 2, 26
Præcurrere quem ii, 5, 17
Præda i, 4, 4. v, 6, 4 opima ii, 6, 8 prædam capere iv, 4, 8 dimittere v, 10, 6 tollere ii, 8, 27
Prædator ii, 1, 2
Prædones iv, 21, 16
Præfulget nitor collo iii, 18, 7
Prægustare exta iv, 23, 4
Prælium iv, 6, 6
Prælucere facinori iv, 11, 9
Præmetuens dolum i, 16, 4
Præmium culpæ ii, 3, 6 pactum i, 8, 10 positum i, 14, 9 propositum v, 5, 5 tantum iv, 19, 9 ferre iv, 17, 32 reddere iii, Epil. 8 dignum accipere iii, 5, 7
Præponere lucrum labori docto iii, Prol. 26
Præsentia Numinum iv, 24, 32
Præsentibus bonis favere v, Prol. 9
Præsepe ii, 8, 22. v, 9, 2
Præsidium facile iv, 6, 13
Præstare benevolentiam iii, 15, 16 hospitium ii, 8, 16 officium iii, 7, 8 tutas ab injuria i, 31, 9 vicem iii, Prol. 14 præstatur sapor iii, 4, 4
Præter i, 15, 2
Præterire fabulam silentio iii, 13, 16
Prævalet sapientia virtute i, 13, 13
Pratum i, 24, 2
Pravum consilium i, 25, 1 gaudium iv, 14, 16 pravus favor v, 5, 1
Praxiteles v, Prol. 6
Prece admota iii, 16, 7. i, 19, 6. iii, Epil. 20 precibus cujus auxilium ferre iv, 4, 7
Premit eventus populum iv, 6, 11 premi a noxiorum insolentiis iii, Epil. 31 premere vocem i, 11, 12
Prensa ab Homine Mustela i, 22, 1
Pretiosa res iv, 21, 11 pretium meriti i, 8, 1 operæ ii, 5, 6 opsoniorum iv, 19, 22 rerum iv, 5, 47 certum iv, 24, 6 majus v, Prol. 5 manet literis iv, Epil. 6 pretii cupidus iii, 12, 4 pretio illicere i, 8, 6 pretio, precibus v, 7, 18
Primum, deinde iv, 19, 6. i, 8, 2. iii, Epil. 2 primus esse ii, Epil. 5 somnus iii, 10, 31 prima frons iv, 1, 17 pars i, 5, 7 ratis iv, 7, 10 scilla iii, 6, 5 primo iv, 11, 16
Princeps v, 7, 17 salvus v, 7, 27 Principes civitatis v, 1, 4 principum magnitudo iv, 6, 11
Principatus gregis i, 30, 5 commutandus i, 15, 1 de principatu decertare i, 30, 5
Prior v, 5, 27 cœpit iv, 23, 2 prior (i. e. pulchrior) i, 13, 8 prior invitare i, 26, 4 priores iv, 19, 16 prius i, 3, 12. i, 29, 5. iii, 10, 5. iii, Epil. 24
Pristina consuetudo iv, 13, 6 dignitas i, 21, 1 pristinum fræsum i, 2, 3 pristinus splendor iii, 12, 5
Privata viro iii, 10, 45
Privata utilitas i, 22, 11
Pro re domini latrare i, 23, 6 judicio v, 5, 2 salute v, 4, 2 thesauro carbonem v, 6, 6 vita rogare iii, 2, 16 pro semita feci viam iii, Prol. 38
Probanda sententia iv, 13, 2 probans errorem v, 5, 37 probatur hac re quantum valet i, 13, 13
Procax libertas i, 2, 2
Procedere iii, 7, 15
Proclivis misericordia iii, Epil. 21
Procreare tribadas iv, 14, 3
Procul cernere iv, 2, 29 ostendere iii, 15, 3
Proculcatas obterere i, 30, 10
Procurare ostentum iii, 3, 16
Prodere exemplum i, 3, 3 legatos iv, 17, 17
Prodesse iii, 12, 7. iii, 17, 13 improbis iv, 18, 6 profuerint, quæ despexeram i, 12, 14
Prodire in scenam v, 5, 27 in conspectum v, 7, 22 in cothurnis iv, 7, 5 foras ii, 4, 22
Profecto iv, 23, 21

Digitized by Google

Proferre caput i, 2, 17 porcellum v, 5, 17 sententiam iii, 13, 13
Proferri in theatro v, 5, 10
Professus rem gravem iii, Prol. 51 facturum se v, 5, 23 professa mors iv, 7, 8
Proficisci celeri pede iv, 17, 6
Profugere i, 30, 8. v, 2, 2
Progenies ii, 4, 10
Progredi citius iii, 6, 2
Prolapsa sarcina iii, 15, 6
Proles ii, 4, 19
Proloqui breviter iii, 7, 1
Prometheus iv, 14, 5
Promittere ad cœnam iv, 24, 15 partem ii, 6, 11
Promovere pedem triclinio iv, 24, 28
Prope iv, 21, 17
Properare gradu concito iii, 2, 11
Propior Græciæ iii, Prol. 54 morti iii, Epil. 10
Proponere legem partibus duabus iii, 13, 5 terminum iii, Epil. 28
Propositum i, 5, 2 mutandum iii, Prol. 15 præmium v, 5, 5 servare ii, Prol. 6 propositi ordo iv, 20, 9
Proprium genus i, 3, 10 amittit appetens alienum i, 4, 1 proprii affectus iii, Prol. 36 propriæ dotes iii, 18, 13 propria vitia iv, 10, 2 proprius color iv, Prol. 8
Propter fructum iii, 17, 9 virtutem iv, 12, 3 volans ii, 6, 7
Propterea iii, 10, 59
Propulsi fustibus iv, 17, 12
Prorsus egregium ii, 1, 11 libenter v, 4, 5
Prosequi plausu v, 5, 21 verbis iii, 5, 4
Prospectare mare ii, 5, 10
Prospicere toto die ii, 4, 20 prospicere, (pro, conspicere ex loco superiore) i, 17, 8
Prosternere se v, 7, 33
Protinus iv, 18, 4
Protrusus foras v, 7, 39
Provocare quem iv, 24, 25
Provolare iii, 2, 12
Proximus hæres iii, 10, 12 culpæ i, 10, 5 proxima villa ii, 8, 3 proximi v, 1, 16
Prudens consilium i, Prol. 4
Prudentia artis i, 14, 11
Pudet fortunam criminis ii, Epil. 19
Pudor iv, 14, 7 est pauper ii, 1, 12 tegit quod iv, 23, 14
Puella ii, 2, 10
Puer iii, 10, 13 legi iii, Epil. 33 puerorum turba iii, 14, 1
Pueriliter iii, 8, 5
Pugna suis v, 10, 4 Taurorum i, 30, 2
Pulchra juvenis ii, 2, 5 facies iii, 8, 3
Pulchre intelligere iv, 20, 2 meminisse iii, Epil. 35 negare i, 10, 10 videre iv, 19, 6. v, 10, 10 pulcherrime nosse iii, 13, 4
Pullus gallinaceus iii, 12, 1 pullis escam ponere i, 28, 4
Pulmentarium iii, 7, 23
Pulpitum v, 7, 32
Pulsus regno i, 30, 8
Pulverem sedans ii, 5, 18 pulvere sparsi iv, 24, 22
Punctum volucris v, 3, 3
Puniuntur scelera iv, 11, 19 puniti v, 4, 11
Pura toga iii, 10, 10
Purgare alicui domum i, 22, 3
Putans escam iv, 2, 24 ferri i, 4, 4 minime iii, 10, 52 putantur sapere iv, 7, 26 putas i, 15, 8 putaret se fingi ii, 2, 8 ut putavit ii, 5, 20 putabit iv, 20, 3 putat v, 7, 29 putet v, 9, 5 putare se post mortem securum fore iv, 1, 10
Puteus iv, 9, 11
Pycta iv, 24, 5

Q.

Qua iv, 8, 4 qua visum est iii, 7, 20
Quacumque summa tradere iv, 5, 44
Quadrantes iv, 19, 23
Quædam i, 6, 6
Quærere i, 6, 5. i, 29, 6. iii, 4, 3 causam iv, 12, 6 escam iii, 12, 2 hominem iii, 19, 9 ignem iii, 19, 3 illam iii, 15, 4 lumen iii, 10, 24 victum iii, 16, 4 vindictam iv, 4, 11 quid per fabellas ii, Prol. 2 quærit reperire iv, 9, 2 quærere modo simili i, 24, 7 quærere exaggerare opes iii, Prol. 25
Quæso i, 1, 7. iii, Prol. 10. iii, 7, 17. iii, 9, 6 num i, 15, 7 ponis domum iii, 9, 6 parcas mihi i, 22, 2
Quæstio posita iii, 14, 8
Quæstus impudentiæ stultitia i, 14, 18 genus iv, 21, 6 quæstus (plur.) iv, 1, 4
Qualis videtur tibi i, 11, 13 quale in te dicam bonum fuisse iii, 1, 5 quale caput, talis sapor iii, 4, 4
Quam tarda es iii, 6, 2 utilis sis iv, 4, 8 quam non sit credendum v, 2, 13 non sit conveniens iv, 19, 7 quam graviter ferret iv, 5, 31
Quamlibet lambe otio i, 25, 6
Quamvis iii, Prol. 20. iv, 11, 5. iv, 24,

Digitized by Google

17. iii, Epil. 6 sublimes i, 28, 1 quamvis dignus v, 3, 13
Quanam ratione iv, 5, 17
Quando iii, 4, 6
Quandoquidem iii, 10, 52
Quantas honos iv, 24, 2 quanta pernicies i, 30, 3 res iii, 12, 3 species i, 7, 2 utilitas iv, 1, 15 quantæ dementiæ putatis i, 14, 14 quantum decoris geris i, 13, 7 labotis ii, 8, 24 luctus habuerit i, 12, 15 mali ii, 4, 25 valerent literæ iv, 24, 1 quanto validius iv, Epil. 9 facilius iii, 7, 13 justius iii, Epil. 23 quantis viribus fugias v, 2, 12
Quapropter iii, 6, 8. iii, 13, 15
Quare i, 31, 7. iii, 17, 5. iv, Prol. 10. iv, Epil. 4
Quarta pars i, 5, 10 quartus libellus iv, Prol. 14
Quasi delirus iii, 14, 3 inventuri iii, 2, 8
Quassare fulmen iv, 17, 28
Quercus alta iii, 13, 1 media, ima, sublimis ii, 4, 1 placet Jovi iii, 17, 2 quercum evertere ii, 4, 9
Querela i, 6, 6. i, 9, 10 convenit v, 6, 7 querelam summovere ii, Epil. 14 ad querelam recidere iii, 18, 15
Queri i, 1, 7. i, 2, 8 de fortunis suis iv, 16, 1 sensim iv, 16, 9
Questus vanus i, 9, 7
Qui nunc demum intelligo i, 12, 13 si qua res iv, 8, 4 quæ joces iv, 2, 30 cui i, 14, 16 quo facto v, 5, 19 qui (pro quomodo) i, 1, 7
Quia i, 2, 7. iv, 7, 18. iv, 12, 2 jam i, 8, 3
Quicquid ii, 6, 3. iv, 20, 3. v, Prol. 2 quicquam ii, 8, 14. ii, Epil. 17. iii, 12, 7. iv, 19, 13
Quicumque i, 10, 1. i, 21, 1. ii, Prol. 5 quicumque populus iv, 6, 11 quodcumque est lucri v, 6, 3 quodcumque fuerit iii, Prol. 27
Quidam e turba iii, 19, 7 quidam, quidam v, 7, 21 quemdam ii, 2, 3 quidam decedens iv, 5, 3 quidam dives et nobilis v, 5, 4. v, 7, 22
Quidnam iv, Prol. 5 quid tibi videtur iv, 7, 17 quid possum facere tibi iv, 7, 21 quid captas me laudere iv, 8, 6
Quidem ii, 3, 17. iv, 13, 2
Quietis gratias agere ii, 8, 15 quietus gradus ii, 7, 6
Quiescere iii, 7, 19
Quin etiam v, 1, 7
Quippe i, 28, 7. iii, 2, 5
Quis non, aut quis iii, 13, 14 quis (pro, quibus) iii, 13, 11. v, 1, 9 quid ita cessarunt pedes i, 9, 5 quid crudis accidere iii, Prol. 24 boni ii, 5, 20 horum simile iv, 23, 9 lucri iv, 19, 26 multa ii, 4, 23. iii, 3, 13 enim iii, 8, 8 tu cum lumine iii, 19, 8 quidnam fecissent iv, 1, 9 illæ audet venire v, 1, 15 futurum est, si i, 6, 9 superet iii, 4, 3 voluisti tibi ii, 3, 5
Quisnam v, 1, 15
Quisque iv, 21, 16. v, 5, 6 sua exempla pati debet i, 26, 13 sua cuique cogitatio iv, Prol. 7
Quo mi, si iii, 18, 9 quo venis iv, 20, 13 quo melius i, 18, 5 quo abire iii, 7, 25 quo plus iii, Epil. 13 quo facilius iv, 21, 3 pertineat iii, 1, 7
Quod implicuerit error iii, 10, 41 bona possideat iii, 10, 37
Quondam i, 6, 3. i, 28, 3. iii, Epil. 23 in prato i, 24, 2
Quoniam i, 2, 7. i, 3, 2. ii, Epil. 5. iii, Prol. 61. iii, 10, 66. iv, Prol. 10
Quoque i, 19, 8. i, 20, 2. ii, 4, 16. ii, 8, 26. iv, 1, 2. iv. 7, 17
Quot res iv, 11, 14
Quotidie ii, 4, 8. iii, 8, 14. iii, Epil. 10
Quovis pignore iv, 20, 5
Quum (s. cum) jam iii, Epil. 18 voles iii, 14, 11 repente quum iv, 24, 22

R.

Radix: a radicibus iii, 10, 49
Ramosa cornua i, 12, 5
Ramus cavus iii, 16, 5 ramis desidere ii, 4, 21
Rana i, 24, 2. i, 30, 2 Ranæ clamant i, 6, 4 regem petant i, 2, 10
Rapere iv, 21, 16 atque abire i, 16, 5 caseum dentibus i, 13, 11 divitias v, 4, 9 facem i, 28, 3 nec opinum i, 9, 6 porcellos ii, 4, 15 prædam iii, 6, 3 ad se iii, Prol. 46 rapi a crocodilis i, 25, 4 rapitur pegma v, 7, 7 unguibus ii, 6, 3
Rapinam vitans ii, 4, 22
Raptor i, 31, 5
Rara fides iii, 9, 1 mens iv, 1, 17
Ratio certa iv, Prol. 9 quæ ratio procreasset tribadas iv, 14, 4 quanam ratione iv, 5, 17
Ratis iv, 7, 9
Receptus cœlo iv, 12, 3 recepti cavis iv, 6, 4
Recidere ad querelam iii, 18, 15

Digitized by Google

Recipere corpus lecto i, 18, 4 ad se iv, 21, 23 recipit me domus iv, 23, 20 recipi in cœtum iii, Prol. 23
Reclamare iv, 17, 26
Recolere locum i, 18, 1
Recta redire per forum iii, 19, 6 petens cubiculum iii, 10, 21
Recte loqui iv, 13, 1
Recumbere iv, 24, 19
Recusare iii, 13, 12 damnum iii, 2, 16 fidem iii, 13, 17
Reddere judicium iii, Prol. 63 jura iv, 13, 8 tempora amicis iii, Prol. 12 reddere præmium iii, Epil. 8 reddidi quod debui v, Prol. 2
Redire i, 3, 10. iv, 24, 19 a cœna ii, 8, 20 ad cogitandum iii, 14, 13 ad splendorem iii, 12, 5 in gratiam secum v, 3, 6 recta per forum iii, 19, 7 ad hostem iv, 4, 5 in patriam iv, 21, 7
Reducere quem in scenam v, 7, 25
Refelli iv, 20, 6
Referre auctoritatem iv, 24, 10 fabellam i, 2, 9 pedem retro ii, 1, 6 ad animum iii, 19, 10 de quo retuli iv, 24, 4 referri domum v, 7, 11 par solet gratia iii, 2, 1 quid refert mea i, 15, 9
Reficere vires iii, 2, 9 refecta iv, 18, 4
Regales opes i, 27, 10
Regia iv, 17, 11
Regnare nolo, liber ut non sim mihi iii, 7, 27
Regnum adipisci i, 31, 11 nemoris i, 30, 8 Peliæ iv, 7, 13
Rejecta pænula v, 2, 5 rejicere improbum ii, 1, 4
Relaxare animum iii, Prol. 13
Religio judicis iii, 13, 8 sancta i, 27, 6. iv, 11, 4 quod religio patitur iii, Epil. 26
Relinquere iii, Prol. 39 filias iv, 5, 3 nudos iv, 21, 17
Reliquiæ i, 22, 6. iii, 1, 6. v, 4, 3 aliquæ iii, Epil. 15 reliquiis frui i, 22, 6
Reliquus: reliqua pars iv, 24, 12 reliquæ i, 31, 13. iii, 4, 2
Remedium vulneris ii, 3, 3
Remedio aliquo dolorem delenire iii, Prol. 44
Repelli veritatis viribus i, 1, 9
Rependere alicui gratiam ii, Prol. 12
Repente iv, 11, 4. v, 5, 16 cacare iv, 17, 25 liberalis i, 23, 1 cum iv, 24, 22 calvus factus ii, 2, 9
Repere v, 1, 8
Reperire iv, 5, 49 argumentum iv, 11, 15 effugium iv, 9, 2 fontem iii, 10, 43 margaritam iii, 12, 2 materiam i, Prol. 1 servitutem iv, 4, 11 turbam v, 4, 11 utilitatem iv, 1, 15 reperti iv, 24, 30 repertum v, 5, 20
Repetere canticum v, 7, 31
Replere anum odore iv, 17, 19 se esca ii, 4, 19 repleta pera vitiis iv, 10, 2
Reposcere locum i, 19, 5
Repræsentare pœnam iii, 10, 32
Reprehendere elapsum v, 8, 4
Reprimere iram i, 29, 10
Repudiare officium i, 29, 5
Repulsam sentire i, 3, 16
Reputare lucrum v, 4, 8
Requirere i, 16, 7 auxilia i, 31, 2 qui sint iii, Epil. 32
Res cibi iv, 8, 4 domini i, 23, 6 fœminarum iii, 8, 11 domestica iii, Prol. 11 gravis iii, Prol. 51 narrata iv, 24, 31 parva iv, 4, 10 secunda, dubia v, 2, 15 utraque iii, 10, 2 ulla iv, 11, 21 venit in dubium iii, 13, 7 rem expedire i, 16, 2 intelligere ii, 5, 19 peragere iii, Epil. 13 res habere iv, 5, 11 re commendari ii, Prol. 7 res manifestæ v, 5, 3 multæ iii, Epil. 3 novæ iv, Prol. 13 optimæ iv, 23, 8 pretiosæ iv, 21, 11 rerum occasio v, 8, 5 varietas iii, Epil. 3 iv, Epil. 2 res notuit v, 7, 35 res hæc avaris esse conveniens potest i, 27, 1 re hac probatur i, 13, 13. iv, 10, 4
Residens arbore i, 13, 4
Resides v, i, 7
Residuum opus iii, Epil. 5
Resistere iii, 7, 4. v, 2, 2 ad fontem i, 12, 3 restitit iii, 14, 2
Resonat domus apparatu iv, 24, 21
Respectus fabulæ v, 4, 7
Respiciens nihil iii, 10, 28
Respondere i, 1, 11. i, 22, 4. ii, 8, 17. iii, 3, 7. iii, 6, 4. iv, 18, 6. v, 1, 16. v, 3, 6 clementer iv, 19, 8 respondent citati iv, 17, 8
Responsum iv, 20, 6
Restituere fructum illi, 13, 15
Retensus arcus iii, 14, 5
Retenta cornua i, 12, 10
Retorridus mus iv, 2, 27
Retro referre pedem ii, 1, 6
Retundere superbiam iv, 23, 21
Revertier iv, 17, 14 domum iv, 14, 12 revertor hostis iii, 2, 19
Revocare i, 26, 7
Reus confessus iii, Epil. 22
Rex Dardaniæ iii, Prol. 28 ferarum iv, 13, 4 urbis i, 14, 6 rege explorato i, 2, 18 regis officium iv, 17, 28 regis

Digitized by Google

in capite musca sedet iv, 23, 6 regis est, dimittere legatos iv, 17, 28 regem creare i, 31, 8
Ridere i, 2, 13 delirum iii, 14, 3
Ridicule magis, quam vere iii, 4, 5
Rigens gelu colubra iv, 18, 2
Risus levis i, 29, 1 magnus v, 7, 31 movere i, Prol. 3
Rivus i, 1, 1
Rodere (de muribus) i, 22, 7
Rogare aditum iv, 17, 21 victum iv, 21, 25 rogare iv, 9, 6. iv, 14, 3 causam iv, 18, 6 coronam v, 7, 34 modium tritici quem i, 16, 3 pro vita iii, 2, 16 regem i, 2, 22 ut deponeret i, 19, 3 rogatus iv, 5, 23. iv, 1, 8 rogata ut taceret iii, 16, 6
Roma ii, 5, 1. iii, 10, 35 incolumis v, 7, 27
Rostrum apri i, 29, 8 ciconiæ i, 26, 8
Rudis mulier ii, 2, 3
Ruere ii, 6, 3 certatim v, 1, 3 ruit Ilium iii, 10, 4
Rugosam inflare pellem i, 24, 4
Ruina camaræ iv, 24, 29 ruinam metuens ii, 4, 21.
Rumor dispersus v, 5, 11 fremit v, 7, 20 implet Athenas iv, 5, 13 prodit legatos iv, 17, 17
Rumpere arcum iii, 14, 10 rupti periere i, 20, 5
Rupto corpore jacere i, 24, 10
Rursus i, 24, 6. ii, 8, 9. iii, 16, 7. iv, 17, 18
Rusticus iii, 3, 16. v, 5, 22 rustici ii, 8, 12 rustica lanifica iv, 5, 35 rustica (formica) iv, 22, 9 rusticum instrumentum iv, 5, 24

S.

Sacci tumentes ii, 7, 3
Sacrilegio onustus iv, 11, 3
Sacrum iv, 11, 19
Sæculum nostrum v, Prol. 4
Sæpe i, 13, 2. i, 31, 3. iii, 4, 6. iii, 8, 1. iv, 2, 28. iv, 11, 16. iv, 21, 20. iii, Epil. 22. iv, 5, 1
Sævire irato impetu iii, 2, 14
Sævum ingenium iv, 7, 14 sævi morsus i, 31, 12 sævæ tempestates iv, 16, 3
Sal urbanus v, 5, 8
Saliens summis viribus iv, 3, 2
Saltans Bathyllus v, 7, 15
Saltem v, 2, 8
Saltus velox iii, 2, 10
Saltus i, 5, 4
Salve, Frater i, 29, 5
Salus: pro salute votum v, 4, 2
Salutantes invicem iii, 7, 3
Salvus Princeps v, 7, 27 salvum te cupimus ii, 8, 17
Sanctus Hercules v, 4, 1 sancta Mnemosyne iii, Prol. 18 religio i, 27, 6. iv, 11, 4 uxor iii, 10, 30 sancta jura iv, 13, 8 sanctissimus vir iv, Epil. 4
Sane ii, 6, 8. iii, 15, 12. iv, 23, 10 leve iv, 1, 12
Sanguis humanus v, 3, 9 ignavus i, 29, 11 sanguinis damnum i, 26, 10
Sanitas constat iii, Epil. 35 ad sanitatem venit curatio v, 7, 12
Sapere iii, 4, 3 putantur iv, 7, 26
Sapiens iii, 14, 6 Minerva iii, 17, 11
Sapientia prævalet virtute i, 13, 14
Sapor iii, 4, 4 mellis iii, 13, 10
Sarcina prolapsa iii, 15, 6 sarcinas bajulare iv, 1, 5 sarcinis gravati ii, 7, 1
Satiari i, 26, 9 cibo iii, 7, 14 satiatur voluptas iv, 9, 9
Satis materiæ iv, Prol. 2 retundere iv, 23, 21 facere v, 10, 2
Sator hominum iii, 17, 10
Saxo petere iii, 2, 17 saxa movere cantu iii, Prol. 58
Saxis onerare iii, 2, 4
Scandere ad nidum ii, 4, 6
Scelestus iv, 11, 7 scelesta malitia ii, 4, 5
Scelus Medeæ iv, 7, 13 funestum iii, 10, 50
Scelera puniuntur fatorum dicto tempore iv, 11, 18
Scena v, 5, 13 in scena operam dare cui v, 7, 5
Schola iii, Prol. 20
Scilicet v, 5, 30
Sciens parco iii, Epil. 1 scio iii, 6, 9 quam sit v, 2, 13 unde iii, 15, 10 scierunt iv, 24, 32 scierint ii, 3, 6 scisset iii, 15, 11 scirent ii, Epil. 3
Scopulum super ii, 6, 11
Scribere iii, Epil. 1 laudem iv, 24, 5 melos iv, 21, 2 scribendi causa iv, Prol. 9 cur scripserim v, 10, 10
Scripta cujus destringere iv, 7, 1 hæc propter illos scripta est homines fabula i, 1, 14 scriptam est tibi iv, 23, 3
Scriptor Menander v, 1, 17
Scrutari escam iv, 17, 7 singula ii, 8, 24
Scurra v, 5, 8. v, 5, 27 et 34
Scyphum poscere i, 14, 7
Scytha Anacharsis iii, Prol. 52

Digitized by Google

Secretum iii, 10, 11 petere iv, 24, 6 secreta latibula i, 30, 9
Secundi flatus iv, 16, 6 secunda pars i, 5, 8 secundæ res v, 2, 15 secundo iv, 11, 18
Securus iv, 1, 10 irridet mala alterius i, 9, 9 securi abeunt domum iii, 2, 7
Sed : odore, sed multo iv, 17, 19
Sed quid iii, 11, 6
Sedare pulverem ii, 5, 18 sitim iv, 4, 1
Sedes nostræ i, 3, 13
Sedeo sella iii, 6, 5 spectaturus 5, 5, 26 judex i, 10, 6 in temone iii, 6, 1
Seductus in secretum iii, 10, 11
Sedula mater iv, 5, 13
Segnis mora v, 8, 6
Segregatæ oves iii, 15, 3
Sejanus iii, Prol. 41
Sella prima iii, 6, 5
Semel elapsus v, 8, 3 qui turpi fraude innotuit i, 10, 1
Semianimus i, 9, 8
Semisomnum cor iv, 14, 13
Semita : pro semita facere viam iii, Prol. 38
Semper i, 13, 14. iii, 14, 10. iv, 1, 16. v, 4, 8. v, 10, 2
Senarii versus i, Prol. 2
Senecta debilis iv, 2, 21
Senex i, 15, 4. ii, Prol. 8. iii, 3, 14. iii, 19, 11. iv, 5, 7. iv, 14, 4 derisor iii, 14, 4 Latrans v, 10, 7
Senio debilis iii, Epil. 16
Sensim queri iv, 16, 9
Sensus manet patri iv, 5, 30 communis i, 7, 4 testamenti iv, 5, 19 varietas delectat ii, Prol. 10 sensus perturbati ii, 4, 11
Sententiam dicere i, 10, 8 legere iii, Epil. 34 protulit iii, 13, 13 sententia cantici v, 7, 26 varia iii, 3, 12 probanda iv, 13, 2 stulta iii, 10, 6
Sentire ii, 8, 14. iii, 10, 15 fabulas ii, Epil. 13 nil iii, 10, 31 quid iii, 14, 3 repulsam i, 3, 16 tonsum iii, 10, 27 vim carminis iii, Prol. 3 sensit profecto iii, 19, 11 sentiat, quos attentarit v, 2, 6 iratum iv, 24, 14 sentiat, se describi iv, 8, 2
Separatim iv, 14, 8
Separatus : separata statio i, 30, 7
Seponere vestem iv, 5, 21
Sequi signum iv, 6, 7 secuti aliquot iv, 2, 27
Sequi quieto et placido gradu ii, 7, 6 otium v, 1, 7 me sequetur tertia i, 5, 9
Sera pœnitentia i, 13, 2
Serena facies iv, 16, 5
Sermo ab sermone cognitus iv, 21, 22
Sero iv, 14, 12
Servare diligentius ætatem iii, 10, 23 morem senis ii, Prol. 8 propositum ii, Prol. 6
Servire cui i, 15, 10 sibi i, 22, 11
Servitus obnoxia iii, Prol. 34 tristis i, 2, 6 servitutem reperire iv, 4, 11
Servulus iv, 24, 24
Servus ii, Epil. 2
Sestertia centena iv, 5, 12
Setosa sus ii, 4, 12
Severitas frontis iv, 7, 4
Sex i, 1, 10
Si, non iii, 10, 48 si non, certe iv, Epil. 7 si vero ii, 6, 2 si maneret sensus iv, 5, 30 si quis iii, Prol. 45. iii, 12, 4. iii, Epil. 4. iv, Prol. 4 pulchre vides iv, 19, 6 tamen possum ii, 5, 5
Sibi : vide Sui
Sic est locutus iv, 17, 27 sic locutus traditur iv, 4, 6 rependet gratiam brevitas ii, Prol. 12 fatis placet iv, 19, 13 prosecutus iii, 5, 4 valeas ut es iv, 2, 30 sic ut i, 11, 14 sic iv, 5, 27
Sicubi v, Prol. 1
Siculum mare ii, 5, 10
Sidera Ledæ iv, 24, 9 ad sidera tollere clamorem i, 6, 4
Significare iv, 11, 16. v, 8, 5 fabula significat ii, 8, 27 significari prodigio iii, 3, 10
Signum conspicuum iv, 6, 7
Silentium facit expectatio v, 5, 15
Silentio quid præterire iii, 13, 16
Silere iv, 23, 18
Similis gloria iv, 24, 10 gyrus iii, Epil. 25 tui iv, Prol. 17 tibi iv, 19, 15 tibi ego i, 29, 7 simili modo quærere i, 24, 7 simili jure mulctare i, 26, 2 querela i, 9, 10 metu i, 11, 15 simile aliquid iv, 17, 18 horum iv, 23, 9 similes habitu iv, 15, 8 similius imitatus v, 5, 34
Similiter iii, 5, 6. iv, 2, 26
Simius judex i, 10, 6 et Lanius iii, 4, 1
Simonides iv, 21, 2. iv, 24, 4
Simplices iii, 10, 54
Simpliciter iii, 7, 7
Simul i, 11, 4. i, 22, 7. ii, 6, 15. iii, 10, 45. iii, 14, 3. iv, 5, 10. iv, 9, 1. iv, 10, 5. iv, 12, 8. iv, 14, 6. iv, 21, 10. v, 5, 19 adjicere v, 6, 4 aspexit iii, 10, 29. iv, 19, 5 advenit v, 7,

Digitized by Google

20 cognovit iii, 16, 16 delinquunt iv, 10, 5 exieris ii, 4, 14
Simulac iii, 18, 4. iv, 9, 1
Simul et iii, 10, 45. iv, 21, 10
Simulacrum i, 4, 3
Simulans i, 14, 7. v, 5, 29 pavorem ii, 4, 20 iter ad villam iii, 10, 19
Sin autem ii, Epil. 15 autem minus iii, Prol. 31
Sinceritas iv, 13, 3
Sincerus: sincera integritas iii, Epil. 30 sincerum judicium iii, Prol. 62
Sine labore iii, 7, 24 mercede iv, 1, 19 mora v, 7, 22 virtute iii, 6, 11
Sinere dormire iii, 16, 11 frui iv, 15, 4
Singuli i, 8, 5 singulis dare destinata iv, 5, 27 singulos illicere pretio i, 8, 6 notare iii, Prol. 49 singulæ i, 2, 25. i, 31, 11. iv, 5, 47 horæ iii, 15, 13 singula ii, 8, 24
Sinistra natura ii, Epil. tibia v, 7, 8
Sinon iii, Prol. 27
Sinus Ponti iv, 7, 10 in sinum demittere caput v, 5, 16 sinu fovere quid iv, 18, 3 sinu proferre quid v, 5, 36
Sitiens hircus iv, 9, 5
Sitim sedare iv, 4, 1 siti ardere iii, 16, 15 compulsus i, 1, 2
Sive, sive iv, 20, 7
Smaragdus: vid. Zmaragdus
Societas fidelis nunquam i, 5, 1
Socii sunt cum aliquo i, 5, 4
Socrates iii, 9, 2
Sol uxorem ducit i, 6, 3 sole medio iii, 19, 8
Solatium mortis i, 9, 8
Solennis gloria iii, Prol. 61
Solet agi iv, 13, 3 fieri iii, 9, 5 referri iii, 2, 1 solent labi v, 5, 1 mendaces luere pœnas maleficii i, 17, 1
Solebant iv, 1, 5 solebat v, 7, 15 nisi soleres ii, 1, 3
Solertia hominis iv, 5, 49 docilis i, 28, 2
Solicitum ævum i, 31, 7
Solitus dare v, 7, 5 sedare iv, 4, 1 quærere iii, 16, 4
Solidum decus iv, 23, 24
Solvere errorem iv, 5, 33 frænum i, 2, 3 quod non debebat i, 17, 7
Solus ii, Epil. 6. v, 5, 13 familia iii, 19, 1 sola improbitas i, 5, 11
Solutus catena iii, 7, 20 solutum pectus iii, Prol. 9
Somnus iners iii, Prol. 55 primus iii, 10, 31 somnum capere iii, 16, 5 somno carere iv, 19, 10
Sonare cithara iii, 16, 12
Sonipes iratus iv, 4, 3
Sonus i, 2, 15. iii, 18, 9 citharæ iv, 19, 20
Sophus iii, 14, 9. iv, 16, 8 victor iii, 14, 9
Sopita somno iii, 10, 31
Sorbitio liquida i, 26, 5
Sordidum perjurium iv, 19, 24
Spargere odorem iii, 1, 3 sparsi pulvere iv, 24, 22
Spatium diei ii, 8, 10
Species non habet cerebrum i, 7, 2 muta iii, 18, 9
Spectaculi genus v, 5, 9
Spectatorum mos v, 7, 13
Speculum iii, 8, 4 lympharum i, 4, 3
Specus alvi iv, 6, 10
Spelunca Draconis iv, 19, 3
Sperare iii, 10, 12
Spernat nil auris iii, 10, 51
Spes deluditur iii, 18, 15 deludit v, 6, 7 fallit quem iii, 5, 9
Spiritus ii, 8, 7 miser iv, 19, 17 continetur iii, Epil. 29 spiritum sustinere iii, 2, 6 extremum trahere i, 21, 4 spiritu luere culpam iv, 11, 7
Splendet convivium iv, 24, 20
Splendor pristinus iii, 12, 5
Spoliantur viri a fœminis ii, 2, 1 spoliatus ii, 7, 10
Spondere: vocare sponsum i, 16, 1
Sponsor lupus i, 16, 4
Sponte iii, 15, 16
Spumantia fræna iii, 6, 7
Stagnum i, 2, 17 stagni incola i, 6, 6
Stare super i, 27, 8. ii, 1, 1 superiorem i, 1, 2 pro judicio v, 5, 2 stant patroni iii, 10, 37 stans iii, 3, 14
Statim adire iv, 17, 20 credere iii, 10, 51 mutatus v, 1, 17 professus v, 5, 23
Statio i, 30, 7
Statuam ponere ii, Epil. 1
Statuere operi terminum iv, Prol. 1
Stercore educatus i, 27, 11 pasci iv, 23, 17 in stercore scrutari escam iv, 17, 7
Steriles arbores iii, 17, 5
Sterquilinum iii, 12, 1
Stramenta ii, 8, 23
Stringere ferrum iii, 10, 33 gladium v, 2, 5
Strophæ verbosæ i, 14, 4
Student dici locupletes i, 27, 2
Studere (operam dare) ii, Epil. 6
Studiose congerere iv, 23, 16
Studium ii, Epil. 12. iii, Prol. 9 literarum iv, 21, 19
Stulte iii, 11, 6. iii, 15, 2 nudare animi conscientiam iii, Prol. 47

Digitized by Google

Stultitia quæstus impudentiæ i, 14, 18 nauseare iv, 7, 25
Stultus i, 13, 9 error v, 7, 30 stulta iv, 8, 6 credulitas ii, 4, 26 gloria iii, 17, 12 levitas v, 7, 3 sententia iii, 10, 6 stultum consilium i, 20, 1 stultum est, sibi non cavere i, 9, 2 stultum existimare iii, Epil. 20 stulti risum captant i, 29, 1 stultis gratus i, 23, 1
Stupor Corvi i, 13, 12 vulgi i, 14, 12
Stuprum turpe iii, 10, 17
Stylus Æsopi iii, Prol. 29
Suadere ii, 6, 11 alicui fugere i, 15, 6
Suavis anima iii, 1, 5 suaves argutiæ iv, Epil. 3
Sub conditione iv, 5, 8 illis næniis utilitas iv, 1, 15 tecto iii, 7, 13
Subdola verba i, 13, 1
Subesse pallio v, 5, 18
Subjecti versus i, 19, 2
Subinde ii, 8, 12
Subito i, 2, 14. i, 11, 7 advolare ex insidiis ii, 7, 7 concupiscere i, 27, 10 consistere iv, 5, 29 intrare iii, 10, 20 mutari iv, 16, 5 opprimere iv, 24, 29 invitatus iv, 14, 10
Subitus clamor i, 15, 5 fragor iv, 17, 24
Subita benignitas i, 23, 7
Sublatus inter manus v, 7, 10
Sublime ii, 6, 4 sublimis quercus ii, 4, 1 sublimes (opponuntur humilibus) i, 28, 1
Subscribere gratiæ, odio iii, 10, 57
Subsidere iii, 10, 20
Subsidium vitæ iv, 21, 12
Subtiliter limare iii, 10, 49
Successus improborum plures allicit ii, 3, 7 ad perniciem devocat iii, 5, 1
Succlamare, feliciter v, 1, 4
Succumbere iii, 14, 9
Succurrere afflictis i, 2, 28
Sudor multus iv, 24, 23
Suffici hæredem iii, 10, 12
Sui: sibi molesta ii, 5, 4 servire i, 22, 11 timentes iii, 2, 15 non cavere i, 9, 1 ad se iv, 21, 23 in se divitias habet iv, 21, 1
Sumere sibi iv, 19, 12 nihil iv, 21, 13 steriles arbores iii, 17, 5 uvam iv, 3, 4 quid per se ii, 1, 3
Summovere querelam ii, Epil. 14
Summus Jupiter iv, 19, 11 mons ii, 5, 9 summa quæcumque iv, 5, 44 summis viribus salire iv, 3, 2
Super i, 27, 8. iii, 11, 2 juvencum stat Leo ii, 1, 1 super scopulum quid illidere ii, 6, 11 super etiam iv, 23, 14
Superbus Æeta iv, 7, 12
Superbiæ pœna iii, 16, 2 superbiam retundere iv, 23, 21 superbia inani tumere i, 3, 4
Superbiens honore v, 7, 38
Superesse ii, Epil. 6. iii, Epil. 1. iv, Epil. 1
Superi iv, 24, 3 Superum voluntas v, 6, 5 Superos fraudare iv, 19, 19 superior stabat i, 1, 2 superiores legati iv, 17, 17 superius iv, 24, 2
Supplex i, 28, 12. ii, 8, 8 supplici veniam dare i, 22, 5
Supra i, 2, 20 formam humanam iv, 24, 24
Surripuisse i, 10, 10 surripi iv, 11, 6
Sus hispidus v, 10, 4 nemoricultrix ii, 4, 3 setosa ii, 4, 12
Suscitare clamores v, 5, 28
Suspendere peram iv, 10, 3 suspensus pes ii, 4, 18
Suspicio deprimit insontem iii, 10, 30 suspicione errare iii, Prol. 45
Sustinere iv, 15, 7 impetum iii, 10, 25 jocos iii, 8, 7 libellum iv, 7, 3 malum i, 2, 31 notam i, 3, 11 paupertatem iv, 21, 3 spiritus iii, 2, 6
Sustulit i, 28, 3
Sutor malus i, 14, 1
Sua cuique cogitatio iv, Prol. 7 suspicio iii, Prol. 45 cum suis ii, 4, 23 suos contemnens i, 3, 6 esse dicit iii, 13, 2 eripere i, 28, 11 suis in rebus videre plurimum ii, 8, 28 sua exempla pati i, 26, 12
Sylva excipit feram i, 12, 9 sylvas petere ii, 1, 10 in sylvis iii, 7, 12

T.

Tabula naufragorum iv, 21, 24
Tabernæ iv, 6, 2
Tacere iii, 16, 6 tace v, 9, 4
Tacite gemere v, 1, 6 proferre caput i, 2, 17
Tacitum cor iv, Prol. 3
Talis dolus i, 31, 6 modus iv, 5, 9 vir iii, 9, 6 effigies v, 8, 7 fabella i, 2, 9. iv, 23, 22 sententia iii, 18, 13 tale exemplum v, Prol. 10 præmium ii, 3, 6 commercium iv, 11, 11 tales reliquiæ iii, 1, 6 talis titulus iv, Prol. 4
Tam: tam angusta domus iii, 9, 6
Tamen ii, Epil. 11. iii, Prol. 23. iii, 7, 17. iii, 10, 51. iii, 15, 9. iv, 6, 4. iv, 11, 7. iv, 20, 2
Tangere rem i, 5, 10. iii, 8, 11 uvam iv, 3, 3 tangi invidia i, 24, 3 mani-

Digitized by Google

bus iii, Prol. 6
Tantus Dux ii, 5, 23 tanta bonitas iv, 9, 8 copia iii, Epil. 6 magnitudo i, 24, 3 tanta mala iii, Prol. 44 quod tantum præmium iv, 19, 9 corporis iii, 7, 5 tanti non est ingenium tuum iii, Prol. 4 tanto melior illi, 5, 3 tanto justius, quanto iv, Epil. 8 tantum luctum i, 28, 6
Tantum iii, 2, 16
Tantummodo v, 7, 18
Tarda es iii, 6, 2
Tartareus specus iv, 6, 10
Taurus v, 9, 1 infestis cornibus i, 21, 7 Taurorum pugna i, 30, 2
Tegit pudor hoc iv, 23, 14
Tectum hominum ii, 8, 7
Tela jacere iv, 4, 5
Temeritas paucis bono v, 4, 12
Temo iii, 6, 1
Temperare jugum iii, 6, 6 temperatæ argutiæ iv, Epil. 3
Tempestas horrida, sæva iv, 16, 3. iv, 21, 9
Templa perlustrare iv, 23, 5
Tempus v, 8, 7 fatorum iv, 11, 19 vitæ iv, 17, 2 adversum ii, 8, 16 breve exorare i, 19, 6 longum iv, 5, 18 tempore iii, Epil. 32 temporis dilatio iii, Epil. 12
Tempora amicis reddere iii, Prol. 12
Tendere dolos i, 23, 2
Tensus arcus iii, 14, 10
Tenebras dispellere iii, 10, 42 in tenebris iii, 10, 26. iv, 19, 10 victum quærere iii, 16, 4
Tener grex ii, 4, 14
Tenere alienum iv, 5, 40 cibum ore i, 4, 6 aliquem ii, 2, 4 impetus iii, Prol. 59 quem v, 8, 3 tenet favor mentes v, 5, 25 tenenda est occasio v, 8, 3
Tentare an i, 23, 4 caput iii, 10, 26 si qua res esset iv, 8, 4
Tenuis cibus iv, 13, 7
Tenuitas nimia crurum i, 13, 6 tuta ii, 7, 13
Tergum: post tergum iv, 10, 2
Tergus divisum ii, 1, 9
Terminum statuere operi iv, Prol. 1 proponere, excedere iii, Epil. 28
Terram eruere iv, 19, 1 fodere ii, 4, 8 in terris iv, 22, 2
Terrere i, 2, 15 foras i, 11, 5 territus clamore i, 15, 5
Terror offusus ii, 4, 11
Tertia pars i, 5, 9 tertius liber iii, Prol. 29 periit tertius iv, 2, 26 tertia iv, 5, 6
Testa nobilis iii, 1, 2
Testamenti sensus iv, 5, 19
Testari i, 5, 2
Testimonium falsum i, 17, 6
Testis iii, Prol. 42 citatus i, 17, 4 testes integritatis iii, 11, 5
Testudo ii, 6, 4
Theatrum v, 5, 10 in theatro rumor v, 7, 21
Thesaurus abditus iv, 19, 4 thesaurum invenire i, 27, 3 pro thesauro carbonem v, 6, 6
Thessala securis iv, 7, 7
Threissa gens iii, Prol. 56
Thure Superos fraudare iv, 19, 19
Tiberius Cæsar ii, 5, 7
Tibia sinistra v, 7, 8 tibiæ dextræ v, 7, 9 tibiarum jocunditas iv, 19, 21
Tibicen v, 7, 29
Tigillum parvum i, 2, 14
Timere i, 1, 6. iii, 6, 5 sibi iii, 2, 15 ne iv, 17, 18 timentes concacant iv, 17, 11 timere absistere iii, 2, 18
Timidus Senex i, 15, 4 comes v, 2, 4
Timor cæcus ii, 8, 3 timore mortis confessus i, 14, 10 complere locum ii, 4, 16 timorem ponere i, 2, 19
Tinctus panis cruore ii, 3, 2
Tintinnabulum collo jactans ii, 7, 5
Titubans pes iv, 14, 12
Titulus iv, Prol. 4
Toga pura iii, 10, 10
Tollere aranea ii, 8, 23 clamorem i, 11, 7 clamorem ad sidera i, 6, 4
Tollere audacter ii, 1, 9 prædam ii, 8, 27 primam partem i, 5, 7 Testudinem ii, 6, 4 pennas, quæ Pavoni deciderant i, 3, 5
Tonans Jupiter iii, Prol. 18
Tonitrua devoluta v, 7, 23
Tonsum caput iii, 10, 27
Torquere fame quem i, 26, 9 spiritum iv, 19, 17 se diu iii, 14, 7
Totum se prosternere v, 7, 33 toto die ii, 4, 20. iv, 14, 8 totam fortunam distribuere iv, 5, 8 regiam concacare iv, 17, 11 tota præda i, 5, 11 arbor i, 28, 9 vita iv, 16, 10 totis naribus iii, 1, 4 viribus i, 11, 7
Toxicum i, 14, 8
Tradere i, 28, 12 domum iv, 5, 44 sese Miluo i, 31, 10 famæ iv, Prol. 6 memoriæ iv, 24, 3 posteris iv, 5, 2 traditum est i, 25, 4 traditur locutus iv, 4, 6
Tragica persona i, 7, 1
Trahere affinitatem iv, 14, 2 odorem iii, 1, 4 spiritum extremum i, 21, 4 vitam luxu iv, 5, 37
Transferre affectus in fabellas iii, Prol.

Digitized by Google

36 verba cujus in chartas suas iv, Prol. 18
Transigere pectus iii, 10, 27
Transire ii, 8, 13 transeunt menses v, 7, 11
Translatitius mos v, 7, 24
Tremunt omnia iv, 17, 23
Trepidare iv, 6, 8
Trepide concursans ii, 5, 2
Tres filiæ iv, 5, 3
Tribades iv, 14, 3
Tribuere cantus iii, 18, 2 honorem, gloriam i, 7, 4 partem i, 5, 8 tribuitur gloria ii, Epil. 4 literis honos iv, 24, 3
Tribuit mortua, quod viva negarat iii, 16, 19
Tricandum iii, 6, 9
Triclinium iv, 24, 28
Tristis eventus iv, 6, 11 nex ii, 6, 17 nota i, 3, 11 servitus i, 2, 6 vita iv, 1, 2 audis sonum citharæ iv, 19, 20 tristem vicem fortunæ gemere v, 1, 6
Tritici modius i, 16, 3
Trivium v, 6, 1 trivio conceptus i, 27, 11
Trucidare pecus iii, 2, 13
Trudi foras v, 5, 35
Trusitare ii, 7, 8
Tu, tu iii, 8, 15 tibi dico iv, 19, 15 quid possum tibi facere iv, 7, 17
Tueri domum a furibus iii, 7, 10 causam alicujus iii, 10, 38
Tugurium canis i, 19, 4
Tum i, 2, 9. iv, 4, 10. iv, 5, 10. iv, 9, 10 demum i, 13, 12 vero iv, 17, 10 gubernator iv, 16, 8
Tumere superbia inani i, 3, 4 tumentes sacci hordeo ii, 7, 3
Tunc contra i, 2, 28
Tunc v, 2, 7 illa v, 3, 3
Tunica destricta ab humeris ii, 5, 12 nivea v, 7, 37
Turba i, 19, 9. iii, 19, 7. iv, 5, 1 puerorum iii, 14, 1 major v, 4, 11. v, 5, 25 media iv, 5, 29 petulans i, 2, 20 turbam deficiunt loca v, 5, 12
Turbare bestias miraculo i, 11, 8 vadum iv, 4, 2 turbati iv, 17, 9
Turbulenta aqua i, 1, 5
Turpis error v, 5, 37 fimus iv, 17, 5 facies iii, 4, 7 fraus i, 10, 1 turpe aliquid iv, 17, 15 stuprum iii, 10, 17 homini, pati quod meruit iii, 11, 7 turpissima filia iii, 8, 2. iv, 5, 6 turpes pœnæ i, 13, 2
Turpiter derideri i, 25, 2
Tuscum mare ii, 5, 10
Tutandum se committere i, 31, 1
Tutela: in tutela esse iii, 17, 1
Tutus naturæ munere ii, 6, 16 tuta navis iv, 16, 6 tenuitas ii, 7, 13 tutum cavum ii, 4, 17 tutæ ab injuria i, 31, 9 tuta loco i, 28, 7
Tympana Gallorum iv, 1, 4
Tyrannus i, 2, 5. v, 1, 14

V.

Vacare uxori iii, Prol. 12 a negotiis iii, Prol. 2
Vacca i, 5, 3
Vacive perlegere iv, Prol. 14
Vacua loca v, 5, 12
Vadere foras iv, 17, 12 ad lectum iii, 10, 26
Vadum i, 2, 14. iv, 4, 2 clausum iv, 9, 12
Vagantes paludibus i, 2, 10 vagari iii, 7, 20
Valere quantum iv, 24, 1 plus i, 5, 9 assequi iv, 2, 22 valet ingenium i, 13, 13 sic valeas, ut iv, 2, 30
Validius flagitare i, 19, 8 molesti iv, Epil. 9 inflare i, 24, 9 clamare iii, 16, 6 laborare iii, 11, 4
Vanus animus v, 7, 1 questus i, 9, 7 vana gloria iv, 15, 4 vanum beneficium i, 22, 8 vanæ minæ iii, 6, 11
Varietas copiosa iv, Epil. 2 delectat ii, Prol. 10 distringit quem iii, Epil. 3
Varii modi iv, 7, 14 variæ sententiæ iii, 3, 12
Vastans cuncta iii, 2, 14
Vasti corporis cervus i, 5, 5
Vates iv, 24, 33
Uber admotum iii, 15, 7
Ubi i, 30, 1. ii, 4, 19. iv, 14, 11. v, 1, 14. v, 7, 1 accenderet iii, 19, 4
Ubi pernicitas nota i, 9, 4 immolatur iv, 23, 4 requiram vos i, 16, 7 ubi tricandum sit, scio iii, 6, 9
Vectorum lacrymæ iv, 16, 4
Vehemens canis ii, 3, 1
Vel v, 3, 10
Velle demonstrare iii, 15, 18 ducere uxorem i, 6, 3 comesse i, 13, 4 consequi iv, 13, 5 invitare iv, 24, 15 obtrectare iv, Prol. 15 esse iii, 17, 1 mentiri i, 29, 6 volo emendare ii, 5, 5 imitari i, 24, 1 refelli quem iv, 20, 6 vos uti speculo iii, 8, 14 non vis progredi iii, 6, 2 voluit redire iv, 21, 7 voluisses pati i, 3, 14 cum voles iii, 14, 11 velim accipias ii, Prol. 48 me excusatum iii, Prol. 48 vellem adjuvisses v, 2, 8 narrabit quod quis

Digitized by Google

voluerit iii, 17, 8 vis præcludere i, 23, 5 vult i, 13, 9. ii, 4, 9 volebat iii, Prol. 35 volunt ii, 2, 6 voluisti v, 3, 4 voluit i, 4, 5. iii, 15, 18 voluerit i, Prol. 5. ii, Epil. 10 velit iii, Epil. 4 vellet i, 11, 3. i, 22, 2. i, 29, 9. iv, 5, 27
Velox impetus i, 16, 6 saltus iii, 2, 10 veloces feræ v, 10, 1 mures iv, 2, 22 velocior iii, 3, 1
Venas irrigatus nectare iv, 14, 11
Venans oculis viros iv, 5, 4 venantum voces i, 12, 7
Venari asello comite i, 11, 3
Venator v, 10, 6 venatorum nex ii, 8, 2
Vendere cultum iv, 5, 41 vendere res iv, 5, 47 honorem fructu iii, 17, 7
Venditare antidotum i, 14, 3
Veniam dare supplici i, 22, 5. v, 3, 11 impetrare iii, Epil. 22
Venire: veneunt mecum alapæ majoris ii, 5, 25
Venire i, 21, 5. ii, 8, 18. iii, 5, 6. iv, 2, 27. iv, 8, 5. iv, 11, 8. iv, 12, 5. iv, 17, 36. iv, 23, 12 gressu v. 1, 13 ad certamina v, 5, 7 in dubium iii, 13, 7 periculum iv, 9, 1 conspectu v, 1, 16 venit curatio ad sanitatem v, 7, 12 ad me munus iii, Epil. 11 venient feriæ iii, Prol. 8 veni iii, 16, 14 veni ergo mecum iii, 7, 15
Venire ad rivum i, 1, 1 venire in secreta latibula i, 30, 9 in villam suam ii, 5, 8 per auras ii, 6, 7 veniunt vices aliorum iii, Epil. 25 majus ne veniat malum i, 2, 31
Venter impletur iii, 7, 24 ventrem continere iv, 17, 31
Ventitare iii, 10, 16
Veneri placet myrtus iii, 17, 3
Venusti hortuli iv, 5, 34
Verbosa commendatio ii, Prol. 13 verbosæ strophæ i, 14, 4
Verba subdola i, 13, 1 sua contemni vidit iii, 16, 9 dare cui iii, 3, 15 verbis adjuvare v, 2, 8 elevare iv, 3, 5 jactans gloriam i, 11, 1 inducta ii, 6, 14 moveri iii, 6, 4 transferre iv, Prol. 18
Vere i, 14, 17
Verendi Dii iv, 11, 10 vereri i, 25, 7
Veretri afflictio iv, 14, 1
Veritas exploranda iii, 10, 5 veritatis fons iii, 10, 43 vires i, 1, 9
Vero iv, 17, 12. v, 5, 32 ego vero iii, 7, 11
Verrem immolare v, 4, 1
Versus iii, 15, 18 *Simonidis iv, 21, 20 subjecti i, 19, 2
Versus senarii i, Prol. 2
Vertere consilium ad fallaciam i, 31, 5 verti in periculo ii, 8, 19
Verum i, 4, 5. i, 23, 2
Verus porcellus v, 5, 18 vera fabella ii, 5, 6 laus iv, 12, 2 verum dicere i, 10, 2 esse i, 15, 3 veri amici iii, 9, 1
Vesci singulas i, 31, 11 cibo ii, 6, 13
Vespa iii, 13, 3
Vestimentis obtegere quid v, 5, 29
Vestis iv, 5, 21. iv, 21, 23 veste celare partes iv, 14, 7
Vestitu affluens v, 1, 12
Veto dimitti iv, 17, 13 esse tale iv, 11 11
Vetus injuria i, 21, 6 vetera vina iv, 5, 35
Vetustas iv, 21, 10 fabulosa iii, 10, 7
Vetustum genus iv, Prol. 13 vetustis favere v, Prol. 8 longe vetustior iv, 7, 18
Vexata navis iv, 16, 3
Via honoris ii, Epil. 3 audax iv, 7, 8 media iii, 14, 5
Viam facere pro semita iii, Prol. 38
Viator innoxius ii, 1, 5
Vicem fortunæ gementes v, 1, 6 assectam iii, Prol. 14 aliorum vices iii, Epil. 25 noctis ii, 8, 10
Vicina mors iii, Epil. 19 vicinus fur i, 6, 1
Victima periculum avertere iii, 3, 8
Victor i, 15, 8 de mustela iv, 6, 9 Pyctes iv, 24, 5 Sophus iii, 14, 9
Victum quærere iii, 16, 4 rogare iv, 21, 25
Videre i, 7, 1. i, 13, 5. i, 20, 3. ii, 8, 11. iii, 1, 1. iii, 2, 3. iii, 4, 1. iii, 12, 4. iii, 14, 2. v, 5, 22 nostra iv, 10, 4 plurimum in ii, 8, 28 vultum iv, 17, 10 nuptias i, 6, 1 pulchre v, 10, 10 quam non sit iv, 19, 6 videre simulacrum suum in speculo lymparum i, 4, 3 boves corruptos ii, 8, 21 video te pasci iv, 23, 17 ut vidit i, 21, 8. iii, 16, 8. iv, 17, 10. iv. 21, 26 ubi vidit v, 1, 14 vides ii, 4, 8 videt venire iv, 17, 36 vide ne compungam iii, 6, 3 videris i, 10, 9 videri (opp. esse) iv, 1, 16 molestum iii, Epil. 2 volunt ii, 2, 6 videtur joculare iv, 1, 12 quid tibi videtur iv, 7, 17 qualis videtur tibi opera i, 11, 13 videntur vendere iii, 17, 7 videor mori i, 21, 12 acer iii, 7, 18
Vigilare i, 23, 8. iii, 7, 19
Vigilia omni iii, Prol. 25
Vigor sultantis v, 7, 15

Digitized by Google

Vile hordeum ii, 7, 9 viles asellæ iii, Prol. 10
Villa iii, 10, 19. iv, 5, 23 Misenensis ii, 5, 8 proxima ii, 8, 3
Villicus ii, 8, 13
Vincere aliquem v, 5, 23 faciem moribus iii, 8, 16 forma, magnitudine iii, 18, 6 vinci sono iii, 18, 9 victus dolore i, 8, 5 victi Mures iv, 6, 1
Vindicanda injuria iv, 17, 26 vindicare dolorem iii, 10, 28 impetum iv, 7, 20 injuriam ictu i, 21, 6 se dextera v, 2, 3
Vindicta rei parvæ iv, 4, 10 facilis i, 29, 10 patet solertiæ i, 28, 2
Vinea alta iv, 3, 1
Vinum parare iv, 5, 41 vino devota iv, 5, 6 vina vetera iv, 5, 35
Violare Manes i, 27, 4
Vipera iv, 8, 3
Vir i, 18, 4 fortis iv, 12, 1 natus iii, 8, 11 sanctissimus iv, Epil. 4 talis iii, 9, 6 viri ingenium v, 1, 11 viro privata iii, 10, 45 viri spoliantur a fœminis ii, 2, 1 viros venari iv, 5, 4
Virginale iv, 14, 14
Viridia læta ii, 5, 14
Virtus iv, 12, 3 exhibet decus iv, 23, 24 virtutis expers i, 11, 1 virtuti credendum v, 2, 13 tribuitur gloria ii, Epil. 4 virtute prævalet sapientia i, 13, 14 sine virtute exercere minas iii, 6, 11 virtute impares iv, 15, 8
Vis et nequitia oppugnant ii, 6, 3 carminis iii, Prol. 3 veritatis i, 1, 9 vires aquilæ iii, 18, 11 languidæ iii, 2, 9 summæ iv, 3, 2 viribus desertus i, 21, 3 magnis fugere v, 2, 12 vi compescere i, 2, 12
Visum est iv, 23, 6 qua visum est iii, 7, 20
Visus ferus ii, 1, 6 homo iii, 19, 11
Vita i, Prol. 4. ii, 8, 19 aspera iii, 7, 12 mea iv, 19, 7 melior iv, 17, 2 et mores iii, Prol. 50 propior morti iii, Epil. 10 tristis iv, 1, 1 vitæ genus iii, Prol. 15 subsidium iv, 21, 12 vitam dare iv, 24, 33 degere i, 3, 2. i, 30, 6 miscet dolor et gaudium iv, 16, 10 trahere luxu iv, 5, 37 in vitam hanc incumbere iii, Prol. 22 pro vita rogare iii, 2, 16
Vitare insidias i, 19, 2 necem i, 31, 4 rapinam ii, 4, 22
Vites iv, 5, 38
Vitia propria iv, 10, 2
Vitulus v, 9, 3
Vituperare nimiam tenuitatem crurum i, 12, 6 collum iv, 7, 26
Vivere sub tecto iii, 7, 13 victurum nomen iv, Epil. 5
Vivos devorare ii, 3, 5
Vix unum pedem iv, 24, 28 tandem iv, 17, 8
Ulcisci morte punctum v, 3, 4
Ulla res iv, 11, 21 prudentia i, 14, 11 ulli iv, 24, 30 ullo pacto ii, 6, 6
Ultimi v, 1, 8
Ultro proclivis iii, Epil. 21 affertur iii, 7, 20 currere ii, 8, 6
Unde iii, 5, 5 hoc, amice iii, 7, 17 illa scivit iii, 15, 10 sic nites iii, 7, 4
Una bibere iii, 16, 15
Unguento delibutus v, 1, 12
Ungues sævi i, 31, 12 unguibus rapere ii, 6, 8
Uniones iv, 5, 36
Universi: ab universis v, 7, 39
Unquam iv, 7, 6
Unus i, 17, 4. ii, 8, 17 ex multis ii, 5, 11 homo iv, 5, 1 pes iv, 24, 28 et alter ii, 7, 2. v, 2, 2 ex Atriensibus ii, 5, 11 unus, i. e. solus i, 6, 7 in uno plus, quam in turba iv, 5, 1 de reliquis i, 31, 13 una i, 2, 17. iv, 5, 4 altera, tertia iv, 5, 6 unum est iii, 11, 4
Vocare quem ad studium iii, Prol. 9 vocare sponsum i, 16, 1
Volans propter ii, 6, 7
Volo : vide Velle
Volucris ii, 4, 6 parvula v, 3, 3 peregrina i, 26, 11 volucris cursus v, 8, 1
Voluntas Superum v, 6, 5 voluntatem interpretari iv, 5, 31
Voluptas mea non potest satiari iv, 9, 9
Volutare sese iv, 4, 2
Votum v, 4, 2
Vox porcelli v, 5, 17 insueta i, 11, 5 naturæ v, 5, 33 vocis fides iii, Epil. 9 vocem edere i, 12, 12 exprimere v, 5, 33 habere i, 13, 8 laudare iii, 16, 16 mittere iii, 18, 4. iv, 11, 4 ostendere i, 13, 9 vocem præcludit metus i, 2, 26 premere i, 11, 12 vocibus venantum conterritus i, 12, 7
Urbanus sal v, 5, 8
Urbs antiqua iv, 21, 18 Asiæ urbes iv, 21, 4
Usurpare ornatum iv, 15, 5
Usus longior iii, Epil. 13 usum rei consociare iv, 11, 21 usu peritus iii, 3 1
Ut es farina sic valeas iv, 2, 30 mos est v, 1, 3 moris iv, 24, 8 siunt iv, 21, 8 fieri solet iii, 9, 5 ut ne iv, 24, 25 non potuit iv, 3, 3 refecit iii, 2, 9 vidit iii, 16, 8 ut vero v, 7, 35 ut mutatur dies iv, 16, 5

Digitized by Google

Utcumque ii, 2, 1
Uterque i, 10, 7. iii, 8, 12. iii, 10, 2. iii, 13, 4. v, 5, 27
Uti speculo iii, 8, 14 genere iv, Prol. 13 licentia iv, 24, 8
Utilis iv, 4, 8 utilis esse iii, 14, 11 utilis beneficio iii, Epil. 18 nisi utile sit, quod facimus iii, 17, 12 utiles res iv, 11, 14 utilius nihil homini, quam recte loqui iv, 13, 1 utiliora sæpe contemnuntur i, 12, 1
Utilitas privata i, 22, 11 quanta iv, 1, 15
Utinam iii, 9, 7 nec unquam iv, 7, 6
Uva acerba iv, 3, 4 uvam appetere iv, 3, 2
Vulgare nomen amici iii, 9, 1
Vulgatus ordo iv, 24, 31
Vulgus fictilis iv, 14, 5 vulgi mos v, 1, 3 stupor i, 14, 12 vulgo fertur iii, 3, 2
Vulnus ii, 3, 3 vulnere læsus ii, 7, 12 vulneris remedium ii, 3, 3
Vulpecula iv, 9, 10
Vulpis i, 7, 1. i, 10, 4. i, 13, 5. i, 26, 7. i, 28, 12. iv, 3, 1. iv, 9, 3. iv, 19, 1 dolosa i, 13, 11
Vulpini catuli i, 28, 3
Vulturius i, 27, 8
Vultus corvi i, 13, 7 Jovis iv, 17, 10
Uxor sancta iii, 10, 30 uxorem ducere i, 6, 3 uxori vacare iii, Prol. 12 uxores iii, 3, 17 uxoris crimen iii, 10, 18

X.

Xystus ii, 5, 18

Z.

Zmaragdi nitor iii, 18, 7
Zona iv, 21, 11

Digitized by Google

FINIS PHÆDRI FABULARUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google